III



CHRONOLOGIAE
HISTORICO-LEGALIS
SERAPHICI ORDINIS

TOMUS TERTIUS

PARS SECUNDA

COMPLECTENS

ACTA COMITIORUM, ET CONGREGATIONUM GENERALIUM AB INDICTIONE CAPITULI GENERALIS ROMANI ANNI MDCCXXIII. AD USQUE ANNUM MDCCLI.

ITEM.

LITERAS APOSTOLICAS ROMANORUM PONTIFICUM, ET SS. CONGREGATIONUM, AC SUPERIORUM GENERALIUM DECRETA

EDITA

Ad FRANCISCANAM FAMILIAM recte administrandam, & collecta, nonnullisque animadversionibus illustrata

OPERA P.F. CAROLI MARIÆ PERUSINI

Almę Observantis Provinciae S. P. N. FRANCISCI Alumni, Lectoris Jubilati, Ex-Ministri Provincialis, Chronologi Generalis Ordinis, Supr. & Univers. Inquisitionis Qualificatoris, & Sacr. Congregationis Indicis Consultoris.

Quibus accedunt Catalogi Chronologici omnium Eminentissimorum, ac Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium Ordinis Protectorum; Reverendissimorum PP. Ministrorum Generalium; Vicariorum Generalium Familię Observantium tam Cisalpinorum, quam Transmontanorum; Commissariorum Generalium utriusque Familię juxta celebrem Bullam *Unionis*; ac Commissariorum Generalium Indiarum in Curia Serenissimi Regis Catholici degentium; ac tandem omnium Provinciarum, ex quibus in pręsentia Ordo componitur, una cum indice omnium illorum, qui ex earum singulis ab edita Bulla *Unionis* ad hęc usque tempora ad dignitates generales Ordinis assumpti fuerunt.





ROMAE MDCCLII.

Typis Octavii Puccinelli, in Typographia S. Michaelis ad Ripam.

SUPERIORUM FACULTATE.

Numiſma Sanctiſſimi D. N. impreſſum pro
conſueta diſtributione in Solemnitate
SS. Apoſtolorum Petri & Pauli
Anno MDCCXXIII.



CHRONOLOGIA
SERAPHICA
HISTORICO - LEGALIS
Ab Indictione Capituli Generalis
ANNI MDCCXXIII.
USQUE AD ANNUM MDCCLI.

Literæ Pontificis, & Ministri Generalis, quibus indicitur Capitulum Generale Romæ habendum anno 1723.

Frater Joseph Garcia totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus:

Universis in Christo Jesu dilectissimis Patribus, ac Fratribus in eodem Ordine Deo famulantibus, tam Prælatis, quam Subditis, salutem, & pacem in Domino sempiternam.

EXultate Deo adjutori nostro, dilectissimi Fratres, qui, postquam probavit Nos ad aquam contradictionis, diuque nec diem, nec locum dici Generalibus nostris Comitiis passus est, amplo demum cum fœnore misericordiam suam adhibuit rebus nostris; non enim ut cumque dedit agere nos Conventum tot annos desideratum, verum disposuit in hanc nostram solemnitatem adeo insignem diem, ut non modo albo (uti ajunt) Lapillo, a Nobis in mensibus anni signandus sit, sed monumentis etiam marmorum solidiorum in æternitates perpetuas referendus, quippe Summi Pontificis feliciter nunc regnantis Innocentii XIII. præsentia, & clementia plenissime illustrandus. Excelsa igitur Comitum stirps, memor in hoc INNOCENTIO Congregationis nostræ, ac suæ, quam ipsemet posuit ab initio, dum per INNOCENTIUM alterum eam fundavit, & approbavit, non fecisset satis charitati suæ, atque indoli erga Institutum nostrum, si per nobilissimi sui Stemmatis Aquilam, alas in speciem agitantem, nos pullos suos, viscatis quodammodo hærentes pennis, dumtaxat ad efferendum volatum istum, impulsu provido, & strenuo provocasset; nisi & addidisset, materno revera instinctu, illam memoria temporum dignam sedulitatem, ut nempè indiceret simul ipsum ad nidum suum, in vertice positum montium Romanorum, quo si necessitas ferret, magis præsens, & potens adesset ad confovendum; atque illum non alteri fideret, sed duceret, atque dirigeret per seipsam, quo scilicet tutius posset volitantium cursus eo inflecti per providentiam suam, ubi juventus Ordinis nostri, per eamdem amanter Nobis additam, ut Aquilæ renovetur. Proinde Nos, æquiori jam animo respicientes præteritas nostras calamitates, utpotè per felicitatem istam eximiam, excipiendas demùm, & procurandas, fatemur ingenuè vobis omnibus, quod jam pro annis, quibus vidimus mala, lætati sumus, quodve portendentia exitium monstra in maximum bonum, ut rogabamus, conversa sint: simulque conjicientes parem hilaritatis, & spei sensum vobis similiter futurum esse, si certiores efficiamini, quo sublimi progressu Beatissimus Pater impenderit Nobis clementiam suam, intimare aggredimur, quæ primùm ad Nos privatè dedit, pro sua in caput vestrum paterna benignitate, quæque subinde etiam ad omnes vos Diplomate publico emanavit. Itaque per Eminentissimum Dominum Cardinalem a negotiis Status suum primarium Administrum, placuit renuntiari Nobis, quam dignaretur præferre in sodalitium nostrum egregiam voluntatem, hujusque seriem Epistolæ nostris præcipuis Fasti-

hus inferendæ, ideo faciendam censuimus juris vestri; ut sicuti Nobis vestrum i tuitu, atque adeo Nobis sequestribus, ea vobis cum primis concessa est, ita nobiscum ad gratiam eidem apud Deum, & homines habendam perpetuò, & referendam, non ultimi coeatis.

Epistola igitur, suis verbis, hæc est: „ Reverendissime Pater. Comitia creandis Supremis vestris „ Magistratibus, temporum asperitate jamdiu intermissa, ubi primùm Sanctissimus Pater Apostolicam dignitatem est consequutus, in animo habuit revocare. Urgebat illum paterna pietas, solicita, ne, cum „ tot annos conferre inter vos de rebus vestris consilia „ non potuissetis, aliquid ab optimis institutis alienum inter Sodales vestros non irrepsisset. Admonebant domestica exempla; quippe non unum è tot „ majoribus suis ad Romanam Sedem evectis huc „ operam dedisse non ignorabat. Illiciebat quoque „ perpetuum, vetustissimumque suæ gentis erga vos „ studium, quod in se derivatum, maximaque benevolentia cultum, aliquo suo beneficio illustrare, ac palam facere percutiebat. Itaque ad „ rem difficilem, impeditamque aggressus, pro sua „ singulari sapientia feliciter expedivit, statuitque „ Aracœli vestrum Romæ Conventum agere, agendoque proximi in sequentis anni 1723. diem Sabbati ante Pentecostes edicere, ut sub ejus oculis „ gravissimum istud negotium conficientes, promptius, „ accuratiusque explicetis, sibi vero luculentiùs pateat „ vestra in eo gerendo sedulitas, ac vigilantia. Hæc, „ Reverendissimæ Paternitati tuæ Sanctissimus Pater „ meis literis renuntiari voluit, utque omnium primum, nec alio quam se Internuntio (quæ sua „ In te humanitas est) de hac sua voluntate certiorem fieri. Mox Sanctitatis Suæ literæ subsequentur, quibus solemnia Comitiorum indictio fiat; „ iisque omnibus, quibus ad ea conveniendi jus „ est, publica, & in aperto sit. Interim de Romano itinere cogitato, supplicationesque ad benè „ rem peragendam & facito ipse, & reliquis tuis „ indicito. Mihi, nec hujus, nec cujuscumque vestræ utilitatis desiderium deest; aderunt etiam „ opera, officiaque, si quo ea conferenda sint, monitum reddas. Romæ 21. Martii 1722. Reverendissimæ Paternitatis tuæ; Ad officia paratissimus.

G. Cardinalis Sanctæ Agnetis.

Quoniam autem supervacaneum esset, aut librare pressiùs, quod Epistola ista tanto cum pondere expressum est, aut digerere intimiùs, quod non feliciùs eadem exorimi potuisset; superest demùm, ut alias vobis Apostolicas literas denunciemus, quibus per jam recitatas videtur Sanctitas Sua proludere voluisse, quasve Eminentissimus Dominus Cardinalis Protector Ordinis nostri ad Nos transmisit, adjiciens illud ex singulari sua humanitate, ut ex ipso nimirum eas in notitiam vestram, Encyclicis nostris de mora deduceremus: scilicet, ne quid huic nostræ futuræ celebritati deesset, ad eam splendidius augendam, & numeris omnibus adornandam.

Porrò hæ literæ, per Illustrissimum D. D Alexandrum Aldobrandini, Nuncium Apostolicum, exequentem sanctissime, & humanissime tituli sui rem, nobis in manu datæ tenetis, sequentis suoe, indiscionem nostrorum Comitiorum affatim complectentes.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

„ Dilectis Filiis Ministro Generali, Vice-Commissariis Generalibus, Provincialibus, „ Custodibus, aliisque Fratribus totius Ordinis Minorum, tam de Observantia, quam Reformatorum, Excalceatorum, Recollectorum, seu „ quocumque alio nomine nuncupatorum, salutem, „ & Apostolicam benedictionem. Religiosos Ordines, quos tanquam fertilia Agri Dominici plantaria, circumspecta Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum providentia instituit, in visceribus paternæ gerentes charitatis, Ordinem vestrum Viris Sanctitate, pietate, religione, sacrarum, eisque ancillantium bonarum literarum scientia, ac propriæ, alienæque salutis studio maximè præditis fulgentem, singularibusque in hanc „ Sanctam Sedem meritis conspicuum, peculiari Apostolicæ dilectionis affectu complectimur, proindè illius salubri regimini, & religiosæ tranquillitati libenter prospicimus, atque opportuna provisionis „ remedium, ubi illud exigere dignoscitur, adhibemus, sicuti omnibus maturè consideratis, æquitati, „ ac rationi consentaneum esse in Domino arbitramur. Cum itaque, sicut accepimus, Capitulum Generale Ordinis vestri, quod juxta Constitutiones, seu Statuta auctoritate Apostolica confirmata, singulis sexenniis, ultra, & subindè citra mon tas alternis vicibus celebrari debet, propter satis ontas temporum calamitates; & difficultates, aliisque justis de causis fel. record. Clementi XI. Prædecessori nostro probè perspectis, viginti duobus „ ferè ab hinc annis congregari nequiverit; Nos „ multiplicibus incommodis, quæ universo Ordini „ vestro, non sine Regularis disciplinæ detrimento, „ contingere possent, si ejusdem Capituli celebratio „ diutius protraheretur, occurrere cupientes, ac recol. mem. Gregorii IX., & Alexandri IV. Romanorum Pontificum, de Sanguine, & Familia nostra, „ pariter Prædecessorum nostrorum, qui Capitulo „ Generali per seipsos olim præsidentes, collapsa in „ Ordine vestro reintegrarunt, feliciterque illius progressus non mediocriter juverunt, vestigiis insistentes, coram nobis Capitulum Generale hujusmodi convocandum duximus, ut quæ ad rectum „ Ordinis vestri prædicti regimen, decus, & utilitatem pertinent, propiùs cognoscere, iisque facilius, atque validius consulere possimus. Quocirca motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, memoratæ alternativæ pro hac vice tantùm derogantes, Capitulum Generale totius „ Ordinis Fratrum Minorum tam de Observantia, „ quàm Reformatorum, Excalceatorum, Recollectorum, aliovè quocumque nomine nuncupatorum „ in Alma Urbe nostra, & Conventu Sanctæ Mariæ „ de Aracœli coram Nobis, in Vigilia Festi Pentecostes anni proximè venturi 1723. juxta morem „ ejusdem Ordinis celebrandum, tenore præsentium „ indicimus, & convocamus, indictumque, & convocatum Capitulum denunciamus. Vobisque propterea Generali Ministro, Vice-Commissariis Generalibus, Provincialibus, aliisque Fratribus quomodolibet nuncupatis, qui, juxta morem, & Constitutiones vestri Ordinis in Capitulo Generali jus „ ferendi votum, sive suffragium habetis, eique intervenire tenemini, In virtute Sanctæ Obedientiæ, atque sub pœnis in Constitutionibus vestris „ contentis, aliisque Nobis benevisis, mandamus, „ quatenùs ad ipsum Capitulum, legitimo cessante „ impedimento, opportuno tempore accedere curetis, & die Sabbati post Festum Ascensionis Domini nostri ejusdem anni proxime futuri, quo „ Capitularia acta inchoabuntur, & non antea, „ Conventum Capitularem ingrediamini, exceptis „ Fratribus Definitorii Generalis, quibus aliquot antè diebus ingredi liceat. Ut autem confusioni, „ quæ

„ quæ ex Fratrum multitudine oriri potest, occur-
„ ramus, statutis Generalibus Ordinis vestri adhæ-
„ rentes, sub pœna privationis suffragii præcipimus,
„ quod Minister, seu pro-Minister, & Custos unius
„ cujusque Provinciæ simul ad Capitulum Generale
„ iter faciant, cum unico tantum socio Religioso
„ pro utroque, & si expensæ aliquæ in itinere ex
„ necessitate faciendæ sint, adducant secum Tertia-
„ rium, qui vices Sindici Apostolici gerat, & ip-
„ sius nomine expensas prædictas inevitabiles faciat;
„ supradictosque omnes hortamur in Domino, ut in
„ itinere euntes, & redeuntes, graviter, modeste,
„ religiosè, ac decenter incedant; non litigent, ne-
„ que contendant verbis, sed sint mites, pacifici,
„ mansueti, & humiles, sicut decet Servos Dei,
„ & institutum Evangelicum, quod profitentur, ma-
„ xime postulat. Præter verò prædictos, & illos,
„ quibus literariis exercitiis, & concionibus pera-
„ gendis a Ministro Generali fuerit concessa licentia
„ specialis, nemo prorsus ad hæc Comitia venire
„ audeat, sub pœna Apostasiæ eo ipso incurrendæ,
„ quam indicimus Vocalibus ipsis, qui curiositatis,
„ aut negotiorum causa a via recta ad Capitularem
„ Conventum præfatum notabiliter deflectent. Ni-
„ hil interim in Provinciis juxta Ordinis statuta
„ prorsus innovetur, donec ad proprias Ministri, &
„ Custodes reversi fuerint; si secus fiat, id nullius
„ valoris, aut momenti habeatur. Provinciarum
„ Custodes, ut sui muneris debito respondeant, ju-
„ xta antiquam Fratrum vestrorum*, laudabilemque
„ consuetudinem, nec non Ordinis statuta, Con-
„ ventuum tàm Fratrum, quàm Monialium nomi-
„ na, eorumdem viventium, & a postremo Gene-
„ rali Capitulo defunctorum numerum, præcisè
„ qui specialis exemplaritatis nota, vitam cum si-
„ gno Sanctitatis vel ducunt, vel clauserunt; item
„ nomina, & qualitates Fratrum inter Infideles,
„ vel ad servitium Terræ Sanctæ actu degentium,
„ aut eo transire cupientium; operum, quæ vel nu-
„ per impressa fuere, vel Typis committenda pa-
„ rantur; Notabilium quorumcumque laudabili me-
„ moria dignorum, quæ a novissimo Capitulo Ge-
„ nerali in propria unius cujusque Provincia, post
„ exactam adhibitam diligentiam, accidisse compe-
„ rtum fuerit; ac tandem cæterorum omnium, quæ
„ de jure, ac consuetudine ad Capitula Generalia
„ deferri solent, fidele testimonium, authenticam-
„ que fidem secum habere meminerint. Similiter sub
„ pœna privationis officii omnibus, qui computa
„ eleemosynarum juxta Constitutiones reddere de-
„ bent, injungimus, ut eadem computa, & Fidelis
„ hujusmodi eleemosynarum administrationis docu-
„ menta ad Statutorum præscriptum per eosdem
„ Custodes respective transmittant. In reliquis ve-
„ ro omnibus ad Generale Capitulum quomodocum-
„ que pertinentibus, quæ his literis non sunt ex-
„ pressa, Generales Ordinis Constitutiones omnino
„ servari volumus. Demum præsentibus nostris li-
„ teris publicatis, sicut, prout moris est, fieri man-
„ damus, preces sine intermissione Deo Optimo Ma-
„ ximo offerantur pro felici hujus Generalis Capi-
„ tuli successu, ut misericors, & miserator Dominus
„ prosperum omnium agendorum eventum concede-
„ re dignetur; quapropter a Paschate Resurre-
„ ctionis Domini ejusdem anni, usque ad diem Fe-
„ stum Pentecostes, quinta feria cujuslibet Hebdo-
„ madæ, solemni Festo non impedita, in singulis
„ Conventibus Missa de Spiritu Sancto decantetur,
„ & a cunctis Sacerdotibus in Missis privatis de eo-
„ dem Collecta recitetur. Inchoato autem, post
„ Matutinas, & Vespertinas horas, ac Missam Con-
„ ventualem quotidie recitetur pariter Hymnus: *Ve-*
„ *ni Creator Spiritus*, cum Antiphona, & Oratio-
„ nibus de Spiritu Sancto, de Conceptione B. M. V.
„ Immaculatæ, ac de P. S. Francisco.

„ Ab Ascensione insuper Domini solemnes suppli-
„ cationes, seu Processiones per Ecclesias, & Clau-
„ stra, Litaniis Sanctorum decantandis, agantur. In
„ ipsa autem Vigilia Pentecostes omnes peccata sua
„ confiteantur, Sacerdotes Missas celebrent, alii San-
„ ctissimum Eucharistiæ Sacramentum valde mane
„ recipiant, quibus plenariam omnium peccatorum
„ suorum Indulgentiam, & remissionem pro ea vice
„ misericorditer in Domino concedimus, & elargi-
„ mur; eademque pariter die Sacrum solemniter de
„ Spiritu Sancto, & Processio, ut supra, fiant, om-
„ nesque ad Dominum humiliter recurrant, ipsum
„ deprecantes, ut quæ agenda sunt, ad sui laudem,
„ & honorem, vestræ Religionis incrementum, ani-
„ marum salutem, totiusque Ecclesiæ Militantis uti-
„ litatem, præveniendo inspiret, & adjuvando pro-
„ sequatur. Decernentes præsentes literas, etiam ex
„ eo, quod quicumque in præmissis interesse haben-
„ tes, seu habere quomodolibet prætendentes, il-
„ lis non consenserint, nec ad ea vocati, vel audi-
„ ti fuerint, nullo unquam tempore de subreptio-
„ nis, vel nullitatis vitio, aut intentionis nostræ,
„ vel alio quovis quantumlibet substantiali defectu,
„ notari, redargui, & impugnari, vel adversus eas
„ aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut
„ aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ re-
„ medium impetrari, seu impetrato quempiam in
„ judicio, vel extra illud uti posse: sicque, & non
„ aliter in præmissis per quoscumque Judices ordi-
„ narios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apo-
„ stolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam
„ de latere Legatos, & dictæ Sedis Nuntios, sublata eis,
„ & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & in-
„ terpretandi facultate, & auctoritate, judicari, &
„ definiri debere, ac irritum, & inane, si secus
„ super his a quoquam quavis auctoritate scienter,
„ vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan-
„ tibus Constitutionibus, & Ordinationibus Aposto-
„ licis, ac quibus in Ordinis prædicti, etiam juramen-
„ to, confirmatione Apostolica, vel quavis firmi-
„ tate alia roboratis statutis, & consuetudinibus,
„ etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, In-
„ dultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, illius-
„ que Superioribus, & Fratribus per quoscumque
„ Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Se-
„ dem Apostolicam, etiam motu, scientia, & po-
„ testatis plenitudine similibus, ac cum quibusvis
„ etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque effica-
„ cioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irri-
„ tantibusque, & aliis decretis in genere, vel in spe-
„ cie, ac alias in contrarium quomodolibet conces-
„ sis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus,
„ & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti dero-
„ gatione de illis, eorumque totis tenoribus specia-
„ lis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo
„ ad verbum, non autem per clausulas Generales
„ idem importantes mentio, seu quævis alia expres-
„ sio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc
„ servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo
„ ad verbum nihil penitus omisso, & forma in il-
„ lis tradita observata exprimerentur, & insereren-
„ tur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis,
„ & insertis habentes, illis alias in suo robore per-
„ mansuris, ad præmissorum effectum hac vice dum-
„ taxat, specialiter, & expresse derogamus, cæte-
„ risque contrariis quibuscumque. Cæterum, quia
„ difficile foret, præsentes nostras literas ad singulas

* *Chronol. Seraph.* *

„ Provincias deferri, volumus, ut earum exemplis
„ in Romana Curia auctoritate nostra impressis, ma-
„ nu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo
„ personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ mu-
„ nitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra
„ adhibeatur, quæ adhiberetur, si forent exhibitæ,
„ vel ostensæ.

„ Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
„ sub Annulo Piscatoris, die xxvi. Martii 1722.
„ Pontificatus Nostri Anno Primo.

F. Cardinalis Oliverius.

Hæc ubi exceperitis dilectissimi Fratres, si per lætitiam vacat, ut nobis ulterius attendatis, expendite quale demum in gaudium tristitia vestra conversa sit, utque hoc magis adhuc sit plenum, exitum providere, in quem initia ista spem omnium nostrum erigere nata sunt, talem enim, ac tantum concipimus, quin subsit metus ne forsitan præfidamus, ut vel expectationem nostram longo intervallo prætergressurus sit, & communem nostram utilitatem ad fastigium, & summum, & stabile provecturus. Nostrarum enim quod attinet Nationum mutuum fœdus, perpetuumque, quod aliqui falsa imaginatione decepti, suspicari voluerant labefactatum; profecto, si aliquomodo nostrum corpus iste Spiritus vitæ destituisset, non aptius ita reduci poterat, ut ossa iterum ossibus jungerentur, & pristinam unumquodque repeteret compagem suam, quam apud illum lapidem angularem, Vicarium Christi, qui adeo utraque unum facere datus est, ut centrum, & unicum, & indissolubile sit, etiam Catholicæ unitatis. In reliquis operosissimum esset per singula ire, quæ a Sanctissimi Patris beneficentia Ordini nostro non indecet auspicari, & specialia cuique vestrum attingere pervium erit, si recolueritis generatim quot, quantisque nominibus hic Summus Pontifex Paterfamilias noster apprime sit, inde namque promittitur, quod de Thesauris suis, ditiores nimirum auctoritatis, sapientiæ, & charitatis, & nova, & vetera proferet in nostrum excellens emolumentum, tum scilicet instaurando quæ grandia in nos contulerunt antiquitus, & sanguine, & apice Majores sui, cum recens augustioribus adhuc gratiis, ex magnanima benevolentia sua promendis, vetustas cœteras illustrando. Suffecerit sane, ut lætabundi audere possimus in istam spem, si, favore in nos electissimo, unum Gregorium Prosapiæ suæ, quotiescumque non placuerit vincere, saltem arrideat æmulari; huic siquidem, inter magnifica plurima, debemus illud, memoria hominum aliis non concessum, nempe Summos Pontifices ALEXANDROS, INNOCENTIOS, NICOLAOS, MARTINOS, SIXTOS, BONIFACIOS, Generalibus nostris Comitiis per se coactis, per se itidem præfuisse, quibus omnibus ejuscemodi viam præivit ipse, cunctos hos frequentiores Conventus nostros, & convocando per se quoad vixit, & sollicitudine invicta ultimum usque inspirando, & absolvendo. Hæc ergo innuere vel eo nobis consilio visum est, ne forte animo hæreatis ad novitatem hanc inopinatam, atque extraneam quidem vobis, at summis ex gente Comitum Pontificibus, & per ipsos Apostolicæ Sedi quam priscam, & familiarem; ac proinde stato tempore ad Urbem quibus jus est, alacres contendatis, non in id modo intuentes, quod pro resolutis denique tricis nostris, Deum non in aliquo incelebri loco hymnus decebat liberatorem, sed in Romana Sion, & in latina Hierusalem solemnius fuerat persolvendus: atque id simul considerantes, quod non habemus Pontificem, qui nostris infirmitatibus compati nequaquam possit, cujus propterea clementiæ Thronus cum fiducia est ab Alumnis Seraphicis adeundus; & a Nobis quidem, ut misericordiam consequamur, pro Republica vestra non ad omnem amussim administrata; a vobis autem, ut auxilio negotiis privatis, & publicis opportuno, omnigenam gratiam pro voto inveniatis.

Quoniam vero, quæ ad Comitia spectant literis Apostolicis plenissime indicta, & satis digesta sunt; ad salutaris obedientiæ meritum, id unum injungimus, & mandamus ut nempe præscriptis supplicationibus, alias private, & publice connectatis, quibus Summo Pontifici, suisque omnibus incolumitatem, & tranquillitatem diutinam imploretis, domuique de nobis tantopere meritæ faustiorem omnem perpetuam felicitatem: concedimus, ut in triduo Festum Pentecostes immediate antecedenti a reservatis nobis casibus, & censuris Sacramentaliter possitis absolvi per Confessarios approbatos: & demum Provinciarum Superioribus per has præcipimus, ut statim ac eas acceperint, in Conventibus suis faciant publicari, deque receptione ipsarum, atque publicatione testimonia authentica, respective, aut ad Nos transmittant, aut ad Generales nostros Commissarios, ad Generale Capitulum afferenda. Quod reliquum est dilectissimi Fratres, exploratius habemus ingenium vestrum ad virtutes cultiores factum, quam ut a vobis, quæ minus inculpate gesserimus, deprecemur: atque adeo id potius flagitamus vestra pietate freti, ut quoniam judicium durissimum iis, qui præsunt, fiet, pro irreprehensa, quam in servitium vestrum habere studuimus, voluntate, orationibus vestris lenire Nobis Supremum Judicem (sic vobis idem se placabilem præbeat) satagatis. Valete, & præsentem memoriæ vestræ amantiori gratitudinis studio, nostrum Eminentissimum Protectorem in preces apud Deum assiduas retineta. Datum apud Regium Conventum S. Francisci Matritensis, die 30. Maii anni 1722.

F. Joseph Garcia Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De Mandato S. P. Rmæ
F. Joannes Franciscus a Soresina
Secretarius Generalis Ordinis.

Evulgatis literis Comitia indicentibus, dubitari contigit, an possent Vice-Commissarii Generales Cismontanæ Familiæ Reformatorum, & Observantium, tempus Capitulorum Provincialium infra annum, ante celebrationem Comitiorum Generalium, occurrentium, anticipare, ut posse contendebant suarum constitutionum vi. Verum Sanctitas Sua eximia, qua prædita est, prudentia, animadvertit aliquod inferri per hujusmodi anticipationes detrimentum Fratribus munera Provincialium actu obeuntibus, qui orbarentur jure accedendi, ac suffragium ferendi in Capitulo Generali, cui præsidere debebat idem Summus Pontifex, ac proinde maxime optabili, & rara admodum sorte, per plura antea sæcula non concessa, exciderent, aliisque præterea adstipulantibus justis causis, Sanctitas Sua mandavit, ut Capitula Provincialia, quorum celebratio peragi deberet post decimam diem mensis Maii anni 1723. anticipari non valerent, sed protrahi per menses, ut commode, peracto Capitulo Generali, celebrari possent. Si quæ vero forent ex iis Capitulis, quorum celebrandorum tempus incideret intra decimam illam diem ex Pascha Resurrectionis, arbitrio, ac prudentiæ Cardinalis

lis Cardinal Ordinis Protectoris, commisit; ut ipse, perpensis rationibus anticipationem, vel protractionem suadentibus, id decerneret, quod æquius censeret, & Provinciarum utilitati (in quam omnia studia convertenda) opportunum. Demum ut Vice-Commissarii Generales sua uterentur auctoritate, prudentia tamen, & æquitate circumscripta, erga ea Capitula, quæ ante Festum Paschatis Resurrectionis celebranda fuissent.

Committitur Nuncio Neapolis executio Constitutionis Clementis XI. de reunione Cænobiorum S. Luciæ de Monte, ac de Portici Provinciæ Neapolitanæ Fratrum de Observantia Discalceatorum Hispaniæ.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Venerabilis Frater Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

ALias per recol. mem. Clementem Papam XI. Prædecessorem nostrum accepto, quod inter tunc existentes Fratres Neapolitanos, & Hispanos Provinciæ S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Fratrum Discalceatorum Hispaniæ Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, plures controversiæ exortæ reperiebantur, fierique nequibat, ut dicti Fratres habitatione, & rerum communione conjuncti, animis, & contrariis studiis non dissiderent, ac proinde expediebat eos ab invicem segregari; Idem Clemens Prædecessor motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione suis, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Conventum S. Luciæ de Monte nuncupatum Civitatis Neapolis, & Hospitium dicti Sancti Petri de Alcantara loci de Portici dictæ Provinciæ Neapolitan. Diœcesis ab eadem Provincia perpetuo separavit, & dismembravit, illaque ita separata, & dismembrata Provinciæ ejusdem S. Petri de Alcantara Regni Castellæ Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis itidem perpetuo univit, annexuit, & incorporavit, volens, & ordinans, ut in illis Religiosi Hispani, qui deinceps Ministro Provinciali secundo dictæ Provinciæ pro tempore existenti subjecti essent, habitarent, & collocarentur; alii vero primo dictæ Provinciæ Conventus, qui octo tunc numerabantur, Religiosis Neapolitanis, & Italis tantum remanerent, ac eadem primodicta Provincia octo hujusmodi Conventus constans in futurum Ministro Generali, seu Commissario Generali Italiæ Ordinis prædicti, pro tempore pariter existenti, subjaceret, & alias, prout in ejusdem Clementis Prædecessoris desuper in simili forma Brevis die 25. Septembris 1702. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Et successivè memorato Clementi Prædecessori exposito, quod ob bellorum motus tunc exortos, interdictumque commercium, & communicationem inter Castellæ, & Neapolis Regna, Conventus S. Luciæ de Monte, & Hospitium S. Petri de Alcantara prædicta, & Religiosi in eisdem degentes a Ministris Provincialibus dictæ Provinciæ Regni Castellæ pluribus annis visitati minime fuerant, & valde dubitandum erat, quod, cessantibus etiam bellis, propter magnam dictorum Regnorum ad invicem distantiam, non raro sine debita visitatione, & correctione remanere poterant, magno Ecclesiasticæ disciplinæ, & Regularis observantiæ detrimento; idem Clemens Prædecessor Congregationem particularem nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus tunc suis S. R. E. Cardinalibus negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositis, super prætensa reunione Fratrum Discalceatorum Hispanorum S. Petri de Alcantara Ordinis hujusmodi Conventus S. Luciæ de Monte, & alterius Conventus S. Mariæ de Portici, cum aliis Fratribus Italis dictæ Provinciæ Regni Neapolitani ejusdem Ordinis, & Instituti, deputavit, quæ quidem Congregatio die 27. Augusti 1710. coadunata per suum Decretum censuit consulendum esse prædicto Clementi Prædecessori pro deputatione alterius Religiosi gravis in Commissarium, & Visitatorem Apostolicum, ad ejusdem Clementis Prædecessoris, & Sedis Apostolicæ beneplacitum tàm prædictorum Conventuum nationis Hispanicæ, & Sancti Petri de Alcantara, quam aliorum Conventuum Fratrum Italorum memoratæ Provinciæ Regni Neapolis ejusdem Instituti, cum facultate, quatenus in Domino sibi expediens visum fuisset, collocandi Fratres Italos etiam in dictis Conventibus Neapolis promiscue cum Hispanis, & vice versa, collocandi Religiosos Hispanos eorundem duorum Conventuum in aliis Conventibus Provinciæ Regni promiscue cum aliis Italis, vel respective remittendi Hispanos ad suam Provinciam Castellæ, & cum aliis facultatibus necessariis, & opportunis, literis suis minime obstantibus, aliisve quibusvis Indultis, seu Ordinationibus, etiam Apostolicis, in contrarium facien. In electionibus vero ad Prælaturas eadem Congregatio particularis censuit servandam esse dispositionem Sacri Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum, atque ejusdem Ordinis, & alias, prout in prædicto Decreto uberius dicitur contineri; factaque subinde, nempe die 5. mensis Septembris subsequentis per tunc existentem Secretarium Congregationis prædictæ de præmissis dicto Clementi Prædecessori relatione, illius sententiam benigne approbavit, & desuper literas Apostolicas in forma Brevis expediri mandavit. Verum ex rationabilibus tunc motivis idem Clemens Prædecessor per quasdam suas desuper pariter in eadem forma die 23. Septembris 1712. de prædictæ Congregationis consilio, ac etiam motu proprio, literas suas prædictas revocavit, cassavit, irritavit, & annullavit, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuavit, ac proinde Conventum Sanctæ Luciæ de Monte, & Hospitium Sancti Petri de Alcantara prædicta a secundo dicta Provincia perpetuo pariter separavit, & dismembravit, illaque sic separata, & dismembrata primodictæ Provinciæ Sancti Petri de Alcantara iisdem perpetuo reunivit, reannexuit, & reincorporavit, ac in pristinum, & eum, in quo, antequam primodictæ suæ literæ emanassent, quovis modo erant, statum, restituit, reposuit, & plenarie reintegravit, ac tàm illa, quam omnes alios Conventus ejusdem primodictæ Provinciæ Sancti Petri de Alcantara unico Ministro Provinciali, qui Commissario Generali Familiæ Cismontanæ dicti Ordinis subjectus esset, subjecit, & alias, prout in secundo dictis Clementis Prædecessoris Literis, quarum omnium executionem fraternitati Tuæ toto illarum tenore inserto per quasdam nostras die 20. Januarii proxime præteriti in eadem forma Brevis emanatas literas, executionem demandavimus, plenius continetur. Hinc est, quod Nos in præmissis opportune pro cura nostra pastorali providere volentes, de prædictæ particularis Congregationis Cardinalium consilio, ac etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, eidem Fraternitati tuæ per præsentes committimus, & mandamus, ut ad executionem dictæ Reunionis, & incorporationis a memorato Clemente

Præ-

Prædecessors in secundo dicta suis Literis demandatæ, & a nobis approbatæ, ut præfertur, cæterorumque contentorum in prædicto Decreto (excepta tantummodo deputatione alicujus Religiosi pro Commissario Visitatore) auctoritate nostra Apostolica procedas, cum facultate scilicet collocandi Fratres Italos etiam in dictis Conventibus Neapolis promiscue cum Hispanis, & viceversa, collocandi Religiosos Hispanos Conventuum hujusmodi in aliis Conventibus Provinciæ Regni, promiscue cum Religiosis Italis, vel respective remittendi Hispanos ad suam Provinciam Castellæ. In electionibus vero Prælatorum, dispositionem Sacri Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum eadem auctoritate servari mandes. Nos enim ad præmissa quascumque necessarias, & opportunas facultates Tibi harum serie tribuimus, & impartimur.

§. 1. Decernentes ipsas præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specifica mentione, & expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanarint, adductæ, aut verificatæ, & justificatæ fuerint, aut quavis alia, etiam quantumlibet juridica, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormia, enormissima, & totalia læsionis, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis formali, & substantiali, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu etiam impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quoad ea, quæ præsentibus sunt, vel dici possent contraria, prædicta Clementis Prædecessoris, & nostris literis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus, etiam in fundatione dictorum Conventuum, & Hospitii, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam dicto Ordini, ejusque superioribus, & quibusvis aliis personis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 22. Junii 1722. Pontificatus nostri anno Secundo.

Breve, quo P. Francisco ab Altamura conceduntur privilegia Ex-Vice-Commissariorum Generalium, licet biennium sui officii non esset expleturus.

INNOCENTIVS PAPA XIII.

Dilecto Filio Francisco ab Altamura Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observ. nuncup. Profess.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Religionis Zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut Tibi reddamur ad gratiam liberales. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod Tu per quasdam nostras litteras desuper in simili forma Brevis expeditas in Vice-Commissarium generalem familiæ Cismontanæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, sub certis modo, & forma tunc expressis, deputatus fuisti, & alias, prout in prædictis literis, quarum tenorem præsentibus pro expressu haberi volumus, uberius asseris contineri. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Capitulum Generale dicti Ordinis die xv. Maii proximè venturi celebrari debeat; Tibi verò tunc temporis ad complendum integrum biennium a Constitutionibus Ordinis hujusmodi auctoritate Apostolica confirmatis præscriptum, ad hoc, ut prærogativis, & indultis, quæ ejusmodi Commissariis Generalibus utriusque Familiæ Cismontanæ munere per biennium perfunctis, per eadem statuta conceduntur, frui valeas, quatuor menses, & novem dies sint defuturi. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut Tibi in præmissis opportune providere, &, ut in infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Te specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Tibi, ut postquam munus Vice-Commissarii Generalis Familiæ Cismontanæ præfatæ absolveris, tametsi tunc temporis quatuor menses, & novem dies de dicto biennio desint, nihi-

lomi-

fominus omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, gratiis, & Indultis, quibus Commissarii Generales Familiæ Cismontanæ hujusmodi, post absolutum in eo munere biennium, tàm de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, uti, frui, & gaudere libere, licitè possis, & valeas in omnibus, & per omnia, perinde, ac si biennium in eodem Vice-Commissariatus generalis munere complevisse reperireris, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & Indulgemus. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & Integros effectus fortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die iv. Martii 1723. Pontificatus nostri anno Secundo.

Conceduntur Officialibus Generalibus in Curia Romana Privilegia, quibus fruerentur, si tempus Officii a legibus statutum complevissent, licet reipsa illud non essent completuri.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

CUm sicut dilecti filii, Carolus a Corleto Commissarius Generalis Curiæ, Benedictus a Castro Atquato Procurator Generalis, Constantius Soret pariter Procurator Generalis, Michael à Monte Gargano Secretarius Generalis, & Felix à Roma Secretarius itidem Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, tam de Observantia, quam Recollectorum Galliæ, ac Discalceatorum, & Reformatorum, respectivè nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecerunt, quod cum Capitulum Generale dicti Ordinis, die xv. Mensis Maii proxime venturi, in alma Urbe nostra, Nobis præsentibus, celebrandum sit; eorum autem officia tunc temporis cessare debeant, nec non eis de integro Triennio, ad hoc, ut prærogativis, & indultis, quæ ejusmodi Commissariis Curiæ, Procuratoribus, & Secretariis Generalibus per Constitutiones, seu statuta dicti Ordinis auctoritate Apostolica confirmata conceduntur, fruantur, plures Menses sint defuturi; cupiunt propterea ipsi Exponentes, ne eorum labores, post absolutum dictum Capitulum Generale, sine præmio destituti remaneant, opportunè sibi in præmissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Congregationis particularis nonnullorum ex venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus, à Nobis deputatæ, consilio, ut præfati Exponentes omnibus privilegiis, & prærogativis, quibus per dictas Constitutiones, & quasdam fel. rec. Alexandri PP. VII. Prædecessoris Nostri litteras, quoad eosdem Commissarium Curiæ, ac Procuratorem Generalem Reformatorum, qui ejusmodi munera exercuerint, gaudere solent, frui possint, & valeant respectivè in eorum officiis, etiam si tempus exercitii dictorum munerum, ad præscriptum ejusmodi Constitutionum, & literarum requisitum, minime expleverint, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac dictis Exponentibus, in omnibus, & per omnia suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum in Villa Catenæ Tiburtinæ Diœcesis sub Annulo Piscatoris, die 29. Aprilis 1723. Pontificatus Nostri anno secundo.

F. Cardinalis Oliverius.

Cum nonnulli Vocales ultra tres Annos, & sex Menses in suis Officiis continuassent, petierunt a Sacra Congr. jus suffragandi, a qua prodiit sequens Epistola.

DAlla Segretaria della Sagra Congregazione de' Vescovi, e Regolari li 4. Maggio 1723. si dà la notizia al P. Ministro Generale di S. Francesco, che la Santità di N. S. ha stimato, che si conceda da S. P. Reverendissima al Padre Provinciale della Provincia di S. Nicolò di Bari de Riformati il voto nel prossimo Capitolo Generale, siccome anco al Custode; non ostante, che abbino compito il triennio, e li sei Mesi delle loro Superiorità, come di potere altresì suffragare li medesimi nel futuro Capitolo

pitolo Provinciale di detta Provincia, e parimenti tutto il Definitorio, e che ſi conceda ancora al medeſimo Provinciale de' Riformati di Calabria, Cuſtode, e Definitorio la voce nel Capitolo Provinciale futuro della ſteſſa Provincia, e tutto ciò ſecondo il parere della Congregazione particolare, e favorevole rappreſentanza fatta dal nominato P. Reverendiſſimo, a cui detto Monſignor Segretario ne porta l'avviſo, e le bacia le mani.

Diſpenſantur qui Commiſſarii, Procuratores, & Secretarii Generales fuerunt, ut in Miniſtrum, vel Commiſſarium Generales eligi poſſint, licet tempus a Conſtitutionibus ſtatutum non interpolaſſent.

INNOCENTIVS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

CUm ſicut dilectus Filius modernus Miniſter Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, ipſe juſtis, & rationabilibus ex cauſis animum ſuum moventibus, ac in majus ejuſdem Ordinis bonum tendentibus, cum dilectis Filiis Fratribus dicti Ordinis, tàm de Obſervantia, quam Reformatis pariter nuncupatis utriuſque Familiæ Ciſmontanæ &c. qui Commiſſarii Generalis etiam de Curia, & Procuratoris, & Secretarii Generalium ipſius Ordinis munera exercuerunt, diſpenſari ſummopere deſiderent, & in Capitulo Generali Ordinis ejuſmodi, uti primum in Alma Urbe noſtra Nobis præſentibus celebrando, ſingula munera præfata denuò aſſequi, nec non ad Miniſtri, & Commiſſarii Generalium Officia eligi valeant, tametſi a dictis muneribus per tempus ab Apoſtolicis, & Ordinis præfati Conſtitutionibus definitum, minime vacaverint, quemadmodum alias in Capitulis Generalibus ejuſdem Ordinis a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris factum fuiſſe memoratur, idque potiori ratione in præſenti concedendum exiſtimet, quia Capitulum Generale dicti Ordinis, quod ad earumdem Conſtitutionum præſcriptum quolibet ſexennio celebrari debuerat, a viginti tribus annis celebratum non fuerit; Nobis propterea idem modernus Miniſter Generalis humiliter ſupplicari fecit, ut præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Miniſtri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere, eumque, ac Fratres ſupradictos ſpecialis favore gratiæ proſequi volentes, & illorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ſuper negotiis ejuſdem Ordinis deputatorum Conſilio, memoratis Fratribus, qui Commiſſarii Generalis, etiam de Curia, Procuratoris, & Secretarii Generalium munera præfata exercuerunt, ut in proximo futuro Capitulo Generali dicti Ordinis, licet ab hujuſmodi muneribus per tempus ab eiſdem Conſtitutionibus præſcriptum, ut præfertur, non vacaverint, nihilominus, dummodo nullum aliud canonicum eis obſtet impedimentum, & ad id idonei reperiantur, in Miniſtrum Generalem, vel Commiſſarium Generalem ejuſdem Ordinis, ſervatis alias ſervandis, eligi, & ſic electi Miniſtri, vel Commiſſarii Generalium hujuſmodi officia ſuſcipere, gerere, & exercere libere, licite, & valide poſſint, & valeant, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi a dictis Commiſſarii, etiam de Curia, Procuratoris, & Secretarii Generalium muneribus tempore per præfatas Conſtitutiones præſcripto vacaviſſe reperirentur, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus, ac cum eis deſuper opportunè diſpenſamus. Decernentes eaſdem præſentes &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 7. Maii 1723. Pontificatus Noſtri anno ſecundo.

F. Card. Olivierius.

DECRETUM INNOCENTII XIII.

Prohibens in perpetuum ſubrogationes Vocalium quacumque de Cauſſa ad Capitulum Generale non accedentium.

Ordinis Minorum S. Franciſci.

HUmilibus exhibitis precibus Sanctiſſimo Domino Noſtro Papæ Innocentio XIII. in præſenti Generali Capitulo Ordinis Minorum Sancti Franciſci Præſidenti, Miniſter Generalis ejuſdem Ordinis F. Joſeph Garcia enixe ſupplicavit, ut Sanctitas Sua benigne ſibi impertiri dignaretur facultatem ſubrogandi alios idoneos Fratres in ſuffragio præſtando pro electione Miniſtri Generalis ſucceſſoris in eodem Capitulo facienda, loco, ſive vice abſentium Vocalium, qui ex longinquis Regionibus ultra Mare tempore congruo accedere, ſive intereſſe non valuerunt, pluribus deductis cauſis, rationibuſque, & præſertim, quia alias Summi Romani Pontifices, inſtantibus Miniſtris Generalibus, ſimilibus precibus aliquando annuere dignati fuerunt, eoque facilius, cum convocationis hujuſmodi Capituli Generalis a Sanctiſſimo factæ notitiam in remotas illas Regiones perveniſſe tempore congruo, non conſtat.

Attamen Sanctiſſimus Dominus Noſter, re maturè perpenſa, non ſine animi ſui anguſtia, ejuſmodi ſupplicationibus dicti Miniſtri Generalis erga Sedem Apoſtolicam, ſuamque Religionem optimè meriti minime annuere cenſuit; atque confidit, eo, quo Miniſter ipſe Generalis flagrat, Zelo, fore ut libenter patiatur, quod Sanctitas Sua precibus ejuſmodi non annuat; ſedulò perpendens a ſubrogationibus hujuſmodi abſtinere expediens omninò eſſe, ne Intrinſecus, & extrinſecus libertatem in Capitulis Generalibus inſultandi, & detrahendi, occaſio, & exemplum, vel etiam immeritò, deſumatur; ſicque undequaque integra, illibata, & intacta Vocalibus convenientibus ad Capitulum remaneat eligendi facultas, in quibus juxta juris, & Inſtituti regulas conſolidari jus eligendi debet, convenit, & expedit. Ex quibus, aliiſque rationibus ſubrogationes hujuſmodi fieri, nedum ipſa Statuta Ordinis expreſsè prohibuerunt, ſed & Conſtitutiones Apoſtolicæ diſtrictè interdixerunt: Quemadmodum in Conſtitutione Innocentii XII. Prædeceſſoris incipien. *Chriſtifidelium* §. *Perpendentes* edita Romæ 16. Februarii 1694. in qua expreſſè abſentium Vocalium vota, nec Protectoris,

nec

nec cujuscumque alterius, nec etiam ipsarum Cardinalium Congregationum auctoritate, suppleri, seu alios Vocales eorumdem absentium loco subrogari prohibuit.

Quapropter Sanctitas Sua, pro suo in hunc particularem Gregem, benedicente Domino, sub ejus oculis, & præsidentia congregatum, Pastorali Zelo, & Apostolicæ dilectionis affectu, ut Sacrosancta libertas in electione omnino integra, prout juris est, Vocalibus in Capitulo congregatis conservetur, utque exemplo cæteris imposterum congregandis salubria hæc provisio fiat, eas omnes prohibitiones circa subrogationes, nedum derogare noluit, sed confirmando, & approbando, omnino observari mandavit, & præcepit; atque iterum, quatenus opus sit, subrogationes, & suppletiones votorum, loco, & vice Vocalium absentium, prohibuit, & interdixit: itaut subrogationes, & dispensationes forsan impetratæ a Romanis Pontificibus in futurum subreptitiæ, & obreptitiæ censeantur, nisi facta de hujusmodi Decreto mentione, & speciali ejus derogatione. Insuperque Sanctitas Sua, ad majorem cautelam, omnes, & singulos juris, & facti defectue, si qui forsan intervenerint, sive interveniant, propter Vocalium hujusmodi absentiam, ob non fortasse perventam ad aliquas remotas Provincias Intimationis hujus Capituli notitiam, ex plenitudine Apostolicæ Potestatis, motu proprio, ac certa scientia, hoc præsenti Decreto supplevit, & supplet.

Quod quidem Decretum provisionis, seu prohibitionis idem Sanctissimus expediri per Congregetionem Episcoporum, & Regularium, ac in ejus Regestis transcribi, publicariq. in præsenti Capitulo Generali congregato, ac inter ejus acta registrari, ad perpetuam memoriam, Sanctitas Sua mandavit, & indixit.

Datum Romæ die 25. Maii 1713.

F. Cardinalis Paulutius.

V. Archiep. Damascenus Secretarius.

CAPITULUM GENERALE OCTUAGESIMUM.

Longe omnium hactenus celebratorum per totum Ordinem S. P. N. Francisci unicum, & celeberrimum Romæ habitum in Templo S. Mariæ de Ara-Cœli die 15. Maii anni 1723.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

PAPA INNOCENTIO XIII.

Præsente in eo, ac Præsidente.

PROOEMIUM.

Tabulas Capitulares vobis de more publicaturi, operæ prætium duximus, eas a gestis ejusdem Capituli exordiri, in quibus, ut Summus Pontifex beneficentiæ in nos suæ reliquum nihil fecit, ita vicissim nihil prætermissum debemus pati ad gratiam habendam ipsi, & ad nostram Posteritatem in gratitudinem, & obsequium ejus monumentis perpetuis excitandam. Dum ergo ab Anno 1700. encyclicis literis semel, & iterum, pro cogendo nostro Generali Capitulo nequicquam datis pejora in dies portenderentur, nutantibus rebus nostris, Innocentius XIII. in firmissimum columen sese ipsis offerre dignatus est, & Seraphico Patriarchæ vicem clementissime referens inclinatam Ecclesiam fulcientanti, Apostolicis suis literis ad 26. Martii Anni 1722. Motu proprio expeditis, pro insequenti Anno convocavit ad Urbem idem Generale Capitulum coram se, quod & feliciter coactum fuit, & demum felicius absolutum.

Hoc igitur Anno 1723. Diffinitoribus Generalibus in Festo Ascensionis ingressis Urbem, cæterisque Electoribus, ex peculiari Summi Pontificis dispensatione, in eandem feria sexta insequenti admissis, dum plura de more discuterentur ad Ordinem pertinentia, & ad majestatem Comitiorum coram Sanctissimo habendorum nonnulla digererentur, accessit ad hoc Aracœlitanum Cœnobium, sub vesperam octavæ diei ab Ascensione, Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus D. Prosper Marefoschi, Summi Pontificis Auditor, ad sindicationem Votorum per Sanctitatem suam specialiter delegatus, qui cordate adeo, ac religiose istem exhausit solicitudinem, ut vel Pontificio nomine disjecerit famam quandam perperam evulgatam, facturamque negotium libertati Electorum, quæ plenissima fuit, si ora, & mentes diutiue occupesset: in hoc idem studium & feria subsequens collata fuit, in qua & Pontificiis literis cum omnibus, qui vacare debuerant, dispensatum, & elegans præparetio Templi pro celebrandis Comitiis accommode absoluta.

Templum ergo ita ornatum erat, ut quæ attexitur ex oloserycis damascenis, aulæis belgicis, aliisque id genus peristromatis, & iis quidem scite inflexis, & collocatis, nihil ad venustatem magnificam desiderare esset. Consurgebat Pontificius Thronus, qua ex foiea elevatiori mediem Navim intersecante per quosdam gradus in subjectum Gremium Templi descensus est, totique spatio interjacenti, usque ad majores valvas, lateque intra perystilia lateralia posito, majestate eminenti dominabatur, ipsique ex adverso imminens valvis ipsis, per obtenta oloseryca probe dissimulatis, insignis Tela pingens Congregatos Apostolos, igneumque descensum ad illos Divini Spiritus præpendebat. Non multum distans a Throni gradibus, & è regione ipsius aderat Mensa ita evectior consuetis, ut ab uno latere alii peduli subselliis impositis assidentes, & ab altero stantes alii, æquè commode ipsam attingerent ad scribendum. Caput ejus duo labriola occupabant, quorum alteri Superiorum Generalium sigilla inerant, alteri duo Catalogi omnium præsentium Electorum, post quæ præsto erat & aliud labrum majus, par nimirum acervo omnium Schedularum; partem autem inferiorem Capsula tenebat hinc, desuper hiatu oblongo patens, ut Schedulæ in ipsam demitti possent, inde verò apertus Missarum Codex, altera pagina Imaginem exhibens pendentis è Cruce Reparatoris, atque altera formulam Juramenti per Electores singulos emittendi. Ubi Mensa hæc ad Disquisitores excipiendos in conspectu Throni, & in medio Gremii posita desinebat, succedebant utrinque sepositæ ad peristylia aliæ continuæ laterales, quæ pro Electoribus in medium emittendis opportunis spatiis interruptæ, circumcirca omne reliquum Gremii obibant, ambiebantque, ipsæque non minus, ac prior illa, Aulæis usque ad fo-

folum tectæ, & necessariis omnibus ubique instructæ erant ad Schedulas describendas.

Templum in formam hanc aptatum ad Electionem, & Cœnobium ipsum clausum sub Custodia mansit die Comitiali, ne multitudinis antelucano concursu noxia utrumque præteriretur. Proinde sub primam lucem, ritu quidem solemni, sed opertaneo, de more sacrificatum fuit Spiritui Paracleto, & horam circiter mandato Summi Pontificis nobis dictam, in Templum Electores immissi, suisque omnes stationibus ordine collocati. Antevenerant jam Summum Pontificem quatuor Domini Cardinales, ab eodem acciti, ut in Comitiis Disquisitores agerent, cum & ipse Magnatibus, atque Præsulibus adequitantibus, demum in Capitolium hoc suum subvectus fuit, & quodam universi compendio, nostro scilicet Generali Capitulo eidem applaudente, de Humana, & Divina sublimitate sua per dignationem eximiam triumphavit. Admoniti per primum intuitum Pontificiæ Crucis illatæ Templo Electores succedentem Vicarium Christi de genu adoraverunt, itloque servato habitu donec ad solium conscendisset, tum designatore ex nutu Summi Pontificis innuente steterunt omnes, & Dominis Cardinalibus sedentibus in dextro latere ad Mensam Disquisitionis, exceptisque nonnullis Præsulibus, aliis omnibus extra facta, Summo Pontifice præsente, ac præsidente tandem initium Comitiis datum est.

Designatoribus igitur Pontificiis omnes actiones omnium dirigentibus Secretarius Ordinis Cismontanus primùm ex Mensa sumpsit labriolum Catalogorum, oblatoque Summo Pontifici, qui graphicè fuerat scriptus in usum ejus, accepit, & ipse suum in eodem labriolo subjacentem, & in supremo Solii gradu enunciavit de genu Nomina Electorum, ad explorandam eorum omnium præsentiam, ut moris est. Comperto illos, qui advenerant, adesse omnes, Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus D. Vincentius Petra, Sacræ Congregationis negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ Secretarius, ex arca Solii Pontificii recitavit Decretum stans, subrogationum Electorum absentium omnimodis prohibitionem.

Post hæc deductus fuit ad solium P. Minister Generalis, & quidem ut se abdicaret officio, gestans labriolum Sigillorum, quod & præstitit lucubrans breviter, & constanter rationem gubernii sui. Sanctissimus è labriolo Sigilla sumpsit, & renuntiationem exhibitam probavit annuens, acceptavitque. Subinde Zelum solvit Apostolici pectoris in allocutionem latinam ad Electores, quam exceperunt ipsi submissis genibus, mentibusque demirantes eloquentiæ nervos, & momentorum incitamenta, quibus ad optima vota se veriùs sensere raptos, quam tantum extimulatos.

Allocutionem Pontificiam Confessio Electorum subsecuta est. Constitit scilicet juxta solium duorum Cantorum alter, ex Electorum Cœtu antea designatorum, qui pronus stans, absque superpelliceo, ad Ecclesiasticos m dos Confessionem consuetam proferret elata voce, submissa eandem aliis genuque posito una cum illo enuntiantibus. In Confessione hac post Beatos Apostolos Petrum, & Paulum, etiam S. P. N. Francisci mentio solemnis inducta fuit, & ipsemet Summus Pontifex formula illa utens ad impendendam absolutionem, qua resumuntur nomina omnia per Confessionem priùs insinuata, postquam ab illis verbis jam de more orditus est, *Precibus, & meritis Beatæ Mariæ semper Virginis &c.* Consulto adjecit etiam nostrum Seraphicum Patriarcham, attexere pergens, *Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Beati Patris Vestri Francisci &c.*; atque adeo nobis ad Confessiones Inductionem hujusmodi, solemniori ritu, & sanctiori modo, quo poterat, consecravit.

Imploratus tum illapsus Divini Spiritus, etiam Summo Pontifice relicta Sede, ad faldistorium proximum acclini genuflectente, & duobus Cantoribus primam stropham Hymni *Veni Creator* præcinentibus, cui alternis choris Ultramontani, & Cismontani Electores finem imposuerunt. Interea Summus Pontifex se restituit Sedi suæ, ibique stans preces consuetas prosequutus est, Versu prius ab iisdem Cantoribus enunciato. Jamque Electioni nihil aliud, præter Disquisitores, supererat præmittendum, qui quatuor Dominis Cardinalibus per Summum Pontificem ad id vocatis, Officio, & numero respondebant.

Ad solium ergo P. Generalis processit medius inter illos, qui per primores ad ejusmodi munus fuerant antea nominati, ibique positis omnes genibus, *Beatissime Pater*, proposuit Generalis, *si Sanctitati Vestræ placuerit, hi sunt Disquisitores eligendi ad recognoscenda, & educenda Suffragia*. Annuente Summo Pontifice, idem Generalis ad suam stationem reversus est, & sigillatim quatuor Disquisitores, facto Missarum Codice, qui apertus in postremo folii gradu offerebat Imaginem Crucifixi, & formulam Sacramenti, ad illam quisque sese obstrinxit dicens: *Juro me secretum omnimodè servaturum*. Ut juraverant singuli consurgebant, & præstitutis locis disponebantur in latere lævo Mensæ Disquisitionis, atque ibi quatuor nostrates stantes juxta Purpuratos quatuor consedentes, Disquisitioni demum, unà cum illis, operam impenderunt.

Antequam tamen offerendis suffragiis initium fieret, idem Illustrissimus, & Reverendissimus Præsul D. Vincentius Petra, & ex eodem quidem, quo priùs loco, aliud in arena conceptum Electoribus Placitum intimavit, quo nimirum Summus Pontifex Electionem edixit assertam sibi, si ea primo Suffragiorum concursu fortassis non successisset.

Secundo igitur eodem Secretario Ordinis Cismontano eodem, quo primùm & gradu, & habitu Electores singulos evocante, hi procedebant in medium Gremii ad pectus plicata sinistra manu, interque indicem, atque pollicem dexteræ modestè schedula elevata, qui ad Mensam pervenientes, Sanctissimo primùm genuflectebant, sinistramque deinde porrigentes ad codicem ut Sacramentum ferrent, tum una Schedulam immittebant in Arcam, pronunciabantque: *Juro me eligere, quem secundùm Deum judico eligendum*. Tunc iterata genuflexione, à dextro latere Mensæ ad solium accedebant, & cum tertiùm genuflexissent, Sanctissimi Pedes exosculati, stationes pristinas à lævo ejusdem latere Mensæ singuli repetebant.

Nullo penitus offendiculo Electores ducenti, & nonaginta sex viam ejusmodi emensi sunt, dumque Schedulæ demum, censendo earum numerum, ex Arca in Labrum appositum extraherentur, ubi Electoribus compertæ pares, etiam disquiri continuò cœptæ sunt, & per gyrum à Cardinalium primo, ad nostrorum ultimum Disquitorum fuerunt recognitæ ad unam omnes, & suffragia simul ex ipsis quisque recognitor adnotavit. Hæc, Deo favente, multum supra exigitam mediectatem in unum confluxerant Eligendorum. Quo successu ab omnibus octo Disquisitoribus, per æquales singulis numeros deprehenso, ascenderunt ad solium tres Domini Cardinales (quartus enim de Comitibus ab apoplexis recenti hærebat infirmo gressu) gestantes folium singu-

singuli suatum Disquisitionum, in quibus ipsemet Summus Pontifex Electionem ut vidit confectam esse, jussit ut ad formam redacta, quæ infra dabitur, Comitiis avidè præstolantibus ipsam de more denunciaretur.

Per Disquisitorii scribam confestim id fuit præstitum, qui cum, loco abiturus, Sanctissimo genuflexisset, Electionem ad formæ terminos exaratam recitans è suggestu, solemniter omnibus intimavit. Audita verò Electione mirari fuit, eatenùs omnes reverentiæ in Summum Pontificem constitisse, ut nihil prorsus vel obsequii, vel gaudii ad alium ab uno ipso contigerit redundare, inter quam obsequentis modestiæ non invitam tantùm exhibitionem, Neo electus provolutus ad pedes Sanctissimi Præsidentis, toto seipso indulguit, ut submitteret cervicem formidabili jugo, utque pro dignitate concurrentium rerum ex tempore proloqueretur, breviter enim his fermè verbis profatus est: *Beatissime Pater libenter huic, quam nec optavi, nec ambivi, obrenunciarem Dignitati, nisi timerem, ne nova jurgia exorirentur, & dissidia, & scandala, ad quæ uniè vitanda tanta honori humeros subjicio, confisus in altissima Sanctitatis vestræ Protectione, quam una cum Sanctissima Benedictione suppliciter imploro.* Proinde Summo Pontifici volenti parens, accepit pronus Sigilla de manu ejus, tantisque auspiciis attoniti Electores, Præsulem suum videntes inauguratum, eruperunt demum in Acclamationes perægrè jamdudum pressas, atque è statione sua cantorum altero præcinente: *Sanctissimæ Trinitati laus, & gloria*, elata voce, plenoque Choro ingeminarunt: *Laus, & gloria*; Tum cantor iterum: *Beatissimæ Virgini honor, & benedictio*, iterumque Electorum vox: *Honor, & benedictio*; Rursus cantor; *Beato Francisco Patri Nostro decus, & gratulatio*, & Electores rursus; *Decus, & gratulatio*, Cantor demum: *Beatissimo Domino nostro Sanctæ, & universalis Ecclesiæ Pontifici Papæ Innocentio Tertio decimo, qui dignatus est in hoc Capitulo præsidere, humiles gratiæ, multi anni, æterna memoria* Electoresque similiter iterarunt Spiritu ferventiori: *Humiles gratiæ, multi anni, æterna memoria.*

Post effusum gaudium, explicatamque gratiam in modum hunc, Summus Pontifex Indulgentias deindè ad Electores singulos, etiam ipsorum consanguineos ad tertium gradum comprehendentes, aliasque ducentas ab unoquoque pro libito dispensandas, prout Domini Cardinalis Secretarii Brevium Epistola præstitit, submissurus; tunc ritu solemniori, precibus nimirum illis ab eodem praviè decantatis: *Adjutorium nostrum in Nomine Domini &c.* trino Crucis signo, sub Augustissimæ Trinitatis Nominibus, ter nobis omnibus benedixit, & Primoribus dumtaxat Capituli, qui advenienti obviaverant, sequentibus abeuntem, postquam tantum non quinque horas sic affuit rebus nostris, ut cum semel digredi è solio coactus esset, eas in suspenso haberi jusserit, donec reverteretur, utque ob incurrentem Sanguinem à sinistro tumenti oculo dolorem perpetem toleraverit, discessit tandem relinquens præsentibus mœrorem subductæ præsentiæ suæ, desideriumque adeò impressum nobis præsentibus, & absentibus suæ diutinæ sospitatis, ut quod aliis Principibus alii perhibentur ad gratiam palam professi esse, id huic nos per silentium quidem, ut vehementiorum motuum, & profundioris obsequii elinguis natura est, sed revera, sed pleniùs, sed quàm cupidissimè succlamantibus animis testati fuimus: *Nihil ultra optaremus si Te immortalem haberemus.*

ELECTIONES.

INprimis igitur, postquam Reverendissimus Pater Fr. Ildephonsus Biezma ex Provincia Castellæ, anno 1702. Reverendissimo Patri Fr. Ludovico *de la Torre*, ex Provincia S. Jacobi vita functo, in Vicarium Generalem Ordinis suffectus fuit, & titulo Generalis Ministri per Sedem Apostolicam decoratus, & postquam huic etiam sublato è vivis anno 1716. successit Reverendissimus Pater Fr. Joseph Garcia ex Provincia Immaculatæ Conceptionis, electus eodem anno Vicarius Generalis, & in sequenti anno 1717. ab eadem Apostolica Sede auctus Titulo Ministri Generalis; præsenti anno 1723. die 15. Maii, Pervigilio scilicet Pentecostes, in hoc nostro Romano Templo S. Mariæ de Aracœli, præsente & Præsidente Comitiis Generalibus Sanctissimo Domino Nostro Papa Innocentio XIII. electus fuit in Ministrum Generalem totius Ordinis S. P. N. Francisci Reverendissimus Pater Fr. Laurentius à S. Laurentio ex Romana Regularis Observantiæ Provincia, ejusdem Provinciæ Lector Jubilatus, & Pater, olim sexennio Guardianus Sacri Montis Sion, & nuper sexennio item pro Observantibus Vice-Commissarius Generalis, & ipsius Electio formula, quæ hic subnectitur, publicata fuit.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Jubente Sanctissimo Domino Nostro Papa Innocentio XIII. præsente, & Præsidente in hoc Capitulo Generali totius Ordinis Fratrum Minorum hodie celebrato, assistentibus S. R. E. Cardinalibus Paulutio Episcopo Albanensi, Congregationis Episcoporum, & Regularium Præfecto, Corsino ejusdem Ordinis apud Sanctam Sedem Protectore, Sanctæ Agnetis Secretario Status, & de Comitibus Sanctitatis Suæ secundum carnem Germano Fratre, specialiter à Sanctitate Sua pro Disquisitoribus quoque electis, promulgatur Electio Ministri Generalis, ut infra.

Hæc est electio Ministri Generalis totius Ordinis S. Francisci, canonicè celebrata per Fratres Vocales capitulariter, ac legitimè congregatos in præsenti Conventu Aracœlitano Urbis, die 15. mensis Maii Anni Domini 1723., in qua quidem Electione &c.

Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ.

Reverendissimus Pater Fr. Joannes de Soto, Provinciæ Regularis Observantiæ Immaculatæ Conceptionis Lector Jubilatus, & olim Custos, Ex-Secretarius Generalis Ordinis, ejusdemque Ordinis Procurator Generalis, atque una Commissarius Generalis Indiarum.

Pater, & Diffinitor perpetuus totius Ordinis.

Reverendissimus Pater Fr. Joseph Garcia, Provinciæ Regularis Observantiæ Immaculatæ Conceptionis Lector Jubilatus, & Pater, Ex-Secretarius Generalis Ordinis, & novissimè Minister Generalis.

Patres, & Diffinitores perpetui Familiæ Cismontanæ.

Reverendissimus Pater Fr. Cherubinus de Nardò, Provinciæ Reform. Sancti Nicolai Lector Emeritus, & Pater, & Observantium, atque Reformatorum Ex-Commissarius Generalis.

Reverendissimus Pater Fr. Cœlestinus à Mediolano, Provinciæ Observantis Mediolani Lector Jubilatus,

tus, Ex-Secretarius Generalis Ordinis, iteratò Minister Provincialis, & Diffinitor Generalis, & per decennium pro Observantibus Vice-Commissarius Generalis.

Reverendissimus Pater Fr. Joannes Cosimus a Monte-Miniano, Provinciæ Reform. Tusciæ Lector Sacræ Theologiæ, Ex-Secretarius Generalis, & Ex-Vice-Commissarius Generalis Reformatorum.

Reverendissimus Pater Fr. Franciscus ab Altamura, Provinciæ Observ. Terræ Laboris Lector Jubilatus, & novissime pro Observantibus Vice-Commissarius Generalis.

Reverendissimus Pater Fr. Joannes de Petrafitta, Provinciæ Refor. Calabriæ Lector Emeritus, atque Pater, Ex-Procurator Generalis Reformatorum, & eorumdem novissime Vice-Commissarius Generalis.

Reverendissimus Pater Fr. Antonius a Neapoli, Provinciæ Observ. Terræ Laboris Lector Generalis, Ex-Secretarius Generalis Ordinis, & Rescripto Apostolico Ex-Commissarius Generalis.

Procurator Generalis in Romana Curia.

A. R. P. Fr. Matthæus a Pareta, Provinciæ Obser. Terræ Laboris Lector Jubilatus & Ex-Minister, & super ejusdem Curiæ Commissarius Generalis.

Commissarius Generalis Romanæ Curiæ.

A. R. P. Fr. Hyacinthus Serrat, Provinciæ Cataloniæ Lector Jubilatus, & Pater.

Procurator Generalis in Curia Romana pro Reformatis.

A. R. P. Fr. Benedictus à Castro Arquato, Provinciæ Refor. Bononiæ Lector Emeritus, & Pater, qui novissime eodem Procuratoris Generalis Officio fungebatur.

Procurator Generalis in Romana Curia pro Excalceatis, & Recollectis.

A. R. P. Fr. Joannes Diaz, Provinciæ Excalceat. S. Didaci in Bætica Lector Theologus, & Minister.

Diffinitores Generales pro Familia Ultramontana.

A. R. P. Fr. Joannes de Salazar, Provinciæ Observ. Carthaginensis Lector Jubilatus, & Minister.

A. R. P. Fr. Antonius Duro, Provinciæ Burgensis Lector Jubilatus, & Pater, & Ex-Secretarius Generalis Ordinis.

A. R. P. Fr. Carolus Boueget, Provinciæ Observ. Franciæ Parisiensis Lector Jubilatus, & Pater, Doctor Sorbonicus, & per Gallias Commissarius Generalis Terræ Sanctæ.

A. R. P. Fr. Petrus Poisson Concionator Regis Christianissimi, Provinciæ Obser. Franciæ Lector Jubilatus, & Pro-Minister.

A. R. P. Fr. Saturninus Dirop, Provinciæ Britanniæ Recollectorum Lector Emeritus, Pater, & Pro-Minister.

A. R. P. Fr. Michael Mosterz, Provinciæ Recollect. Coloniensis Lector Jubilatus, & Minister.

A. R. P. Fr. Franciscus Delamar, Provinciæ Recollect. Hiberniæ Lector Jubilatus, & Minister.

A. R. P. Fr. Emmanuel de Remediis, Provinciæ Observ. Algarbiorum Lector Jubilatus, Pater, & Custos.

A. R. P. Fr. Thomas Montalbo, Provinciæ Excalceat. Granatæ Lector Theologus, & Minister.

A. R. P. Fr. Joseph de Sancta Theresia, Provinciæ Tertii Ordinis Lusitaniæ Lector Jubilatus, Pater, & Custos.

Diffinitores Generales pro Familia Cismontana.

A. R. P. Fr. Carolus a Corleto, Provinciæ Obser. Basilicatæ Lector Jubilatus, Ex-Minister, & Curiæ Romanæ Ex-Commissarius Generalis.

A. R. P. Fr. Bartholomæus a Vulsinio, Provinciæ Obser. Romanæ Lector Jubilatus, Ex-Secretarius Generalis, & Minister Provincialis.

A. R. P. Fr. Gabriel a Venetiis, Provinciæ Observ. S. Antonii Lector Jubilatus, & Pater.

A. R. P. Fr. Albericus Balbianus à Liburno, Provinciæ Observ. Tusciæ Pater, & Provisor Capituli Generalis.

A. R. P. Fr. Joannes Franciscus a Sorexina, Provinciæ Observ. Mediolani Lector Jubilatus, & iterato Secretarius Generalis Ordinis.

A. R. P. Fr. Hilarius Maria de Ragusio, Provinciæ Observ. Ragusii Lector Theologus, & Minister.

A. R. P. Fr. Andreas Pordagni, Provinciæ Reform. Hungariæ S. Mariæ Lector Emeritus, & Minister.

A. R. P. Fr. Joannes Benedictus a Sarzana, Provinciæ Reform. Genuensis Lector Emeritus, atque Custos.

A. R. P. Fr. Seraphinus a S. Fratelo, Provinciæ Refor. Siciliæ Pater, & Custos.

A. R. P. Fr. Michael Angelus à Gallipoli, Provinciæ Refor. S. Nicolai Lector Emeritus, & Minister.

Guardianus S. Montis Sion.

R. P. Fr. Jacobus de Luca, Provinciæ Observ. Romanæ Missionarius Apostolicus.

DECRETUM INNOCENTII XIII.

In ipso Capitulo Generali ab illo datum, quo scilicet Electionem advocabat sibi, nisi ea primo Scrutinio confecta esset.

IN præsenti Generali Capitulo sub Præsidentia Sanctissimi Domini Nostri Papæ Innocentii XIII. cum mox Scrutinium sit celebrandum pro Electione Ministri Generalis Ordinis S. Francisci, Sanctitas Sua paterno, quo flagrat, Zelo erga prædilectam hanc Religionem, enixè omnes, & singulos Vocales in Domino hortatur, & monet, ut proprii muneris conscii in eum conspirent votis, quem, secundum Deum, idoneum pro tanto munere ferendo summa maturitate cognoverint. Quod si Vocales sibi ipsis indulgentes, & partium adhærentium studio distracti, Electionem in hoc Scrutinio, juxta Constitutionum tenorem, non perfecerint, ne diutius dissonantium animorum discordiæ protrahantur, Sanctitas Sua motu proprio monet, & declarat, electione Ministri Generalis non facta in hoc primo Scrutinio, ipsam electionem sibi ipsi assumere velle, sicut ex plenitudine Apostolicæ Authoritatis, & præsentis Decreti tenore, nunc pro tunc, ad se devolutam declarat, atque decernit, itaut aliud secundum Scrutinium amplius replicari, etiam præsenti die

non

non possit, nec debeat. Non obstantibus Ordinis Constitutionibus, etiam specialiter à Sede Apostolica confirmatis, aliisque Ordinationibus Apostolicis, Statutis, & Consuetudinibus, cœterisque contrariis quibuscumque. Quod Decretum Sanctitas Sua in Actis Capitularibus registrari mandat. Dat. in Capitulo Generali, hac die 15. Mensis Maii 1723.

G. Card. S. Agnetis.

B R E V E

SUMMI PONTIFICIS

INNOCENTII XIII.

Confirmans in forma specifica Statutum Capituli Generalis de Precibus, & Suffragiis pro eodem in Ordine persolvendis.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX injuncti nobis divinitus Pastoralis Officii debito illa, quæ a Christifidelibus Altissimi obsequiis, sub suavi Regularis Disciplinæ jugo mancipatis, uberesque bonorum operum fructus, benedicente Domino, proferre jugiter satagentibus, pio, unanimique constituta esse noscuntur consilio, ut perpetua firmitate perennentur, libenter Apostolici muniminis nostri præsidio, cum id à nobis petitur, roboramus. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti Filii Minister Generalis, & Diffinitores etiam Generales Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, tam de Observantia, quam Reformatorum nuncupatorum, quod ipsi, aliique ejusdem Ordinis Fratres in eorum Capitulo Generali novissimè in Conventu S. Mariæ de Aracœli Almæ Urbis nostræ celebrato simul congregati, ac secum reputantes peculiarem illum paternæ charitatis affectum, quo universum Ordinem prædictum, in humilitate quippe, & paupertate fundatum, ac præclaris in Catholicam Religionem, & hanc Sanctam Sedem meritis fulgentem, prisco Gentis nostræ, pluriumque de Sanguine, & Familia nostra Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, qui eumdem Ordinem, illiusque Fratres plurimi semper fecerunt, more, & instituto complectimur, necnon recolentes recentia, atque luculenta Pontificiæ nostræ benevolentiæ argumenta, quæ eis vel maximè perhibuimus occasione memorati eorum Capituli Generalis, quod non modo coram nobis convocavimus, sed præsentia etiam nostra decorari voluimus; ac propterea aliquod grati, & devoti illorum in nos animi testimonium exhibere, ac perpetuum monumentum extare cupientes, communibus suffragiis decretum ediderunt, & promulgarunt tenoris, qui sequitur, videlicet.

D E C R E T U M.

CUm Sanctissimus Dominus Noster Innocentius Divina Providentia Papa XIII. egregiam in nostrum Ordinem voluntatem à majoribus suis, etiam ad Apostolicam Sedem evectis, jure quodam Sanguinis, ac indita suæ Genti pietate in se derivatam, singulari beneficientiæ, atque amoris argumento comprobare volens, universæ Familiæ nostræ Comitiis Idibus Maii in Ædibus S. Mariæ de Aracœli celebratis dignatus sit interesse, ac præsidere, tanta Optimi Principis humanitate, ac majestate simul, ut erumpentes præ gaudio lachrymas coram Apostolico Throno vix revocandi nobis potestas fieret; ne tam illustris beneficii memoria ulla unquam temporum injuria, aut asperitate nostrorum mentibus excidat, Generale Capitulum gratum animum, utut per Franciscanam paupertatem licet, exhibere cupiens, proponente Reverendissimo Patre Ministro Generali, approbantibusque Diffinitorii Patribus, statuit, atque decrevit, ut faustus ille dies, qui tanta, ac tam insigni Clementissimi Principis dignatione honestatus est, inter festivos, & toti Ordini Sacros perpetuis futuris temporibus habeatur, singulisque annis, eodem ipso recurrente die, in omnibus utriusque Familiæ Conventibus pro longæva prosperitate Sanctitatis Suæ, atque inclitæ, nobilissimæque suæ Domus incolumitate, ac sospitate Sacrum solemne peragatur, atque ab omnibus universi Ordinis utriusque sexus Fratribus, & Sororibus eadem pro re crebræ ad Deum preces fundantur. Ne autem hæc grati animi testificatio una cum vita Sanctitatis Suæ, quam Deus Optimus Maximus ad Christianæ Reipublicæ felicitatem, & Nostri Ordinis compendium diù, multumque servare dignetur, finem aspiciat, idem Capitulum Generale, proponente eodem Reverendissimo Generali Ministro, probantibusque eisdem Diffinitorii Patribus, statuit, ac mandat, ut, cum Sanctitas Sua viam universæ carnis ingressus mortales hasce exuvias reliquerit, pro ejus Animæ requie omnes, & singuli universi Ordinis Sacerdotes tres Missas celebrent, & in singulis Conventibus solemnis Missa cum integro Defunctorum Officio decantetur: Clerici verò, & Laici, Monialesque omnes, ac respectivè singuli, & singulæ, tres, ut ajunt, Coronas B. Mariæ Virginis, & duas Stationes recitent, atque insuper, ut monimento numquam interituro tanti Pontificis memoria consignetur, in omnibus universi Ordinis Conventibus perpetuò pro anima ejus fiat Anniversarium. Id autem in omnes tabulas Ordinis inscribi, ac inferri, & per universum Franciscanum Orbem promulgari idem Capitulum Generali cavit, sanxit, ac decretum voluit in Comitiis Generalibus Aracœlitanis, hac die 17. Mensis Maii Anno Domini 1723. Fr. Laurentius a S. Laurentio, Minister Generalis - Fr. Joseph Garcia, Ex-Minister Generalis - Fr. Joannes de Soto Commissarius Generalis Familiæ, & Indiarum - Fr. Cherubinus à Nardo, Ex-Commissarius Generalis - Fr. Deodatus à Roma, Ex-Vice Commissarius Reformatorum - Fr. Franciscus ab Altamura, Ex-Vice Commissarius Generalis Obser. - Fr. Antonius Blanch, Discretus perpetuus Ordinis - Fr. Joannes Cosmus à Monte Miniano, Discretus perpetuus Ordinis - Fr. Joannes à Petrafitta, Ex-Vice-Commissarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ipsi Exponentes Decretum hujusmodi à nobis approbari, & quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent: Nos sinceram Fratrum Ordinis prædicti in nos, & Sedem Apostolicam devotionem attendentes, plurimumque in Domino commendantes, enixis, ac iteratis supplicationibus eorumdem Exponentium nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, harum se-

serie approbamus, & confirmamus, ratumque, & acceptum habemus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, siqui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, prædicti Ordinis, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, innovatis; quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 3. Junii 1723. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Cardinalis Oliverius.

FR. LAURENTIUS A S. LAURENTIO

Totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus.

Universis, & singulis Superioribus, & Subditis Nostræ Curæ subjectis, tam Observantibus, quam Reformatis, Recollectis, Excalceatis, Tertii Ordinis, vel alio quocumque nomine nuncupatis, Textum Regulæ Seraphicæ sub uno capite profitentibus, salutem, & Seraphicam Benedictionem.

QUæ nuper a summa, ac penè incredibili Sanctissimi Domini Nostri Innocentii, Divina Providentia Papæ XIII. beneficentia præclarè sunt, ac insigniter gesta, ad decus nostri Ordinis sempiternum, etsi neminem Vestrum latere posse arbitramur, tum quod res ipsa suomet nomine celebris per silentium abscondi minime patitur, tum quod ingens nostrorum frequentia ex toto ferè Terrarum Orbe collecta grati animi debito, ac religioni ducit ubique illa prædicare; placuit tamen parvitati nostræ eadem Vobis per litteras renunciare, ut, qui licet immeriti ad totius Ordinis regimen fuimus, Deo disponente, promoti, ex nostra insinuatione excitetur in Vobis communis causa lætitiæ, & una sit cum capite omnium membrorum in pia exultatione consensio. Et sane Nobis magnopere lætandum est, quod hac temporum conditione Eum Divina Clementia Ecclesiæ Sanctæ Suæ Pastorem, ac toti Christiano Orbi Principem dederit, qui non solum ex illa Gente ortus est, quæ sicuti egregios Apostolicæ Sedi Pontifices, ac præclaros Christianæ Reipublicæ Instauratores, & Vindices identidem peperit, ita ob ingenitam inclito sanguini pietatem, eosdem Protectores eximios, Parentesque benignissimos præformavit, Fraternitatem nostram tenerrimè diligentes, honestantes, ac modis, studiisque omnibus confoventes, sed qui etiam domesticis hisce exemplis admonitus, omnium Majorum suorum pietatem in se unum cumulatiùs derivatam, singularibus in dies humanitatis, ac benignitatis documentis nititur comprobare. Illud equidem insigne egregiæ in nos voluntatis suæ argumentum est, quod, inter primas Apostolici pectoris curas de toto Orbe soliciti, illam nec respuerit, nec reliquam fecerit, sed ex animo foverit, qua universæ Familiæ Nostræ splendori, unicuique verò nostrum commodis, utilitati, omnique bono studeret. Hinc illa Paterni amoris dignatio, qua non tantum generalia nostra comitia temporum asperitate diu intermissa coram se indicere, nobisque de nostris rebus conferendi consilia, Magistratus nostros creandi potestatem facere voluit, quæ magna humanitas est, sed etiam (quod vota nostra excedere possit) Eisdem Comitiis interesse, ac præsidere per se ipse non est dedignatus; non insueto quidem Pontificiæ comitatis exemplo, si Superiorum ætatum consuetudinem inspiciamus, sed novo, ac plane mirabili, si præsentis ævi magnificentiæ, ac Romanorum Pontificum Majestatis rationem habeamus. Hæc autem, etsi Vobis omnibus perspicua esse putamus, jubemus ad memoriam revocari, ut quantum totus Seraphicus Ordo, ac unusquisque nostrum Optimo, Benignissimoque Principi debeamus, quantumque nos felicitatem temporis hujus nobis ipsis gratulari oporteat, ex nostris litteris intelligatis. Neque tamen ignoramus, inter tot communis gaudii argumenta, id unum forte permolestum vobis contingere potuisse, quod iis in Comitiis humilitas nostra totius Ordinis clavo admota sit, in quibus, pro rei dignitate, ac splendore Pontificiæ præsentiæ, eum decebat Supremum Vestri Moderatorem renuntiari, qui omni Virtutum genere ornatus, non solum oneri par esset, sed etiam eo majorem omni expectatione se ipse probaret, quod tàm præclaris est inauguratus auspiciis. Sed quanquam exiguitatis nostræ memores, Nos tales non esse noscamus, qui huic muneri dignè exequendo pares simus, alacres tamen demandatum nobis onus suscepimus, cum Divini Numinis præsidio, cujus sapientiæ consilio tenuitas nostra ad summum tàm illustris Ordinis regimen evecta est, cum vestra confisi virtute, qui vocati in partem hujus solicitudinis, pondus nostræ insufficientiæ commissum ea ratione levare potestis, quod aliis Fratribus præsidentes, in grege vobis concredito severioris instituti propositum custodiendi, Sancti, ac Seraphici P. N. Francisci præcepta, consiliave instaurandi, majorum nostrorum exempla fovendi, vestris hortamentis, doctrinis, exemplis facultatem habetis. Quod enim nostris viribus assequi non valemus, ut in tota, ac tam magna Ordinis Nostri amplitudine Sanctæ Nostræ Regulæ forma ubique inviolata servetur, Regularis Disciplinæ rigor nullibi laxetur, honestæ, ac ingenuæ artes undique excitentur, instituta denique, ac jura omnia sarta, tectaque custodiantur; id omne solertia, vigilantia, solicitudine eorum, quibus aliis præesse à Domino datum est, facile nos consequuturos esse speramus. Hortamur propterea Provinciarum Ministros, ac Prælatos omnes, ut ita Subditis suis imperare norint, ut filiis, non mancipiis, præesse se cogitent, *neque, ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo, in omnibus seipsos præbeant,*

secun-

ſecundùm Apoſtoli monitum, *exemplum bonorum operum in doctrina*, *in integritate*, *in gravitate*. Eam autem optamus adhibeant ægris animis medicinam, quæ piam Matrem deceat, non quæ imperioſi Domini ſapiat auſteritatem, formam illam præ oculis habentes, quam Seraphicus Pater Noſter Franciſcus Prælatis ſuis ſervandam præſcripſit, ut ſint *in mandatis moderati*, *in peccatores miſericordes*, *in condonando faciles*, *in verbis manſueti*. Sic enim exulceratæ mentes faciliùs ad ſanitatem revocantur, cum aſperitas correctionis oleo lenitur manſuetudinis. Id autem nullus Prælatorum conſequi ſe poſſe præſumat, niſi quos corrigit ex charitate diligat. Enim vero, ut vere divine Seraphicus Patriarcha Noſter ſcriptum reliquit *tolerare non poteris*, *quos amare deſieris*. Ante omnia itaque Fratres chariſſimi, quibus a Domino Fratrum Veſtrorum regimen commiſſum eſt, nolite eſſe ſapientes in oculis veſtris, nec veſtræ initi prudentiæ, ſed illam potiùs a Deo petite, quæ deſurſum eſt, ſapientiam habitantem in conſilio, & ea, non quæ carnis ſunt, ſed quæ ſpiritus ſuggerentem. Hanc enim, quæ ſumme neceſſaria eſt animarum Rectoribus, vos adeptos eſſe indicio erit, ſi humanis affectionibus vacui, privatiſque ſtudiis ſpoliati, manſuetudinem, lenitatem, ſuavitatem in præcipiendo, hortando, arguendo adhibueritis. *Benignus eſt enim*, ut ſapiens ait, *Spiritus Sapientiæ*. *Qod ſi zelum amarum habetis*, admonet vos in ſua Canonica Epiſtola B. Jacobus, *& contentiones ſint in cordibus veſtris*, *non eſt iſta Sapientia deſurſum deſcendens*, *ſed terrena*, *animalis*, *diabolica*. Qui ergo eſtis Deo pro Fratribus vobis concreditis rationem reddituri, in id ſedulo curas veſtras intendite, ne ad iracundiam provocetis Filios veſtros, ſed potiùs bonorum operum, & Sanctæ converſationis exemplo formam eis præbeatis, ad quam mores ſuos componere valeant: cuſtodientes fideliter in eis depoſitum Patrum Noſtrorum. *Propter quod*, *ut* Apoſtolus monet, *remiſſas manus*, *& ſoluta genua erigite*, *& greſſus rectos facite pedibus veſtris*, *ut non claudicans quis erret*, *magis autem ſanetur*; pro virili contendentes, ne ſuper vos prophetica illa exprobatio deſcendat: *Quod infirmum fuit non conſolidaſtis*, *& quod ægrotum non ſanaſtis*, *quod confractum non alligaſtis*, *& quod abjectum non reduxiſtis*, *& quod perierat non quæſiviſtis*: *Sed cum auctoritate imperabatis eis*, *& cum potentia*. Hæc, ſi pro veſtra prudentia memoria repetere vos non pigeat, haud dubitamus, quin quod in votis habemus, ut de ſollicitudine veſtra gloriemur, tanquam de gaudio, & corona noſtra, Nobis ex ſententia ſuccedat. Univerſos autem Vos, ac ſingulos Fratres, per viſcera charitatis Chriſti obſecramus, & obteſtamur, ut memores ſitis Sancti Inſtituti Veſtri, & Sacramenti, quo vos ipſi adegiſtis ad ſerviendum Deo viventi, *ut abnegantes impietatem*, *& ſæcularia deſideria*, *ſobrie*, *juſte*, *& pie vivatis in hoc ſæculo*, Apoſtolicum illud vobiſcum identidem reputantes, *quod nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus*. Non ſint inter vos autem in poteſtatum, officiorumque diſſimilitudine animorum diſſidia, non contentiones, non ſimultates, non odia; *Quod ſi invicem*, ut præmonet Apoſtolus, *mordetis*, *& comeditis*, *videte ne ab invicem conſumamini*. Diſcordia enim maximas quaſque res dilabi, ac penitus frangi, nemo eſt, qui neſciat. *Induite vos ergo*, liceat Nobis Apoſtolica verba uſurpare, *ſicut electi Dei*, *Sancti*, *& Dilecti*, *viſcera miſericordiæ*, *benignitatem*, *humilitatem*, *modeſtiam*, *patientiam*, *ſupportantes invicem*, *ſi quis adverſus aliquem habet querelam*: *Sicut*, *& Dominus donavit vobis*, *ita & vos*. *Super omnia autem hæc charitatem habete*, *quæ eſt vinculum perfectionis*. Neque tamen velimus, vos tantum metipſis indulgeatis, ut dignam nominibus Veſtris, & Ordine, cui nomen dediſtis, vivendi rationem Vos inire credatis, quod veſtris in Cœnobiis Deo vacatis, niſi etiam proximorum ſaluti, exterorum ædificationi, Catholicæ Eccleſiæ utilitati ſolerter proſpiciatis. Non ad hoc enim inſtituti eſtis a B. P. N. Franciſco, ut vobis ſolis vivatis, ſed magis, ut aliis proficiatis, ut Chriſti bonus odor ubique ſitis, talibuſque moribus in edito Eccleſiæ loco præfulgeatis, *ut is*, *qui ex adverſo eſt*, *vereatur*, *nihil habens malum dicere de vobis*. Hoc vos monet Regula, quam Domino promiſiſtis, hoc Patrum, ac Majorum Noſtrorum exempla, hoc denique ſingularis in Nos, Ordinemque noſtrum Sanctiſſimi Univerſalis Eccleſiæ Paſtoris Clementia, quam in dies promereri debemus illuſtribus pro ipſa Eccleſia operibus, geſtiſque præclaris, ut digni habeamur, in quibus tot, & tam ſpecialia Illius beneficia digne, ac decenter collocata reputentur. Hæc ſunt Fratres Chariſſimi, quæ humilitas noſtra æqui, bonique facit generatim Charitati Veſtræ ſuggerere, ut noſtro, quo Vos Paterno Amore complectimur, & unicuique Veſtrum decori, quantum cum Domino poſſumus, conſulamus. Cætera vero, quæ noſtris in Comitiis communi ſunt conſenſione firmata, & quæ Nos ſpecialiter pro publico bono ducimus præſcribenda, in alia encyclica noſtra, Domino favente, accipietis. Interea vero crebras ad Deum preces fundite pro longæva, proſperave Sanctiſſimi Domini Noſtri incolumitate, & ſoſpitate, pro Chriſtianorum Principum pace, & concordia, pro Eminentiſſimo Cardinali Protectore Noſtro, & pro Nobis tandem, qui Seraphicam Vobis impartimur benedictionem.

Datum Romæ ex Noſtro Aracœlitano Conventu nonis Junii milleſimi ſeptingenteſimi vigeſimi tertii.

Fr. Laurentius a S. Laurentio,
Miniſter Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Suæ Paternitatis Reverendiſſimæ
Fr. Antonius a Mazaria Secretarius
Generalis Ordinis.

Hoc in loco referenda eſſent Statuta, quæ veluti in his Comitiis condita typis prodiere Romæ anno 1729. una cum Brevi Apoſtolico San. Memor. Benedicti XIII. quo eadem Statuta Pontificis auctoritate probantur, & confirmantur. Verum, quia in Capitulo Generali Vallis-Oletano anni 1740. fuerunt reprobata, ut ſuo apparebit loco, injunctum mihi fuit, ne inutilibus paginis Volumen hoc onerans, illa recudi permitterem. Placuit tamen addere antedictas Benedicti XIII. Literas, ut uno veluti obtutu omnia, quæ ad hoc Capitulum ſpectant, Apoſtolica documenta videri poſſint.

Con-

Confirmantur Statuta Capituli Generalis anni 1723.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD pastoralis Dignitatis fastigium, meritis licet imparibus, divina dispositione evecti, illa, quæ pro felici, prosperoque Religiosorum Ordinum uberis bonorum operum fructus in Ecclesia Dei assiduè proferre satagentium gubernio, & progressu providè constituta, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolabilia persistant, Apostolici muniminis nostri patrocinio, cum id à Nobis petitur, libenter constabilimus. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Maria ab Ebora Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod pro salubri totius Ordinis hujusmodi, illiusque Fratrum regimine, & directione diversæ Constitutiones in Capitulo Generali ipsius Ordinis novissimè, videlicet anno MDCCXXIII. in hac Alma Urbe celebrato, cui fel. rec. Innocentius PP. XIII. prædecessor noster præfedit, editæ, ac subinde jussu nostro à Venerabili Fratre nostro Laurentio Episcopo Tusculano Corsino, Ordinis præfati apud nos, & Sedem Apostolicam Protectore, & bon. mem. Laurentio Cozza, dum viveret, S. R. E. Cardinalibus nuncupatis revisæ, ac per eos in meliorem, clarioremque formam redactæ fuerunt. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, prædictus Josephus Maria Procurator Generalis illas, pro firmiori earum subsistentia, exactiorique observatione, Apostolicæ Confirmationis nostræ præsidio communiri summopere desideret: Nos ipsius Josephi Mariæ Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Constitutiones præfatas in iis tantum, quæ Sacris Canonibus, Concilii Tridentini Decretis, Constitutionibusque, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim Reformationem dicti Ordinis, illiusque Fratres Reformatos, seu Recollectos, vel Discalceatos nuncupatos quomodolibet concernentibus, & quandocumque editis, non adversantur, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes easdem præsentes literas, ac Constitutiones, ut præfertur, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Beneventi sub Annulo Piscatoris, die secunda Maii MDCCXXIX. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

F. Cardinalis Oliverius.

Confirmatur Decretum Capituli Generalis in favorem Vocalium Excalceatorum Hispaniæ, & Lusitaniæ.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi nuper Nobis fecerunt dilecti Filii Vocales Prominiſtri, & Custodes superi Capituli Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum, quod dictum Capitulum Generale decrevit, ut Exponentes, non modo Indiarum Occidentalium, & Orientalium, verum etiam Hispaniæ, & Lusitaniæ, respective Provinciarum, prærogativis, quibus Fratres de Observantia in suis respective regionibus fruuntur, frui debeant, & alias, prout uberius continetur in Decreto desuper emanato, tenoris, qui sequitur, videlicet - Quoniam Provinciarum Excalceatorum non modo Indiarum Occidentalium, & Orientalium, verum etiam Hispaniæ, & Lusitaniæ Custodes, & Prominiſtri ad Generalia Capitula accedentes, quia eosdem, quos reliqui, anfractus, atque labores adeunt, conveniens etiam est, ut reportent easdem, quam reliqui, prærogativas, Capitulum Generale extendit etiam ad ipsos, omnes, & singulas prærogativas, quæ Pro-Ministris, & Custodibus Provinciarum Observantium per antedictas respectivè Provincias, & Regiones taxatæ sunt, sub iisdem tamen conditionibus pro Observantibus ad eas pro requisitis, quamvis idem Generale Capitulum pro hac vice tantum dispenset super conditionibus ipsis, si forte aliquis Pro-Ministrorum, & Custodum Excalceatorum eas non plene habuerit, in gratiam clementiæ summæ per Sanctissimum Dominum nostrum Papam Innocentium Tertium decimum, Ordini impertitæ. Actum in Capitulo Generali Romæ ex Aracœli die 22. Maii 1723. F. Joannes Franciscus a Sorexina Diffinitor Generalis, & Secretarius.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes, præmissa, quo firmius subsistant, Apostolicæ auctoritatis, & confirmationis nostræ patrocinio plurimum desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, extensionem omnium, & singularum prærogativarum, quæ Pro-Ministris, & Custodibus Provinciarum earumdem Fratrum de Observantia taxatæ sunt, ad ipsos Exponentes à memorato Capitulo Generali factam (ut præfertur) expeditumque desuper illius Decretum præinsertum, cum omnibus, & singulis in eis contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & fa-

& facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Exponentibus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 8. Junii 1723. Pontificatus nostri anno tertio.

F. Cardinalis Olivierius.

Loco ✠ Sigilli.

Cum Pater Bernardinus de Vulsinio Provinciæ Observ. Romanæ per decem, & septem annos Locis Terræ Sanctæ tanquam Parochus, & Magister inserviisset, ac in Collegio Sancti Bartholomæi de Urbe linguam Arabicam per plures annos docuisset, petiit infrascripta privilegia a Sacra Congregatione, quæ decrevit, ut sequitur.

DECRETUM

SACRÆ CONGREGATIONIS GENERALIS

DE PROPAGANDA FIDE

Habitæ die 21. Junii 1723.

REferente R. P. D. Petro Aloysio Caraffa Archiepiscopo Larissæ Secretario preces P. Bernardini a Vulsinio Ordinis Minorum Observant. S. Francisci prætendentis, vigore privilegiorum præscriptorum in Brevi Apostolico san. mem. Clementis PP. XI. incipien. *Commissi Nobis*, edito de anno 1710. pro Alumnis Collegii Sancti Bartholomæi in Insula Urbis, sibi deberi titulos *Admod. Reverendi*, & Lectoris *Arabici Jubilati*, nec non præcedentiam supra Lectores in Sacra Theologia de non numero Jubilatos, ratione sui Lecturæ Arabicæ, exercitiique Apostolici Missionariatus; Sacra Congregatio audito, perpensoque voto Capituli Generalis Ordinis lato in Conventu Araceolitano, sub die 22. Maii proximè elapsi, decrevit primum titulum Patri Bernardino non convenire; secundum non esse ad minus in Ordine usitatum, & antelationem supra Lectores prædictos non debitam ei esse.

Datum Romæ die 3. Julii 1723.

Joseph Card. Sacripantes Præfectus.

P. A. Archiepiscopus Larissæ Secretarius.

Confirmatur Alternativa in Provincia Immaculatæ Conceptionis Fluminis Januarii in Brasilia FF. Discalceatorum.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN eminenti Sedis Apostolicæ specula, Divina disponente gratia, licet immeriti constitut., inter multiplices nostræ sollicitudinis curas, quibus assidue premimur, illam in primis suscipere debemus, per quam, ex debito Pastoralis officii, ergo omnes personas Ecclesiasticas generaliter affectum charitatis extendimus, sic eos, quos sub Regularis observantiæ jugo, divino cultui emancipatos esse cognoscimus, speciali tenemur Patrocinio confovere. Unde cordi Nobis est lites inter eos minuere, ac extinguere, & a dissensionibus tales personas, maxime Religiosas, eidem cultui divino deditas, componere, & pacificare; ideo ad id operarias manus libenter apponimus, ac illa, quæ pro eorum felici, prospero, ac pacifico statu, facta fuisse comperimus, non solum Apostolico munimine roboramus, verum etiam pro illarum majori observantia innovamus, ac de novo statuimus, & ordinamus, ac pœnas adjicimus, ut si non virtutis amore, saltem formidiae pœnæ, mandata Apostolica arctius serventur, & alias desuper disponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte filii Fratris Ferdinandi a Sancto Antonio infrascripti Ordinis expresse Professi, & Theologiæ Lectoris, ac Commissarii, & Procuratoris Generalis Provinciæ Immaculatæ Conceptionis, Ex Provincialis, Pro-ministri Provincialis in Capitulo Generali nuper Romæ celebrato, Ordinis FF. Sancti Francisci Minorum Discalceatorum nuncupatorum Fluminis Januarii in Brasilia, petitio continebat, quod nuper dictus Frater Ferdinandus nomine suo, & nonnullorum Fratrum dictæ Provinciæ, nobis supplicem libellum porrexit, in quo humiliter Nobis exposuerat, quod pro confirmatione pacis, & quietis, inter Religiosos dictæ Provinciæ, decreta, & statuta fuerat infrascripta alternativa inter Fratres dicti Ordinis, illos videlicet natos in Brasilia, & illos natos in Regno Portugalliæ, quæ a Nobis per nostras litteras in forma brevis sub Annulo Piscatoris, videlicet, sub Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 19. mensis Septembris anni Domini 1721. Pontificatus nostri anno primo expeditas, confirmata fuit, prout in dictis literis plenius contineri dicitur, quodque idem Frater Ferdinandus, & dicti Fratres exposuerant præfato Capitulo Generali nuper, ut profertur, celebrato, infrascripta Capitula continentia nonnullas novas conditiones, & declarationes pro faciliori, & securiori observantia, & executione dictæ alternativæ, quæ ab eodem Capitulo, & moderno Ministro Generali ejusdem Ordinis approbata fuerunt, in eoque supplici libello Nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus Capi-

Chronol. Seraph.

tula hujusmodi confirmare, & approbare, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos supplicationibus hujusmodi inclinati, supplicem libellum hujusmodi Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ remisimus, a qua emanavit Decretum, quod posset præfata alternativa, cum declarationibus, & conditionibus in ea descriptis, per nostras literas in forma Brevis confirmari, & approbari. Tenor autem Capitulorum, & Decreti hujusmodi est, qui sequitur, videlicet.

Primo. Ut ad servandam æqualitatem inter Religiosos utriusque partialitatis, quæ nunc perfecta non est, quia Religiosi nati in Regno Portugalliæ in aliqua parte non adæquant numerum Religiosorum natorum in Brasiliis, ut, donec ad æqualitatem perveniant dicti Religiosi, recipiantur tantummodo Novitii ex natis in Regno Portugalliæ, prout in suis litteris Reverendissimus Pater noster Minister Generalis jam ordinavit, sub pœna privationis sui officii, per unum annum, Provincialibus, qui in hoc defecerint, vel, ut in recipiendis dictis Novitiis observetur hæc Regula, duæ partes admittantur ex natis in Regno Portugalliæ, & una ex aliis Brasiliensibus dumtaxat ad habitum admittatur, ista proportione servata, usque dum numerus uterque compleatur, & æqualis sit, ita taliter, ut semper æqualis Fratrum numerus hinc inde valeat fieri, ac conservari, quemadmodum fuit practicatum occasione similis alternativæ concessæ Provinciæ Sancti Antonii Excalceatorum Ulisiponensis, juxta Breve Apostolicum expeditum in illius alternativæ executione.

Secundo. Fiat divisio filiationis utriusque partialitatis, quarum una dicatur ex natis in Brasiliis, seu Brasiliensis; altera vero dicatur ex natis in Regno Portugalliæ ad Brasilia transnatantibus, sub quibus intelligi debent etiam insulani Europei.

Tertio. Æqualitas numeri Religiosorum intelligatur quoad Clericos, non autem quoad Laicos, ea ratione, quod sicut alternativa constituitur pro solo effectu distirbutionis officiorum, alternatim inter utramque filiationem, ad quæ aspirare non possunt Laici, quamvis Laici in quantitate, & consolatione sua valeant cum suis naturalibus Clericis in unum corpus numerari, & uniri, tantumdem ad constituendam istam æqualitatem, Laici habendi non sunt in consideratione, maxime in circumstantiis casus præsentis, in quibus rari sunt Laici ex natis in Brasiliis, cum isti raro habeant spiritum serviendi Deo in humili statu Laicorum.

Quarto. Quod completo æquali numero Clericorum Religiosorum utriusque filiationis, ad hoc, ut ista æqualitas successivis temporibus observetur, in casu obitus alicujus Religiosi, vel deficientiæ, assumatur ad habitum Regularem alius, qui sit de eadem filiatione, de qua erat ille Religiosus, qui obiit, vel defecit.

Quinto. Quod etiam si forsan numerus Religiosorum Europeorum sit defectus, vel defecerit, & pro nunc, vel pro tempore non inveniatur æqualis, & cum paucis Religiosis ex parte Europeorum, tantumdem semper, & inviolabiliter observetur alternativa inter utramque partem, quamvis numerus inæqualiter se habeat, ut jam visum fuit, & determinatum in aliquibus Capitulis Generalibus.

Sexto. Quod in electionibus servetur iste ordo jam præscriptus in dicto primo Brevi confirmatorio, scilicet, ut in uno Capitulo, Minister Provincialis, & duo Definitores eligantur ex una parte; Custos vero, & alii duo Definitores assumantur ex alia parte: in Capitulis autem subsequentibus practicetur viceversa, & sic inde conservetur in Guardianos, alternative ex una, & altera parte eligendos; quod si casus dederit, ut deficiente Ministro Provinciali ante completum Triennium, ex quacumque causa, deveniendum sit ad electionem Vicarii Provincialis, Pater dignior, qui debet præsidere, & incumbere ad ejus electionem, erit tunc ille Pater dignior illius filiationis, de qua erat Provincialis defectus, non autem Pater dignior Provinciæ, forsan iste non erit de illa tunc defecta filiatione, quod si fuerit, tunc illi competat, & tunc ex eadem parte, de qua erat Provincialis, Vicarius Provincialis eligatur, quod pro utraque filiatione, debet fieri, & eodem modo observetur in subrogatione facienda aliis officiis, nempe, Custodis, Definitorum, Guardianorum, causa mortis, absentiæ, aut alterius impedimenti, ut subrogatio facienda sit semper taliter alterius Religiosi in Prælatura, officio, & munere de illa filiatione, de qua erat Officialis, seu locus, cui fit subrogatio, vel electio.

Septimo. Quod ratione disparitatis Conventuum, cum in dicta Provincia tredecim tantum Conventus reperiantur, Definitorium eligat Superiorem Majorem ex tribus Missionibus, quas habet, qui habeat votum in Capitulis Provincialibus, qui, sicut Guardianus, per electionem erit electus, donec Conventus in Provincia per erectionem alterius, deveniant ad æqualitatem, idque habeat tantum locum ad servandam æqualitatem inter Guardianos Vocales, & ubi Conventus fuerint æquales, Superior Missionis nullum amplius habeat votum, nec per suffragia habeatur, sed ponatur ad arbitrium Provincialis, sicut & alii; hoc enim solum fit propter æqualitatem.

Octavo. Quod ad reliqua officia alia, Præsidentes sine voto, Vicarios, Novitiorum Magistros, Ostiarios, & alia hujusmodi officia minora, quoad fieri potest, cum æqualitate se habeant, usque quo Religiosi sint æquales numero, & capaces talia officia obtinendi, & in quantum hoc non attingunt, pro bono regimine Provinciæ, assumentur ex quacumque filiatione, & propter hæc, & alia, non ideo destrui debeat alternativa in majoribus officiis observata.

Nono. Quod in tribus Capitulis futuris, ad servandam æqualitatem alternativæ, dispensetur cum illis Religiosis natis in Regno Portugalliæ, seu Europeis non habentibus requisita præscripta in Constitutionibus Ordinis, ad obtinenda officia majora, quia sicuti dicti Religiosi raro promoti fuerunt ad gradus minores, & sic, quamvis sint capaces, destituti sunt requisitis præscriptis in Constitutionibus Ordinis, vel municipalibus, vel Generalibus, æqualitas alternativæ servari non potest, nisi tunc per dispensationem habilitentur: istaque dispensatio fiat per Commissarium visitatorem Præsidentem Capitulorum ipsorum, & cum duobus Discretis antiquis ipsius filiationis, quæ dispensatio fiat solum per nostros Capitulos sequentes, seu in Congregationibus, per Provinciales cum dictis Discretis, & cum a Reverendissimo P. Ministro Generali per suas literas Patentes cum amplissimis facultatibus nominatus fuerit Commissarius visitator ipsius Provinciæ, Pater Frater Antonius à Pietate, & Præsidens Capituli, cum aliis respective illius nominatis, quod sint bona, valida, & sana omnia ab illo, vel illis respective operata.

Decimo. Quod in omnibus aliis Officiis, quoad fieri potest, qui in uno Triennio fuerunt ex una parte, in alio sequenti Triennio, seu de Capitulo ad Congregationem, & viceversa, pro eisdem officiis assumantur ex altera, pro bono regimine Provinciæ, eademque alternativa practicetur etiam, quoad fieri potest,

pro

pro Studiis Philosophiæ, & Theologiæ. Taliter, ut studentes, & lectores æquali numero assumantur ex utraque filiatione, & id ipsum observetur in electione Prædicatorum, Confessorum, Missionariorum, & aliorum, qui eliguntur in Commissarios Tertiariorum, meliori modo, quo poterit, donec numerus utriusque filiationis æqualis sit tam in qualitate, quam in quantitate, observata semper de cœtero inviolabiliter in aliis majoribus officiis alternativa, ad formam Brevis desuper expediti.

Undecimo. Quod ad faciliorem observantiam hujus alternativæ, Provinciales dictæ Provinciæ admittant ex Portugalliæ Regno Studentes capaces, & benemeritos, volentes transfretare in Brasilia ex Regno Portogalliæ, eosque adjuvent omni auxilio, & favore, & quatenus in hoc deficient, priventur officio suo per unum annum, & tamquam dissipatores pacis, & communis boni arguantur de culpa illa in visitatione Generali; & si Religiosus aliquis, vel aliqui simul uniti de præsenti, vel in futurum impugnaverint, & quoquo modo sese opposuerint executioni dictæ alternativæ, ipso facto privatus, seu privati existant activa voce, & passiva, omnibusque actibus legitimis perpetuo. Omnes, qui Visitatores Generales, pro tempore Præsidentes Capitulorum, omnesque alii Superiores invigilare debeant pro tali inviolabili observantia dictæ alternativæ, coercendo omnes perturbatores pœnis tam spiritualibus, quam corporalibus, ita ut censeatur super dispositis in dicta alternativa adjectus totalis finis, & impositum perpetuum silentium prætendentibus contrarium, & procedatur contra ipsos opponentes, & in posterum reluctantes, ut dictum est: neque etiam Visitatores Generales, Præsidentes Capitulorum, Provincialesque ipsius Provinciæ, sub pœna privationis suorum officiorum totaliter, valeant arguere, aut alterare institutionem dictæ alternativæ, & ejus conditiones.

Duodecimo. Tandem, quod eadem alternativa, juxta Brevium Apostolicorum ordinationes, declarationes, & conditiones præfatas, perpetuis futuris temporibus observetur, & exequatur, & nulli unquam, vel nunc, liceat facultas eam irritandi, aut de vitio, seu nullitate obreptionis, vel subreptionis notandi, vel arguendi, & si forsan propter hæc, & alia Visitatores Præsidentes Capitulorum per litteras patentes a Generalibus Ordinis commissi, vel Provinciales, aliquos excessus, seu defectus, quantumvis magnos, substantiales, vel accidentales scienter, vel ignoranter, & nullitates in dicta Provincia, vel per se, vel cum aliquibus, usque ad præsentem diem commiserunt, vel operati fuerunt, aliqua transgredientes Apostolica, generalia, vel muncipalia statuta, harum virtute, & præsentis approbationis conditionum, ut totalis finis, omnia maneant sana, valida, & efficacia; quodque si in dicta Provincia fuerint aliquæ controversiæ, Religiosi inobedientes, & divisi, statim uniantur, & extinguantur lites, non suffragando cuiquam aliquod jus in contrarium, manentes sub obedientia Provincialis dictæ Provinciæ; istæque conditiones habeantur admissæ, & ligatæ dictæ Provinciæ, per publicationem illarum approbationis, per novum Breve expediendum, sine Capituli, vel Diffinitorii interventione, ista capitula superaddenda, ad majorem firmitatem, & executionem dictæ alternativæ, non sunt nova, sed satis obvia, & expedita, cum plures aliæ alternativæ concessæ appareant sub eisdem legibus, & conditionibus, sive respiciatur ad ea, quæ disposita sunt in Capitulis Generalibus, sive mentis acies convertatur ad Constitutiones Apostolicas emanatas occasione similium alternativarum, & signanter ad illam Constitutionem confirmatoriam alternativæ concessæ Provinciæ Sancti Antonii Excalceatorum Regni Portugalliæ, ut videre est in illius exemplari. Proindeque prædictus Pater Ferdinandus à Sancto Antonio Commissarius, Procurator Generalis ipsius Provinciæ, cum plena facultate, nomine ipsius Provinciæ, & Vocalis Pro-Minister in hoc Capitulo Generali, in spem certam erigitur, quatenus ita videatur Paternitatibus Vestris Reverendissimis, obtinendi approbationem omnium præfatarum conditionum, quæ tendunt ad conservationem pacis in tota Provincia, quæque successive confirmatæ à Summo Pontifice, adiment quemcumque aditum Novatoribus eamdem Provinciam perturbandi, quod ita non eveniet, si dictæ conditiones minime superaddantur; nam sub specie declarationis Brevis jam obtenti, dicti Novatores iterum omnia susdeque versabunt in eadem Provincia. Quare &c. - Fr. Ferdinandus à Sancto Antonio.

Alternativam in Provincia Excalceatorum Immaculatæ Conceptionis in Brasilia, consensu ipsius Provinciæ inter Lusitanos, & Brasilienses factam, ac novissime per Breve Sanctissimi Domini Nostri Papæ Innocentii XIII. confirmatam, Capitulum Generale sic approbat cum conditionibus, ut injungat omnibus futuris temporibus mandari executioni, nec ullus ex antedicta Provincia eidem ullatenus refragari valeat. Actum Diffinitorii Generalis ex Aracœli 22. Maii 1723.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Laurentius à Sancto Laurentio, Minister Generalis.

Fr. Joannes Franciscus à Sorexina Diffinitor Generalis, & Secretarius.

Ita est Fr. Emmanuel Fernandez *de el Rio*, Secretarius Generalis Ordinis.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attenta remissione libelli facta à Reverendissimo, & approbatione Superiorum Generalium, ac visa etiam relatione P. Procuratoris Generalis, referente Eminentissimo Zondadario, censuit, si Sanctitati Suæ placuerit, posse per novas suas Literas Apostolicas in forma Brevis, præfatam alternativam cum declarationibus, & conditionibus superius descriptis, confirmari, & approbari, demandando, quod imposterum memoratum Breve alternativæ desuper expeditum, & de novo expediendum, juxta suprascriptas præinsertas declarationes, & conditiones, in prænarrata Provincia inviolabiliter ab omnibus observetur, & executioni, absque ulla prorsus exceptione, demandetur. Romæ 23. Julii 1723.

Cardinalis Paulutius.

Vincentius Petra Archiep. Damascenus. Secretarius.

Nos igitur quieti, & spirituali consolationi Fratrum dictæ Provinciæ in præmissis opportune providere, eosdemque Fratres Provinciæ dictæ, specialis gratiæ favore prosequi volentes, nec non eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium

tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, porrectis nobis pro ejusdem P. Ferdinandi parte super hoc supplicationibus inclinati, Capitula dictam alternativam concernentia, & in eis contenta quæcumque, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos tam juris, quam facti, & solemnitatum defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, in eisdem supplemus, ac Fratres dictæ Provinciæ ad illorum observationem teneri, & obligatos existere, ac nullo unquam tempore ab illis resiliri, seu contra illa quidquam facere, innovare, vel intentare posse, præsentes quoque literas, semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos quomodolibet nunc spectat, & pro tempore spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari debere, ac nullo umquam tempore, ex quocumque capite, & qualibet causa quamtumvis pia, legitima, & juridica, etiam ex eo, quod aliqui Fratres dictæ Provinciæ, & præfati Ordinis in præmissis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis causa, ratione, actione, vel occasione, jus, vel interesse habentes, aut habere prætendentes, illis non consenserint, nec ad id vocati, citati, & auditi fuerint, & causæ, propter quas eadem præsentes literæ emanaverint, adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, & inexcogitabili, ac specificam, & individuam mentionem, ac expressionem requirente defectu; sive etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite à jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel causa, etiam in corpore juris clausa, occasione, aliave causa, etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut de voluntate Nostra, & aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posse, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel ad controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concesso, impetrato, vel emanato, uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse; neque ipsas præsentes literas Apostolicas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per nos, & Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, & Sedem Apostolicam præfatam, etiam in crastinum assumptionis eorumdem Successorum ad Summi Apostolatus apicem, vel alias motu proprio, & ex certa scientia, ac consistorialiter ex quibuslibet causis, & sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis Clausulis, & Decretis, etiamsi de eisdem præsentibus, eorumque toto tenore, ac data, specialis mentio fiat, pro tempore factis, & concessis, ac faciendis, & concedendis comprehensas, sed semper, & omnino ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam, sub quacumque posteriori data, concessas esse, & fore, sicque, & non alias in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, & alios quomodolibet quavis auctoritate, potestate, prærogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & præeminentia fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane decernimus, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quo circa modernis, & pro tempore existentibus Venerabili Fratri Episcopo Fluminis Januarii, & dilectis Filiis Cantori Ecclesiæ Fluminis Januarii, ac antiquiori Canonico dictæ Ecclesiæ per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte interesse in præmissis habentium, seu alicujus eorum, desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate Nostra easdem præsentes literas, & in eis contenta hujusmodi ab illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter, & inconcusse observari, omnesque, & singulos, quos ipsæ præsentes literæ concernunt, præmissorum omnium, & singulorum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere; non permittentes illos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris Nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præsentium ad judicium non trahatur, aliisque quibusvis forsan in contrarium præmissorum quomodolibet editis, vel edendis, specialibus, vel Generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, stilis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque Decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium eorumdem præmissorum concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam si in eis caveatur expresse, quod illis per quascumque literas Apostolicas, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine pro tempore concessas, quascumque etiam derogatoriarum derogatorias in se continentes, derogari non possit, neque censeatur eis derogatum, nisi hujusmodi derogationes consistorialiter factæ, & per diversas literas intimatæ fuerint.

Qui-

Quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis, earumque totia tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas Generales idem importantes, mentio, seu quælibet alia expressio habenda, aut quæcumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret; illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & causas etiam quantumvis prægnantes, piaa, & privilegiatas, præsentibus, pro plene, & sufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insertis, & expressis, & specificatis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, & singulorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat, latissime, plenissime, ac sufficienter, nec non specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 7. Septembris 1723. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

P. Cardinalis.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

ANAGNINA CANONIZATION.
Decretum S. R. C.

Cum Patres Conventuales contenderent Venerabilem Dei Servum Andream de Comitibus, cujus corpus in eorum colitur Ecclesia, inscribi *Ordinis Minorum Conventualium*, Procurator Generalis Ordinis instavit, ut deleretur illud additum *Conventualium*; & rationibus utriusque Partis visis, ac perpensis, S. R. C. edidit Decretum tenoris sequentis.

„ In Congregatione Sac. Rituum ordinaria habita „ die 25. Septembris 1723. proposita fuit Causa Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servi Dei „ Andreæ de Comitibus, Beati nuncupati, super introductione Causæ, in qua responsum fuit Posse signari Commissionem, si Sanctissimo placuerit, & in „ Decreto apponatur *tantum Ordinis Minorum Sancti* „ *Francisci*. Ita reperitur in folio Causarum resolut. „ in prædicta Sacra Congregatione. In fidem &c.

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Tedeschi Archiepisc. Apamenus S. Rit. Congreg. Secretarius.

Eadem Causa iterum proposita memoratæ Congregationi sub die 21. Decembris ejusdem anni, ad relationem Card. Paulutii super dubio: *An sententia lata super cultu sit confirmanda?* emanavit Rescriptum tenoris sequentis — *Affirmative, & servetur Decretum super nomine* tantum Ordinis Minorum S. Francisci.

His non obstantibus PP. Conventuales, occasione Decretorum super cultu immemorabili BB. Andreæ Caccioli, & Michelinæ Pisauriensis, utriusque Imaginibus, foliis, & libris de illis editis addiderunt titulum *Minorum Conventualium*. Quamobrem habito recursu ad S. R. C. prodiit ab Illustrissimo, & Reverendissimo Cervini a Secretis eidem S. C. Decretum, ut sequitur:

„ Sub die 14. Februarii 1737. Illustrissimus, & „ Reverendissimus D. Cervinus Patriarcha Hierosolymitanus Sac. Rituum Congr. Secretarius, audita „ in contradictorio utraque Parte, rescripsit: *Servetur Decretum emanatum sub die 25. Septembris 1723. In Causa Anagnina Canonizationis B. Andreæ de Comitibus: in reliquis ad Sac. Congr.*

Loco ✠ Sigilli.

T. Patriarcha Hierosf. S. R. C. Secret.

Itaque ad Sac. Congreg. momentis ex utraque Parte adlatis pro finali Caussæ decisione, resolutum fuit.

„ Die 16. Februarii 1737. In Decretis præsentis Caussæ, & aliorum utriusque sexus Ser„ vorum Dei Tertiariorum S. Francisci apponatur „ titulus — *Tertiarii Ordinis S. Francisci* — In „ reliquis vero Decretis Servorum Dei Ordinis Mi„ norum ejusdem S. Francisci, qui decesserunt ante „ Concilium Constantiense „ *Serventur resolutiones S. Congr. editæ in Caussa Anagnina Beatificationis, & Canonizationis B. Andreæ de Comitibus, sub diebus 25. Septembris, & 21. Decembris 1723.*

Fr. Ludovicus Card. Gotti Ord. Prædicator. Præfect.

Sed quoniam in hactenus relatis Decretis nulla statuitur pœna contra inobedientes, nec præcipitur omnibus eorumdem observantia, sed hæc uni tantum videatur injungi eidem Sacr. Congr. opportunum proinde esset, ad jurgia, & lites tollendas, ac veritatem undequaque tuendam, aliud efficacius parare remedium.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium, qua approbatur Capitulum Provinciæ Conceptionis in Brasilia, aliaque ad ejusdem Provinciæ alternativam spectantia decernuntur.

INNOCENTIUS PAPA XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Exposcit Pastoralis officii munus, cui disponente Domino præsidemus, ut quæ inter Religiosorum cœtus dissidia excitant, ea nos altius expullulent, sint a Nobis radicitus extirpanda, sicque ad ea solicite intendimus, quæ ad conjunctionem, atque adeo unionem inter illos conciliandam, ac tenendam nos inducunt, & per quæ discordiarum, & litium, ac controversiarum quarumlibet, inter personas, maxime Religiosas, omnis materia tollatur, & ut graduum abusus, ac cupiditates Religionem Fratrum Minorum Sancti Francisci tot viris illustribus decoratam pervertentes, capitaque ad tot mala excitantia extirpentur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.



Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii Fr. Francisci a Conceptione, infrascripti Ordinis expresse professi, ex-Custodis, ac Theologiæ Lectoris, nec non Ministri Provincialis Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum Fluminis Januarii in Brasilia, petitio continebat, quod cum approximatum fuisset tempus visitationis Generalis dictæ Provinciæ, in eaque Provinciale Capitulum celebrandi, ut mos est, de anno Domini 1722. a dilecto etiam filio F. Josepho Garcia, tunc temporis Ministro Generali dicti Ordinis, litteræ Patentes ad dilectum pariter filium Fr. Antonium a Pietate ejusdem Ordinis etiam expresse professum, ex-Diffinitorem ejusdem Provinciæ expeditæ, ac commissæ fuerunt, per quas eum delegavit, ac constituit Visitatorem Generalem, & Præsidentem Capituli Provincialis præfatæ Provinciæ tunc venturi, cum aliis facultatibus eidem Fr. Antonio a Pietate communicatis, & concessis, etiam idem

idem Provinciale Capitulum, ac electionea confirmandi, prout pleniua, ac uberius in dictis litteris Patentibus a præfato Ministro Generali tunc temporis existente expeditis, latius patet, tenoris sequentis, videlicet.

Deputatio facta a P. Ministro Generali totius Ordinis S. P. N. Francisci pro visitatione præfatæ Provinciæ, ante Capitulum Provinciale ejusdem, in persona Fr. Antonii a Pietate ex Diffinitoris ejusdem Provinciæ, cum omnibus, & singulis facultatibus, privilegiis communibus, & particularibus concedi solitis omnibus Commissariis Visitatoribus Provinciarum Ordinis, ac cum potestatis plenitudine, & signanter cum facultate corrigendi, castigandi, formandi processus, & ipsos compiiandi, & cum Diffinitorio sententiandi, & cum facultate subdelegandi visitationem aliquorum Conventuum, votum consultivum, electivum, & decisivum habendi in omnibus gerendis, cum præsidentia in Diffinitoriis Congressibus, tribuendo etiam facultatem ad convocandum, & celebrandum ipsum Capitulum Provinciale, & eligendum in illo omnes solitos Officiales, & Superiores majores, & minores, repellendum quos non judicaverit benemeritos, facultatem confirmandi nomine Ministri Generalis omnes electiones, & mutandi aliqua, vel aliquos Superiores Locales, si opus esset, reguiando electionea omnes, & officia, juxta eorum alternativam stabilitam in præfata Provincia in præcedenti Capitulo Provinciali, approbatam ab ipsomet P. Ministro Generali, & confirmatam a S. Sede Apostolica; & in casu defectus ipsius P. Antonii a Pietate primo loco nominati, substituitur Frater Stanislaus a Jesu, Concionator, & ex-Diffinitor ejusdem Provinciæ; & in defectu hujus secundi, substituitur tertio loco Fr. Hieronymus a Sancta Rosa Lector Theologiæ, cum omnibus, & singulis facultatibus supra relatis, & pro gerendis iis omnibus, quæ per primo nominatum gerenda essent, & ad hoc ut litteræ patentes præfatæ infallibilem executionem, & effectum suæ auctoritatis, & plenissimæ facultatis habeant &c. Mandando denique omnibus tam Superioribus, quam Subditis ejusdem Provinciæ sub excommunicationis pœna, cæterisque solitis Censuris in Bulla Gregorii XIII. contentis, recognitionem, & obedientiam P. Visitatori nominato, vel substituto &c. Datum Matriti 29. Maii 1722.

Confirmatio, & nova approbatio facta ab eodem P. Ministro Generali literarum patentium, & deputationis, de qua supra, in qua cofirmatione, ad tollenda nonnulla dubia coram ipso excitata, nec non tollendas quascumque oppositiones, quæ forsan fieri potuissent ab aliquibus Religiosis ejusdem Provinciæ contra illarum executionem, declarat, quod præfatæ litteræ Patentes effectum suum habere debeant, etiam si PP. primo, & tertio loco nominati non essent ex illis, qui fuerant nominati a Diffinitorio Provinciæ in nominatione transmissa ad eundem P. Ministrum Generalem, & licet non essent de partito Brasiliensi, sed Lusitano, quia nulla adest lex in subjecta materia, aut ab ipso Ministro Generali, aut a S. Sede Apostolica approbata, quæ præfatæ dispositioni, & arbitrio Ministri Generalis opponatur, & cum declaratione etiam, quod deputationes, & nominationes præfatæ Commissarii Visitatoris, ejusque substitutorum, non contrariantur alternativæ stabilitæ in Provincia, eo quod ipsa alternativa respicit æqualitatem electionum Officialium, & Superiorum Provinciæ; non autem destinationem Commissarii Visitatoris, & quatenus opus esset, super quacumque lege municipali, vel determinatione præfatæ Provinciæ, si qua esset in contrarium, pro effectu præfatæ suæ deputationis, de plenitudine potestatis dispensat, ad bonum regimen, & communem pacem Provinciæ: ultimo eadem plenitudine potestatis annullat quæcumque in contrarium præfatæ suæ destinationis facta, vel disposita fuissent à Diffinitorio Provinciæ, ante receptionem præsentium litterarum, vel post earum publicationem, utpote insubsistentia, & invalida, & sub prioribus pœnis iterum præcipiendo omnibus Provinciæ individuis, tam Superioribus, quam Subditis, ut in omnibus præfatis tantummodo PP. destinatis, & nominatis ab ipso pareant, & obediant, addendo alias ulteriores pœnas arbitrarias adversus contrafacientes, inobedientes, rebelles &c. Sub datum de Rio Seco die 30. Junii 1722.

In tertia littera idem Pater Generalis, ut alternativa Provinciæ in officiis, & dignitatibus conferendis in primo Capitulo Provinciali facilius executioni demandari posset, ejusque dispositio in omnibus observaretur, de potestatis plenitudine dispensando cum omnibus aliunde repertis idoneis ad officia obtinenda, licet non præsentibus in Capitulo, & licet non exercuissent officia, & munera præcedentia ab statutis præscripta, eos habilitat, ut pro executione alternativæ arbitrio, & conscientia ipsius Patris Visitatoris nominati, eligi possint ad ipsa eadem munera obtinenda &c. Non obstantibus in contrarium statutis &c. Insuper pro stabilitate perpetua ejusdem alternativæ præcipitur, ut in proximo Capitulo Provinciali fiat statutum præcipiens tam novo Provinciali, quam Successuribus, ut in receptione Novitiorum semper servetur æqualitas inter Brasilienses, & Lusitanos, ita ut numerus unius partis non excedat numerum alterius; & si in præsenti unus excedat alium, de illa suspendatur receptio, usque dum detur æqualitas numeri inter Brasilienses, & Lusitanos; quod quidem tam in præsenti, quam in futuro servandum erit a PP. Provincialibus, sub pœnis ab ipso Capitulo Provinciali imponendis adversus contravenientes &c. Ita ut, si de præsenti reperiatur excessus in aliqua parte, ex parte excedente suspendatur receptio Novitiorum, & Novitii recipiantur solummodo ex alia parte deficiente, quousque facta fuerit æqualis numerus utriusque partis; & subinde Novitiorum receptio fiat pro æquali, & in casu mortis, aut deficientiæ alicujus Religiosi ex una parte, ex illa eadem parte recipiatur alius Novitius pro æqualitate numeri servanda &c. Sub datum Vallisoleti 2. Augusti 1722. Idem Minister Generalis plenitudine potestatis utens, ut habet ex concessionibus Apostolicis, in virtute suarum litterarum, prorogavit gubernium Provincialis dictæ Provinciæ Conceptionis in Brasilia per sex menses ultra triennium physicum, necessitate ejusdem temporis, ut Provincialis reformaret Provinciam, & disponeret media utilia illi &c. Datum Matriti 26. Septembris 1722. Quarum litterarum vigore, prædictus Pater Antonius a Pietate Præsidens assistens, dictum Capitulum Provinciale celebravit in Capitulari Conventu Sancti Antonii Fluminis Jannarii ejusdem Provinciæ, secundum alternativam inter Religiosos nostros in Portugalliæ Regno, & natos in Brasilia, a Nobis approbatam, & uberius confirmatam, in dictoque Capitulo tunc ab illo celebrato mense Aprilis præsentis anni, ex Religiosis Brasilianis, secundum dictam alternativam, præfatus Fr. Franciscus a Conceptione in Ministrum Provincialem fuit electus: interim vero dilectus etiam filius Fr. Ferdinandus a Sancto Antonio præfati Ordinis expresse Professus, Theologiæ Lector, ex-Provincialis, Commissarius Procurator Generalis ejusdem Provinciæ, & Prominister Provincialis in Capitulo Generali nuper Romæ celebrato, ea occasione, qua ad idem Generale Capitulum

fui

sui Ordinis accessit, ad tollenda quæcumque dubia, sedandasque aliquas discordias, si forsan fuissent, quæ partialitates, & factiones componerent, ex quibus scandala timebantur, & ad hoc ut non dubitaretur de validitate, ac firmitate præfatarum literarum patentium expeditarum, ac commissarum in favorem, & personam præfati Fr. Antonii a Pietate, nec de electione præfati Fr. Francisci a Conceptione in Ministrum Provincialem, omniumque actuum factorum per præfatum Fr. Antonium a Pietate Visitatorem Generalem, & Præsidentem dicti Capituli Provincialis, suæ deputationis, earumdemque literarum patentium vigore, Congregationi Venerabilium FF. nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regul. præpositæ, pro confirmatione, & approbatione præfatarum litterarum patentium a præfato tunc temporis Ministro Generali commissarum in favorem, & personam, ejusdem Fr. Antonii a Pietate Generalis Visitatoris, & Præsidentis dicti Capituli Provincialis, dictæque electionis in personam dicti Fr. Francisci a Conceptione, in Ministrum Provincialem, ac omnium gestorum, seu ordinatorum ab ipso Fr. Antonio a Pietate, vigore dictarum literarum patentium, & aliorum, quæ in supplici libello eidem Congregationi exhibito continentur, supplicavit: de quibus, habitis approbationibus Procuratoris, & Ministri Generalis moderni totius Ordinis, emanavit Decretum tenoris sequentis, videlicet.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, visa relatione P. Procuratoris Generalis, ac audito novo Ministro Generali, qui nihil in contrarium, imo in omnibus favorabiliter deduxit, referente Eminentissimo Zondadario, censuit, & decrevit, suprascriptas præinsertas litteras patentes, & omnia illarum vigore in partibus gesta, seu ordinata, & juxta in expositis petita, esse confirmata, & approbata, prout virtute præsentis Decreti approbat, & confirmat, & sic inviolabiliter in prænarrata Provincia ab omnibus exequi, & observari mandat, quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Romæ 13. Julii 1723.

F. Cardinalis Paulutius.

Vincentius Petra Archiep. Damascenus Secretarius.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ea, quæ a S. Sede Apostolica approbantur, & confirmantur, firmiora sint, & ab omnibus exactius observari soleant: Nos igitur eundem Fr. Franciscum a Conceptione specialis gratiæ favore prosequi volentes, nec non a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, & censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, porrectis nobis, pro ejusdem Francisci a Conceptione parte, super hoc supplicationibus inclinati, Decretum dictæ Congregationis, dictasque literas patentes, & Capitulum Provinciale præfatum celebratum, electionemque ejusdem Fr. Francisci a Conceptione in Ministrum Provincialem præfatæ Provinciæ, nec non officia, ac omnia alia gesta, seu operata a præfato Fr. Antonio a Pietate Visitatore Generali, & Præsidente dicti Capituli Provincialis, celebrati vigore dictarum literarum patentium, omniaque, & singula in eis contenta, ac quæcumque exposita, & expressa tenore præsentium, Apostolica auctoritate approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos, tam juris, quam facti, & solemnitatum defectus, si qui desuper quomodolibet in dicto Capitulo Provinciali, electioneque ejusdem Fr. Francisci a Conceptione, & litteris patentibus, ac aliis operatis intervenerint, in eisdem supplemus, ac omnes Fratres, & Conventus dicti Ordinis, dictæ tamen Provinciæ, ad omnimodam observantiam, & obedientiam ejusdem Fr. Francisci a Conceptione in Provincialem electi teneri, & obligatos existere, & nullo modo a sua obedientia, dictoque Capitulo Provinciali, aliisque operatis in illo, nec a dictis literis patentibus, seu per illas operatis, ullo unquam tempore resiliri, seu contra suam electionem, Superioritatem, jurisdictionem, dictumque Capitulum Provinciale, præfatasque literas patentes, & omnia alia operata illarum virtute quidquam facere, innovare, vel intentare posse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos quomodolibet nunc spectat, & pro tempore spectabit, similiter, & inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore, ex quocumque capite, & qualibet causa quantumvis pia, legitima, & juridica, etiam ex eo, quod aliqui Fratres dictæ Provinciæ, & præfati Ordinis in præmissis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis causa, ratione, actione, vel occasione jus, vel interesse habentes, aut habere prætendentes, illis non consenserint, nec ad id vocati, citati, & auditi fuerint, & causæ, propter quas eædem præsentes literæ emanaverint, adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, excogitato, & inexcogitabili, ac specificam, & individuam mentionem, ac expressionem requirente defectu, sive etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel causa, etiam in corpore juris clausa, occasione, aliave causa, quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra, & aliis superius expressis, nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutiones in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concesso, vel impetrato, vel emanato uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, neque ipsas præsentes literas Apostolicas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, & Sedem Apostolicam præfatam, etiam in crastinum assumptionis eorumdem successorum ad summi Apostolatus apicem, vel alias motu proprio, & ex certa scientia, ac consistorialiter ex quibuslibet causis, & sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clau-

sulis

sulis, & Decretis, etiamsi de eisdem præsentibus, eorumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, pro tempore factis, & concessis, ac faciendis, & concedendis comprehensas, sed semper, & omnino ab illis exceptas, & quoties illæ emanarunt, toties in pristinum, & validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo, etiam sub quacumque posteriori data, concessas esse, & fore, sicque, & non alias in præmissia omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac præfatæ S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, ac alios qoomodolibet, quavis auctoritate, potestate, prærogativa, & privilegio fulgentea, & honore, & præeminentia fulgentea, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quovis judicio, & quavis instantia, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane decernimus, si secus supra his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilectis filiis Cantosi Ecclesiæ Fluminia Januarii, ac Laurentio de Valladores Veira, ac Bartholomæo de Franca nostri, & Sedia Apostolicæ Notariis, Prothonotariis nuncupatis, eisque deficientibus, seu renuentibua, pro tempore existentibus Venerabili Fr. Episcopo Fluminis Januarii, & scholastico, ac antiquiori Canonico Ecclesiæ Fluminia Januarii, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte interesse in præmissia habentium, seu alicujus eorum, desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionia præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem præsentes literaa, & in eis contenta hujusmodi ab illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter, & inconcusse observari, omnesque, & singuloa, quos ipsæ præsentes litteræ concernunt, præmissorum omnium, & singulorum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere; non permittentes illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari, nullum, & insubsistens declarantea quidquid fit, aut fuerit in contrarium factum, divisionea, ac perturbationes inter Religiosos dictæ Provinciæ, sub quocumque prætextu, ratione, vel causa latas, non permittentea. Contradictores quoslibet, & rebelles per censuraa, & pœnas Ecclesiasticaa, aliaque opportuna juris, & facti remedia (appellatione postposita) cómpescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularia: non obstantibus felic. rec. Bonifacii PP. VIII. Prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dictis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præsentium ad judicium non trahatur, aliisque quibusvis forsan in contrarium præmissorum quomodolibet editis, vel edendis, specialibua, vel generalibua constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, stilis, usibua, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, sub qoibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriatum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratia vicibus in contrarium præmissorum concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam si in eis caveatur expresse, quod illis per quascumque litteraa Apostolicas, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatia plenitudine pro tempore concessaa, quascumque etiam derogatoriarum derogatorias in se continentes, derogari non possit, neque censeatur, eis derogatum, nisi hujusmodi derogationes consistorialiter factæ, & per diversas litteras intimatæ fuerint, quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas Generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quæcumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret; illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & causas, etiam quantumvis prægnantes, pias, & privilegiatas, præsentibus pro plene, & sufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insertis, & expressis, & specificata habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, & singulorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat latissime, plenissime, ac sufficienter, nec non specialiter, & expresse derogamua, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 15. Novembris 1723. Pontificatua Nostri Anno Tertio.

P. Card. Prodatarius.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

I. Accorambonus Subdatarius.
A. Magister Brevium.
N. Antognettus.

Confirmantur Decreta Capituli Generalis, Sac. Congr. Episcoporum, & Regularium, & Literæ P. Generalis, super correctione Tertiariorum sæcularium Fluminis Januarii in Brasilia.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoria.

ORdines, ac Congregationes ab Insignibus Sanctitate Viris Spiritus Sancti afflatu institutæ, tantas Ecclesiæ Dei utilitates omni tempore attulerunt, ut ad eas conservandas, & instaurandas Romani Pontifices Prædecessores nostri magnam jure optimo diligentiam semper adhibuerint. Nam cum ea sit rerum humanarum conditio, & natura, ut ea, quæ optimè fundata, & constituta sunt, partim hominum imbecillitate, & ad malum proclivitate, partim Demonis astutia, paulatim deficiant, & nisi cura pervigili substententur, in deterius prolabantur, ac inter earumdem Congregationum Personas, & earum Superiores, perturbationes, ac dissidia insurgant; idcirco Summorum Pontificum vigilantia, semotis litium anfractibus, magnoperè laboravit, ut dd. Ordinum, ac Congregationum disciplina, aut labefactata in pristinum restitueretur, aut salutaribus Constitutionibus communita, integra, atque incolumis permaneret. Quare Nos, per illam, quam erga Sanctum Franciscum præcipuam gerimus devotionem, universam illius Familiam pater-

terno amore complectentes, & Prædecessorum nostrorum vestigiis insistentes, pro eodem officii munere controversiarum, ac litium materias inter ejus regulas profitentes exortas è medio tollimus, errores, ac rebellionem præcidimus, ac easdem Personas sub suavi jugo Altissimo famulaturas, in Ovile sui Sancti Fundatoris coadunamus, & alia pro potiori observantia innovamus, ac observari mandamus, ut si non virtutis amore, saltem formidine pœnæ mandata Apostolica observentur, & alia desuper undique debite pensatis circumstantiis disponimus, prout in Domino salubriter expedire, ac providere evidenter cognoscimus.

Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii Fratris Ferdinandi a Sancto Antonio infrascripti Ordinis expressè Professi, Theologiæ Lectoris, èx-Provincialis, Commissarii Procuratoris Generalis Provinciæ Immaculatæ Conceptionis, Ordinis Fratrum Sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum, Civitatis Fluminis Januarii in Brasilia, nec non Congregationis Tertiariorum Sæcularium ejusdem Ordinis, Conventus Sancti Antonii, præfatarum Civitatis, & Provinciæ Procuratoris, Pro-Ministri Provincialis in Capitulo Generali nuper Romæ celebrato, petitio continebat, quod cum inter Tertiarios Sæculares ejusdem Ordinis, & præfati Conventus Superioribus dictæ Provinciæ, & Ordinis præfati, ac Commissariis Visitatoribus ad ipsos a Provincialibus nominatis obedire renuentes, aliquæ discordiæ, perturbationes, inobedientiæ, & divisiones exortæ fuissent, in diesque magis, ac magis Tertiariorum refractariorum pertinacia perdurasset, ex eo, quod aliqui Brevibus Apostolicis, & statutis præfati Ordinis, ac Superioribus dictæ Provinciæ non obtemperantes, ab ejusdem Conventus Congregatione, nec non ab antiqua Cappella eidem Conventui contigua, & a Superiorum præfatæ Provinciæ subjectione, ac correctione se se alienarunt, & separarunt, antiquum, & immemorabile Jus præfatæ Provinciæ, & Ordinis, ac Superiorum præfatorum totalem, & debitam obedientiam contemnentes, congressum alium novum, & diversum, ex eorum mera, liberaque voluntate, in quodam Hospitali novo nuncupato, seu quadam Cappella, Ordinationibus Apostolicis, & Ordinis præfati statutis contemptis, fabricantes, progredi, & continuare curarunt, prout continuant de præsenti, assumentes sibi Superiorum præfatæ Provinciæ, & præfati Ordinis auctoritates, ex se ipsis dicti Refractarii Commissarium Visitatorem, & Officialem, qui dicitur Minister, & alios habere præsumunt, prout etiam dare habitus, facere Professiones, ac omnia alia ex diametro opposita, & contraria Ordinationibus Apostolicis, Regulæ, statutis, & declarationibus, usitatisque consuetudinibus in dicto Ordine, præfataque Provincia possessis, & concessis; sicque tot, tantisque erroribus, scandalis, jurgiis, & perturbationibus, nullo pœnitentiam subeunte, in sua protervia in ipsos fundata, magno cum scrupulo totius Populi similes novitates admirantis, insistere pergunt. Ad hæc, & alia tot mala, ac errores evitandos, & ut extinguerentur præfatæ perturbationes, divisiones, lites, & discordiæ, ex quibus omnibus partialitates, & factiones inobedientes componebantur, ne fierent in uno Ordine, unaque Congregatione diversa membra, à suo Capite, veroque Prælato, ac obedientia, disgregata conventiculis, præfatus Fr. Ferdinandus a Sancto Antonio ea occasione, qua ad idem Generale Capitulum sui Ordinis accessit, eidem Universo Ordini simul congregato, Capituloque Generali præfato sui Ordinis celebrato, supplicem Libellum porrexit tenoris sequentis, videlicet.

Reverendissimi Patres.

TErtiarii sæculares nostri Ordinis Conventus Sancti Antonii Fluminis Januarii, Provinciæ Immaculatæ Conceptionis in Brasilia, habentes Cappellam, sicuti habent cœteræ omnes Congregationes Tertiariorum in aliis Provinciis, & in Conventibus ejusdem, propè, imo contiguam Conventui, & Ecclesiæ Sancti Antonii nostrorum Religiosorum Discalceatorum, quamvis usque ab initio fundationis dictæ Provinciæ, & successive semper perpetuo paruerint tùm Commissario Regulari eisdem Tertiariis, juxta proprium votum, & Brevia Apostolica, a Provincialibus dictæ Provinciæ destinari solito, tùm Provincialibus ejusdem Provinciæ, ac Guardianis, Reverendissimisque Generalibus nostri Ordinis, qui omnes, juxta Constitutiones Apostolicas, absolutam potestatem habent illos dirigendi, & gubernandi, nihilominus modernis hisce temporibus obedientiæ jugum excutere præsumpserunt scandalosè; nam occasione, qua illorum Commissarius noster approbare noluit quamdam sententiam, eo inconsulto, Injustissimè, ac indebitè latam, contrà suos sacristas, ab Officialibus ejusdem Ordinis, isti cum nonnullis ex dictis Tertiariis una simul illegitimè unitis, ejecerunt dictum Commissarium nostrum, insciis Superioribus dictæ Provinciæ, & nostri Ordinis, imò palam professi sunt, expulsionis sententiam protulisse contra dictum Commissarium nostrum ab ipsis antea petitum, ac per electionem Diffinitorii ad ipsos electum, ac per Provincialem nominatum, manente tamen saniori dictorum Tertiariorum parte sub consueta directione dicti Commissarii, aliorumque superiorum, eoque res processit, ut illa pars Tertiariorum refractaria sibi rapuerit, & introduxerit novum Commissarium quemdam Religiosum Tertii Ordinis in dicta Civitate vagantem, & in illius locum deinde posuerit quemdam Sacerdotem Sæcularem, contra expressam literam Apostolicarum Constitutionum, & signanter Sixti Quarti, Pauli Tertii, Julii Secundi, Alexandri Septimi, Innocentii Undecimi, & Clementis Undecimi; & contra alias Constitutiones, ac statuta stabilita in dicto Ordine Minorum pro ipsis Tertiariis Sæcularibus, & in libro Speculo Seraphico contenta, & perseverando in hac damnabili contumacia, iidem Tertiarii abutentes Regula, quam profitentur, & professi sunt, renuerunt obedire Commissario Visitatori Generali illius Provinciæ, quem miserat noster Reverendissimus Pater Minister Generalis ad sindicandam, & regendam totam Provinciam, contemnentes omnes Regulas, statuta generalia, ipsaque Brevia Apostolica, ac mandata Provincialis, & Commissarii ejus vices agentis, non sine magno scandalo totius Populi, imo tumultuaris coram Religiosis ad portas Conventus in Ecclesia, & Plateis verba iracunda, & alia indignè gesta incitantia, & promoventia intrà, & extra suam Cappellam moventes, clauserunt aditus dictæ Cappellæ Superioribus Religiosis dictæ Provinciæ, aliisque Tertiariis Religioni subjectis. Ad removenda itaque hujusmodi dissidia, & tollendas omnes istas perniciosas novationes, opus fuit eidem Commissario Visitatori Generali, & Superiori Provinciali, cum Diffinitoribus Provinciæ, procedere contra dictos Novatores, & juris ordine servato, privare Officiales inobedientes suis officiis, prout privavit mediante sententia diffinitiva, cui minime paruerunt, jactantes se se non esse Subditos Religioni, esseque independenter Superiores, eademque sententia non affici,

Chronol. Seraph. *

& ob id summa pace in protervia sua permanserunt consistentes, nec coram Superioribus adversus dictam sententiam, quæ ab ipsis fuit positivè neglecta, comparuerunt; quo circa ipsemet Commissarius Visitator Generalis, & Provincialis, habitis aliis diligentiis, tàm pro jure Religionis, quàm pacis acquirendæ, ab eis totaliter neglectis, curarunt de his omnibus certiorem reddere nostrum Reverendissimum Patrem Ministrum Generalem. Interim vero supradicti Tertiarii refractarie, clandestine, & sine ullo consensu Provinciæ, seu Superiorum, falsisque præmissis, & cum positivo dissensu aliorum Tertiariorum, qui ab obedientia non recesserant, inauditaque ipsa Provincia, ad quod legitime debebat audiri, porrexerunt supplicem libellum Serenissimo Portugalliæ Regi, eidemque exposuerunt necessitatem ædificandi quoddam Hospitale pro curandis suis infirmis, obtentisque Literis Regiis, quibus annuebatur illorum petitioni, loco dicti Hospitalis suppositi, maliciosè extruxerunt Ecclesiam in eadem Civitate satis amplam, & longe dissitam a nostro Conventu Sancti Antonii, ea intentione, ut derelicta antiqua Cappella, ad dictam novam Cappellam, seu Ecclesiam transferrent dictum Tertium Ordinem, & quod ad dictum Hospitale nominatum, & tunc jam nuncupatum Hospitium Sancti Francisci Civitatis, posuissent Religiosos ipsius, vel alienæ Provinciæ, prout de facto ab aliis Provinciis petierunt, & procurarunt, & aliquoties Religiosos vagos introduxerunt, non obstante expressa protestatione aliorum Tertiariorum sub obedientia manentium, & Statutorum, Breviumque prohibitione, & de facto ibidem transtulerunt furtim omnia supellectilia, ac Imagines supradictæ Cappellæ, quam, fractis Januis, nudam dereliquerunt, & ceperunt ex suo arbitrio Crucem elata Mortuorum, ac omnes alias functiones Ecclesiasticas exercere, sepellientes de suis Refractariis mortuos in dicta nova Cappella, seu Hospitali, sicuti veri Tertiarii in nostro Ordine, sub directione Presbyterorum sæcularium, & aliquoties aliorum Religiosorum ad Commissarios ab illis assumptorum, adimplendo etiam illa anniversaria, quæ addicta erant antiquæ Cappellæ, ac admittendo etiam ad habitum, & professionem alias Personas ibidem confluentes, & tandem usurpando omnia alia, quæ ad nostrum Ordinem solummodò pertinent. Hæc omnia, quæ non sine gravi, ac infando scandalo exercebantur a dictis Tumultuariis viris, approbata non fuerunt a saniori parte dictorum Tertiariorum, qui manentes sub regula, nec ab antiqua Cappella recesserunt, nec a directione Provincialis, & Commissarii Congregationis dicti Conventus se se alienarunt, & ob id cum Reverendissimus Pater Minister Generalis injunxerit Provinciali dictæ Provinciæ, ut deveniret ad denominationem novorum Officialium dicti Tertii Ordinis, loco illorum, qui propter dictas novationes, & rebelliones ab officiis privati erant, iidem Tertiarii in dicta sua antiqua Cappella convocati, ea, qua par erat, obedientia acceptarunt ordines, & mandata Superioris Generalis, & sic de obedientibus successive nominatis, ac electis novis Officialibus, ad restituendam pacem, & quietem dicto Tertio Ordini adeò perturbato invigilarunt, & me tamquam Procuratorem Generalem dictæ Provinciæ Immaculatæ Conceptionis constituerunt, cum amplissimis facultatibus relegendis in eorum mandato Procuræ penes me existente, cujus vigore tàm nomine dictorum Tertiariorum, quàm nomine meæ Provinciæ, primo loco obtinui à Serenissimo Portugalliæ Rege revocationem ordinum jam datorum favore dictorum Refractariorum, ut dictum Hospitale, seu Cappella non continuaretur; nunc verò opportunius duxi exponere Paternitatibus Vestris Reverendissimis statum, in quo reperitur dictus Tertius Ordo Secularium Tertiariorum, nuncupatus de Pœnitentia, in dicta Civitate Fluminis Januarii, adversùs Religionem nostram, nostraque privilegia, & declarare Reverendissimis Paternitatibus Vestris, quod alii Tertiarii subjecti Religioni, secundum Brevia Apostolica, statuta Generalia, ac Tertiam Regulam, vere subsunt Commissario, Provincialibus, Superioribusque Generalibus, ac eorum omnium vices agentibus, suntque separati ab aliis Refractariis, ac Rebellibus in sua antiqua Cappella, nec se se congregant in dicta Ecclesia noviter constructa, ad quam dicti Refractarii in sua contumacia, neque novis Officialibus, neque Provincialibus dictæ Provinciæ, ejusque Visitatoribus Generalibus, ac Commissario dicto Tertio Ordini concesso obtemperantes, introductisque in dies magis, ac magis novis erroribus, & ab ipsis prolatis sententiis contra Officiales a Provinciali, ut dictum manet, nominatos, ac noviter electos, transtulerunt Imagines, & omnia Cappellæ Supellectilia, ac Anniversaria: neque obedientes se ingerunt in quacumque alia, nisi in sua propria, & antiqua Cappella juxtà Conventum, ut semper ab antiquo observarunt, sicuti veri filii Religionis, & Seraphici Patris nostri Sancti Francisci. Necesse enim est ad servanda privilegia Religionis, & ad expellendos abusus, ut fiat remedium ne in posterum & adhuc Tertiarii sese valeant erigere adversùs legitimam auctoritatem Commissarii, & Superiorum, ac eorum vices agentium, dictæque auctoritatis exercitium impedire: & hactenus exposita subjicere volui Paternitatibus Vestris Reverendissimis, ad hoc, ut maturiori consilio decernant ea, quæ magis conferre videntur in præsenti materia, quæ videatur esse exemplaris, & perniciosas consequentias inferre potest auctoritati Superiorum, & Religioni supra dictos Tertiarios, quorum exemplo possunt etiam alii tentare similes innovationes, seseque a legitimis Superioribus alienare, ad quæ omnia aliqui Religiosi dictæ Provinciæ, & Ordinis, novitatum amatores, obligationis suæ immemores, se ingerunt, Ordinis, & Provinciæ jus, & Litterarum Apostolicarum torquentes, propter suas in eadem Provincia particulares convenientias, partialitates, factiones, & parentes, in ipsam abyssum incidunt: & ideo procedendum erit, ac hisce principiis obstandum; maxima namque omnium est, juxta illud Lyrici libro tertio, Oda quinta, *ratio mali exempli trahentis perniciem veniens in ævum*. Quare &c.

Fr. Ferdinandus a Sancto Antonio.

Quo supplici Libello in eodem Capitulo lecto, ac diligenter, & discussè consideratis omnibus, & singulis in eo contentis, emanavit Decretum tenoris sequentis, videlicet.

DEclarat Capitulum Generale eos, qui in Conventu nostro Sancti Antonii, aut in Civitate, seu quacumque Ecclesia Fluminis Januarii in Brasilia, recipiunt habitum Tertii Ordinis Sancti Patris nostri Francisci independenter a Ministris primi Ordinis ejusdem Provinciæ ad id legitime deputatis, nec habendos esse, nec esse prædicti Tertii Ordinis Professores, nec ullo pacto gaudere posse Indulgentiis

tiis pro viris Alumnis ejusdem Tertii Ordinis impertitis, nec præstare aliud quodlibet, quod Professoribus ipsius Tertii Ordinis concessum est. Actum Deffinitorii Generalis Romæ ad Ara-Cœli die vigesima secunda Maii millesimo septingentesimo vigesimo tertio.

Frater Laurentius a Sancto Laurentio Minister Generalis.

Frater Joannes Franciscus a Sorexina, Diffinitor Generalis, & Secretarius.

Frater Emanuel Fernandez *de el Rio*, Secretarius Generalis Ordinis.

Loco ✠ Sigilli.

Ad quod cum ipse Modernus Minister Generalis, tamquam vetus Pater, tot, tantisque Filiorum ruinis occurrere, & Religionem primam, ac Gregem Tertium sibi commissum meliori, quo fieri posset, modo congregare, ac pacis vinculo unire, ne res determinatæ in præfato Generali Capitulo corruerent, indeque præfatæ divisiones, inobedientiæ, ac errores jam adulti incrementum susciperent, & ne in dicta nova Cappella, seu Hospitali, sine ulla obedientia, utraque disciplina, & Superiorum assistentia, alius Tertius Ordo inordinatus, aliique Congressus dictorum Refractariorum, subjectos præfatæ Provinciæ, & ejusdem Provinciæ Superiores perturbantium, & inter dictum Tertium Ordinem, & primum zizaniam superseminantes progrederentur, & ut, non tam per se, quam per Provinciales præfatæ Provinciæ, quibus de jure præfatus Tertius Ordo subjectus est, omnia facilius, & exactius executioni demandarentur, summopere desiderasset, ex sua plena authoritate ad ipsos Greges sibi commissos extensa, ac per Prædecessores nostros concessa amplius, & latius, expedivit nonnullas literas patentes concernentes gubernium, & correctionem Tertiariorum dictæ Provinciæ, ad formam Bullarum, & Constitutionum Apostolicarum, & ejusdem Ordinis, tenoris sequentis, videlicet:

FR. LAURENTIUS A S. LAURENTIO

Lector Jubilatus, Sacræ Congregationis Indicis Consultor, Supremæ, & Universalis Inquisitionis Qualificator, Examinator Romani Cleri, ex-Guardianus Sac. Montis Sion, & totius Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci Minister Generalis, & Servus.

Dilecto Nobis plurimum in Christo Rev. P. Ministro Provinciæ nostræ Immaculatæ Conceptionis Minorum Observantium Excalceatorum in Brasilia salutem in Domino sempiternam.

Expensus a præterito Generali Capitulo Libellus supplex ab istius nostræ Provinciæ Vocalibus præsentatus, remedium postulans in Tertiarios quosdam Fluminis Januarii, qui adversus te, & Visitatorem a te deputatum, sunt penitus contumaces, obtinuit quidem, ut ad id ab eodem Capitulo statutum efformaretur, tunc sanè ad infringendam contumaciam præfatam aptissimum judicatum, sed quod, instante Reverendo Patre Fr. Ferdinando a Sancto Antonio ejusdem præfatæ Provinciæ nostræ Procuratore, expressiori adhuc, & urgentiori, pro illius climatis genio, intimatione ferendum est, ut opportunum demum effectum sortiri possit; unde pariter egit supplicationibus apud Nos, ut ad intimationem hujusmodi, pro suprema etiam in Tertium Ordinem auctoritate officii nostri, benignè deveniremus. Volentes igitur zelo præfati Procuratoris specialiter connivere, & (quod caput est) præfati Tertii Ordinis prospicere afflictis rebus, indoluimus quidem nonnullos ipsius Alumnos eo progressos esse, ut jura omnia tam sua, quàm nostra penitus conculcaverint, utque omnium se Reos fecerint, quod deficientes in uno fortiti non fuerint approbatorem. Cum enim, Statutis ejusdem Tertii Ordinis ita determinantibus, nihil ratum sit apud ipsum, quod Chirographo careat Patris Visitatoris, accidit apud Tertium Ordinem nostrum Urbis præmemoratæ Officiales quosdam majores tulisse in alios Minores sententiam depositionis, quam ubi attulerunt, ut eidem subscriberet, ad Patrem Visitatorem, atque hic, ut minimum quod gestorum, & causæ penitus ignarus esset, subscribere detrectavit, ex templo factione excitata, vi ejicere ipsum, vulgare per Urbem ejectionem in illum jam dictam esse, aliis ex suis in officio permanentibus obstruere aditum Oratorii, tum proprio marte aliud Sacellum sibi extruere, compilato veteri, effractis foribus, in novum hoc omnia comportare, Visitatorum Generalium nec officia, nec authoritatem admittere, vagantes ibi Apostatas ex Tertio Ordine Regulari ex se ipsis in Visitatores assumere, his ad cor redeuntibus, accire ad hoc munus Presbyteros sæculares; interea etsi nequicquam evocare (ex Portugallia usque) alios Regulares, in præfato Sacello ad habitum, & professionem admittere, ad idem elata per Urbem Cruce tumulatum suos efferre, se Tertium Ordinem a primo independentem, & verum, & unicum effutire; Teque ipsum per tuum Visitatorem Tertiariis in obedientia debita, & in Oratorio veteri consistentibus, creantem novos Officiales, ad normam suarum Constitutionum, aggregantemque alios per Professionem, & habitum, ut juris, & moris est, de usurpata jurisdictione ad Sæculare Tribunal, subditorum amentium monstro in Superiorem suum legitimum fortasse inaudito, procaciter expostulare. Hæc omnia tibi satis perspecta sunt, quippè qui tuos fovisti ad ea semper contradicentes, & ad comprimendum Refractarios præfatos, quæ tuarum partium erant, sedulò præstitisti: sed quoniam tua sollicitudo vacua hactenus effectu fuit, & præmissi dissidii usque in hodiernum scandalum perseverat, etiam Nos interponendam ad ipsos duximus vocem paternam nostram (neque enim desperamus, ut audiant, & convertantur) contra quam, si adhuc obturare perrexerint aures suas, remedium tandem afferimus ad Schisma, quod omninò dissimulati non potest, ultimò submovendum. Tibi ergo primum injungimus, ut si qui forsan ex nostris insufflant in Refractarios præfatos spiritum contradictionis, animadvertas in ipsos, tamquam in publicæ pacis perturbatores, etiam procedendo ad censuras, & carceres, si opus sit: tum, ut Refractariis ipsis nomine nostro intimes, quod ad obedientiam redeant, & ad consortium cæterorum; quod, Oratorio novo relicto, agant cum illis in veteri functiones suas; quod in ipsum omnia convehant, quæ indè furtim exportaverunt; quod in Visitatorem agnoscant per te ad id legitime deputatum; quod omninò abstineant ab habitibus concedendis, & a professionibus admittendis; quod iterent probationem, & professionem apud illos recepti, quia inaniter recepti sunt; quod Valetudinarium, seu Cappellam non extruant, nisi ubi antiqua

fundamenta pro ipso imponere ceperu.t juxta, & contigua Religiosorum Conventui Sancti Antonii; quod demum in omnibus restituant se pristinæ subjectioni ad istam Provinciam nostram, quam adhuc alii servant, quamque ipsi etiam cum illis, ut erat debitum, à primæva usque fundatione præfati Testii Ordinis professi sunt. Nos anim ad hunc effectum confirmamus vigore præsentium omnes, & singulas ordinationes, sententias, atque declarationes per Ta, aut ad fovendos obedientes latas, aut ad Refractarios continandos, & ab istis ex commentitio auctoritatis in te defectu tantummodò impugnatas; simulque declaramus mera, pura attentata, & nullam penitus vim obtinentia, quæ iidem Refractarii adversus agere, nulla prorsus auctoritate suffulti, conati sunt. Porrò hæc omnia primum volumus, ut per te Refractariis antedictis paternè insinuentur, utque iterum nulli officio parcas ad ipsos fortiter, & suaviter in ordinem redigendos, periculoque facto totius amicæ solicitudinis, si reluctari pergant, tum denique super hoc consilium inexa Tertiariorum, uti præmissum est, Ordini adhærentium, & de ipsorum suffragio, ad trinam præviam admonitionem procedas in Refractarios ad expulsionem eorum à Tertio Ordine ex præscripto Apostolico adhibendam, & quatenùs elapsis terminis in præfatis admonitionibus maturè latis non se se inflectant, & tuo, & nostro nomine expulsionis sententiam in ipsos feras, qua publices, & declares eos Tertii Ordinis de pœnitentia nequaquam Alumnos esse, nullisque adeo Indulgentiis, nullis privilegiis eosdem frui per Summos Pontifices præfato Tertio Ordini impertitis, satagasque prudenti, ac licita dexteritate, ut non amplius tamquam Tertiarii Conventus agant, magisque ne ipsis discooperto Tertii Ordinis habitu uti permissum sit. Ut autem ordinationes hæ nostræ sortiantur plenarium effectum suum, mandamus omnibus, & singulis nostræ jurisdictioni subjectis, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, ne apud Refractarios præfatos assumere audeant munus Visitatoris, præcipimusque in virtute Sanctæ Obedientiæ Superioribus aliarum Provinciarum, ne in subjectionem suam recipiant Refractarios eosdem, id forsitan tentaturos: Tibique demum ad omnia præmissa executioni mandanda concedimus Seraphicam benedictionem. Datum Romæ ex nostro Ara-Cœlitano Conventu die vigesima quarta Maii millesimo septingentesimo vigesimo tertio.

Fr. Laurentius a Sancto Laurentio
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato suæ Paternitatis Rňæ
Frater Emanuel Fernandus *de el Rio*
Secret. Gen. Ordinis.

De quibus Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negociis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ pro confirmatione, & approbatione, supplicavit, habitaque approbatione Procuratoris Generalis sui Ordinis, emanavit decretum tenoris sequentis, videlicet.

„ SAcra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negociis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito Patre Procuratore Generali Ordinis Discalceatorum, & Recollectorum, ac attentis narratis, censuit suprascriptas litteras patentes esse confirmandas, prout præsentis Decreti vigore benigne confirmat, non obstantibus &c. Romæ undecima Junii millesimo septingentesimo vigesimo tertio.

F. Cardinalis Paulutius.

Loco ✠ Sigilli.

Vincentius Petra Archiepiscopus Damascenus Secretarius.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ea, quæ a Sede Apostolica approbantur, & confirmantur, firmiora sint, & ab omnibus exactius observari soleant: Nos igitur eumdem Fratrem Ferdinandum specialis gratiæ favore prosequi volentes, nec non a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, porrectis Nobis pro ejusdem Fratris Ferdinandi parte super hoc supplicationibus inclinati, Decretum præfatum Capituli Generalis, novitatum, errorum, ac rebellionum destructionem, & omnimodam dictorum Tertiariorum subjectionem, obedientiam, correctionem, ac auctoritatem Superioribus præfatæ Provinciæ debitam; litteras patentes moderni Ministri Generalis præfatas, omniaque, & singula in eis contenta, ac quæcumque exposita, & superius expressa, perpetuo approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos tam juris, quam facti, & solemnitatum defectus, si qui desuper quomodolibet in dicto Decreto, litteris patentibus, ac expositis, & præmissis superius expressis, intervenerint, in eisdem supplemus, ac omnes, & singulos Tertiarios dictæ Provinciæ, & præfati Conventus Sancti Antonii, ejusdemque Civitatis Fluminis Januarii, in eaque commorantes, seu quoquomodo Tertiarii Ordinis Sancti Francisci Professores, & Tertiarios nuncupatos ibidem dispersos, vel unitos, quocumque prætextu, ratione, vel causa, aut exemptione, cujuscumque status, gradus, & conditionis sint, ad præfati Decreti, litterarum patentium, & aliorum hic ordinatorum, omnimodam, & inviolabilem observantiam, & Provincialium, ac Commissariorum, eorumque vices agentium, totalem obedientiam, correctionem, & subjectionem teneri, & obligatos existere, & nullo modo ullo unquam tempore, ob quæcumque motiva ab eorum obedientia, & Superiorum Generalium, eorumque vices agentium, & a præfatæ Provinciæ subjectione, directione, correctione, ac visitatione, & societate, necnon a dicto Decreto, litterisque patentibus præfatis, seu per illas operatis, & a præsentibus literis Apostolicis resilire, effugere, aut etiam, nec ab antiqua Cappella, & incepto Hospitali prope dictum Conventum Religiosorum aliud Sacellum, Hospitium, seu valetudinarium, construere, vel constructum habere, ad illudque, vel aliud transferri, aut in eadem Civitate, præter dictum Tertium Ordinem Sancti Francisci, alium existere, nec per alios Superiores, & Religiosos ipsius Ordinis, & alienæ Provinciæ, aut diversi Instituti, & separationis in suis Ecclesiis, & Conventibus, alium Tertium Ordinem, aut Confratres Chordæ nuncupatos, creare, & habere, aut in exercitiis spiritualibus, via Crucis, & aliis se intromittere, vel instituere, & a quacumque persona Regulari, Ecclesiastica, vel Seculari, si-

ne

ac consensu, & permissione Superioru n d ctæ Provinciæ exercere, seu contra plenam Superioritatem, jurisdictionem, correctionem, & auctoritatem Provincialium, & Commissariorum, ac Fratrum, & Superiorum præfatæ Provinciæ, & adversus illas, præfatique Ordinis statuta Generalia, ac in Speculo Seraphico contenta ab eis omnibus observari debita, Constitutionesque Apostolicas ab ipsis Refractariis contra interpretatas, & neglectas, ac præfatum decretum, litteras patentes, ac omnia alia illarum virtute operata quidquam facere, attentare, innovare, vel intentare posse; præsentes quoque literas Apostolicas semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos quomodolibet nunc spectat, & pro tempore spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore, ex quocumque capite, & qualibet causa, quantumvis pia, legitima, & juridica, etiam ex eo, quod aliqui Tertiarii dictæ Provinciæ, præfatique Conventus, & ejusdem Civitatis, & præfati Ordinis in præmissis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis causa, ratione, actione, vel occasione, jus, vel interesse habentes, aut habere prætendentes, illis non consenserint, nec ad id vocati, citati, & auditi fuerint, & causæ, propter quas eædem præsentes litteræ præfatæ emanaverint, adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, & inexcogitabili, ac specificam, & individuam mentionem, ac expressionem requirente defectu; sive etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint; aut ex quocumque alio capite, a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel causa, etiam in corpore juris clausa, occasione, aliave causa, etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret; aut, quod de voluntate nostra, & aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu proprio, ac ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concesso, impetrato, vel emanato uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, neque ipsas præsentes litteras Apostolicas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, & Sedem Apostolicam præfatam, etiam in Crastinum assumptionis eorumdem Successorum ad Summi Apostolatus apicem, vel alias motu proprio, & ex certa scientia, ac consistorialiter, & ex quibuslibet causis, & sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam si de eisdem præsentibus litteris Apostolicis, eorumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, pro tempore factis, & concessis, ac faciendis, & concedendis comprehensas, sed semper, & omnino ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo, etiam sub quacumque posteriori data, concessas esse, & fore, sicque, & non alias in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, ac alias quomodolibet quavis auctoritate, potestate, prærogativa, & privilegio fuogentes, ac honore, & præeminentia fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate in quovis judicio, & quavis instantia, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Dilectis filiis Cantori Ecclesiæ Fluminis Januarii pro tempore existenti, ac Laurentio de Valladares Vieira, & Bartholomæo de Franca nostris, & Sedis Apostolicæ Notariis, Prothonotariis nuncupatis, eisque deficientibus, seu renuentibus, pro tempore existentibus Venerabili Fratri Episcopo Fluminis Januarii, & dilectis pariter Filiis Scholastico, ac antiquiori Canonico Ecclesiæ Fluminis Januarii, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte interesse in præmissis habentium, seu alicujus eorum, desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant, auctoritate nostra, easdem præsentes litteras, & in eis contenta hujusmodi ab illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter, & inconcusse observari, omnesque, & singulos, quos ipsæ præsentes literæ concernunt, præmissorum omnium, & singulorum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari, nullum, & insubsistens declarantes quidquid fit, aut fuerit in contrarium factum, divisiones, obstacula, & perturbationes inter præfatum Tertium Ordinem Sæcularium, & contra ipsos Tertiarios dictorum Religiosorum obedientiæ subjectos, insimulque rebelliones, ac sublevationes adversus Superiores, & Religiosos primi Ordinis præfatæ Provinciæ, & Conventus, eorumque in præfatum Tertium Ordinem superioritatem, correctionem, jurisdictionem, & privilegia, sub quocumque prætextu, ratione, vel causa excitatas, latas, & deductas non permittentes, Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, Appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, ec. suras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii Sæcularis; Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi Prædecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præsentium ad judicium non trahatur, aliisque quibusvis forsan in contrarium præmissorum quomodolibet editis, vel edendis; specialibus, vel Generalibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Tertii Ordinis, & præfatæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, stilis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quo-

que

que, Indultis, & Litteris Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium eorumdem præmissorum concessis, approbatis, innovatis, & confirmatis, etiam si in eis caveatur expresse, quod illis per quascumque literas Apostolicas, etiam motu proprio, ac consistorialiter, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine pro tempore concessas, quascumque etiam derogatoriarum derogatorias in se continentes, derogari non possit, neque censeatur eis derogatum, nisi hujusmodi derogatio.es consistorialiter factæ, & per diversas literas intimatæ fuerint, quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & causas, etiam quantumvis prægnantes, pias, & privilegiatas præsentibus pro plene, & sufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insertis, expressis, ac specificatis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, & singulorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat, latissime, & plenissime, ac sufficienter, nec non specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 13. Januarii 1724. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

P. Card. Pro-Datarius.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

A. Magister Brevium.
I. Accorambonus Subdatarius.

Supplex libellus cum Decreto Sacræ Congregationis, quo statuitur, ne alii, præter Fratres Minores, dare possint habitum sui Ordinis pro Sæcularibus Defunctis induendis.

Emi, ac Rmi Domini.

Humiliter exponit Frater Ferdinandus a Sancto Antonio Ordinis Sancti Francisci Discalceatorum, Generalis Procurator, & Commissarius Provinciæ prædictæ; cum plures Christifideles in I. diarum Regionibus viam universæ carnis ingressori, sepeliri mandent cum Habitu Fratrum Minorum, ut spiritualium gratiarum participes fiant, abusum inolevisse, quod a personis Sæcularibus, vel a quibusdam Religiosis vagantibus vendantur, sive alio modo distribuantur Habitus hujusmodi Regulares, quibus induta cadavera piorum defunctorum ad sepulturam deferuntur; quo fit, ut fidelium pietas ita decipiatur, *cum spirituales gratiæ sint concessæ recipientibus, sive postulantibus Religiosum Habitum a Superioribus præfatis Ordinis*. Proinde devotus Orator supplicat pro opportuna provisione.

DECRETUM

Declaratorium, & commissivum.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, decrevit, & declaravit, quod habitus hujusmodi per Guardianum *Conventus* Ordinis Minorum *loci*, in quo tales devotos fideles decedere contigerit, *vel* per Superiorem Prælatum ipsius Ordinis, *vel* per eorum Delegatum *dumtaxat*, & non per alium, sive Sæcularem, sive Regularem, quavis auctoritate, vel Prælatione fungentem, *ad præfatum effectum* exhiberi debere, ad formam Constitutionis fel. mem. Sixti Quarti, incipientis: *Sacri* &c. §. 9. Proindeque Sæcularibus, sive Regularibus prohibendum censuit, sicuti præsentis Decreti vigore prohibuit, distributionem habitus Minorum, quo cooperta Cadavera Mortuorum ad tumulum deferantur, exceptis tantummodò Guardianis, aliisque Superioribus Ordinis Minorum, vel eorum Delegatis, ad formam dictæ Constitutionis: atque Ordinarii locorum sedulo incombant executioni hujusmodi Decreti, sub pœnis iisdem benevisis. Facto verbo cum Sanctissimo. Romæ 21. Januarii 1724.

Die 22. dicti, facta per me infrascriptum Secretarium, in solita Audientia, de præmissis relatione Sanctissimo, Sanctitas Sua ipsius Congregationis sententiam approbavit, & ab omnibus servari mandavit. Romæ &c.

F. Cardinalis Paulutius.

Loco ✠ Sigilli.

Vincentius Archiepiscopus Damascenus Secretarius.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium pro erectione Seminarii Missionariorum in Provincia Sancti Pauli Fratrum Minorum Discalceatorum strictioris Observantiæ Castellæ Veteris.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Joannis Diaz a Conceptione, Sacræ Theologiæ Lectoris, ac Patris Provinciæ Fratrum Excalceatorum Sancti Didaci in Bætica, & Procuratoris Generalis in Romana Curia eorumdem Fratrum Discalceatorum, & Recollectorum Ordinis S. Francisci, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod cum Provincia Sancti Pauli Fratrum Discalceatorum hujusmodi strictioris Observantiæ ejusdem Sancti Francisci Veteris Castellæ, animabus sanguine Agni redemptis proficere cupiens, humiliter eidem Congregationi supplicasset, quatenus eidem Provinciæ unum ex illius Conventibus, per Fratres Definitorii Provincialis designandum, in Collegium, seu Seminarium Missio-

Missionariorum, qui Apostolicis Missionibus unice essent dediti, facultatem erigendi concederet, cujus quidem Conventus Guardianus, aliique Fratres, pariterque ipsum Seminarium strictissimis prædictæ Provinciæ Constitutionibus gubernarentur, ac Ministro, & Definitorio Provinciali immediate subditi essent, cui etiam competeret electio Guardiani dicti Seminarii pro tempore, nec non receptio Novitiorum, sicut in aliis totius Provinciæ Conventibus observabatur; non autem subjicerentur immediate Ministro Generali, sicut in literis fel. record. Innocentii Papæ XI. Prædecessoris nostri desuper in simili forma Brevia expeditis pro Collegiis Missionariorum sitis in Provinciis ad Familiam Hispanicam spectantibus disponebatur, probibendo simul expresse, quod dummodo arectum esset in dicta Provincia Sancti Pauli prædictum Seminarium, nullus ex ejusdem Provinciæ Alumnis titulo Missionum ad alia Missionariorum Collegia extra ipsam Provinciam existentia transire posset, concedendo his novis Missionariis omnia, & singula privilegia, ac prærogativas in dictis literis Innocentii Prædecessoris contenta, quibusque alia Missionariorum etiam Regularis Observantiæ Seminaria gaudebant, remanente tamen intacta, & illæsa eadem Ministri Generalis auctoritate, quam in omnibus Provinciis, & Conventibus totius Ordinis exercebat, exceptis tamen immediata subjectione, electione Guardiani, ac receptione Novitiorum, quæ, sicut præmittitur, ad Ministrum, & Definitorium Provinciale spectare deberent; emanavit a prædicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris sequentis, videlicet:

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, visa relatione Eminentissimi Corsini prædicti Ordinis apud Sanctam Sedem Protectoris, & Patris Procuratoris Generalis, referente Eminentissimo Fabrono, benignè indulsit, ut Pater Provincialis præfatæ Provinciæ, veris existentibus narratis, fundationem prædicti Seminarii Missionariorum sibi, & Definitorio Provinciali in uno ex Conventibus ejusdem Provinciæ beneviso, juxta formam, prærogativas, privilegia, & onera contenta in præcitatis Brevibus san. mem. Innocentii XI. pro suo arbitrio, & conscientia, servatis servandis, deveniat. Immediata tamen Jurisdictione, electione Guardiani, & receptione Novitiorum exceptis, quæ reservatæ intelligantur eidem Provinciali modo supra descripto, & cum expressa etiam conditione, ut Religiosi istiusmodi Provinciæ, seu Seminarii de uno ad aliud Seminarium alterius Provinciæ transire, & Guardianus hujus Seminarii erigendi Religiosos aliarum Ordinis Provinciarum acceptare minime possint, & valeant; firmis cœteroquin, integris, & illæsis remanentibus omnibus aliis prærogativis, auctoritatibus, & superioritatibus debitis, & competentibus Patri Ministro Generali Ordinis. Non obstantibus &c. Romæ 20. Augusti 1723.

F. Cardinalis Paulutius.

F. Archiepiscopus Damascenus Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut dictus Joannes Procurator Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse privilegia hujusmodi, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos specialem ipsi Joanni Procuratori Generali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xx. Junii 1724. Pontificatus Nostri anno primo.

Literæ de Pontificio oraculo, quo conceditur Comitiorum, & Visitationum tempore omitti posse in posterum lectionem Bullæ incipien. Non sine gravi &c.

Dalla Segretaria di Stato 5. Settembre 1724.

Essendosi fatta relazione a Nostro Signore del Memoriale presentato alla Santità Sua dal Padre Generale di Araceli, con cui hà supplicato Sua Santità a voler dispensare il suo Ordine dalla lettura del Decreto del Sagro Tribunale del Sant' Offizio dell' Anno 1591.; che comincia - *Cum non sine gravi animi*, - solita farsi in tutti li Conventi della Religione in tempo di visita, e congressi Provinciali, atteso che da molto tempo si trova cessato il motivo, che diede causa al suddetto Decreto, Sua Beatitudine è benignamente condiscesa a secondare tale istanza, permettendo, che in avvenire si tralasci la lettura di detto Decreto; onde se ne reca la presente notizia allo stesso Padre Generale affinchè possa approfittarsi della grazia Pontificia.

Facultas erigendi Statuam Sancti Patris Nostri Francisci in Basilica Vaticana cum habitu Fratrum Minorum de Observantia.

Nos infrascriptus Sac. Congr. Rev. Fabricæ Sancti Petri Pro-Præfectus, de mandato Sanctissimi Domini Nostri D. Papæ Benedicti XIII. vivæ vocis oraculo Nobis specialiter facto, impertimur facultatem Reverendissimis PP. Ministro Generali, & Generali Procuratori totius Ordinis S. Francisci, & pro eis Rev. Admodum Patri Fr. Josepho Mariæ ab Ebora ipsorum Delegato, ut ex Eleemosynis Piorum Benefactorum in partibus Hispaniarum per Reverendiss. Patrem Josephum Garciam ex-Ministrum Generalem dicti Ordinis præcollectis, Statuam marmoream Seraphici Patriarchæ Sancti Francisci Assisiensis sui Ordinis Fundatoris, cum eadem

fore

forma, ac figura Habitus ab ipsis Patribus de Observantia deferri solita, quaque universus Ordo, prout nobis constat ex authenticis documentis, a sue Institutionis primordio usus fuit, in Sacrosancta Basilica Vaticana, intra loculamentum ibi ad huuc effectum constructum, è conspectu Statuæ S. Patriarchæ Dominici, construere, & collocare faciat, ac possit: Præcipientes deinde universis, & singulis cujuscumque gradus, & conditionis, aut status existant, ne ullo prætextu, aut colore prædictum Patrem Fratrem Josephum Mariam ab Ebora delegatum ab hujusmodi nostri Chirographi executione, ac dicti operis omnimoda effectuatione impedire, aut retardare audeant, vel præsumant, sub pœnis nostro, & Sanctitatis Suæ arbitrio reservatis, imo ab eo requisiti, in omnibus, & per omnia auxilium præstent, & juvamen. Datum Romæ in Palatio nostro ad quatuor Fontes, die 8. Septembris 1724.

A. Card. Albanus Pro-Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

Abrogantur omnia privilegia personalia, quæ Ministribus Ordinis Sancti Francisci in Regnis Portugalliæ concedi consueverant.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAcrosanctum Apostolatus officium humilitati nostræ, per ineffabilem Divinæ Sapientiæ providentiam commissum, jugiter nos admonet, ut inter gravissimas, multiplicesque Apostolicæ servitutis curas, illam peculiari studio amplectamur, per quam Christifideles Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipati, sublatis iis, quæ regulari eorum observantiæ, atque disciplinæ detrimentum adferre noscuntur, juxta laudabilia eorum instituta, prospere dirigantur, illisque firmiter insistentes, optatis in dies, benedicente Domino, proficiant incrementis.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, ac eorumdem Regnorum Insulis in Indiis Orientalibus, & Ultramarinis conquisitis, prædictorum Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum dominio temporali subjectis, abusus invaluerit, ut passim Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, & Reformatorum, seu Strictioris Observantiæ, ac Tertii Ordinis nuncupatorum, diversa Indulta, & privilegia personalia concedantur, ex quo gravissima incouvenientia, & scandala in Ordine præfato enascuntur, & magnum relaxationi ostium aperitur: Nos, qui regularem disciplinam ubique vigere, & omnem illius relaxationi viam præcludi summopere cupimus, de opportuno remedio, quantum cum Domino possumus, providere volentes, ac felic. recordat. Urb. VIII. & Clementis X. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & quæcumque Indulta, seu privilegia personalia quomodocumque nuncupata, etiam extra Claustra, quoad Parentes, vel consanguineos degendi, quibus dicti Ordinis Fratribus in Regnis, & Insulis præfatis consisten. cujuscumque qualitatis, dignitatis, & conditionis existant (charissimi in Christo Filii nostri Joannis Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Illustris Theologo, Concionatore, & Confessario dumtaxat exceptis) quovis titulo, prætextu, causa, & occasione, & ad cujuscumque instantiam, & supplicationem, tam a Nobis, & a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, & a quibusvis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationibus, quam etiam ab ipsius Sedis in eisdem Regnis Nunciis, ac a quibuslibet Ordinis hujusmodi Superioribus hactenus quoquomodo contra, & præter regularia Ordinis prædicti instituta, & Apostolicas Constitutiones concessa, harum serie perpetuo revocamus, annullamus, cassamus, abrogamus, & abolemus, illaque perpetuo revocata, cassata, abrogata, & abolita, viribusque, & effectu vacua fore, nemini que ullatenus suffragari, neque de cætero a quoquam concedi posse: sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 2. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis, privationisque suorum officiorum, ac vocis activæ, & passivæ pœnis eo ipso incurrendis, dilectis Filiis Ministro, ac Vicario, seu Commissario Generalibus, ac Ministris Provincialibus, aliisque dicti Ordinis Superioribus, ut, quamprimum præsentes nostræ literæ ad eorum notitiam pervenerint, omnes, & singulos Patres, & Fratres Ordinis hujusmodi similia Indulta, seu privilegia habentes, illis eo ipso privatos, & spoliatos esse declarent, nec quemquam illis uti sinant, vel permittant; inobedientes quoslibet, & rebelles opportunis juris, & facti remediis, juxta regularis ejusdem Ordinis statuta Apostolica auctoritate confirmata, omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recursu remotis, compescendo. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis literis Apostolicis super concessione, seu confirmatione concessionis privilegiorum hujusmodi emanatis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem præsentium, literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur,

quæ

quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 3. Octobris 1724. Pontificatus Nostri anno primo.

CUm sequenti die occurreret Solemnitas Sancti Patris nostri Francisci, BENEDICTUS fel. rec. Papa XIII. se contulit mane ad Ecclesiam nostram Sanctæ Mariæ de Aracœli, ubi ad Aram Sanctissimi Patriarchæ Sacrum recitavit, inde in Chorum profectus, ut solus ibi maneret, illum claudi jussit, adfuitque Sacro solemniter decantato per Reverendissimum P. Pipia, tunc Magistrum Generalem Ordinis Prædicatorum, postea Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem. Quo absoluto, Beatissimus Pontifex Cellas adivit Patris Ministri Generalis, ibique depositis Camalaucio, Stola, & Mozaetta, ac sui Ordinis vesta alba dumtaxat indutus, singulari humilitatis exemplo, & Seraphicum Ordinem nostrum amoris argumento luculentissimo, commune Religiosorum Refectorium, quod ajunt, ingressus, post Mensæ benedictionem a se datam, sine ullo distinctionis signo, solus accubuit in medio Mensæ, quæ est in fronte, lacteos cibos pro more in vasis fictilibus, sibi a duobus Religiosis studentibus, quos sæpe alloquebatur, ministratos commedit, admissa in convivium utraque Familia, Dominicana scilicet, ad numerum 24. & Franciscana; una cum Illustrissimis, ac Reverendissimis DD. Nicolao Lercari Aulæ Pontificiæ Præfecto; M. Ursino Archiepiscopo Capuano, & Pontificis ex Germano-Fratre Nepote; Nicolao Terrago Episcopo Samaritano, & Cardinalis Protectoris Auditore; ac denique Fratribus Minoritis Nicolai Archiepiscopo Mirrensi, & A. Pacecco Episcopo Vigiliensi. Interea temporis quatuor Cappellæ Pontificiæ Cœremoniarum Magistri semper stantes, Januæ Refectorii aderant; cæteras vero præcipuas Cœnobii fores Milites Helvetici custodiebant. Convivio expleto, Pontifex, ut alter ex Fratribus, gratias cum tota Communitate, ut fieri solet, semper stans, Deo reddidit, postea ad Cellam P. Generalis reversus, iterum Insignibus Pontificiis ornatus, post incredibilia suæ paternæ in Nos caritatis argumenta, denique ad Palatium Apostolicum rediit, hora circiter 19. more Italico.

E P I S T O L A

Reverendissimi P. Ministri Generalis circa reductionem onerum Missarum faciendam ex Rescripto Sanctissimi.

Frater Laurentius a S. Laurentio, Lector Jubilatus, Sacræ Congregationis Indicis Consultor, Universalis Romanæ Inquisitionis Qualificator, Examinator Romani Cleri, Sacri Montis Sion Ex-Guardianus, & totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus.

Dilectis Nobis plurimum in Christo RR. PP. Ministris, & Custodibus Provinciarum, & omnium Custodiarum Minoritarum, per universum Orbem Nostro regimini subjectarum, salutem, & pacem in eo, qui est vera salus, & vera pax.

ALtissima paupertas nostro Minorum Ordini in arrham electissimi amoris a Christo Domino implorata, sicut demeruit semper sibi præcipuam nostrorum Patrum sollicitudinem, nostram etiam non degenerem animum a Deo attraxit in partes suas, ut indagandum duxerimus, an uspiam decursu temporis acceperit vulnus aliquod, cui medendum sit, quibusque modis agi maxime posset ad eam in præsentiarum restituendam, si opus esset, simulque integram, illibatamque, excogitato levamine aliquo, impostarum præservandam. Hæc autem meditanti pervium erat animadvertere, ab honestissimo laboritio, quod Missarum celebratio est, aut non mediocre compendium, si probe geratur, patere ipsi, aut magnum imminere offendiculum, si perperam administretur; proindeque admoventes manum sedulæ hujus provinciæ disquisitioni, hoc Missarum negotium ea deprehendimus usquequaque involutum perturbatione, quæ non nisi rescripto opportuno Apostolicæ Sedis reduci posset ad aptam cum Ordine nostro concinnitatem. Ut igitur incumbunt humeris nostris tres Ordines a Patriarcha Seraphico instituti censuimus, è munere nostro informare beneficum animum ad omnes ipsos, ac propterea una supplicatione Conventus Fratrum, & Monasteria Monialium, quæ paupertatem altissimam profitentur, atque altera Monasteria Monialium, Conventus Fratrum, & Sodalita Tertii Ordinis sæcularia, quæ bona possident, comprehendentes, utramque ad votum sortiti fuimus (quæ Summi Pontificis summa Clementia fuit) quoad Missas perpetuas expediri. Porro quæ pertinent ad præfatos, qui possidere possunt, alia nostra encyclica prope diem eisdem, & vobis denunciaturi, nunc ea dumtaxat afferimus, quæ contingunt Moniales, & Fratres non possidentes, utque tenor Decreti per Sanctissimum dati in luce clariori sit, præmittimus ipsi tenorem porrectæ à Nobis supplicationis, quæ talis fuit.

Beatissime Pater.

MInister Generalis totius Ordinis S. Francisci provolutus ad pedes S. V. exponit humiliter, quod etsi suus Ordo, juxta declarationes quamplurimas Summorum Pontificum, & protestationem perpetuam suorum Generalium Capitulorum, neque habere possit, neque habere intendat Capitalia, vel minima legata sibi, ex quorum proventibus, vel Missas legere, vel aliquid aliud agere teneatur; tamen cum ex eisdem Summorum Pontificum, ac SS. Congregationum declarationibus sine læsione ulla suæ altissimæ paupertatis, juxta doctrinam S. Bonaventuræ, in eo sensu etiam legata perpetua & habere possit, & habeat, ut Capitalibus eorumdem, vel apud Loca pia, vel apud Universitates, vel apud Hæredes legantium remanentibus, ipsorum proventus, per modum puræ eleemosynæ sibi subministrentur, atque ipse Ordo talium eleemosynarum intuitu, legatorum hujusmodi oneribus satisfaciat: hinc temporum varietate, & decursu nonnulla inconvenientia, & incommoda eidem Ordini exorta sunt, ob quæ Orator humilem recursum habet ad S. V. ut dignetur pro sua benignitate, & pietate remedium aliquod indulgere. Siquidem Orator cum statim ab initio gubernii sui, in unamquamque Provinciam immediate sibi subjectam destinaverit quatuor Commissarios ad eradicandum quidquid instituto suo contrarium forsitan irrepsisset, & præsertim ad onera pepetua Missarum in unoquoque Conventu sedulo indaganda, admonetur ab ipsis, rem hac in multis Conventibus multum implexam adinveniri; quandoquidem Capitalia quamplurima Legatorum hujusmodi, non apud eumdem Ordinem ullo pacto, sed apud alios in proprietate manentia, & adnexum ha-

bentia certum numerum perpetuarum Missarum celebrandarum, vel quod ætate, qua fundata fuerunt, valor pecuniæ major erat, vel quod decursu temporis fuerunt admodum labefactata, jamdudum non reddunt stipendium congruum oneribus adnexis sibi: quo factum est, ut Conventus nequiverint, vel noluerint eorum oneribus in integrum satisfacere, sed ad rationem dumtaxat stipendii congrui per modum eleemosynæ sibi a Legatariis subministrati; ideoque à Legatariis ipsis satisfactionem onerum in integrum prætendentibus, contentiones, & agitationes quamplurimas in puncto hoc identidem patiuntur. In aliquibus etiam Conventibus certa quædam onera Missarum perpetuarum vigent sine stipendio ullo, eo, quod olim Conventus ratione aut fundi, aut fabricæ sese obstrinxerunt ipsis, occasione eorumdem Conventuum aut extruendorum, aut reparandorum, & in pluribus aliis reperiuntur alia perpetua Missarum onera pro Legatis, quorum capitalia vel deperdita, vel extincta fuerunt, vel quid fuerit actum de ipsis penitus ignoratur, & nemine pro talium onerum satisfactione stipendium ullum subministrante, alii Superiores ea e Tabulis erraserunt, alii ea in ipsis conservaverunt; alii abrasa ab aliis iterum restituerunt, adeoque Conventus, quoad satisfactionem ipsorum, obnoxii sunt multis angustiis, multisque perplexitatibus, ad universales enim, & summas istorum temporum calamitates, vel nullo pacto ipsis satisfieri potest, aut cum magno incommodo satisfit. Propterea Orator, & ob statum sæcularem in maximis indigentiis ubique positum, nec non ob Ordinum Mendicantium domus ubique admodum multiplicatas, exploratum habens Conventus Ordinis sui subsistere ægre posse, nisi pro Missis, quæ celebrantur, in ipsis percipiant aliquam congruam eleemosynam, & signanter pro illis, quas celebrant ad satisfaciendum Legatis prædictis cum sua paupertate altissima compossibilibus, supplicat humiliter S. V. quoad satisfactionem hujusmodi Legatorum in omnibus usquequaque Monasteriis, atque Conventibus ipsius Ordinis, Oratoria jurisdictioni subjectis, & nihil penitus possidendo paupertatem altissimam profitentibus, ut pro sua clementia indulgere dignetur, si quid hactenus erratum, aut peccatum fuit, absolvatque in posterum à satisfactione omnium onerum perpetuorum, quibus iidem Conventus vel agnoscunt, vel dubitant se se obstrictos esse, & pro quibus de præsenti eisdem Conventibus nullum stipendium est, adhibita compensatione aliqua, quæ S. V. sit benevisa, utque suo decreto præscribere, & declarare dignetur, tot tantum Missas, sive privatas, sive solemnes, ab eisdem Conventibus celebrari debere in satisfactionem Legatorum perpetuorum, quot respective correspondebunt stipendiis congruis à possidentibus capitalis eorumdem, per modum puræ eleemosynæ offerendis, illa (inquam) pinguiori congruitate (si placuerit S. V.) quæ ubique gentium pro Legatis perpetuis inducta est. Quam Deus &c.

Seriem autem istarum precum Summus Pontifex benignissimo instinctu clementiæ Suæ adeo exaudivit, ut simul qua in Ordinem nostrum affectus est egregia charitate, de altissima paupertate nostra sollicitus, Decretum ejusmodi dari jusserit, quo digerere quidem concessit Nobis negotium Missarum perpetuarum, sed non puritatem instituti Nostri pauperrimi districte Nobis voluit commendatam. Præfatum enim Decretum conceptis verbis disponit in hunc modum.

Die 15. Julii 1724. Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIII. mature consideratis causis supra recensitis, ab hactenus omissa Missarum perpetuarum celebratione, quoad præteritum misericorditer absolvit, mandavitque, ut à Patre Generali, de consilio Diffinitorii Generalis apud se existentis, unus Conventus in unaquaque Provincia eligatur, cum facultate mutandi, & alterum toties quoties sibi videbitur, adhibito prædicto consilio, in unaquaque Provincia substituendi, in quorum respective Conventuum designandorum Ecclesiis, quolibet anno in perpetuum, initio ducto ab anno 1725. uno die infra octavam commemorationis omnium Fidelium Defunctorum unum Anniversarium celebretur, & applicetur pro animabus illorum, pro quibus præfatæ Missæ perpetuæ erant celebrandæ, & applicandæ, & hactenus non fuerunt celebratæ, & applicatæ, ac hujusmodi oneris memoria in tabella describatur, eademque tabella in Sacrario cujuscumque Conventus, ut supra designandi, detineatur. Quo vero ad futurum, Sanctitas Sua eidem Patri Generali demandavit, ut de consilio pariter supradicti Diffinitorii Generalis apud se existentis, ex singulis Provinciis sibi subjectis, binos, aut etiam plures eligat Religiosos pietate, zelo, doctrina, & probitate præditos, qui in quolibet Conventu suæ Provinciæ qualitatem onerum Missarum tam lectarum, quam solemnium, nec non quantitatem emolumentorum, quæ per modum puræ eleemosynæ Fratres recipiunt, nec alio modo recipere possunt pro Missarum celebratione, sedulo examinent, ac distinctam, & fidelem descriptionem omnium, & singulorum, quæ inveniuntur, deferant, & transmittant ad eundem Patrem Generalem, qui, accedente consilio supradicti Diffinitorii, omnia, & singula onera tam Missarum lectarum, quam solemnium, juxta proportionem emolumentorum, quæ pro unoquoque onere recipiuntur, ad rationem eleemosynæ manualis, detractis prius expensis pro sacris utensilibus, juxta morem cujuscumque Civitatis, Diœcesis, vel Provinciæ, pro eorum omnium conscientia (cujus rationem supremo Judici Christo Domino se districte reddituros meminisse debebunt) ita moderari valeat, atque reducere, ut tot Missæ inposterum celebrari debeant, quot celebrari poterunt, ad rationem eleemosynæ manualis, uti supra, sive onera fuerint imposita à testatoribus in summa minori eleemosynæ manuali, & utensilibus; sive fuerint imposita in summa majori, quæ tractu temporis minor facta fuerit. Si quæ vero onera perpetua quarumcumque Missarum hucusque, & quomodocumque contracta, in quibusvis Conventibus inveniantur, pro quibus nulla recipitur eleemosyna, Sanctissimus Dominus Noster facultatem impertitus est eidem Patri Generali, ut accedente memorati Diffinitorii consilio, ad eorumdem onerum deletionem procedat; imposita tamen unicuique Conventui, qui aliquo ex prædictis oneribus esset obstrictus, recitatione nonnullarum precum vocalium quolibet anno in perpetuum explenda pro animabus eorum, pro quibus Missæ celebrari debuissent, facta itidem adnotatione hujusmodi obligationis in tabella retinenda in Choro cujusque Conventus. Hæc autem omnia P. Generalis peragere possit intra terminum trium annorum a data præsentium, quoad Conventus intra Italiam, & Insulas adjacentes; & intra sex annos ab eadem data præsentium, quoad cæteros Conventus extra Italiam, & Insulas adjacentes constitutos. Cæterum Sanctitas Sua stricte demandavit P. Generali supradicto, aliisque Superioribus Ordinis, ad quos pertinet, observantiam omnium, & singulorum constitutionum Apostolicarum, & signanter Decretorum Congregationis particularis habitæ anno 1628. quibus Fratribus ad tramites suæ professionis prohibetur

quæ-

quælibet obligatio pro oneribus perpetuis, ac præcipitur, ut procedant ad renuntiationem cujuscumque capitalia fructifari, quod apud se retinerent: & si in re tanti momenti desides fuerint, seu negligentes, sciant se tam pœnia arbitrio Sanctitatis Suæ, & aliorum pro tempore Romanorum Pontificum, essa subjectos, quam prætermissi muneris in novissimo dia rationem esse supremo Judici Christo Domino reddituros.

Ut ergo rem tanti momenti executioni opportunæ curemus pro viribus demandari, audito ad Decreti præscriptum Diffinitorio Generali apud nos existente, primum da iia nos admonebimus, quæ ante omnia oportet adimpleatis: tum à nobis norma præscribenda est, vel pluribus, vel binis illis, qui examinandis Missarum perpetuarum oneribus destinabuntur: ac demum omnibus mandata ferenda, & pœnæ determinandæ, ut si qui contra paupertatem nostram abusus, aut perseverant antiqui, aut recentes invecti sunt, penitus extirpentur. Proinde vobis injungimus, ut statim ac præsentes pervenerint ad manus vestras, versionem eisdem Sermona Patrio subnectatis, easque cum adjecta versiona in vestris Conventibus publicatis, ut non modo Clerici, sed atiam Laici sensum ipsarum percipientes, utrique ad earumdem præscriptum notitias, quas habent, conferre possint, non tantum autem Conventibus, & Monasteriis paupertatem altissimam profitentibus, quæ immediate subjecta sunt vestræ jurisdictioni verum, & aliis ejusdem arctissimæ professionis immediate nobis subjactis, & ad Provinciarum vestrarum corpus, vel terminos pertinentibus, injungite nomine nostro, ut omnia contiaoo in promptu habeant, quæ Statum concernunt incumbentium ipsis Missarum perpetuarum, ne deputati vestri ad omnia ipsa postmodum accessuri, ab ovo cuncta inquirere teneantur. Quoniam vero voa ipsi distenti aliis curis guberuil vestri non facile adornare potestis hanc spartham totum hominem exigentem, præcipimus ad tenorem Decreti, ut deputetis duos, vel plures Fratres idoneos ad eam expediendam, qui pariter incedentes consilio mutuo se se juvent, pariter omnia pensitantes, qui præditi sint zelo, ut bene intendant, usu, ut rite impleant, auctoritate, ut firmius agant, qui Amanuensem habeant ad conscribendum, & sigillum parvum Provinciæ ad authentice operandum, qui a vobis deputentur nomine nostro per patentalem vestram, per ipsos, cum ad Conventus pervenerint, una cum ista encyclica publicandam, in qua mandetia Conventuum Subditis, & Superioribus, ut deputatis hujusmodi pareant, & opem ferant, ubi ad executionem præsentium per eosdem fuerint requisiti, deputatisque ipsis sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ mandetia auctoritate nostra, non modo ut fideliter, ac diligenter quæ per has ipsis injungimus prosequantur; verum etiam, ut reluctantes juvamen ferre, juris, & facti remediia ad id compellant, removeantque a Conventibus ipsis, si opus sit, tam Subditos, quam Superiores directe, vel indirecte, vel impedimentum, vel moram forsitan eis injicientes. Porro hi deputati perquirant.

Primo: Quotus sit numerus Missarum perpetuarum, accepto per Conventus stipendio, nequaquam celebratarum, ut Provinciis, quæ minus defecerint quo ad hoc, etiam compensatio minor, quam per Decretum imposita rogari possit.

Secundo: Investigent in Conventibus singulia Legata omnia Missarum perpetuarum, distinguendo inter illa, quæ implementum numquam a Fratribus habuerunt, quia nullum unquam pro ipsis stipendium Conventibus collatum fuit, inter illa, quibus satisfecerunt Conventus tantum ad tempus aliquod, quia tantum ad tempus aliquod eleemosynæ ipsis fuerunt subministratæ; & inter illa, pro quibus etiam nunc & stipendia per Legatarios solvuntur, & Missæ a Conventibus celebrantur; atque adnotando quota eleemosyna, sive consistens in numerata pecunia, sive in aliis rebus, & quot Missæ inhæreant singulis legatis istis ex placito testatorum, nec non harúm Missarum quot lectæ, seu privatæ sint, quæ cum cantu, seu solemiter, & quot demum una cum defunctorum officio, vel aliis precibus celebrandæ.

Tertio: Referant quanta sit in unoquoque loco ad receptum usum Provinciæ, Diœcesis, vel Civitatis eleemosyna manualis, quæ conferri solet tam pro Missis cum cantu, quam pro Missis sine cantu, & pro illis, quæ celebrantur adjecto etiam defunctorum officio, vel aliis precibus ad libitum benefactorum.

Quarto: Quatenus in Provinciis, vel Diœcesibus, vel Civitatibus, vel Decreto, vel usu taxatum sit emolumentum aliquod pro utensilibus, scilicet pro vino, cera, hostia, albis, turalibus, casulis, aliisque, quæ in sacro, vel cum cantu, vel sine cantu faciendo insumi solent, deputati solerter adnotent etiam hoc: & quatenus pro expensis hujusmodi alicubi nihil inveniant determinatum, ipsimet pro sua conscientia, & prudentia librent quantum impendii in consumptione ista tam pro una Missa privata, quam pro una Missa solemni, ad usum patriæ intervenist, & hoc suum judicium una cum aliis notitiis ad Nos transmittant.

Quinto: Perquirant an Conventus obstricti sint celebrationi aliquarum Missarum perpetuarum, pro quibus de præsenti stipendium ipsis a nemine subministratur; quot Missæ incumbant singulis oneribus istis, & quo titulo a Conventibus eadem onera contracta fuerint, an scilicet ob extinctionem, quam fecerint, capitalium pro Missis assignatorum, an ratione fundi, aut ad hortos, aut ad ædificia collata sibi, an occasione Conventuum aut extruendorum, aut ornandorum, aut reparandorum, an ob aliquam pecuniæ summam sibi una vice subministratam, ob Ecclesias, Bibliothecas, Aromatarias, Organa, Picturas, ob alia demum sive mobilia, sive stabilia, ob quæ Missis perpetuis obnoxii sunt sine ulla eleemosyna celebrandis.

Sexto: Attente observent circa perpetua lagata illa, quæ legatarii, ex testatorum dispositione, impleri faciunt apud Ecclesias nostras, an unquam ipsis per Fratres insinuatæ fuerint illæ protestationes, ad quas in conscientia per D. Bonaventuram obstricti sumus, & quatenus de aliquo legato non constet protestationes prædictas fuisse factas, deputati à Conventibus non recedant, donec aut per Superiores Locales, aut nomine nostro, si expedierit, per ipsos fiant, & quidem conceptis verbis, prout in constitutionibus Ordinis inseruntur, atque ad futuram memoriam apponant in Regestis Conventuum, quo die, & quo anno fuere factæ.

Septimo: Examinent diligentissime, an Conventus, aut proprio, aut alieno nomine possideant fundos, census, prata, oliveta, pistrina, vineas, castaneta, officinas, greges, Sylvas, fornaces, alia demum quæcumque fructifera capitalia, sive per Fratres ipsos, sive per alios administrata, sive adnexum habentia onus aliquod, sive non, agantque, ut ad methodum præscriptum a S. C. particulari habita dia 14. Junii 1628. cujus decretum extat apud Orbem Seraphicum tom. 4. pag. 12. col. 2. per Sindicos Apostolicos expolient se talibus proprietatibus realiter, & cum effectu, ita quod ne-

Chronol. Seraph. * E 2 que

que quoad dominium, nec quoad administrationam earum umquam amplius directe, vel inderecte exerceant actionem ullam, admoneantque illos, ad quos & administratio, & dominium capitalium hujusmodi transferetur, de obligatione, in qua remanent implendi onera, quæ Capitalibus ipsis adnexa sunt.

Octavo: Eodem pacto omnino agant, ut dimittantur fundi, etiam non fructiferi, quos non intra septa Conventuum vel facta, vel facienda inveniant constitutos, nisi fortè a benefactoribus collati fuerint ad Conventum aliquem extruendum, vel remanserint ex Conventibus dirutis, & rursus ædificandis, & de fundis ipsis intra prædicta septa Conventuum comprehensis nomine Nostro decretum faciant, quo, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ, & perpetuæ inhabilitatis ad illas, ipso facto, absque alia declaratione incurrenda, & per quemcumque Subditum Nobis indispensabili, præcipiant Superiori Locali, ne aut per Sindicum Apostolicum, aut per Fratres, aut per alios faciat eos vel locari, vel seri, vel fructum aliquem ex eisdem perceptum, vel distrahi, vel commutari; imo ne fructus ipsos per modum proventus ex eis colligat, sed tantum in quotidianum usum suorum religiosorum.

Nono: Hospitia quæcumque, seu domus non permanentat à Fratribus inhabitatæ, sed tantum ad tempus aliquod, occasione aut itinerum, aut quæstuationum, agant iidem deputati, ut a Conventibus, quibus addictæ sunt, dimittantur, servando eomdem modum supra numero septimo insinuatum, & ad summum aut suggeri poterit iis, in quorum dominium, & usum per Sindicos transferentur, ipsos tenari Hospitio Fratres recipere, si a testatoribus ad istum effectum legatæ inveniuntur, quamvis Fratres non ex justitia beneficium illud exigitu-al sint, sed ex charitate tantummodo rogatuti, aut supplicari aisdem potetit, ut citra omnem obligationem Hospitium pristinum concedare ipsis velint, si testatores non in Hospitii titulum hujusmodi domus Fratribus legaverunt; eo sempar salvo, quod dimittatur, sive Hospitium concedatur in ipsis, sive non concedatur, potius enim puritas status nostri, quam hospitalitatis securitas curanda est.

Decimo. In singulis Conventibus iidem deputati nomine Nostro decretum faciant, quod successive ad manus transeat Superiorum Localium cum aliis monomentis Conventuum, & per ipsum, sub pœna privationis perpetuæ utriusque vocis, aliisque in proprietarios latis per nostras constitutiones, mandent Superiori Locali pro tempore, ne Conventum obliget vel uni Missæ perpetuæ sine stipendio celebrandæ, ne in illicita Nobis instrumenta consentiat, quamvis in utilitatem Conventus cessura essent, ne ullo pacto legata vetera extingui, vel curet, vel patiatur, ac demum ne obligationem civilem contrahat ad aliud quodcumque Missarum legatum novum; sed ubi rescierit benefactorem aliquem legasse perpetuas Missas in Conventus Ecclesia celebrandas, statim de tali legato admonet P. Ministrum Provincialem, cujus erit, aut injungere, ot penitus reiiciatur, si ob excessum dignoverit illud mendicitati Conventus periculosum, vel collato Sacerdotum, & onerum numero Conventui jam incumbentium, adverterit satisfieri non satis commode per ipsum posse præfatæ novæ obligationi, aut præcipere, si neutrum præfatum periculum subesse videat, ut hæredibus testatoris Superior Localis protestationem faciat supra numero sexto insinuatam.

Undecimo: Postquam demum omnia prædicta deputati mandaverint executioni, & documenta omnia diligenter collegerint, quæ ipsis hactenus ordinavimus, ad quæ colligenda, & exequenda assignamus terminum mensium sex à die publicationis præsentium, in sua respective Provincia computandorum, tum se conferent cum eisdem ad præsentiam Superioris, seu Provincialis, seu Custodialis, qui cum deputatis ipsis, suoque Diffinitorio, cuncta probè examinabit, confectoque ipsorum documentorum fideli, & integro exemplari, apud Provinciam retinendo, originale ipsum authenticum, intelligibile, bene digestum, & subscriptione, ac testimonio deputatorum cum juramento signatum, & approbatum, necnon Chirographis totius Diffinitorii, & sigillo magno Provinciæ communitum, curabit, expensis Provinciæ, quantocius perferri ad manus nostras, ut beneficium decretorum nostrorum celeritate, qua cupimus, impendamus, simulque per encyclicam suam in unoquoque Conventu legendam, & publicandam, statim toti Provinciæ manifestabit seriem omnium proprietatum, quarum abdicatio à publicatione præsentium, aut à Superioribus Localibus per Sindicos Apostolicos, aut a deputatis ipsis, agentibus iisdem Sindicis, confecta fuit: mandamus enim deputatis prædictis, ut elenchum forment istarum omnium abdicationum, quæ à publicatione præsentium, aut per Superiores Locales, aut per ipsos fuerint adimpletæ, atque tradant elenchum istum P. Superiori Provinciæ, aut Custodi, una cum aliis documentis, quæ supra præscripta sunt.

Ut autem deputatis implentibus quæ creduntur à Nobis eorum solicitudini, etiam alii adjutrices manus admoveant altissimæ paupertati nostræ in suo apice conservandæ, rogamus vos, & cætero Præfectos vestros, ut viam reliquis præeatis, atque adeo, si qua proprietas instituto non consona, quod omnes professi fuimus, non à Conventibus, sed à Provinciis ipsis, vel communi Ordinis nomine possessa sit, per Sindicos Apostolicos illa vel Provinciam, vel Ordinem confestim exonerate, & quamvis mandato isto censeamus Nos scrupulosius agere, quam opus sit, inde tamen conjicite, quo affectu sit odio Spiritus Ordinis in nævos paupertatis, si studio suo etiam in fictos ejus hostes invehitur, ut veros tollat. Prohibemus etiam omnibus, & singulis nostræ jurisdictioni subjectis, qui paupertati huic altissimæ obstricti sunt, ne quemquam sive immediate, sive mediate inducant ad legandam, etiam in terminis instituto nostro non repugnantibus, quamcumque eleemosynam, sive temporaneam, sive perpetuam, vel subjectam oneribus, vel solutam ab ipsis, aut Ordini, aut Conventui, Hospitio, Ecclesiæ, Sacrario, Cappellæ, Cœmeterio, Valetudinario, aut alicui Fratri particulari, aut etiam Sindico Apostolico, tamquam tali, magisque ipsi, tamquam nomine S. Sedis possessuro pro Nobis legatum illud, atque ministraturo, mandamusque per Sanctam obedientiam Superioribus, ad quos pro tempore pertinebit; ut contra procurantes legata hujusmodi exequantur pœnas generalium nostrarum constitutionum; extendimusque virtute præsentium ad totum Ordinem adversus ipsos excommunicationem latæ sententiæ per Cismontana statuta inflictam, à qua nonnisi per Provincialem Ministrum, præterquam in mortis articulo, absolvi possint. Atque, ut tandem aliquando expoliatio quarumcumque proprietatum per Generalia Capitula, nostrosque Prædecessores toties inculcata, & stricte præcepta in decreto præmisso per Sanctitatem Suam sortiatur, auspice Deo, indubiam, & plenam executionem, infligimus Superioribus Conventuum privationem Superioritatis, quam obtinent, ipso facto, vocisque activæ, ac passivæ in perpetuum, ipso facto pariter incurrendam, si post

publi-

publicationem harum litterarum in Conventibus, quos administrant, & post exhibitam in eisdem ad effectum istum operam deputatorum, comperiantur adhuc proprietatem aliquam, quocumque obtentu, retinuisse, & non eam in alios quoad jus, & administrationem ipsius, mediis Sindicis Apostolicis, in totum, & in perpetuum transtulisse, eamdemque pœnam privationis officii, nec non vocis activæ, & passivæ infligimus incurrendam, & in perpetuum, & ipso facto, Superioribus Provinciarum, aut Custodiarum, qui admoniti, expoliationem prædictam per Superiores Conventuum nequaquam fuisse factam, non ipsi procedent statim ad faciendam illam, & Superiores desides præfatis pœnis subjiciendos: præcipimus enim per Sanctam obedientiam aliis majoribus Superioribus, tam ordinariis, quam delegatis, nostræ jurisdictioni subjectis, ut cum primum quocumque modo rescierint omissionem prædictam Superiorum Provinciarum, aut Custodiarum, procedant statim ad eos, una cum Superioribus Conventuum, præmissis pœnis afficiendos, adeo quod, constantibus memoratis respective defectibus Superiorum Localium, Provincialium, aut Custodialium, agant, ut, absque ulteriori alia declaratione, pœnas hic jussas luant, imo & absque juris, aut facti ministerio aliquo, si aut expediens, aut necesse sit. Quoniam autem ad proprietates hujusmodi, si quæ adsunt, penitus eliminandas, nostro modo tenemur omnes, quamvis non omnes tenemur eodem modo, injungimus omnibus quomodolibet earum conscíis, sive publicæ illæ, sive occultæ sint, ut post harum publicationem primum Superiori Locali per scriptum, adhibitis testibus, denuntient ipsas, tum ut eodem pacto denunciens PP. deputatis postea superventuris proprietates, quas noverint universas, tum sive pertineant illæ mediate, vel immediate, directe, vel indirecte ad Conventum, in quo deguns actu, sive ad alium, in quo degerunt, & quatenus, dum proprietatum abdicationes jam factæ, ut jussimus, publicabuntur, earum non audiant mentionem fieri, quas ipsi denuntiarunt, tum in forma pro viribus authentica P. Superiori Provinciæ, vel Custodiæ iterum denuncient ipsas, qui confestim adimpleat, quod supra pro casibus istis præceptum fuit, simulque denunciantem ipsum certiorem faciat de tali jam præstito adimplemento, alias, si denuncians congruo elapso tempore, aut non se admonitum, aut falso admonitum videat super hoc; eo ipso Superiori Generali suo immediato & proprietatem denunciet, & negligentiam, quam in superiori, sive Provinciæ, sive Custodiæ expertus est, ut formiter puniatur, atque omnia hæc successive præstari volumus per Fratres omnes, qui vel aliqualem notitiam habent proprietatum, ut præfertur, dimittendarum, sub pœna denunciationes istas non exequentibus excommunicationis ipso facto incurrendæ, à qua, præterquam in mortis articulo, à nemine absolvi possint, nisi prius omnes, & singulas denunciationes præfatas, quoad substantiam, & modum, fuerint executi.

Fortasis hæc omnia vobis videri poterunt aliquanto imperata rigidius, quam opus esset; nos autem contra, hæc eadem timentes adhuc aliquem fucum ab inimico illo, qui huic nostro Domini agro, superseminatis olim zizaniis istis, obtinat forte adhuc, ut alicubi vigeant, stulto incusso metu, ipsius tritici, si convellantur, cum eis eradicandi; ut Ordo proprietatibus istis, si quæ adhuc reliquæ sunt, strenue subtrahatur, pramonemus alterius vos, atque adeo Provincias, atque Custodias vestras, quod decreta, post acceptas opportunas notitias, per nos tandem expedienda, quorum altero Missarum stipendia ad quantitatem congruam reducemus, atque altero ab oneribus, quæ ante datam præmissi Decreti contracta erant, & pro quibus Conventus nullum stipendium obtinent, absolvemus; dubio procul iis terminis, iisque clausulis a nobis concipientur, quibus irrita, & nulla erunt in omnibus Provinciis, atque Custodiis illis, quæ ante receptionem ipsorum non se proprietatibus omnibus penitus expoliaverint; atque designantes Conventum præcipuum, tam Provinciarum, quam Custodiarum, pro Anniversario, seu Missa solemni in compensationem Missarum perpetuarum, usque ad diem 15. Julii præsentis anni ab earum Conventibus omissarum, & usque ad eumdem diem per Sanctissimum præinserto suo Decreto condonatarum, mandantesque, ut hujus Anniversarii obligatio in tabella adnotetur, & in Sacrario præfati Conventus palam retineatur, commendamus vobis cum salutaris obedientiæ merito, ut SS. D. N. Benedicti PP. XIII. in Ordinem nostrum impensissime affecti, & diutinam sospitatem, & felicitatem omnimodam a Domino exoretis. Datum Romæ in hoc nostro Aracœlitano Conventu, die 18. Octobris 1724.

F. Laurentius à S. Laurentio Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De Mandato Suæ P. Rmæ
Fr. Emmanuel Fernandez *de el Rio*,
Secretarius Generalis Ordinis.

Constitutio pro restituenda, & conservanda in Ordine Minorum antiqua Regulari Disciplina.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Universalis Ecclesiæ regimini, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, inscrutabili Divinæ Providentiæ arcano, præsidentes, inter multiplices, ac sane gravissimas Pastoralis Officii nostri solicitudines, quibus jugiter premimur, memores sub suavi Religionis Fratrum Prædicatorum jugo a teneris usque annis Nosmetipsos Deo devovisse, illam peculiari quadam ratione curam suscipimus, per quam prisca Regularis disciplinæ observantia in Religiosis Ordinibus conservetur, atque instauretur, & ne ii, qui per emissorum in illis votorum semitam ad apicem perfectionis contendunt, a recto Institutorum suorum tramite deflectant, quæcumque felici eorum regimini, ac providæ Animarum suarum directioni impedimento esse possunt, removere studemus, sicut, omnibus maturæ considerationis trutina perpensis, in Domino salubriter expedire conspicimus.

Cum itaque, sicut accepimus, ac Nos ipsi, dum in minoribus constituti, commisso Nobis a fel. rec. Clemente XI. & Innocentio XIII. Rom. Pontificibus Prædecessoribus nostris, in quibusdam Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci tum de Observantia, tum Reformatorum nuncupatorum Provinciis, Visitatoris Apostolici munere fungebamur, experientia didicimus, in Ordine præfato, qui suaves, ac ubertimos in Ecclesia Dei fructus omni tempore protulit, & in dies, eo benedicente, a quo bona cuncta procedunt, proferre non desistit, nonnulli irrepse-

irrepserint abusus, contra primitivæ illius disciplinæ formam, ac dispositionem quarumdam Apostolicarum Constitutionum, præsertim record. mem. Urbani PP. VIII. Prædecessoris pariter Nostri, die xxxiii. Junii 1633. xxvi. Junii 1639., ac prima etiam Junii 1640. respective editarum, quarum priore incipiente: *Inter cæteras*, omnia privilegia personalia in eodem Ordine perpetuo abrogata fuerant, neque de cætero a quoquam concedi posse cautum erat; Altera vero, cujus initium est: *Admonemur*, adversus illius Superiores, favores extra Ordinem ipsum in concessione gratiarum, graduum, officiorum, & dignitatum, ac remissione pœnarum attendentes, nec non Fratres ejusmodi favores conquirentes emanaverat; & tertia demum, quæ incipit - *Militantis Ecclesiæ*, inter alia, Patribus ejusdem Ordinis jus, arbitrium, ac consuetudinem superintendendi Provinciis, Conventibus, Fratrum collocationibus, aliisque dispositionibus, quæ sibi ex officiis, quibus functi fuerant, remansisse, seu competere prætendebant, adempta, & abolita fuerant: ob minus accuratam autem harum Constitutionum observantiam multa, & gravia in dicto Ordine, adversus Regularis Observantiæ nitorem, incommoda oriri dignoscantur, nec non magnum relaxationi ostium pandatur, atque spiritui Paupertatis, & Humilitatis, quo Seraphicus ille Ordo potissimum innititur, plurimum detrahatur, non sine modica etiam religiosæ illius Fratrum pacis, & tranquillitatis perturbatione.

Hinc est, quod Nos, qui Regularem disciplinam ubique vigere, omnemque illius relaxationis viam præcludi summopere exoptamus, hujusmodi malis, & incommodis de opportuno remedio, quantum cum Domino possumus, providere volentes, antiquis, ac laudabilibus dicti Ordinis statutis per Sedem Apostolicam confirmatis inhærendo, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac Nostra perpetuo valitura sanctione confirmantes, & expresse innovantes quæ ab eodem Urbano Prædecessore in ternis ejus Constitutionibus supradictis, & a piæ mem. Clemente PP. X. Prædecessore etiam Nostro, per quasdam suas in pari forma Brevis die vii. Octobris 1672. super nova eorumdem privilegiorum personalium abrogatione expeditas litteras disposita, & ordinata fuere; omnia, & quæcumque indulta, seu privilegia personalia tam Ex-Ministrorum, Ex-Commissariorum, seu Vice Commissariorum, Ex-Procuratorum, & Ex-Definitorum generalium, quam Ex-Ministrorum, Ex Custodum, Ex-Diffinitorum provincialium, prout etiam Ex-Generalium Prædicatorum, atque Lectorum Theologiæ supra numerum, necnon apud Parentes, vel Consanguineos, aut alibi extra Claustra, habitu retento, degendi, aut in uno Conventu ita determinate commorandi, ut sublata sit Superioribus facultas ad alios Conventus transferendi, & quævis alia hic non expressa, quibuslibet Fratribus de Observantia, Reformatis, Discalceatis, Recollectis, Terciariis, vel quocumque alio nomine nuncupatis, sub regimine, ac directione Ministri Generalis dicti Ordinis viventibus, cujuscumque dignitatis, qualitatis, & conditionis existant (Charissimorum in Christo Filiorum Nostrorum Regis Romanorum in Imperatorem electi, ac aliorum Regum Theologis, Concionatoribus, & Confessariis actualibus dumtaxat exceptis) quovis titulo, prætextu, causa, & occasione, & ad cujuscumque instantiam, & supplicationem, tam à Nobis, & Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, & à quibusvis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationibus, quam etiam ab ipsius Sedis Apostolicæ Nunciis, aut de Latere Legatis, ac quibuslibet Ordinis hujusmodi Superioribus, hactenus quoquomodo contra, & præter Regularia Ordinis prædicti statuta, & Apostolicas Constitutiones concessa, perpetuo revocamus, annullamus, cassamus, abrogamus, & abolemus, illaque in perpetuum revocata, cassata, abrogata, & abolita, viribusque, & effectu vacua esse, & fore, neminique ullatenus suffragari, neque deinceps à quoquam concedi posse decernimus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub excommunicationis, privationisque suorum Officiorum, ac vocis activæ, & passivæ pœnis eo ipso incurrendis, dilectis Filiis Ministro, & Commissario Generalibus, ac Ministris Provincialibus, Custodibus, aliisque ejusdem Ordinis Superioribus, ut quamprimum præsentes nostræ Literæ ad eorum notitiam pervenerint, omnes, & singulos Patres, & Fratres Ordinis hujusmodi similia Indulta, seu Privilegia habentes, etiamsi a Nobis, vel a Prædecessoribus prædictis de non completo, vel complendo integro tempore officiorum, ex quibus illa desumere prætendunt, dispensationem quoquomodo obtinuissent, illis eo ipso privatos, & spoliatus esse declarent, nec quemquam eis inposterum uti sinant, vel permittant.

Fratres vero, quibus per dicti Ordinis Constitutiones, Conventus, in quibus degant, pro suo arbitrio deligere concessum est, cum ad præscriptum Regulæ, quam solemniter voverunt, *nec domum, nec locum, nec aliquam rem in hoc Mundo sibi possint appropriare*, ex nunc, & de cætero perpetuis futuris, temporibus, omni usu in contrarium penitus sublato, a Superioribus Generalibus, vel Provincialibus, de Conventibus eis magis acceptis, ea, qua decet humilitate, sibi provideri postulent. Superiores autem pro singulorum meritis, & qualitate eos in Conventibus postulatis collocari procurent, sicut in Domino expedire viderint; exceptis tamen Almæ Urbis nostræ Conventibus, in quibus utpote numerosa Familia gravatis, nec ipsos etiam Ordinis Discretos, qui non fuerint Patres Romanæ Provinciæ, sive de Observantia, sive Reformatorum, vel dictæ Sedis servitio addicti, volumus de Familia commorari posse; sed expletis eorum officiis, ad proprias Provincias, vel ad Conventus sibi a dictis Superioribus assignandos proficisci omnino teneantur, in quibus Guardianis suis, juxta Divi Francisci Institutoris mentem, ita illi, eorumque socii subesse debeant, ut extra Claustra, absque expressa eorumdem Guardianorum qualibet vice obtinenda licentia, exire non possint.

Insuper, ne ad gradus, officia, & dignitates per emendicata suffragia ambitiosis pateat accessus, & aditus præbeatur vagis, & otiosis Fratribus per alienas Provincias errandi, vel etiam propriæ Provinciæ Conventus circumeundi, ob extortas a suis Superioribus facultates, per conquisitos extra Ordinem favores, similiter in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub pœna privationis Officiorum nostro, ac Romanorum Pontificum Successorum Nostrorum arbitrio, Superioribus Generalibus ejusdem Ordinis, Provincialibus vero, & reliquis dicti Ordinis Prælatis nunc, & pro tempore existentibus arbitrio ipsorum Superiorum Generalium præcipimus, & mandamus, ne ad instantiam, & requisitionem quarumcumque Personarum, tam Ecclesiasticarum, quam Laicarum extra dictum Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus honore, & quacumque sæculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuivis præfati Ordinis Religioso ullam gratiam impertiri, vel pœnas aliquas remittere, seu

gra-

gradus, honores, dignitates Officia, & adminiſtrationes ejuſdem Ordinis concedere audeant; quinimò Fratres, qui contra præſentium tenorem, mediis, & viis hujuſmodi, per conquiſitos favores, & ſuffragia extra Ordinem, aliquid ſibi procuraverint, ad talia, & ſimilia, ac etiam majora in eodem Ordine conſequenda, perpetuò inhabiles, & incapaces declaramus; Eos verò qui Perſonarum extra Ordinem favorem, vel auctoritatem interpellaverint, ad extorquendas a ſuis Superioribus facultates vagandi, vel de uno in alium Conventum tranſeundi, pœna Carceris formalis Superiorum ſuorum Generalium, vel Provincialium pariter arbitrio puniendos eſſe ſtatuimus; Ipſiſque Religioſis, & Fratribus dicti Ordinis quibuſcumque, ſub eiſdem reſpectivè pœnis, præcipimus, & expreſſe interdicimus, ut non ſolum in præmiſſis omnibus favores ejuſmodi minime procurare, ſed nec etiam ſponte oblatos, aut ab eis minime procuratos recipere, & ſimiliter nec ad hunc effectum munera aliqua prædictis perſonis exhibere præſumant.

Præterea omne, & quodcumque prætenſum jus, ſeu aſſertam conſuetudinem, quæ potius abuſus dici debent, Diffinitores, vel Guardianos in ipſius Ordinis Capitulis Provincialibus, vel Congregationibus Intermediis nominandi, præſentandi, ſeu proponendi, Provinciis, Conventibus, ac Fratrum collocationibus ſuperintendendi, quovis titulo convenientiæ, vel directionis, ſeu alio qualitercumque nuncupato, inducta, obtenta, & intruſa, in perpetuum ſimiliter caſſamus, & abolemus, ac caſſata, & abolita eſſe, & cenſeri debere, cuicumque in poſterum tales nominationes, præſentationes, & propoſitiones, aliaque præmiſſa faciendi, facultate penitus interdicta, ſub privationis vocis activæ, & paſſivæ, nec non inhabilitatis ad officia obtenta, & alia in futurum obtinenda, ipſo facto incurrendis pœnis, decernimus, & ordinamus. Declarantes propterea eos, qui Superiores, vel Diffinitores Generales, Officiales Romanæ Curiæ, Provinciarum Miniſtri, vel qui inter ipſos, juxta dicti Ordinis ſtatuta, connumerantur, quique Cuſtodes etiam, aut Diffinitores Provinciarum fuerint, ex Officiis, quibus functi ſunt, nullum habere, vel prætendere poſſe jus, arbitrium, ſuperintendentiam, intelligentiam, vel, quocumque alio nomine nuncupetur, præeminentiam in Provinciis, Conventibus, Fratrum collocationibus, aliiſque diſpoſitionibus, ſed liberum omnino ſit Provincialibus, & Diffinitoribus (nullo ad prædictos Patres habito reſpectu) de Conventibus diſponere, Guardianos inſtituere, Fratres collocare, aliaque exequi, prout communi Provinciarum bono magis convenire cenſuerint. Ipſis etiam Provinciarum Miniſtris, Cuſtodibus, ac Diffinitoribus nunc, & pro tempore exiſtentibus, ſub eadem pœna privationis Officiorum, quæ obtinent, eo ipſo quoque incurrenda, diſtrictè inhibemus, ne titulo convenientiæ, vel directionis, ſeu alio quocumque nomine, Conventus invicem partiri, in eiſque Guardianos nominare, proponere, & præſentare audeant, cum intentionis noſtræ ſit omnes, & quaſcumque ejuſmodi Conventuum diſtributiones, Guardianorum nominationes, & præſentationes penitus tollere, & abrogare.

Præcipientes omnibus, & ſingulis Fratribus dicti Ordinis ſuffragium, & vocem activam habentibus in Capitulis, & Congregationibus Provincialibus, ut, priuſquam ad electiones deveniant, has præſentes litteras legi faciant, omneſque, & ſinguli obſervare jurent, quod ſcilicet, depoſitis privatis ſtudiis, & affectionibus, nullaque dictorum Patrum habita ratione, eos tantum in Provinciales, Cuſtodes, Diffinitores, & Guardianos libere eligere, & approbare valeant, qui juxta Apoſtolicas, & dicti Ordinis Conſtitutiones eligi debent, quoſque, prævia meritorum qualificatione, digniores, ac ipſis Provinciis, & Conventibus regendis utiliores, & ad id magis idoneos dijudicaverint.

In deputatione autem Familiarum, ſeu deſtinatione Conventuum in Capitulis, & Congregationibus Provincialibus hujuſmodi facienda, ut, juxta Conventuum exigentiam, & Perſonarum merita religioſi opportunè collocentur, præcipimus, & mandamus, ſub vocis activæ privatione, aliiſque arbitrio Superiorum Generalium infligendis pœnis; ut in iiſdem Capitulis, & Congregationibus Familiæ Fratrum ab integro Diffinitorio deputentur, & Conventus deſtinentur: Fratres verò, ſub pœna etiam carceris formalis, arbitrio Miniſtri Provincialis, ad Conventus ſibi aſſignatos ſe conferre, ibique commorari teneantur, niſi legitima excuſentur cauſa ab ipſo Diffinitorio approbanda, & Guardiani aliquem ſine cauſa reſpuentes, privationis ſui officii pœnam incurrant, at ſi cauſa ſubſit illum rejiciendi, eam Superioribus Provincialibus deferre debeant, quæ ſi legitima, & rationabilia eorum judicio probabitur, tunc Religioſum ſic rejectum ad alium Conventum mittere valeant.

Quia tamen in Provinciarum regimine, nec abuſus tolli, ſed potius argui, nec omnimodam libertatem in electionibus, & deputationibus familiarum hujuſmodi, prout par eſſet, pluribus ab hinc annis obtineri poſſe, non uno experimento, compertum habemus, eo quod Superiores officio functi, ac fermè ſemper iidem Provinciarum Patres Diffinitoria ingrediantur, ibique locum, & votum habeant, pernicioſis hujuſmodi malis occurrere cupientes, utque Provinciarum gubernia, juxta ipſius Ordinis Conſtitutiones, ſingulis trienniis ex integro immutentur, & nullatenus perpetua reddantur, providere volentes, cum aliquando contingat ſuffragia perpetua Patrum, quos habituales vocant, votis Diffinitorum actualium æqualia eſſe, imo illa excedere, in grave ipſarum Provinciarum præjudicium, quandoquidem ipſis dumtaxat diffinitoribus jus ſit in Capitulis hujuſmodi, pro earumdem Provinciarum majori bono, & felici gubernio, Religioſos ad officia eligere, ac proinde in hac parte litteris Sanctæ memoriæ Pii V. Clementis VIII. & Gregorii XV. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum itidem noſtrorum hac ſuper re emanatis inſiſtentes, omnia, & quæcumque perpetua ſuffragia tam de jure, quam de conſuetudine, quoquomodo in Capitulis, Congregationibus, vel Diffinitoriis particularibus Provinciarum, & Cuſtodiarum, tam de Obſervantia, quam Reformatorum, Diſcalceatorum, Recollectorum, Tertiariorum, vel alio nomine nuncupatorum, quibuſvis Fratribus hactenus quomodolibet competentia, motu, ſcientia, ac de poteſtatis plenitudine paribus, harum ſerie etiam perpetuo revocamus, annullamus, & abrogamus, nulliuſque roboris, & momenti deinceps fore, & eſſe declaramus. Volentes proinde in Capitulis Provincialibus, hujuſmodi Guardianos, Diffinitores, Cuſtodes, & Provinciales Miniſtros, ac Præſidentes Capitulares vocem activam pro novo Diffinitorio eligendo, ipſoſque Miniſtros Provinciales ſuo tunc officio functos votum etiam conſultivum, & deciſivum in omnibus actibus Capitularibus, una cum novo Diffinitorio, & Præſidente in futurum dumtaxat habere, in reliquis vero Diffinitoriis particularibus, & Congregationibus intermediis ſolos Provinciales Miniſtros, Cuſtodes, & Diffinitores hujuſmodi voce conſultiva, & deciſiva uti, & frui debere.

Cum-

Cumque eadem prorsus sit ratio de Capitulis, & Congregationibus Generalibus, & ne etiam ob hanc suffragiorum perpetuitatem aliqui ex dictis Religiosis Sanctæ, & Seraphicæ humilitatis obliti, spiritu superbiæ inflentur, vel diuturnitate gubernandi allecti sibetse dedilcant, & alii eorum exemplo simili cupiditate accendantur, priusquam hujusmodi scandala in Ordinis, & animarum detrimentum invehantur, idipsum, quod de Capitulis, & Congregationibus Provincialibus disposuimus, ut præfertur, ad Congregationes etiam, & Capitula Generalia dicti Ordinis extendimus. Inhibentes propterea omnibus, & singulis prædicti Ordinis Patribus, ne in Capitulis, & Congregationibus Generalibus præfatis quisquam eorum in posterum, cujuscumque habitualitatis, etiam Generalatus prætextu, suffragium ferre possit pro Superioribus Generalibus, vel Diffinitoriis noviter eligendis, sed illi tantum inibi votum habeant, qui, juxta Ordinis Constitutiones, de Corpore Diffinitorii Generalea fuerint; ita tamen, ut ipsi Superiores Generales Officio functi, in illis Capitulis, & Congregationibus, in quibus eorum munus expleri, seu cessare contigerit, votum consultivum, & decisivum in omnibus actibus Capitularibus obtineant, quibus absolutis soli Minister, & Commissarius Generales noviter electi, cum eorum Officialibus Curiæ, & Diffinitoribus, universum Ordinem, vel Familiam respective, seclusa quibuscumque Ordinis Discretis, valeant, & debeant moderari; ita quod Superiores Generales hujusmodi in arduis Ordinis, vel Familiæ negotiis, aliquos ex Discretis, & Patribus præfatis, quos maluerint, consulere, & etiam ad ordinarios Congressus, si id commode fieri poterit, vocare debeant, prout Religionis bono conducere existimaverint.

Porrò, quod attinet ad subrogationem Patrum in Capitulis, & Congregationibus, sive particularibus Diffinitoriis, aut Congressibus tam Generalibus, quam Provincialibus, ea omnia servari debere mandamus, quæ alias per statuta dicti Ordinis præscripta reperiuntur; ita ut secundum uniuscujusque gradum, & dignitatem primo Ordinis, & Familiæ Discreti, deinde Ex Officiales Romanæ Curiæ, ac Ex Diffinitores Generales, postea Ex-Ministri, & Provinciæ Patres respective, juxta eorumdem statutorum dispositionem, substituantur, & subrogentur: Volentes tamen, quod Provinciarum Ministri Officio functi, & qui inter eos ad præscriptum Constitutionum Ordinis præfati connumerari solent, sive sint Ex Guardiani Hierusalem, Ex-Secretarii, aut Ex Commissarii Generales in partibus Indiarum, vel Lectores jubilati de numero, ac alii hujusmodi inter se, ita æqualem omnino ordinem de cœtero perpetuis futuris temporibus servent, quo ad substitutiones hujusmodi, ut illi primo loco subrogentur, qui prius inter Provinciarum Patres, seu Ex-Ministros, locum fuerunt adepti, quamvis exinde ipsos Provinciarum Ministros, qui revera officio functi sunt, post alios non antea Ministros contingat suffragari, cum mentis, & intentionis nostræ sit, ut hoc substituendi jus non in aliquot tantum, sed in omnibus Patribus, quibus illud competit, suum sortiatur effectum.

Quoniam vero in supradictis Urbani Prædecessoris Constitutionibus, non minus contra Fratres favores extra Ordinem præfatum attendentes, vel conquirentes, quam super abolitione prætensi juris, consuetudinis, vel arbitrii Patrum ejusdem Ordinis, qui officii functi fuerant, editis, pœna excommunicationis adversus transgressores ipso facto incurrenda infligitur, ne ex hoc Religiosorum dicti Ordinis conscientiæ scrupuli ingerantur, ac laquei struantur, in gravem animarum suarum perniciem; eisdem constitutionibus, firma remanente in reliquis earum dispositione, in hac parte tantum derogantes, pœnam excommunicationis hujusmodi in illam privationis officiorum, ut præfertur, quæ tamen non nisi a Nobis, & Romanis Pontificibus successoribus Nostris relaxari valeat, commutamus.

Decernentes easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod Superiores, & Fratres Ordinis præfati, aliique quilibet cujuscumque status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis existant, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni, in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, seu ad ea vocati, citati, & auditi, causæque, propter quas ipsæ præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, vel capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, modificari, redargui, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, neque easdem præsentes litteras, & in eis contenta hujusmodi, sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam a Nobis, ac successoribus præfatis pro tempore quomodolibet faciendis, comprehendi, nisi de ipsis litteris, earumque dispositione fiat mentio specialis, sed ab illis semper excepta, & perpetuo valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcusse observari, & adimpleri; sicque, & non aliter in præmissis censeri, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, aliosque quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac, quatenus opus sit Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, & fel. rec. Gregorii XIII., ac ejusdem Urbani VIII. & Alexandri VII. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, per quas suffragia perpetua in Capitulis, & Congregationibus Provincialibus, & Generalibus Patribus Ordinis, & Provinciarum concessa fuerant, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, nec non dicti Ordinis, ejusque Congregationum, & Reformationum, Provinciarum, & Conventuum quorumcumque aliis-

aliisque quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavia firmitate alia roboratis statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordini, ejusque Superioribus, Fratribus, & Personis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, ac quantiscumque vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ne ullo unquam tempore hæc in oblivionem, seu desuetudinem adeant, ut Superiores Generales, vel eorum Commissarii in Provinciarum visitatione, sub iisdem privationis officio, vocisque activæ, & passivæ, ipso facto incurrendis pœnis, quas nonnisi a Nobis, vel a Romanis Pontificibus Successoribus Nostris similiter relaxari valeant, de contentorum in hac nostra sanctione observantia diligenter inquirant, ac transgressores in vocis activæ, & passivæ privationis pœnam incidisse, & ad officia Ordinis inhabiles eo ipso declarent; utque earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus ex Secretariis Ministri Generalis, aut Notarii publici subscriptis, & sigillo Officii ejusdem Ministri, aut Procuratoris Generalis ipsius Ordinis, vel alterius Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Novembris 1724. Pontificatus Nostri Anno Primo.

EPISTOLA

Reverendissimi P. Generalis circa reductionem onerum Missarum faciendam ex rescripto Sanctissimi in Conventibus Fratrum Tertii Ordinis, & Monialium.

Frater Laurentius à S. Laurentio, Lector Jubilatus, Sacræ Congregationis Indicis Consultor, Sanctæ Romanæ, & universalis inquisitionis Qualificator, Examinator Romani Cleri, Sacri Montis Syon Ex-Guardianus, & totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus.

Dilectis nobis plurimum in Christo RR. PP. Ministris, & Custodibus Provinciarum omnium, & Custodiarum, sub nostra jurisdictione constitutarum, veram in utroque homine, ac plenam felicitatem.

ALiis nostris litteris pridem vobis significavimus, in promptu ex tunc fuisse apud nos Decretum Apostolicæ Sedis, quo nobis committebatur reductio Missarum perpetuarum, incumbentium domibus omnibus, Deo sub nostro regimine militantibus, & ex suo quoque instituto, bona, ut cœteri Ordines, possidentibus; siquidem pro nostra in illas paterna solicitudine, duximus à Regnante Summo Pontifice beneficium istud etiam pro ipsis petendum esse; id quod obtinuimus, porrecta supplicatione, & impetrato rescripto, quod liberantes præsentibus fidem nostram conceptis verbis subnectimus. Complexi ergo uno, & eodem libello Conventus nobis subditos Tertii Ordinis Regularis, omnia Monasteria Monialium omnium Ordini Nostro pariter subjectarum, & Sodalitia quoque Tertii Ordinis Sæculares credita nostræ sedulitati, inhærentes aliis similibus ab aliis Ordinibus præconceptis, dedimus preces istas.

Beatissime Pater.

MInister Generalis totius Ordinis S. P. Francisci provolutus ad pedes S. V. exponit humiliter, ultra Fratres, & Moniales nihil affatim possidentes, alias autem Moniales, aliosque Fratres, qui possident, sub suo regimine inveniri, & Moniales quidem nec uno instituto sunt, nec uno nomine appellantur; Fratres vero sunt omnes Tertii Ordinis de pœnitentia à Patriarcha Seraphico instituti, quorum alii Regulares sunt, & in Provincias, ut cœteri Ordines, distributi; alii autem sunt Sæculares, atque hi sodalitiis dumtaxat constant, quæ sunt invicem inconnexa, nec unum ab alio dependens est. Hæc igitur omnia sive Sodalitia, sive Conventus, sive Monasteria, ad prædictos Moniales, & Fratres, qui possident, pertinentia, ob pestilentias, bella, contributiones, aliasque nimis notas, & magnas nostrorum temporum calamitates, afflicta ubique gemunt, dura paupertate, præsertim ob largitiones fidelium quam maxime imminutas, & ob fundos, ac capitalia Missarum perpetuarum ex præmissis, aliisque

causis, aut in totum deperdita, vel magna ex parte aut consumpta, aut labefactata. Propterea idem Minister Generalis eadem humilitate supplicat pro dictarum Missarum perpetuarum, quæ usque ad præsentem diem celebrari debuissent, & non fuerunt celebratæ, benigna condonatione quoad præteritum, & pro earumdem Missarum, quoad futurum, reductione, atque moderatione.

Huic autem nostræ supplicationi Sanctitas Sua clementissime annuens, per Sacram Congregationem Eminentissimorum DD. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, quod ad literam hic subjicimus, indulgere Decretum dignata est.

Die 15. Julii 1724. Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIII. maturo consideratis causis supra recensitis, nec non exemplis suorum Prædecessorum Alexandri VII. Clementis X. & præsertim Innocentii XIII. Romanorum Pontificum, ab hactenus omissis Missarum perpetuarum celebratione misericorditer absolvit, mandavitque, ut à Patre Generali, de consilio Diffinitorii Generalis apud se existentis, quoad Fratres Tertii Ordinis de pœnitentia Regularis, unus Conventus in unaquaque Provincia eligatur, cum facultate mutandi, & alterum toties quoties sibi videbitur, adhibito prædicto Consilio, in unaquaque Provincia substituendi, in quorum respective Conventuum designandorum Ecclesiis, quolibet anno in perpetuum, initio ducto ab anno 1725. uno die infra octavam Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, unum Anniversarium in tabella describendum celebretur, & applicetur pro animabus illorum, pro quibus præfatæ Missæ perpetuæ erant celebrandæ, & applicandæ, & hactenus non fuerunt celebratæ, & applicatæ: quo vero ad Monasteria, & Sodalitia Tertii Ordinis Sæcularis, in unoquoque Monasterio, & Sodalitio, in quibus omissa fuerit, quoad præteritum, Missarum celebratio, ab eodem Patre Generali de Consilio, ut supra, Diffinitorii Generalis apud se existentis, injungatur celebrationis obligatio, & applicationis vel unius Missæ perpetuæ, in tabella onerum itidem describendæ, vel alicujus numeri Missarum pro una vice tantum celebrandarum, & applicandarum pro animabus eorum, pro quibus Missæ celebrari, & applicari debuissent. Quoad onera vero perpetuarum Missarum usque in præsentem diem acceptata, & imposterum adimplenda, Sanctitas Sua eidem Patri Generali demandavit, ut adhibito Consilio supradicti Diffinitorii Generalis, ex singulis Provinciis sibi subjectis, binos, aut etiam plures eligat Religiosos, pietate, zelo, doctrina, & probitate præditos, qui testamentis, instrumentis, libris, tabellis, cœterisque documentis, quibus onera Missarum unicuique Conventui, Monasterio, & Sodalitio, suæ Provinciæ respective, incumbentia descripta continentur, perspectis, & sedulo examinatis, & redditibus unicuique oneri distributis, nec non eorum diminutionibus diligenter perquisitis, atque perpensis, & præsertim, an diminutiones ipsæ sint perpetuæ, vel temporaneæ, distinctam, atque fidelem descriptionem ad eumdem P. Generalem transmittant, qui una cum supradicto Diffinitorio Generali, pro eorum omnium conscientia (cujus rationem supremo Judici Christo Domino se districte reddituros meminisse debebunt) unamquamque perpetuam Missam moderari valeat, & reducere ad rationem eleemosynæ scutorum sexaginta monetæ Romanæ pro qualibet Missa quotidiana, intra terminum trium annorum, a data præsentium intra Italiam, & Insulas adjacentes, & intra sex annos ab eadem data præsentium quoad cœteros Conventus, Monasteria, & Sodalitia extra Italiam, & Insulas adjacentes constitura, factaque, post reductionem, distincta onerum descriptione in tabella Missarum uniuscujusque Conventus, Monasterii, & Sodalitii. Cœterum quoad novorum onerum, seu eleemosynarum, aut oblationum pro Missis perpetuis celebrandis acceptationem, in futurum Sanctissimus Dominus Noster, inhærendo Decretis de celebratione Missarum jussu fel. rec. Urbani Papæ VIII. & fel. rec. Innocentii PP. XII. per Sacram Congregationem Concilii editis, prohibuit omnibus, & singulis Regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, ne inposterum onera perpetua Missarum celebrandarum suscipiant, sine Generalis pro tempore, vel Provincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda, renovata pœna privationis contravenientibus omnium officiorum, quæ tunc obtinebunt, & perpetuæ inhabilitationis ad alia de cœtero obtinenda, & privationis pariter ipso jure, & absque alia declaratione, vocis activæ, & passivæ, & quoad ipsos Generales, seu Provinciales de licentia requisitos pro dictis oneribus perpetuis acceptandis, Sanctitas Sua in eorum memoriam revocavit, ipsos in singulis casibus teneri diligenter inquirere de singulis Missarum celebrandarum obligationibus cuique Conventui, Monasterio, seu Ecclesiæ incumbentibus, nec eos ante assensum, seu licentiam præbere debere, quam ipsis legitime constiterit, tam novo oneri suscipiendo, quam antiquis jam susceptis à quolibet Monasterio, seu Ecclesia satisfieri posse, præcipuamque demum ab ipsis Generalibus, & Provincialibus habendam esse rationem, ut redditus, & bona, quæ Conventibus, Monasteriis, & Ecclesiis assignantur pro Missis perpetuis, omnino respondeant, non eleemosynæ manuali, sed eleemosynæ perpetuæ, taxandæ juxta morem cujusque Civitatis, Diœcesis, vel Provinciæ, & si in re tanti momenti desides fuerint, seu negligentes, sciant se tam pœnis arbitrio Sanctitatis Suæ, & aliorum pro tempore Romanorum Pontificum esse subjectos, quam prætermissi muneris in novissimo die rationem esse supremo Judici Christo Domino reddituros.

Audito igitur Diffinitorio Generali apud nos existente, ut nunc ad inchoandam reductionem prædictam, & ad eamdem postmodum absolvendam operam impendamus,

Primo injungimus, ut acceptis litteris istis nostris intimetis præfatis Conventibus, Monasteriis, & Sodalitiis immediate subjectis jurisdictioni vestræ, aut etiam si quæ intra terminos Provinciarum vestrarum non immediate vestræ, sed nostræ subjecta sunt, ut sedulitate, qua convenit, omnia in promptu habeant, quæ spectant quomodocumque ad onera sua Missarum perpetuarum; ne forte ad præmissi decreti executionem, substantiali aliquo omisso, incurratur in reductione facienda periculum aliquod nullitatis.

Secundo cohortamur vos ipsos, ut deputationem authenticam faciatis duorum vel plurium religiosorum, prout multiplicitas aut Monasteriorum, aut Conventuum, aut sodalitiorum, vel exigere videbitur plures, vel duos tantum, qui tamen omnes prærogativis per Decretum expressis instructi sint, & bini testamenta, libros, tabellas, ac cœtera documenta examinantes, onerum Missarum perpetuarum informationem authenticam instruant, spatio mensium sex a deputatione ipsorum ad obeundum munus hujusmodi computandorum.

Tertio. Præcipimus, ut hi Deputati in locis singulis, ad quæ accesserint, signent quota sit eleemosyna manualis ad rationem monetæ suæ, quæ vel ex

san-

sanctionibus Synodalibus, vel ex patriæ consuetudine communiter solvitur, tam pro missis, quæ legi tantum, quam pro aliis, quas etiam cantari in usu est, itemque pro illis, quibus addi solet defunctorum officium, aut aliæ preces cum cantu, vel sine ipso.

Quarto. Imponimus, ut integrum nobis describant numerum Missarum perpetuarum, quæ, cum celebrari deberent, non fuerunt hactenus celebratæ: numerum (inquam) in communi dictum, quoad Conventus unam Provinciam componentes, cum istis omnibus una compensatio in communi præscripta sit; in particulari autem, quoad singula Monasteria, & singula Sodalitia, his enim utpote in unum corpus nequaquam coalescentibus, peculiaris compensatio sua cuique taxanda est.

Quinto. Quoad legata stipendium congruum perpetuis Missis non afferentia, ordinamus, inquiri quale, ac quantum fuerit capitale, quod pro ipsis in fundatione sua fuit primitus assignatum, & hoc quidem, an in bonis stabilibus, num vero in numerata pecunia collatum fuit, atque pecunia hæc, an, ubi, quando, & quomodo fuerit applicata.

Sexto. Jubemus, indagari distincte sub quibus conditionibus, clausulis, atque additamentis quodlibet hujusmodi perpetuum Missarum onus, erectum a testatoribus fuerit, & a prædictis aut sodalitiis, aut Monasteriis, aut Conventibus acceptatum.

Septimo. Præscribimus explorari, an præfatorum alicui perpetuum aliquod incumbat Missarum onus, quin de præsenti, discussis eorum capitalibus omnibus respective, comperiatur ullum ex ipsis hujusmodi oneri correspondere.

Octavo. Volumus rationem peculiarem Institui de capitalibus illis Missarum perpetuarum, quæ licet passa non fuerint usque adhuc ullam diminutionem; non habuerunt tamen in fundatione sua proventum congeuum Missæ perpetuæ ad tenorem præmissi decreti correspondentem.

Nono. Demandamus perquiri quanta, in quolibet capitali Missarum perpetuarum, an scilicet dumtaxat in aliqua parte ejus, an vero in toto ipso, atque insuper quibus de causis, an nimirum ex culpa, desidiaque Sodalitiorum, Conventuum, Monasteriorum, vel tantum ab externis, & fortuitis casibus contigerit diminutio.

Decimo. Intimamus adverti, an hæc proventuum diminutio, quibus præfata perpetua Missarum onera constant, sit dumtaxat ad tempus aliquod, an vero in perpetuum duratura.

Undecimo. Injungimus expendi diligentissime, quoad diminutos proventus istos, qui non semper iidem, sed inconstantes sunt, quam demum ad summam decennio integro pertingere consueverint; cum enim tenuiores uno anno, & alio soleant pinguiores esse, saltem a continente decennio eorum mensura petenda est, ut æqua pro eisdem reductio taxari possit.

Duodecimo. Tandem indicimus significari nobis quot unicuique perpetuo Missarum oneri, etiam Missæ cum cantu inhæreant, stipendio congruo destitutæ, sicut & quodlibet aliud Deputatis prædictis animadversione dignum occurrerit, ad negotium tanti momenti tute, ac feliciter demum expediendum. Quæ proinde omnia, & singula dilucide, ac breviter adnotata, & subscriptionibus eorumdem Deputatorum, ac vestris, & sigillo aut præfatarum domorum respective, aut Provinciæ communita, mandantes illorum expensis, quorum hoc interest, ad nos transmitti. Designamus una Conventum præcipuum Provinciarum Tertii Ordinis regularis pro anniversario, seu Missa solemni, quolibet anno in perpetuum celebranda, in compensationem Missarum perpetuarum usque ad datam præinserti decreti non ab eis celebratarum: præcipimus quoad susceptionem novorum onerum Missarum celebrandarum, servari adamussim quidquid eodem decreto mandatum est, & complectimur omnes vos, commendantes tenuitatem nostram orationibus vestris, paternæ visceribus charitatis. Datum Romæ ex nostro Aracœlitano Conventu die 22. mensis Novembris anno 1724.

Fr. Laurentius a S. Laurentio
Minister Generalis.

De mandato Suæ P. Rmæ

Fr. Emmanuel Fernandez del Rio
Secretarius Generalis Ordinis.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcop. & Regular. quo statuitur, ut Visitator Provinciæ Assumptionis Tucumanensis in Indiis Occidentalibus Ordinis Minorum de Observantia, quando Commissarius Indiarum ad eamdem non vult accedere, ex eadem Provincia eligatur.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti Filii Francisci Idalgo Prominiistri, ac Procuratoris Provinciæ Assumptionis Tucumanensis in Indiis Occidentalibus, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod, facto recursu anno 1708. nomine dictæ Provinciæ ad eamdem Congregationem, præter alia quamplurima, supplicatum fuerat, quod Commissarius Visitator dictæ Provinciæ a Superioribus; ad quos spectat, ex Religiosis benemeritis ejusdem Provinciæ eligeretur, & ad hunc effectum Provincialis, ac Definitores pro tempore existentes ad ipsos Superiores notulam omnium Religiosorum tali munere dignorum transmittere tenerentur, ut illi, quem mallent, pro sui justitia, & æquitate eligere possent: cujus supplicationis ratio fundamentalis fuit, maxima pauperras, & distantia quoad longitudinem, & latitudinem ipsius Provinciæ, in qua tam Domorum, quam Ecclesiarum ædificia nullam altum habent; imo solum ex luto acervato constructa existunt, adeoque Intollerabiles sumptus accessus, & recessus extranei Commissarii Visitatoria sufferre minime valebant, eaque de causa ab Ex-Ministro Generali Biezma, mediis suis literis Patentalibus die 27. Februarii 1701. Martii expeditis, hoc idem observari mandatum fuerat, cum Decreto, quod præfatæ literæ patentales usque ad Capitulum Generale observarentur; dicta verò Congregatio super dictis precibus, auditis prius relatione, & voto tunc existentis Procuratoris Generalis dicti Ordinis, rescripserat, quod exquireretur votum Capituli Generalis, quod super hoc puncto Commissarii Visitatoria favorabile fuit, ideoq. eidem Congregationi supplicato, ut attento favorabili voto memorati Capituli Generalis, tàm Commissarius Generalis Indiarum,

quam Peruanus, quando per se ipsos eamdem Provinciam Tucumanensem visitare nolebant, vel nequibant, unum ex Religiosis idoneis ejusdem Provinciæ deputare, & nominare, & ad hunc effectum Provincialis, & Definitorium pro tempore notulam omnium Religiosorum ad id munus visitandi dignorum ad eosdem Superiores mittere tenerentur, & respective deberent, sicq. in futurum inviolabiliter observari mandarent; emanavit a præfata Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, visa relatione Eminentissimi Corsini prædicti Ordinis apud Sanctam Sedem Protectoris, ac enunciato voto Capituli Generalis, referente Eminentissimo nostro Spinula, censuit, & decrevit idem Decretum Capituli Generalis esse approbandum, & confirmandum, ut infra, videlicet — Quod stante summa egestate præfatæ Provinciæ Tucumanen. quæ intollerabiles sumptus adducendi extraneum Commissarium Visitatorem sufferre non potest, quando Indiarum Commissarius per seipsum non vult accedere ad eamdem Provinciam ad Capitulum celebrandum, tunc ex eadem Provincia Commissarium Visitatorem debeat assignare, & ad hunc effectum suo tempore Provinciales, & Definitorium notulam Religiosorum tali munere dignorum ipsimet Indiarum Commissario transmittere teneantur. Constitutionibus Apostolicis, & Ordinis, ac aliis quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Romæ 22. Septembris 1724.

F. Cardinalis Paulutius.

V. Archiepiscopus Damascenus.

Loco ✠ Sigilli.

§. 1. Cum autem, sicut dilectus dictus Franciscus Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenore præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xx. Decembris 1724. Pontificatus nostri anno primo.

Cum Illustrissimus, ac Reverendissimus Dominus Liber Baro *de Broste*, qui clarissimum Sancti Benedicti Ordinem ingressus perinsignem Holskirchensem Capituli Fuldensis Præposituram obtinuerat, & jamdiu administraverat, dignitatibus omnibus vale dicens, maluerit pauperculis Provinciæ Thuringiæ Franciscanis Fratribus adscribi, petiit sibi relaxari sex menses Novitiatus: quod obtinuit sequentibus Apostolicis Literis.

BENEDICTVS PAPA XIII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

Religionis Zelus, vitæ, ac morum honestas, aliæque laudabilis probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut Te specialibus favoribus, & gratiis prosequamur. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod tu, qui asseris in Sac. Presbyteratus Ordine, ac in quadragesimo tuæ ætatis anno constitutus existis, & habitum per Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum gestari solitum suscepisti, professionem per eosdem emitti consuetam quantocitius emittere posse plurimum desideras. Nos igitur te, præmissorum meritorum tuorum intuitu, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc hujusmodi porrectis inclinati, Tibi, ut, de Superiorum tuorum consensu, peractis sex mensibus Novitiatus dumtaxat, Professionem præfatam expresse, ac valide, servatis aliàs servandis, emittere libere, & licite possis, & valeas, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus; ea tamen lege, ut in actu professionis supradictæ concesso Tibi per easdem præsente indulto uti velle exprese declares. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 16. Januarii 1725. Pontificatus nostri anno primo.

F. Card. Oliverius.

Inter-

Interdicitur Regularibus omnibus ad quascumque dignitates Ecclesiasticas promotis, ne secum extra Cœnobia ulla bona adsportare audeant.

BENEDICTUS PAPA XIII.

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

POstulat humilitati Nostræ Divina dispensatione commissum Sacrosancti Apostolatus officium, ut quæcumque respiciunt bonum, tranquillitatem, & commodum Ordinum Regularium, unde plurimum omni tempore, non modo splendoris, ac ornamenti, verum etiam utilitatis, atque præsidii Catholicæ Ecclesiæ accessisse, ac in dies magis accedere satis omnibus notum est, & quorum in cœtu, nempe in Ordine Fratrum Prædicatorum, Nos ipsos olim fuisse, plurimque annorum spatio versatos esse, in Domino gloriamur, propensis studiis, paternaque charitate, & sollicitudine promovere non omittamus; ac ea præsertim, quæ ad tollendos abusus, arcendam proprietatis labem, & inviolatum custodiendum in eisdem Ordinibus paupertatis votum, a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris provido, justoque consilio sancita fuisse noscuntur, ut serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ munimine roboremus, & alias desuper concessæ Nobis cœlitus auctoritatis partes interponamus, prout rerum, ac temporum conditio exigit, & Nos, omnibus maturæ considerationis trutina perpensis, ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, prosperum prædictorum Ordinum Regularium statum, ac animarum prætiosissimo Christi Sanguine redemptarum salutem, expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Dudum siquidem felic. record. Alexander Papa IV. Prædecessor noster, eum expositum illi fuisset aliquando contingere, ut Fratres Ordinis Minorum *Conventualium* Sancti Francisci ad Episcopalem, & alias superiores, seu inferiores Dignitates promoti, secum adsportare, propriisque usibus applicare præsumerent libros, & alia, quæ tempore suæ promotionis haberent, tametsi non ad eos, quibus nihil proprium habere licet, sed ad Ordinem pertinerent; ad ejusdem abusum submovendum, & consulendum præfati Ordinis indemnitati, quasdam suas desuper promulgavit Literas Apostolicas tenoris sequentis, videlicet.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus Servorum Dei

Generali, & Provincialibus Ministris Ordinis Fratrum Minorum. (a)

EX parte Vestra Nobis fuit intimatum, quod cum contingat interdum ad Episcopalem, & alias superiores, seu inferiores Dignitates, aliquos de Fratribus vestri Ordinis promoveri, ipsi libros, & alia, quæ tempore suæ promotionis habent, licet non ad eos, cum proprium eis habere non liceat, sed ad Ordinem pertineant memoratum, propriis usibus applicare præsumunt, in suarum periculum Animarum: Quare suppliciter postulastis a Nobis, ut providere super hoc salubriter curaremus. Nos igitur eorumdem Fratrum saluti, & indemnitati vestri Ordinis paterna volentes solicitudine providere, ut libros, & alia, quæ ipsos promotionis suæ tempore habuisse, seu habere constiterit, Tibi, Fili Generalis Minister, vel tuis Provincialibus Ministris, submota qualibet dilatione, resignent, ipsis Fratribus jam præmotis in virtute obedientiæ, illis autem, quos promoveri contigerit, ne resignare differant, auctoritate præsentium duximus injungendum, nisi forsan Vos ipsorum usus eis ad tempus concesseritis de gratia speciali. Datum Laterani Anno Incarnationis Dominicæ 1255. nonis Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

§. 2. Deinde, cum memoratus abusus in Ordinem quoque Fratrum Prædicatorum irrepsisset, recol. memor. Clemens Papa IV. Prædecessor itidem noster, pro suo Pastorali zelo, eum extirpandum curavit per suas consimiles literas Apostolicas, quarum tenor hic subjicitur.

CLEMENS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei

Dilectis Filiis Magistro, & Universis Prioribus, & Fratribus Ordinis Prædicatorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

PRovidentia laudabilis, & salubris in cunctis vestris haberi debet operibus, ut exinde claritatem nominis in conspectu Dei, & hominum habeatis. Cum itaque (sicut asseritis) contingat interdum, quod illi ex vobis, qui de Ordine vestro ad Archiepiscopatus, & Episcopatus, & alias Prælaturas Ecclesiasticas assumuntur, non considerantes, quod, ex professione in ipso emissa Ordine, nihil habent proprium, quod sibi specialiter valeant retinere, libros, & alia, quæ apud eos hujusmodi tempore promotionis habent, usibus propriis applicare, secumque portare præsumant, in propriæ salutis dispendium, & dicti Ordinis non modicum detrimentum: Nos præsumptioni hujusmodi volentes salubriter refragari, universis Fratribus dicti Ordinis ad hujusmodi Archiepiscopatus, Episcopatus, & Pralaturas de cœtero assumendis, auctoritate præsentium districtius inhibemus, ne consecrationis munus quoquo modo recipiant, antequam libros, & bona contingentia Ordinem memoratum, quæ apud eos tempore suæ promotionis haberi contigerit, Prioribus, & Conventibus, de quibus assumpti fuerunt, cum integritate resignent, nisi forsan iidem Priores, de consensu ipsorum Conventuum, usum illorum ad certum tempus eis duxerint concedendum; alioquin eo ipso ab executione Pontificalis Ministerii noverint se suspensos. Inter hujusmodi autem libros non intelligimus comprehendi quaternulos, & alias cartulas, vel membranas, in quibus dicti Fratres sibi certa notabilia cum aliquibus privatis sermonibus collegerunt. Nulli ergo &c. Datum Viterbii Anno Incarnationis Dominicæ 1268.

§. 3. Quamvis autem præinsertarum Apostolicarum Literarum tenorem a memoratis Regularibus, pro quibus emanarunt, religiose hactenus observatum fuisse, & adhuc observari minime vereamur: Nihilominus nonnullis justis, & gravibus adductis rationibus, ad obstruendum fraudibus, quæ forsan in posterum committi possent, quemcumque aditum, easdem Alexandri, & Clementis Prædecessorum literas cum omnibus, & singulis in eis contentis confirmandas, & innovandas esse duximus; prout motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine,

[a] *Hæc Constitutio dirigitur ad Generalem, & Provinciales* Ordinis Minorum *dumtaxat, ut legenti fit manifestum, & non cum addito* Conventualium, *quemadmodum supra, & infra perperam enunciatur; cum* Minores Conventuales *quos hoc nomine nunc intelligimus, sub Alexandro IV. nullibi essent.*

dine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione illas, & in eis contenta quæcumque (iis tantum exceptis, quæ eidem nostræ Constitutioni adversantur, ut infra) amplissime confirmamus, approbamus, ac innovamus, & quatenus opus sit, adversus quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quoquo modo prætendi posset, arstituimus, pristinum in statum reponimus, ac plenarie integramus.

§. 4. Præterea, etsi satis constet salubrrimam prædictam literarum dispositionem non ad eos dumtaxat, de quibus loquitur, sed ad universos etiam alios Rrgulares Ordines pertinere, cum ratio voti solemnis paupertatis, cui illa unice innititur, vigeat, locumque habeat generatim, absque ulla prorsus differentia, in omnibus Ordinibus, quorum Profrssores eodem paupertatis voto æqualitrr obstringuntur; adeoque, sicut iidem Professores indiscriminatim nihil proprium possident, nec possidere possunt, & quidquid acquirunt, Monasterio, & Ordini acquirunt, ita sane, absque ullo discrimine, quando ad Prælaturas Ecclesiasticas assumuntur, bona, quæ ante earum assecutionem habebant, secum asportare, propriosque in usus convrrtere nequaquam possunt, sed Monasterio, & Ordini, cui acquisita sunt, ex integro relinquere, ac resignare tenentur: Nihilominus ad quamcumque ambiguitatem submovendam, ac penitus è medio tollendam, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, memoratas Alexandri, & Clementis Prædecrssorum literas tenore præsentium expresse extendimus, ac ampliamus ad omnes etiam, & singulos alios Catholicæ Ecclesiæ Ordines, Congregationes, ac Instituta Regularia, Monastica, & alia quocumque nomine, & titulo nuncupata, nullo prorsus excepto, a quibus, & ab eorum Professuribus deinceps illas in omnibus, & singulis, quæ præsenti Constitutioni non adversantur, rxactissime observari volumus, præcipimus, & mandamus, perinde ac si ipsæmet literæ a præfatis Prædecessoribus nostris pro singulis aliis Ordinibus, Congregationibus, ac Institutis prædictis, eorumque Professoribus quibuscumque editæ, & promulgatæ fuissent, & non alias, nec alio modo.

§. 5. Cupientes insuper, ut omnis ansa, & occasio quibuscumque alienis, extraneis, aut subdolis prædictarum literarum interpretationibus præcidatur, Ordinumque Regularium quorumcumque præfatorum indemnitati plenius etiam, atque uberius consulrum sit: motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, omnibus, & singulis Rrgularibus personis cujuscumque Ordinis, Congregationis, ac Instituti, ut præfertur, quæ a Nobis, & a Romano Pontifice pro tempore existente ad Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, vel quascumque alias Prælaturas, & dignitates Ecclesiasticas in posterum assumentur, tenore præsentium strictissime interdicimus, ac inhibemus, ne secum adsportare, propriisque usibus applicare audeant libros, pecunias, credita, deposita, & bona mobilia, seu immobilia cujuscumque generis, & speciei, quæ eos tempore suæ promotionis penes se, vel alios habere contigerit, *exceptis dumtaxat scriptis, propriis indumentis, & Breviaris*; sed ea omnia, statim ac suæ promotioni consenserint, & antequam Consecrationis munus suscipiant, Superiori Locali, & Capitulo Cœnobii, Conventus, aut Domus, ubi degunt, integra, & intacta, absque ulla prorsus diminutione, cum eorum notula, seu Inventario bona fide confecto, resignare teneantur, ut illi postmodum Cœnobio, Conventui, vel Domui applicari possint, ac debeant, cui juxta Constitutiones, & consuetudines cujusque Ordinis, Congregationis, ac Instituti applicanda esse contigerit. Quod si secus fecerint, & huic nostræ ordinationi non obtemperare præsumpserint, contrafacientes, ultra pœnam suspensionis ab rxercitio Pontificalis Ministerii in præfatis Clementis IV. literis constitutam, suspensionis insuper a Divinis pœnam ipso facto incurrant, cujus relaxationem Nobis tantum, & Romano Pontifici pro tempore existenti (sublata cæteris omnibus, etiam Pœnitentiariæ Apostolicæ officio, & majori Pœnitentiario, eam, etiam ad tempus, rrlaxandi facultate) specialiter, & expresse reservamus, ac rrservatam esse volumus, & mandamus.

§. 6. Postremum, cum æquum, & salutare, imo etiam necessarium arbitremur, ut occurratur, ac opportunum adhibeatur remedium præjudiciis, & detrimentis, quæ hactenus illata fuisse novimus, ac etiam de cœtero inferri posse animadvertimus, Ordinibus Regularibus, Cœnobiis, Conventibus, ac Domibus prædictis, ex facultate, quæ ab Alexandro Prædecessore Ministro Generali, & Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum *Conventualium* S. Francisci, & a Clemente itidem Prædecessore Magistro Generali, ac Prioribus Ordinum Fratrum Prædicatorum, ut præfertur, tributa fuit concedendi promotis ad Episcopalem, & alias Ecclesiasticas dignitates, usum ad tempus librorum, aliorumque bonorum, quæ tempore suæ promotionis habebant; motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, tenore præsentium, nedum præfatis, sed etiam omnibus, & singulis aliis Superioribus quorumcumque aliorum Ordinum, Congregationum, ac Institutorum Regularium prædictorum, ad quæ præinsertas Alexandri, & Clementis Prædecessorum literas, ut supra, extendimus, & ampliamus, etiamsi Abbates, Magistri, Ministri, & Præpositi, Provinciales, aut Generales fuerint, vel quacumque alia denominatione, ac titulo, Ordinibus, Congregationibus, & Institutis ante dictis præfuerint, nec non eorumdem Cœnobiorum, Conventuum, Domorumque Superioribus localibus, & Capitulis quibuscumque, prædictam facultatem concedendi ad tempus usum librorum, aliorumque mobilium præfatorum prorsus adimimus, auferimus, & abrogamus, ac pro adempta, sublata, & prorsus abrogata ab omnibus inposterum haberi volumus, statuimus, & declaramus, ita ut perpetuis futuris trmporibus ejusmodi facultate uti amplius non possint, nec debeant, perinde ac si ipsis a præfatis Prædecessoribus nostris nunquam tributa, & concessa fuisset, & non alias, aliter, nec alio modo; sub pœna, si secus fecerint, suspensionis a Divinis eo ipso incurrenda, cujus rrlaxationem Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti, privativè quoad omnes alios, reservamus, & reservatam esse statuimus, præcipimus, ac mandamus.

§. 7. Decernentes præsentes literas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter, & inconcusse observari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & drlegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quavis præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno-

rane

ranter contigerit attentari. Non obstantibus præinsertis Alexandri IV. & Clementis itidem IV. Prædecessorum literis, & de jure quæsito non tollendo, ac certis Nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non quorumvis Ordinum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis eisdem Ordinibus, illorumque Superioribus, & Professoribus quibuscumque, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque, etiam derogatoriarum derogatoriis, & aliis efficacioribus, & insolitis Clausulis, & Decretis, etiam irritantibus, etiam motu simili, & consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna, præsentibus pro plane, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respective habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cœterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Ut autem præsentes literæ ad omnium notitiam faciliùs deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla, ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; sicque publicatas, & affixas, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent; utque ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ confirmationis, approbationis, innovationis, reintegrationis, decreti, declarationis, statutorum, voluntatum, mandatorum, Constitutionis, assignationis, præcepti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1725. nonis Martii Pontificatus Nostri anno Primo.

P. M. Card. Prodatarius.

Decernitur, ut in Italia, eique adjacentibus Insulis Parochis Defunctorum, qui in Ecclesiis quorumcumque Regularium de cætero tumulabuntur, quarta Funeralis persolvatur, cum aliis ordinationibus, & derogationibus opportunis.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex æqui, bonique supremus Assertor, auctoritatem a Christo per Beatum Petrum Apostolorum culmen sibi traditam intelligens, ut ex Agro Dominico pro temporum necessitate noxia evellat, & destruat, utiliaque plantet, ac ædificet, ea interdum, quæ a Prædecessoribus suis ob rationabiles, & justas causas olim sancita fuerunt, ubi in grave aliorum præjudicium, & detrimentum redundare cognoscit, atque dissidiis, & contentionibus fomentum præbere animadvertit, maxime inter Dei, & Ecclesiæ Ministros, quorum est Evangelizzare pacem, & quibus a Domino non aliud frequentius, neque enixius commendatur, quam ut pacem, ac unitatem diligant, moderari, & immutare, aliasque Pastoralis Officii sui partes desuper interponere solet, prout rerum, locorum, temporumque circumstantiis maturè pensatis, discordiarum extinctioni, Ecclesiasticorum Ministrorum quieti, fidelium animarum saluti, divinoque cultui conspicit salubriter expedire.

Sane quamplures Romani Pontifices Prædecessores nostri multiplicia, ac plane insignia considerantes merita Ordinum Regularium, qui militantem in terris Ecclesiam fortissimis omni tempore auxerunt præsidiis, Viris nempe vitæ sanctitate, doctrinæ laude, ac Orthodoxæ Religionis Zelo præstantibus, eidemque in Cœlis triumphanti eximii fulgoris lumina addiderunt, ipsos Ordines, eorumque Professores plurimis satis amplis indultis, & privilegiis benigne decorarunt; ac inter alia, iis illud concesserunt, ut canonicam portionem, seu quartam funeralium emolumentorum partem pro personis, quæ in eorum Ecclesiis sepulturam sibi eligerent, Parochis persolvere minime tenerentur, ac ad majorem ejusmodi Privilegii firmitatem, sanctioni etiam a fel. record. Clemente V. Prædecessore nostro editæ in Concilio Viennensi, & relatæ in Clementina *Dudum de Sepulturis*, nec non Concilii Tridentini Decreto relato in *cap.* 13. *sess.* 25. *de Reformat.* prædictam quartam funeralem Parocho aperte reservantibus, non semel amplissime derogarunt; unde non acerbæ modo Parochorum querelæ, sed innumeræ etiam contentiones, atque lites inter eos, & Regulares super solutione ejusdem Quartæ diversis temporibus excitatæ fuerunt, quæ coram Ordinariis locorum, & deinde in variis quoque almæ Urbis nostræ Tribunalibus, præsertim verò in Auditorio Palatii Nostri Apostolici, & in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium præfati Concilii Tridentini Interpretum, magno partium studio, nec minori sumptuum incommodo, discussæ, sicut accepimus, aliquando ad favorem Parochorum, aliquando autem ad favorem.

votem Regularium, pro diversis Causarum circumstantiis, atque vario judicantium sensu, decisæ, ac definitæ fuerunt. Hæc porrò judicatorum, sententiarumque diversitas, cum nullam certam, ac determinatam constituerit regulam, in evenientibus casibus observandam, magnum plane fomentum, & ansam relinquit, imo & latam sternit viam ulterioribus inter prædictos Regulares, & Parochos litibus, & controversiis, ex quibus ipsi, qui in Domo Dei ambulare debent cum consensu, novis de cætero perturbari dissidiis, novisque prægravari dispendiis possunt, cum divini cultus detrimento, & scandalo plurimorum.

Quocirca Nos maxime expedire censentes, ut ejusmodi controversiæ, & lites ab Ecclesia Dei penitus arceantur, ac insuper, licet universos Ordines Regulares, in quibus, nempe in Ordine Fratrum Prædicatorum, Nos ipsi plurium annorum spatio versati sumus, speciali paternæ charitatis affectu prosequamur, eosque uti de Ecclesia, Catholica Fide, & Sede Apostolica optimè meritos præcipuo semper in honore, ac pretio habuerimus, & habeamus; nihilominus, considerantes exemptionem a solutione quartæ Funeralis præfatis Ordinibus a dicta Apostolica Sede concessam, modo vergere in maximum Parochorum præjudicium, tum propter multiplicationem Conventuum, & Monasteriorum Regularium, tum etiam propter auctam devotionem, & consuetudinem Fidelium Sepulturam eligendi in Ecclesiis prædictorum Regularium, ac proinde, non modo consentaneum, sed etiam necessarium arbitrantes, ut eorumdem Parochorum, quibus cæteroquin Sacri Canones, & prisca Ecclesiæ disciplina aperte suffragantur, indemnitati opportune consulatur, & antedicta Apostolica privilegia ad æquitatis limites reducantur: hinc igitur est, quod Nos omnia, & singula memorata privilegia exemptiva a solutione Quartæ Funeralis quibusvis Ordinibus, Congregationibus, ac Institutis Regularibus ab Apostolica Sede, ut præfertur, quandocumque concessa, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, ac de eorum tenore, & substantia satis superque instructi, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & aliquot etiam Romanæ Curiæ Prælatorum, a Nobis ad id specialiter deputatorum consilio, suadentibus etiam Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, in præsenti Sacro Concilio congregatis, ac insuper motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione, præmissa omnia privilegia quoad Quartam Funeralem, tantum pro locis infra exprimendis, moderamur, reformamus, ad viam juris reducimus, & quatenus opus sit, etiam revocamus, ac abrogamus, neque cuiquam deinceps suffragari posse, vel debere decernimus.

Præterea motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus sancimus, statuimus, & mandamus, ut in Italia, eique adjacentibus Insulis, a die publicationis præsentis Constitutionis, in futurum Parochis Defunctorum, qui in Ecclesiis quorumcumque Regularium prædictorum tumulabuntur, persolvatur, & cum effectu tradatur Quarta Pars omnium Intorticiorum, & Candelarum, quibus Defuncti Cadaver in itinere ad Ecclesiam tumulantem associabitur, nec non omnium Intorticiorum, & Candelarum, quæ in eadem Ecclesia circa Cadaver, vel etiam in Altaribus in die funeris accendentur.

A prædicta tamen Quarta funerali exceptæ intelligantur, & sint Candelæ, quas Sacerdotes, etiam Regulares, vel piarum Sodalitatum Confratres funus associantes, manualiter per viam accensas deferent. Quod si funus non fieret in die tumulationis, sed ad diversam diem, vel ad aliud longius tempus differretur, Parocho nihilominus assignetur Quarta pars omnium Intorticiorum, & Candelarum, quæ ipsamet peracti funeris die in Ecclesiis, ubi Defunctus humatus fuit, circa Cœnotaphium, seu tumulum honorarium, atque etiam in Altaribus ejusdem Ecclesiæ accensa fuerint. Hæc porro omnia locum habeant, & exacte in posterum observentur, quotiescumque Defunctus extra suam Parochialem Ecclesiam tumuletur, vel exponatur, sive quia in Ecclesia tumulante, vel exponente Beneficium obtinuerit, sive quia ibidem sepulchrum habuerit gentilitium, sive tandem quia in ea sepulturam elegerit. Cæterum sub prædicta Quarta Funerali comprehendi non intendimus, imo expressè ab ea excipimus, legata Missarum, & Anniversariorum, hisque similia pia relicta ad favorem Ecclesiæ tumulantis, vel exponentis a Defuncto disposita; circa quæ, ac omnia, & singula alia, de quibus in præsenti Constitutione mentio facta non fuit, Privilegia prædictis Regularibus Ordinibus ab Apostolica Sede concessa, salva prorsus, illæsa, ac inviolata perpetuo permanere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inconcusse, ac irrefragabiliter observari debere volumus, decernimus, & mandamus. Ubi verò consuetudines legitime probatæ, conventiones, concordiæ, vel statuta vigerent, quæ præfatis Parochis magis faverent, illisque pinguiorem prædicta quarta emolumentorum funeralium portionem assignarent, ea in iis, in quibus vigent, locis, inconcusse ab omnibus observari motu, scientia, ac potestatis plenitudine paribus, sancimus, præcipimus, & jubemus.

Decernentes pariter præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædictorum Ordinum Regularium Superiores, vel quicumque alii in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, seu causæ, propter quas præsentes emanarint, adductæ, verificatæ, seu alias justificatæ non fuerint, vel etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut alio quovis prætextu, & ex quocumque capite, colore, & causa etiam necessario exprimenda, de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari in toto, vel in parte rescindi, retractari, invalidari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut quodcumque aliud juris, vel facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu eo impetrato quemquam uti, seu juvare in judicio, vel extra nullatenus posse; sed eas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac obtinere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari debere; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum dicti Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non

sol-

tollendo, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, nec quorumvis Ordinum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros eisdem Ordinibus, ut præfertur, illorumque Superioribus, & Professoribus quibuscumque, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatoriis, & aliis efficacioribus, & insolitis clausulis, & Decretis irritantibus, etiam motu simili, & consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alis etiam speciali expressione digna præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respectivè habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem præsentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla, ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; sicque publicatas, & affixas, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent: utque ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum voluntatis, declarationis, reformationis, moderationis, concessionis, assignationis, præcepti, sanctionis, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1725. quarto Kalendas Maii Pontificatus Nostri Anno Primo.

P. M. Card. Pro-Datarius.
F. Card. Oliverius.

Visa de Curia I. C. Archiepiscopus Amasenus.

Loco ✠ Plumbi.

L. Martinettus.

Chronol. Seraph. *

Confirmatur quædam Gregorii XV. Constitutio de non recipiendis Fratribus Congregationis Galliæ Tertii Ordinis Sancti Francisci Provinciæ Sancti Joannis, cum ejus ample extensione.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius modernus Procurator Generalis Provinciæ Sancti Joannis Tertii Ordinis Sancti Francisci de Pœnitentia nuncupat. Congregationis Galliæ, quod dudum felic. record. Gregorius Papa XV. Prædecessor noster, per quasdam suas in simili forma Brevis expeditas Literas, ne quis præfatorum, aut Superiorum, seu Fratrum aliorum Ordinum mendicantium quemquam dicti Tertii Ordinis professum sub quovis prætextu, & colore, absque ejusdem Congregationis Ministrorum Provincialium licentia in scriptis, recipere auderet, sub pœna Excommunicationis, aliisque censuris, & pœnis Ecclesiasticis arbitrio suo infligendis, interdixit, & prohibuit; & nihilominus cum anno 1656. die 11. Decembris tunc existens Vicarius Generalis totius Ordinis ejusdem Sancti Francisci Spiritui a Sancto Antonio Presbytero expresse professo dictæ Provinciæ transitum ad Ordinem Fratrum Minorum de Observantia Provinciæ Parisiensis permisisset: Congregatio tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, eumdem transitum nullum, & invalidum, tanquam prædictis Gregorii Prædecessoris literis contrarium per suum Decretum die 3. Augusti 1657. emanatum declaravit: novissime vero Fratres Minores de Observantia supradictæ Provinciæ Parisiensis, sub prætextu cujusdam Decreti subreptitii Ministri Generalis Ordinis hujusmodi, Josephum Seigneur Laicum, seu Conversum expresse professum memoratæ Provinciæ Sancti Joannis receperunt, sed idem Minister Generalis attendens, & reflectens ad easdem Gregorii Prædecessoris literas, & ad Cap. 2. num. 4. Constitutionum, Decretum supradictum revocavit, nullumque, irritum, & invalidum die 16. Maii anni proxime præteriti per suas literas Ministro Provinciali dictæ Provinciæ Sancti Joannis directas declaravit.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, his tamen non obstantibus certi quidem Fratres discoli hujus Religionis austeræ, quæ semper in viridi observantia viget, jugum ægre ferentes, literas ipsius Gregorii Prædecessoris nullum nunc habere locum, ex eo, quod a Nobis confirmatæ non fuerint, temerarie asseverare non dubitent; ita ut nonnulli ejusdem Provinciæ Religiosi cum Decretis subreptitie, aut obreptitie ab hac Sancta Sede obtentis, ad alias Religiones tam mendicantes, quam non mendicantes a parvo tempore transiverint, suoque pessimo exemplo maximum aliis discolis similis translationis Literas Apostolicas obtinendi pruritum, aviditatemque causaverint; ac proinde dictus Procurator, hæc omnia cum maximo suo dolore perpendens, supradictas Gregorii Prædecessoris Literas Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri, & ut infra, indulgeri plurimum desideret, Nos specialem ipsi Procuratori gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœ-

& pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præfatas Gregorii Prædecessoris Literas auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, illas extendimus, prohibendo, ne Fratres memoratæ Provinciæ Sancti Joannis inposterum ad quascumque alias Religiones, sive mendicantes, sive non mendicantes, absque licentia in scriptis pro tempore existentis Ministri Provincialis, vel inconsulto illius Provinciæ Procuratore, transire possint.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in præinsertis Gregorii Prædecessoris literis concessa sunt non obstare, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 5. Maii 1725. Ponticatus Nostri Anno Primo.

MANDATUM

SANCTISSIMI

Sacræ Congreg. Regularis Disciplinæ directum per organum Eminentissimi à Secretis status, super numero, & receptione Novitiorum in Provinciis Observantibus Italiæ, & Insularum adjacentium.

Dalla Segretaria di Stato 6. Maggio 1725.

Essendo pervenuto a notizia della Santità di Nostro Signore, che nell' anno 1696. dalla Congregazione della Disciplina Regolare, dopo prese le dovute informazioni, fosse prefisso il numero delle Vestizioni de Frati nelle Provincie d'Italia, ed Isole adjacenti dell' Ordine de Minori Osservanti di S. Francesco, concedendosegli dalla medesima la facoltà di vestire otto Chierici, e quattro Laici due volte l' anno nelle Provincie di S. Francesco, Roma, Marca, Toscana, Genova, Milano, Terra di Lavoro, S. Niccolò, S. Angelo, Bologna, S. Antonio, Sette Martiri, e Basilicata, e per le Provincie di Valmazzara, Valdinoto, e Sicilia, dieci Chierici, e quattro Laici due volte l'anno; e sei Chierici, e due Laici, anco due volte, nelle Provincie di Principato, Calabria, S. Bernardino, S. Tommaso, S. Diego, Brescia, e Corsica; qual numero fosse poi ridotto nell' anno 1706. alla concessione di sei Chierici, e tre Laici per le prime mentovate gran Provincie, ed a sette Chierici, e tre Laici per l'altre riferite di Valmazzara, Valdinoto, e Sicilia; ed a quattro Chierici, e due Laici per quelle mentovate di Principato, Calabria, S. Bernardino, S. Tommaso, S. Diego, Brescia, e Corsica: E perciò considerandosi dalla Santità Sua il bisogno, che tengono le Provincie medesime di nuovi Religiosi per fornirne i molti Conventi, che tengono, acciò possa maggiormente conservarsi in quelli la disciplina Regolare, e celebrarsi più decentemente i Divini Uffizj, con impiegarsi ai Ministerj ordinarj nel servizio di Dio, e de Popoli, dalla pietà de quali ricevendo la Religione il proprio sostentamento, conviene anco, che si esercitino i suoi Religiosi nel sollievo delle loro anime; è venuta Sua Beatitudine in deliberazione, che per l' avvenire si conceda dalla medesima Congregazione della Disciplina Regolare la facoltà di vestire due volte l'anno, secondo il numero prescritto, ed osservato dall' anno 1696. cioè di otto Chierici, e quattro Laici per le Provincie di S. Francesco, Roma, Marca, Toscana, Genova, Milano, Terra di Lavoro, San Niccolò, S. Angelo, Bologna, S. Antonio, Sette Martiri, & Basilicata, di sei Chierici, e due Laici nelle Provincie di Principato, Calabria, S. Bernardino, S. Tommaso, S. Diego, Brescia, e Corsica, e di dieci Chierici, e di quattro Laici per le Provincie di Valmazzara, Valdinoto, e Sicilia.

In oltre consideratosi dalla Santità Sua, che siccome è molto espediente, e profittevole quello, che si prattica dalla detta Congregazione, cioè che riconoscendosi ne luoghi destinati al Noviziato, che non vi sia l' Osservanza Regolare, quale deve essere speciale ne Conventi, ove si ricevono i Giovani, si sospendano le facoltà di vestire, e lo stesso si prattichi quando nella Provincia si riconoscesse una rilassazione in tutti, o nella maggior parte de Religiosi, non essendo convenevole, che in detti casi si esponga la Gioventù, che nuovamente si ricevesse, alla mala educazione di essa; così riflette ancora Sua Beatitudine, che in quest' ultimo caso, e maggiormente se vi fosse l' inosservanza in alcuni soli Conventi, per difetto del buon governo del Provinciale, o Superiori subalterni, che trascurano il castigo de delinquenti, in detti casi sogliono anco essere quelli tali così perversi, che poco curandosi del pregiudizio, che risulta alla loro Provincia di non ricever sogetti, continuano a non portar rimedio alle supposte Inosservanze, risultando ai medesimi dalla sospensione di vestire piuttosto utile, per rendersi più dominati tali pochi Religiosi, che già vi sono, e nel continuare l' inosservanze, e il mal governo di esse Provincie; pone per tanto la Santità Sua in considerazione al zelo di detta Congregazione della Disciplina esser convenevole, e giovevole, che in detti due ultimi casi procuri, che il Ministro Generale usi li rimedj opportuni di castigare detti delinquenti, acciò si tolga la cagione dell' inosservanza nelle Provincie, con sospendere li Superiori, surrogare gl' altri colle facoltà, che gli danno le Costituzioni, ed anco provedersi in ciò dalla detta Congregazione con gl' opportuni rimedj, affinche detti Superiori Provinciali tolgano le cagioni di tali inosservanze prima, che si venga alla sospensione del vestire, acciò riesca più sensibile a delinquenti la pena, ed il rimedio al male di esse Provincie più proficuo di ciò, che sarebbe la proibizione del vestire a detti cattivi Superiori poco sensibile, e colla quale non si rimedierebbe così facilmente, e prontamente alla radice di togliere l' inosservanze introdotte, o tollerate da tali Superiori.

Di

Di tutto ciò si dà avviso al Signore Cardinale Imperiali Prefetto, perche possa eseguirsi la mente della Santità Sua, quale desiderando, che il presente Biglietto sia registrato nella Segreteria della Sagra Congregazione, si compiacerà l' Eminenza sua darne gl' ordini opportuni.

Confirmatur Decretum Ministri Generalis Minorum de Observantia approbans bipartitam quamdam alternativam officiorum Provinciæ Sancti Saturnini Martyris dicti Ordinis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti Filii Antonii Mula Procuratoris Provinciæ Sancti Saturnini Martyris Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia ab illius Definitorio specialiter deputati Nobis exposito, quod alias, nempe die 29. Februarii 1707. ad pacem in præfata Provincia perpetuo servandam, ac seditiones exterminandas, quæ in distribuendis Officiis, & muneribus ipsius Provinciæ oriri poterant, omnium voto, & consensu stabilita fuerat Alternativa inter Fratres Montanos ex una, & Campesinos ex altera partibus, scilicet, quod quando Minister Provincialis cum duobus Definitoribus erit ex una parte, Custos cum aliis duobus Definitoribus fiat ex alia, & sic viceversa, eligendo in primo Capitulo celebrando post hujusmodi concordiæ confirmationem Ministrum Provincialem ex parte Montanorum: Item ex undecim Guardianis eligendis in præfata Provincia quinque quidem ex partem ejusdem Ministri Provincialis; reliqui vero sex ex parte Custodis, ac insuper convenerant, quod Confessarius Monialium Monasterii Sanctæ Luciæ assumendus sit ex parte, ex qua assumptus fuerit idem Provincialis, & quod Lectores tum Philosophiæ, tum Sacræ Theologiæ, & Verbi Dei Prædicatores, qui Conventuales dicuntur, æqualiter utrique parti distribuantur, & in casu vacationis ex quacumque causa provenientis, subrogatio fiat juxta formam Constitutionum generalium dicti Ordinis auctoritate Apostolica confirmatarum, ubi vacatio acciderit. In admittendis autem ad habitum nova alternativa servanda erit, sed probata idoneitate, servatisque juxta Statuta generalia Ordinis prædicti servandis, indifferenter admittantur, dummodo in Regno Sardiniæ sint nati, & hæc omnia a præfata Provincia concordata a Definitorio Generali die 22. Maii 1723. speciali Decreto, sub nullitatis pœna cofirmata fuerant; ideoque pro parte dicti Antonii etiam totius Provinciæ hujusmodi nomine Nobis supplicato, ut Concordiam, & Alternativam prædictam approbare, & sub eadem pœna observari mandaremus.

§. 2. Nos supplicem libellum super præmissis Nobis porrectum ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam remisimus, quæ quidem Congregatio per suum Decretum die 20. Aprilis proxime præteriti editum, attenta relatione dilecti Filii moderni Commissarii Generalis Curiæ ejusdem Ordinis, benigne commisit dilecto pariter filio illius Ministro Generali, ut veris existentibus narratis, & quatenus ita in Domino expedire censuisset, suprascriptas Concordiam, & Alternativam pro suo arbitrio, & conscientia approbaret, atque confirmaret, & in posterum ab omnibus, sub pœna nullitatis, servari mandaret. Unde dictus Minister Generalis in vim facultatis sibi sic attributæ edidit Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet:

§. 1. *Cum sicut accepimus, ex retroscripto Decreto Sacræ Congregationis negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ, Provincia nostra Sancti Saturnini Martyris in Regno Sardiniæ ad eamdem Sacram Congregationem supplici libello recurrerit pro confirmatione cujusdam Concordiæ, & Alternativæ communi voto, & consensu decisæ, & stabilitæ die 29. Februarii anni 1706. necnon approbatæ a Definitorio Generali in Capitulo ultimo Romæ celebrato, Decreto speciali emanato die 22. Maii 1723. atque eadem Congregatio, audito Patre Commissario Generali Curiæ pro Familia Ultramontana, attentaque ejusdem relatione, arbitrio, & conscientiæ nostræ, prout in Domino expedire censuerimus convenerit prænarratam Concordiam, seu Alternativam approbare, & confirmare, atque ad ejus firmiorem observationem omne robur opportunum adjicere. Nos propterea hujusmodi facultate, & commissione, quam reverenter accepimus, utentes, certiores effecti de veritate narratorum, Deum, ac bonum commune præfatæ nostræ Provinciæ præ oculis habentes, dicimus, censemus, ac declaramus præfatam Concordiam, seu Alternativam opportunam, quin & necessariam fore ad eliminandas discordias, quæ ex distributione officiorum, tam majorum, quam inferiorum in Capitulis tam Provincialibus, quam intermediis oriri contingunt, pacemque communem perpetuo firmandam; eamque propterea approbamus, & confirmamus, atque futuris temporibus perpetuo, sub pœna nullitatis cujuscumque attentati contra ipsam; sic nimirum, ut bipartita Provincia inter Montanos, & Campestres alternativa imposterum inviolabiliter servetur in Provincialatu, Custodiatu, & Definitoriatibus, & Guardianatibus: adeo ut una vice ex parte Montanorum eligatur Minister Provincialis, & duo Definitores, & ex parte Campesinorum creetur Custos, & duo alii Definitores; deinde ex undecim Conventibus, quibus constat præfata Provincia, quinque adscribantur parti, ex qua assumendus est Provincialis, & reliqui sex parti, ex qua eligendus est Custos. Item Confessarius sanctimonialium Sanctæ Luciæ deputabitur ex parte Provincialis, ac tandem Lectores, tam Philosophiæ, quam Theologiæ, sicuti Prædicatores Conventuales, instituantur ad æqualitatem utriusque partis, & in casu vacantiæ unius, vel alterius, substitutio fieri debebit ex illa parte, in qua vacantia contigerit. In reliquis autem Officiis, & Ministeriis, sicut in receptione Novitiorum ad habitum, nullo Alternativa servabitur, sed omnia, juxta Statuta Generalia Ordinis, atque praxim hucusque servatam, distribuentur. Præcipimusque per sanctam obedientiam, sub pœna privationis Officiorum, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa omnibus, & singulis tam Patribus, quam Fratribus præfatæ nostræ Provinciæ, ut hanc Concordiam, seu Alternativam a Nobis auctoritate Apostolica approbatam, declaratam, & confirmatam, admittere, exequi, & servari teneantur. Datum Romæ die 5. Maii anni 1725.*

F. Laurentius a Sancto Laurentio
Minister Generalis.

De mandato S. P. Rmæ.

F. Emanuel Fernandez *del Rio*
Secretarius Generalis Ordinis.

Loco ✠ Sigilli.

§. 3. Cum autem, sicut dictus Antonius Nobis subinde exponi fecit, ipse præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsum Antonium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 9. Junii 1725. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Confirmantur quædam Literæ Patentes Ministri Generalis Ordinis Minorum de Observantia circa Alternativam officiorum Provinciæ Siciliæ ejusdem Ordinis, cum deputatione Provincialis, & unius Definitoris.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

PAstoralis officii Nobis divinitus commissi sollicitudo Nos admonet, ut paternam Religiosorum virorum, qui spretis Mundi illecebris Altissimi obsequiis sese sub suavi arctioris vitæ jugo devoverunt, curam gerentes, ea, quæ tollendis animorum dissidiis, stabiliendaque inter eos fraterna concordia provide constituta esse noscuntur, quo firma semper, atque illibata persistant, Apostolici muniminis Nostri præsidio coboremus.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Laurentius a Sancto Laurentio Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod ipse, in vim facultatis sibi a Nobis attributæ, in Provincia Siciliæ dicti Ordinis Ternativam, sive officiorum distributionem, in tres partes, inter Fratres nempe Messanen. Catanien. & Panormitan. respective Conventuum ejusdem Provinciæ per viginti septem annos servandam, quæ pro prima vice a Fratribus Messanensibus inchoare debeat, decrevit per quasdam suas Patentes literas tenoris, qui sequitur, videlicet.

FR. LAURENTIUS A SANCTO LAURENTIO

Lector Jubilatus, Sacræ Congregationis Indicis Consultor, Supremæ, & Universalis Inquisitionis Qualificator, Examinator Cleri Romani, Sacri Montis Sion Ex-Guardianus, & totius Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci Minister Generalis, Nostræ Observantis Provinciæ Siciliæ Salutem.

SAnctissimus Dominus Noster Dominus Benedictus Papa XIII. pacifico, tranquilloque Provinciarum omnium Curæ Nostræ concreditarum regimini, unde fraterna concordia, & suavior, solidiorque in singulis Conventibus Regularis Disciplinæ promotio pendere dignoscitur, per opportuna in dies remedia, maxime vero per Leges Justitiæ distributivæ, pro speciali sua erga Seraphicum Ordinem vigilantia Pastoralis affectu, proinde consuiturus, cum sedulo animadvertisset per antiquam istam, & olim florentissimam Observantem Provinciam Siciliæ, viginti septem Conventibus in præsentiarum instructam esse, quorum plerique, ob exiguum Religiosorum in tota eadem Provincia numerum, magnamque Cellarum, & necessariarum aliarum rerum angustiam, vix possunt qualitercumque manuteneri, ideoque præsentaneo Justitiæ distributivæ remedio, ad eorumdem instaurationem connaturalius, certiusque promovendam potissimum indigere: Propterea Nobis, ut opportunam, juxta modum infra explicandum, ferremus opem, sub die vigesima secunda mensis Martii nuper elapsi, necessariam omnem, atque idoneam contulit facultatem, cujus proinde vigore, matura deliberatione præhabita, ad infrascriptum Decretum desuper edendum devenimus.

§. 2. *Ac primo Provinciam ipsam totam, salva ejus unitate, in tres districtus numero Conventuum sibi ferme cohærentium pares commissa Nobis antedicta Pontificia facultate distinguimus, videlicet in Messanensem, Cataniensem, & Panormitanum, sic imposterum charitatis, atque ordinis servandi gratia nuncupandos. Ad quorum primum novem hosce Conventus decernimus pertinere, nimirum I. Sanctæ Mariæ Jesu Superioris, ut vocant, & II. Sanctæ Mariæ Inferioris, utrumque in Messana Civitate; necnon III. Sanctæ Catharinæ Fertalitii, IV. Sanctissimæ Trinitatis Venetici, V. Sanctæ Mariæ Jesu Sanctæ Luciæ. VI. Sanctæ Mariæ Jesu Castri Regalis, & VII. Sancti Antonii Novellonæ, quibus aggregamus, servandæ æqualitatis intuitu, VIII. Sancti Nicolai Cephaladii, & IX. Sancti Francisci Castri Lucii. Ad secundum vero, seu Cataniensem districtum, novem hos alios; I. Sanctæ Agathæ veteris in Urbe Cataniæ, II. Sancti Blasii Terræ Aci, III. Sancti Antonii Abbatis Paternionis, IV. Sanctæ Mariæ Jesu Randatii, & VII. Sanctæ Mariæ Jesu Tauromenii, quibus aggregatos pariter volumus. VIII. Sanctæ Mariæ Jesu Laupatii, & IX. Sancti An-*

Antonini Martyris Castri Boni. Similiter ad tertium in ordine Districtum, seu Pactensem, vulgo dictum della Costa, sequentes novem alios pertinere decernimus. I. Sancti Antonii Civitatis Pacten. II. S. Antonii Montis Albani, III. Sanctæ Mariæ Jesu Terræ Sancti Petri, IV. Sanctissimæ Annunciatæ Raccudiæ. V. Sancti Francisci Sancti Angeli, VI. Sancti Francisci Filaini. VII. Sanctæ Mariæ Jesu Ficarræ. VIII. Sanctæ Mariæ Jesu Nasi, & IX. Sanctissimæ Annunciatæ Caintensis, atque ita distinctos, & coordinatos tres hujusmodi Districtus pro tempore infra declarando haberi volumus, & jubemus.

§. 3. Eadem deinde auctoritate sancimus, ut in Provinciali Capitulo proxime celebrando, Minister, & unus Definitor ex Primo, seu Messanensi Districtu; Custos vero, & unus item Definitor ex Secundo, seu Catanensi; duo autem reliqui Definitores ex Tertio, seu Pactensi districtu sint assumendi per totum Capitulare Triennium, ex more, ac regulariter duraturi. In Capitulo vero subsequenti Minister quidem, unusque Definitor ex secundo districtu Catanensi, Custos, & Definitor alius ex tertio districtu Pactensi, duoque Definitores reliqui ex primo Messanensi. Pariterque in alio subsequuturo Capitulo, Minister, & unus Definitor ex Pactensi districtu; Custos, & unus Definitor ex Messanensi; reliqui vero bini Definitores ex Catanensi Districtu assumi omnino debeant, & eo Turno per tres Capitulares electiones, ut præfertur, absoluto, rursus a capite incipiendum sit, ut eodem ordine, eademque methodo Capitulares Electiones peragantur, donec Turnus istiusmodi per tres vices inchoetur, & absolvatur. Porro, si intra tempus ad id necessarium, quod viginti septem annorum cursu compleri dignoscitur, fortasse contigerit Commissarium, Vicarium, seu quovis alio titulo Provincialem Superiorem quacumque de causa designandum, eligendum, sive instituendum esse, non ex alio districtu assumi ullatenus possit, quam ex eodem, unde Minister ejus Triennii, juxta Turnum præmemoratum, assumptus fuit, sive assumi debuit. Quod etiam de Custode, si quando juxta Ordinis Constitutiones reeligendus in Capitulo ipso, vel extra Capitulum fuerit, observari decernimus, & declaramus. Eaque omnia sub electionum aliter factarum nullitate, absque declaratione alia, seu facti ipsius notorietate inspecta, sancita, ac decreta esse intelligantur. Salvo cæteroquin in casu vacantiæ unius, vel plurium Definitorum, eo subrogationis jure, & ordine, quem idem Sanctissimus Dominus Noster Summus Pontifex in Constitutione, cujus initium Universalis Ecclesiæ Regimini, non ita pridem edita, & promulgata servari imposterum præcepit: sic videlicet, ut in locum Defuncti, seu quomodolibet vacantis Definitoris, ille omnino subrogetur, cui subrogatio ex prædictæ Constitutionis dispositione deferenda fuerit, cujuscumque Districtus extiterit.

§. 4. Declaramus autem antevertendæ litis, & perplexitatis gratia, ad eum Districtum prædictæ Provinciæ singulos Religiosos tam præsentes, quam futuros pertinere, in quo natus quisque fuerit respective. In casu autem dubio, utrum locus nativitatis Religiosi alicujus ad Conventus primi, secundi, vel tertii Districtus pertinere censendus sit, necnon in casu certo, quod Religiosus extra Provinciæ confinia natus, ad nullum eorum nativitatis suæ jure pertineat; liberum sit eidem, ad quem Districtum aggregari maluerit, Patribus Definitorii, post præsentis Decreti publicationem, primo congregandis exponere, & declarare; nec amplius ei liceat semel factam Districtus electionem quacumque de causa rescindere; sublata etiam Patribus Definitorii rescissionis, seu variationis hujusmodi facultate: salva tamen tam super hac re, quam super dubiis aliis, quæ circa reliqua præsenti Decreto sancita fortassis emerserint, declarandis, nostra, & pro tempore existentium Superiorum Generalium auctoritate.

§. 5. Præcipimus ergo Apostolica eadem auctoritate suffulti vobis omnibus, & singulis Ministro, Custodi, Definitoribus, cæterisque Patribus, & Fratribus Observantis istius Provinciæ nostræ Siciliæ nunc, & pro antedicto viginti septem annorum tempore existentibus, & extituris, in virtute Spiritus Sancti, & sub electionum aliter factarum, seu faciendarum nullitate ipso facto, ut præmisimus, incurrenda, necnon sub privationis vocis activæ, & passivæ, perpetuæque inhabilitatis ad officia, & Prælaturas Ordinis, pariter ipso facto, aliisque nostro, & successorum nostrorum arbitrio pro modo culpæ infligendis pœnis, ut præsens Decretum, quoad omnes ejus partes, ejusdemque seriem, continuationem, & tenorem, tamquam filii obedientiæ, omnino, exacteque servetis, ac servari, & exequi respective satagatis. Mandantes propterea, mox ubi hoc vobis Definitorii Patribus, seu Ministro, vel Custodi præsentatum fuerit, ut convocato Definitorio primum, deinde per totam Provinciam transmissis ejus exemplaribus publicetur, atque in singulis postea Capitulis, & Congregationibus, antequam suffragia ex more ferantur, Vocalibus, sive Electoribus intimetur, reposito in Protocollo Provinciæ hoc ipso autographo nostro, nobisque desuper monitis per authenticum documentum præsentis totius Definitorii subscriptione, ac sigillo firmatum, de illius publicatione, exactæque observantiæ sponsione: Et ita decernimus, præcipimus, & mandamus, hoc, & omni alio meliori modo. Datum Romæ 16. Aprilis 1725.

F. Laurentius a Sancto Laurentio
Minister Generalis.

De mandato Rmi nostri in Christo Patris.

F. Antonius a Mazaria Secret. Gener. Ordinis.

Loco ✠ Sigilli.

§. 6. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ut literæ præinsertæ firmius subsistant, & in partibus executioni demandentur, & serventur exactius, idem Laurentius Minister Generalis alias Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsius Laurentii Ministri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas patentes literas cum omnibus, & singulis in eis contentis, & expressis, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 7. Præterea, ad hoc ut dicta Ternativa, sive distributio officiorum, suum sortiatur effectum, eidem Provinciæ Siciliæ de idoneis Ministro Provinciali, & Definitore, ex commisso nobis divinitus dispensationis munere, providere cupientes, ac de Dilectorum Filiorum Joannis a Messana Lectoris Jubilati, & actualis Definitoris, ac Leonardi pariter a Messana fide, prudentia, doctrina, pietate, & religionis zelo plenam habentes in Domino fiduciam, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine qua-

quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existnnt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, prædictum Joannem in Ministrum Provincialem, ac Leonardum in Definitorem Provinciæ Siciliæ hujusmodi cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus auctoritate, privilegiis, gratiis, & Indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, dicta auctoritate constituimus, & deputamus. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisq. arbitrio nostro imponendis pœnis, omnibus, & singulis prædictæ Provinciæ Superioribus, Fratribus, & personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut prædictos Joannem, & Leonardum ad Officia eis respective per easdem præsentes demandata, illorumque liberum exercitium, recipiant, & admittant, illosque recognoscant, eisque in omnibus, quæ ad officia prædicta pertinent, pareant, & obediant, faveantque, & assistant respective.

§. 8. Ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, dictisque Joanni, & Leonardo, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciæ, ac Conventuum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 25. Junii 1725. Pontificatus nostri Anno Secundo.

LITERÆ

Reverendissimi P. Ministri Generalis convocatoriæ ad Congregationem Generalem Matriti celebrandam.

FR. LAURENTIUS A S. LAURENTIO,

Lector Jubilatus, Sacræ Congregationis Indicis Consultor, supremæ, & universalis inquisitionis Qualificator, Examinator Romani Cleri, Sacri Montis Sion Ex-Guardianus, & totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus.

Universis, & singulis dilectis nobis in Christo Ultramontanæ nostræ Familiæ Patribus, & Fratribus, & Superioribus, & Subditis salutem, & Seraphicam benedictionem.

Congregationem Generalem intermediam istius nostræ Ultramontanæ Familiæ, post triennii ab ultimo Capitulo Generali decursum, in proximo imminentem, ac in vigilia Pentecostes anni 1726. die octava Junii in Hispania, & in Regali Conventu nostro S. Francisci Matritensi, ad tenorem Apostolicarum, & generalium nostri Ordinis Constitutionum, aspirante Patre luminum, sub nostra assistentia, & præsidentia, vel etiam delegati nostri, quando legitimo impedimento detenti fumus, celebrandam, vobis omnibus per præsentes notam facimus, & prout pastoralis nostri officii cura exigit, indicimus, & publicamus, atque ad ejus legitimam, & canonicam celebrationem, electionemque Commissarii Generalis, juxta percelebrem Unionis Bullam, harum serie, & ad præscriptum Statuti Generali Romani de anno 1676. convocamus Patres omnes, quibus jus est in ipsa Generali Congregatione Suffragium ferre, videlicet Reverendissimum Patrem Commissarium Generalem Familiæ, una simul Indiarum Commissarium, RR. Adm. PP. Commissarium Generalem Romanæ Curiæ, Generalem Procuratorem Discalceatorum, Diffinitores Generales Ordinis, & Nationum Hispanicæ, Gallicæ, & Germano-Belgicæ, tam Primi, quam Tertii Ordinis, Observantes, Excalceatos, atque etiam Recollectos: præcipientes omnibus, & singulis, per Sanctam Obedientiam, & sub pœnis in nostris Constitutionibus Generalibus contentis, quatenus opportuno tempore ad diem præfixam, vigiliam nempe Ascensionis Domini 29. Maii ejusdem sequentis anni, in præfato nostro Conventu personaliter compareant, nisi vera, & reali causa, testimoniis fide dignis roborata, & a Diffinitorii Patribus approbanda, hujusmodi accessum excuset, impediatque.

Vocalibus præterea hujusmodi strictè mandamus, sub pœnis arbitrio nostro infligendis, ut nonnisi unicum dumtaxat socium eorum quisque secum ducat, & si expensæ aliquæ in itinere ex necessitate faciendæ sint, Tertiarium etiam deferre possint, qui Sindici Apostolici vices gerat, & ejus nomine expensas prædictas inevitabiles faciat; supradictosque omnes in Domino monemus, & pro muneris nostri debito hortamur, ut euntes, & redeuntes, cum exemplari modestia, religiosa compositione, & gravitate se gerant, sicuti decet Seraphici P. N. filios, sanctæ humilitatis, altissimæque paupertatis professores; præcipientes insuper, sub pœna apostasiæ ipso facto In-

incurrenda, aliisque arbitrariis, ne præter Patres supradictos cum suis sociis, & eos, quibus à nobis, aut delegato nostro concessa fuerit licentia specialis, nullus, sub quovis prætextu, aut quæsito colore, ad præstam Generalem Congregationem accedere, aut ad hunc effectum è propria Provincia exire audeat, vel præsumat: Ministris autem Provincialibus, & Custodibus injungimus, ut si quid dignum, aut commendabile, vel etiam necessario providendum, aut resolvendum cognoverint in propriis respective Provinciis, aut Custodiis, illud Diffinitoribus suæ Nationis commendent, vel ad Generalem Congregationem transmittant.

Denique, ut à Deo O. M. bonorum omnium largitore actionum nostrarum directionem, & felicem agendarum successum impetrare valeamus, his nostris encyclicis litteris acceptis, ac in singulis Provinciis præfatæ Ultramontanæ Familiæ, earumque Communitatibus solemniter promulgatis, preces ad Deum fervide, & incessanter fundantur, & a Paschate Resurrectionis Domini supradicti anni, usque ad diem electionis faciendæ, qualibet quinta feria solemni festo non impedita, in singulis Conventibus decantetur Missa de Spiritu Sancto, ac de eodem in Missis privatis a Sacerdotibus Collecta recitetur, in Choro post Matutinum, Vesperas, & Missam Conventualem, seu Majorem, dicatur Hymnus *Veni Creator Spiritus*, cum Antiphonis, & Orationibus de Spiritu Sancto, de Immaculata Conceptione B. V. M. & Seraphico P. N. Francisco ab Ascensionis autem Domini die usque ad prædictum Pentecostes festum exclusive, per Ecclesias, & claustra solemnes fiant Processiones, in quibus Litaniæ Sanctorum cum precibus, & orationibus decantentur, in ipsaque vigilia Pentecostes Religiosi omnes peccata sua devote confiteantur, quos Patres Confessarii auctoritate nostra ipsis per præsentes concessa, ab omnibus casibus, & censuris nobis reservatis, absolvere valeant; Sacerdotes celebrent, & alii Sacrosanctam Synaxim devote sumant; summo mane Sacrum etiam de Spiritu Sancto solemniter decantetur, fiatque processio, ut supra, in quibus omnibus Religiosi singuli ad Deum pias preces effundere curent pro incolumitate SS. D. N. Benedicti PP. XIII. S. R. E. exaltatione, hæresum extirpatione, & Christianorum Principum pace; memoresque sint Eminentissimi D. D. Cardinalis Corsini totius Ordinis Protectoris vigilantissimi, & illorum insuper, quibus nos, & nostra Religio patrocinii, munificentiæ, & beneficii jure adstringuntur. Summam item, atque infinitam bonitatem enixe, & devote exorate, ut quæ agenda sunt, ad sui laudem, & honorem, ad nostri Ordinis incrementum, animarum salutem, totiusque Ecclesiæ suæ Sanctæ utilitatem, & profectum cedant, & ea præveniendo aspiret, & adjuvando prosequatur. Valete Fratres charissimi, Deumque pro nobis ferventissime exorate. Datum Romæ ex Aracœli, die 24. Novembris 1725.

F. Laurentius a S. Laurentio Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De Mandato S. P. Rmæ.

Fr. Emmanuel Fernandez *del Rio* Secretarius Generalis Ordinis.

Confirmantur nonnulla Ordinis Privilegia, & eximuntur Fratres ab onere vectigalium, & epistolarum solutione, præsertim in Pontificia Ditione.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Sollicitando Ecclesiæ universalis per bonorum omnium largitorem Nobis injuncta, exigit, ut Religiosos Dei famulos, eique placentes Ordines Regulares, præsertim Mendicantium, qui relictis Mundi illecebris, & arctam viam, quæ ducit ad vitam, ingressi, sequuti sunt Dominum Redemptorem, gratiis Apostolicis fovere, & modis omnibus propugnare studeamus. Ea propter Antecessor noster Beatus Pius Papa V. erga eosdem Ordines Mendicantes Pontificiam benevolentiam ostensurus, eis literas tenoris sequentis indulsit.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Dum ad uberes, quos Sacri Mendicantium Ordines in agro Dominico quotidie faciunt, fructus attente respicimus, & attentæ considerationis indagine perscrutamur ipsorum Religiosorum sinceritatem, & voluntariæ paupertatis habitum, in quibus sub humilitatis Spiritu devotum Altissimo præstant famulatum, dignum, quin potius debitum reputamus, ut illis ea libenter concedamus, per quæ, semotis quibuslibet gravaminibus, promptiores ejusdem Altissimi inhærcant servitiis. Hinc est, quod nos volentes eosdem Mendicantium Ordines, & dilectos Filios eorum Fratres, & Monachos, cæterasque personas, ac etiam Moniales quaslibet ejusdem Ordinis, sub illorum cura degentes, specialibus favoribus, & gratiis prosequi, motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli Mendicantium Ordinum hujusmodi Fratres, Monachi, & dilectæ Filiæ in Christo Moniales, seu Sorores, & aliæ utriusque sexus personæ regulares ubilibet per totum Christianum Orbem diffusæ, & constitutæ, illorumque Monasteria, Cœnobia, Domus, Conventus, Ecclesiæ, Cappellæ, Oratoria, & alia loca, etiam unita, ac membra, & dependentia, nec non Terræ cultæ, & incultæ, possessiones, prædia, agri, & alia omnia, & singula mobilia, & immobilia, ac se moventia, & ubilibet, ac in quibuslibet rebus consistentia bona, nec non eorum in dictis bonis laborantes, Coloni, Arrendatarii, Locatarii, & Affictuarii, negociorumque suorum gestatores universi quomodolibet nuncupati, nunc, & pro tempore existentes, in perpetuum ab omnibus, & singulis exactionibus tam urbanis, quam rusticis, nec non datiis, gabellis, pedagiis, vectigalibus, collectis, impositionibus, & oneribus ordinariis, & extraordinariis, ac tam realibus, quam personalibus, meris, & mixtis, etiam subsidio trienali, & sugmento, ac facultatibus, equorum taxis, militumque hospitiis, ac aliis quibuscumque nominibus nuncupatis, quavis auctoritate quomodolibet impositis, & imponendis, & quæ Laicis, ac aliis quibusvis quomodolibet imponi consueverunt, in futurum imponentur, ac ratione quarumcumque mercium, & rerum cujuscumque generis, vel qualitatis existentium,

tam

tam per Mare, & aquam dulcem, quam per Terram undecumque, & quomodocumque pro tempore delatarum; nec non animalium quorumcumque, mortuorum, & vivorum, & quæ alias quomodolibet, & ex quavis causa, ac super quibuscumque rebus tam in Alma Urbe nostra, quam extra eam ubilibet locorum exiguntur, & in futurum exigentur, necnon a contributionibus, & solutionibus in illis faciendis, ac tam pro victu, & vestitu, quam quocumque alio usu suo tantum, ac tam emendo, quam vendendo, & alias quomodolibet negociando; necnon etiam a solutione quadrantis pro singulis libris carnium de Animalibus, quæ nunc, & pro tempore ex armentis occidi contigerit, nec non etiam quæ in suis ædibus, prædiis, & possessionibus privatis detinent, & nutriunt, ac a contributione sumptuum, & expensarum, quæ aliquando pro Pontibus, viis, aquæductibus, muris, mœnibus, aliisque machinis struendis, & reparandis, seu reficiendis; ac Civitatum, Terrarum, & locorum quorumcumque fortificationibus; necnon etiam alias in omnibus, & per omnia, ac tam in dicta Urbe, quam extra eam ubilibet penitus, & omnino liberi, immunes, & exempti, ac liberæ, & exemptæ, liberaque, immunia, & exempta sint, & esse censeantur, ac pro talibus teneantur, & reputentur: quodque terræ, agri, possessiones, & loca arativa, ut præfertur, in illis, quæ aliquando pro pascuis Animalium ad certum tempus reservantur, nullatenus unquam comprehendantur, nec comprehendi censeantur: ac etiam Monasteria, Cœnobia, aliaque omnia regularia loca prædicta, pro quorumcumque militum tam equitum, quam peditum Hospitiis, quemadmodum magno cum nostro dolore hucusque in plerisque locis factum comperimus, nequaquam assignentur, nec assignari debeant.

Et insuper, quod fructus, redditus, proventus, introitus, & alia quæcumque bona Monasteriorum, Cœnobiorum, & aliorum locorum Regularium prædictorum ab aliis, quam a Sindicis, & Procuratoribus Religiosis, Fratribus, Monachis, & Monialibus, aliisque personis præfatis exigi, illaque dumtaxat in beneficium loci, & substentationem ipsorum Religiosorum, Fratrum, & Monialium expendi, nec per alios quoscumque, quovis nomine censeantur, nec in alium, quam præmissum usum converti, seu expendi possint, neque debeant, nisi de consensu Superiorum illius loci, cui data, vel consignata, aut donata fuerint, seu ad quem alias spectabunt: nec etiam soli Tutores, aut Curatores, seu Protectores, & alio nomine Sanctesii, aut alias nuncupati, de eisdem bonis ullo modo disponere possint: quodque idipsum etiam de eleemosynis, oblationibus, & quibuscumque aliis donativis intelligi, & observari debeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo statuimus, ordinamus, volumus, & declaramus: nec non Fratres, Monachos, Moniales, ac alias Regulares personas, eorumque Monasteria, Cœnobia, Conventus, Ecclesias, Cappellas, Oratoria, & alia loca, ac terras, possessiones, prædia, agros, & bona, nec non laboratores, Colonos, Arrendatarios, Locatarios, Affictuarios, ac Gestores, prædicta, ut præfertur, immunia, & exempta eisdem auctoritate, & tenore facimus, ac fore, & esse decernimus.

Mandantes præterea dilectis Filiis modernis, & pro tempore existentibus Cameræ Apostolicæ Camerario, Præsidentibus, & Clericis, ac Commissariis, Agentibus, & Officialibus quibuscumque, ut omnibus, & singulis tam virorum, quam Mulierum Monasteriis Mendicantium Ordinum hujusmodi, existentibus sub Ditione nostra temporali, mediate, vel immediate constitutis, tantum sal, quantum pro eorum usu suffecerit, singulis annis, omni dilatione cessante, & contradictione remota, contribuere, & assignare, ac contribui, & assignari facere debeant realiter, & cum effectu, districtius etiam in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac excommunicationis majoris latæ sententiæ, ac duorum millium Ducatorum auri de Camera pro una Basilicæ Sancti Petri de Urbe, & pro altera medietatibus, singulis Monasteriis, & locis præfatis, quæ molestari, seu perturbari contigerit, irremissibiliter applicandorum, pœnis, eo ipso, si, & quoties contrafactum fuerit, incurrendis: inhibentes tam illis, quam dilectis Filiis Legatis, Vice-Legatis, Gubernatoribus, Potestatibus, Datiorum, Gabellarum, onerum, & aliorum præmissorum Exactoribus, Conductoribus, & Appaltatoribus; nec non quibusvis Universitatibus, & Communitatibus, illarumque Officialibus, & personis, aliisque quibuscumque, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, quatenus præmissa omnia, & singula inviolabiliter, & perpetuo observent, ac ab omnibus observari faciant, neque Fratres Monachos, Moniales, & alias Religiosas personas, aliosque supradictos super præmissis quomodolibet molestent, & perturbent, neque permittant per quoscumque quomodolibet molestari, seu perturbari. Ergo, si quis contradicere, aut quovis modo contravenire præsumpserit, per mandatum executivum contra ipsum cujuscumque dignitatis, status, ordinis, vel præeminentiæ fuerit, ipso facto procedi, & sic per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere: & quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus.

Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, vel eorum Vicariis in spiritualibus, generalibus; necnon dilectis Filiis curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Auditori, ac Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac aliis quarumcumque Ecclesiarum Prælatis, & personis ubilibet, & in quibuscumque Regionibus, terris, & locis existentibus, ac aliis, ad quos quomodolibet spectat, & spectabit, per præsentes motu simili mandamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet per se, vel per alium, seu alios, præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum, Monachorum, Monialium, aliarumque Religiosarum personarum prædictarum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos, & eorum singulos Statuto, ordinatione, voluntate, declaratione, constitutione, deputatione, mandato, inhibitione, decreto, aliisque præmissis pacifice frui, & gaudere: non permittentes desuper per Camerarium, Præsidentes, Clericos, & Commissarios Cameræ hujusmodi, necnon Legatos, Vice-Legatos, Gubernatores, Collectores, Gabellarios, & Exactores prædictos, aut quoscumque, ad aliquam solutionem, contributionem, vel præstationem præmissorum occasione quomodolibet faciendam, quovis modo cogi, & compelli, aut alias contra præsentium tenorem quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari: Contradictores quoslibet, & Rebelles per prædictas, aliasque opportunas censuras, & pœnas, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas hujusmodi in-

incurrisse declarando, interdictum Ecclesiasticum apponendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Secularis.

Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium non extrahatur, ac omnibus illis, quæ in contrarium per quoscumque Officiales, & quosvis alios, ac præsertim per Officiales Civitatis nostræ Bononiensis, & quosvis alios adducta sunt hactenus, & deducentur imposterum, ac adduci, & allegari possent: necnon quibuscunque litibus, & causis, tam in Romana Curia, quam extra eam ubilibet, ac coram quibuscumque Judicibus, etiam Palatii nostri causarum Auditoribus, ac S. R. E. Cardinalibus super præmissis inter quoscumque quomodolibet pendentibus, ac etiam instructis, & ad sententiam deductis, vel etiam a sententia terminatis, nisi in favorem Ecclesiæ fuerint: Et præsertim quadam lite inter hujusmodi Regulares, ac Cives, & Communitatem dictæ Civitatis Bononiæ in Romana Curia pendente, quas, & quam, ac omnes processus, & Scipturas productas, & producendas, ac registra, & sententias ubivis comparentes, & latas, ac ferendas ad Nos advocamus, & penitus extinguimus, cassamus, annullamus, & delemus, perpetuumque desuper silentium imponimus, necnon quibusvis Apostolicis, ac in provincialibus, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, etiam contra exemptos quomodolibet editis, & edendis, ac etiam decreto, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, illis, & eorum singulis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, & in specie, etiam motu simili, ex certa scientia, etiam consistorialiter, & alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium concessis, & approbatis, ac innovatis; quibus omnibus illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 29. Julii 1566. Pontificatus nostri Anno primo.

CUm autem, sicut accepimus, Fratres Minores Regularis Observantiæ Sancti Francisci nuncupati, licet contextum Regulæ sub uno, & eodem Ministro Generali totius Ordinis ad literam profitentes, non solum inter quatuor præcipuos Mendicantium Ordines connumerentur, verum etiam ob perfectissimam, quam profitentur, paupertatem, & in particulari, ac in communi, summa, & peculiari ratione præ aliis habendi sint; propterea que omnibus, & singulis libertatibus, exemptionibus, & facultatibus, privilegiis, & Indultis, in vim præinsertarum literarum omnibus Mendicantium Ordinibus concessis, omnimode, ac plene, frui, potiri, & gaudere debeant: nihilominus super vectigalium, gabellarum, datiorum, & pedagiorum, aliorumque onerum, & impositionum solutione ab illorum, & illarum exactoribus perperam, & non sine eorundem Fratrum Minorum, & ab eis stricte professæ paupertatis detrimento, olim, & nunc etiam eos in judicium trahi, vexari, perturbari, ac assidue molestari contingat; Nos, ad evellendam omnem querimoniæ materiam, & attendentes, quod Fratres Minores prædicti, propteres quod ipsi, ut præfertur, actu mendicent, & vere nudam profiteantur paupertatem illam, quæ terrenis ubique destituta bonis se divitem exhibet Altissimo; merito eos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, nec non ipsos, & eorum singulas personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque sententiis, censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; nec non quarumcumque litium, & causarum status, & merita, nomina, & cognomina Judicum, coram quibus illæ pendent, ac collitigantium, aliorumque, nec non quorumcumque aliorum privilegiorum, & indultorum, facultatum, exemptionum, & immunitatum eis quomodolibet concessorum, præsentibus pro expressis habentes, causasque hujusmodi ad Nos harum serie advocantes, illasque penitus, & omnino extinguentes, ac collitigantibus hujusmodi perpetuum super præmissis silentium imponentes, motu proprio, non ad eorumdem Fratrum Minorum de Observantia super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque liberalitate nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula privilegia, immunitates, exemptiones, facultates, gratias, libertates, & indulta, in eisdem præinsertis literis contenta, ac omnibus, & singulis Ordinibus Mendicantibus in communi, ut præmittitur, concessa eisdem Fratribus Minoribus, sive Regularis, sive strictioris Observantiæ nuncupatis, ita quod ipsi imposterum de omnibus, & singulis, quæ absolute eorum victum, & vestitum, ac Religiosum usum, & commercium concernunt, quidquam datiorum, & gabellarum, & vectigalium, quibuscumque, & quomodocumque per illos solvi debere prætendentibus, solvere minime debeant, specialiter, & expresse Apostolica auctoritate perpetuo concedimus.

Ac insuper eosdem Fratres Minores ubique terrarum, & præsertim in Ditione nostra temporali ab omnibus datiis, vectigalibus, præcipue super frumenti commolitione, vino, oleo, carne, animalibus etiam vivis, tam emptis, quam aliis, quæ eisdem Fratribus Minoribus pro eleemosyna offeruntur, & quocumque alio commestibili: lanis ad eorum vestimenta necessariis, portu etiam, tam maris, quam fluminum: gabellis in exitu, & ingressu terrarum, locorum, & Civitatum, aut transitu pontium, & viarum, seu etiam in Doganis quomodocumque nunc impositis, & imposterum pro tempore quomodolibet imponendis, etiam plene, & expresse dicta Apostolica auctoritate similiter in perpetuum eximimus, & liberamus, eosque a præmissis omnibus, & singulis aliis datiis, gabellis, & oneribus, etiam si cœteri Mendicantes ad ea teneri dignoscantur, nec ab eis censeantur esse exempti, perpetuo immunes, & exemptos esse volumus, & declaramus.

Ac præterea ulteriori eorumdem Fratrum Minorum de Observantia indemnitati consulere volentes, motu simili eos, & eorum quemlibet, a solutione portus omnium, & singularum simplicium Epistolarum in semifolio scriptarum, eorumque involucrorum a Tabellariis deferri solitorum, quæ per Ordinis Superiores eorum subditis, & per eosdem subditos ipsis Superioribus cum eorum publici sigilli mu-

munimine; non autem quæ sine munimine hujusmodi alicui ex eis particulariter diriguntur, pro quibus scilicet duplicibus sine munimine hujusmodi sic directis aliquod munus, aut debitum sibi emolumentum ab eorumdem Fratrum Minorum de Observantia Conventibus, seu Domibus prætendere, seu ea libere, si Tabellarii ipsi velint, relaxare possint, eadem Apostolica auctoritate eximimus, & liberamus.

Decernentes quoque præinsertas literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari vel impugnari ullatenus posse; minusque sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, modificationibus, limitationibus, restitutionibus, & aliis contrariis dispositionibus, tam per nos, quam etiam per Successores nostros quomodolibet, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque decretis pro tempore factis, & faciendis, quorumcumque tenorum existant, includi; sed, illis non obstantibus, in suis robore, & efficacia persistere: & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, etiam sub data per ipsos Fratres Minores de Observantia prædicti Ordinis eligenda, de novo concessas esse: & ita incommutabilis voluntatis, & intentionis nostræ esse: & ad hoc, ut perpetua firmitate subsistant, vim validi, & efficacis contractus inter dictam Sedem, & prædictorum Ordinum Mendicantium Fratres hujusmodi habere: sicque per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca dilectis filiis nostris S. R. E. Cardinalibus in Bononiensi, Ravennati, Ferrariensi, & Urbinatensi Civitatibus nostris nunc, & pro tempore existentibus de latere Legatis, ac dilecto filio Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Fratrum Minorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant, auctoritate nostra ipsos Fratres Ordinis Minorum hujusmodi voluntate, statuto, declaratione, & aliis præmissis omnibus, & singulis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos per quoscumque quomodolibet indebite molestari; contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo: & nihilominus legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Non obstantibus præmissis, ac felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis: dummodo ultra tres dietas quis vigore præsentium ad judicium non extrahatur, & aliis, nec non in provincialibus, & synodalibus Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibus quoque, & aliis decretis in genere, vel in specie, & quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros prædictos, ac nos, & Sedem prædictam, etiam motu proprio, & ex certa scientia, etiam consistorialiter, & de Fratrum nostrorum consilio, necnon Apostolicæ potestatis plenitudine concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque tenoribus specialibus, specifica, & expressa mentio, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, aut divisim ab eadem sit Sede Indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem.

Volumus præterea, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus ex Secretariis Generalibus dicti Ordinis, aut Notarii publici subscriptis, & sigillo Officii Ministri, aut Commissarii Generalis, vel Procuratoris Ordinis præfati, vel alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, innovationis, approbationis, absolutionis, exemptionis, liberationis, voluntatis, declarationis, decreti, ac derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto iv. Idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

P. Cardinalis Pro-Datarius.
F. Cardinalis Oliverius.

Visa.

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

Lucas Martinettus.

Confirmantur nonnulla Tertiariorum Privilegia, qui etiam Ministri Generalis omnimodæ jurisdictioni subjiciuntur.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

PAterna Sedis Apostolicæ providentia erga pios homines, sub habitu humilitatis, & pœnitentiæ Deo famulantes, sæpe Romanos Pontifices antecessores nostros impulit, pro eorum solatio, & commodo, pridem concessa approbare, & renovare, & jam approbata, rursus Apostolica auctoritate munire, ut eo firmiora persisterent, quo sæpius es-

sent

sent ejusdem Sedis auctoritate fulsulta. Hinc, ut Ordinis Tertiariorum Beati Francisci de Pœnitentia nuncupati, qui in tres status divisus, sæcularium scilicet, collegialiter viventium, & Regularium, magnos pietatis, & doctrinæ fructus in Ecclesia Dei semper protulit, & quotidie proferre satagit, quieti, regimini, atque incremento probe consuleretur, ab iisdem Romanis Pontificibus Antecessoribus Nostris complures literæ diversis temporibus jamdudum vulgatæ fuerunt, in quibus variæ gratiæ, concessiones, libertates, prærogativæ, favores, immunitates, exemptiones, indulgentiæ, declarationes, facultates, privilegia, & indulta eisdem immediate, & directe, vel etiam per communicationem cum aliis Ordinibus, & præsertim Fratrum Minorum concessa, ampliata, extensa, & confirmata fuere, prout in Apostolicis literis plenius, & uberius continetur.

Cum autem, sicut accepimus, per hujusmodi concessiones, ampliationes, declarationes, extensiones, communicationes, & confirmationes, adhuc omnimodæ ejusdem Ordinis, & illius professorum tranquillitati plene, ut decet, non consulatur; asserentibus nonnullis, gratias, & indulta hujusmodi non esse in usu, vel revocata, aut restricta fuisse, nec ex ea parte subsistere, quæ directionem, curam, & regimen eorumdem Tertiariorum concernit; sive Tertiarios tantum Regulares, seu sub clausura, vel collegialiter dumtaxat viventes respicere, non autem alios in sæculo commorantes: cum tamen idem Ordo pro utriusque sexus Christifidelibus in ipso sæculo, & in conjugio, propriisque domibus manentibus, a Beato Francisco institutus, non nisi quartodecimo labente sæculo, in Italia præsertim, ad statum Religionis fuerit evectus, & propterea Tertiarios hujusmodi ab Ordinariis locorum alicubi controversiis, & litibus in dies molestari, ac perturbari contingat, non sine ejusdem instituti, & Fratrum ipsorum detrimento, & quietis jactura.

Ideo Nos, attenta consideratione pensantes, quantum utilitatis Catholicæ Religioni, morumque instaurationi per humilitatis, suique abjectionis exempla Ordinis prædicti Professores hactenus attulerint, & imposterum, juvante Domino, afferre valeant; ac proinde volentes, ut decet, eorum conservationi, incremento, & tranquillitati uberius providere, motu proprio, non ad ipsorum Fratrum, aut Sororum, nec alterius pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia, ratione eorum, quam profitentur, altissimæ paupertatis, omnes, & singulas lites, ac controversias tum in prima, cum etiam in secunda, & ultima instantia actu pendentes, ac coram quibuscumque Judicibus, & Tribunalibus, quantumvis exemptis, & privilegiatis, etiam prævia commissione manu nostra signata, vel coram Palatii Apostolici causarum Auditoribus, aut Sacris Congregationibus, nec non Nostris, & Sanctæ Sedis de Latere Legatis actas, ipsasque, earumque status, nomina, & cognomina Judicum, & Collitigantium, aliorumque necessario exprimendorum qualitates, & circumstantias præsentibus literis nostris pro sufficienter expressis habentes, & ad Nos advocantes, harum serie extinguimus, cassamus, & abolemus, perpetuumque silentium de cætero eis imponi volumus, & mandamus.

Quascumque insuper litteras, & gratias, tam spirituales, quam temporales, concessiones, indulgentias, exemptiones, indulta, privilegia, communicationes, extensiones, libertates, prærogativas, favores, peccatorum remissiones, & similia, tam in genere, quam in specie Fratribus, & Sororibus prædictis de Pœnitentia, eorumque Monasteriis, Domibus, Conservatoriis, aut aliis quovis nomine nuncupatis habitationibus, Ecclesiis etiam, Oratoriis, & Cappellis vel immediate, & directe, aut etiam per communicationem cum aliis Ordinibus, & præsertim Fratrum Minorum, a Romanis Pontificibus Antecessoribus nostris quomodolibet concessa, quorum tenorem, ac si de verbo ad verbum his nostris literis insereretur, haberi volumus pro expresso, harum serie approbamus, & confirmamus, ac, pro potiori cautela, Apostolica auctoritate singula de novo concedimus, & largimur.

Ut vero detractorum calumniis adversus hunc Ordinem, quantum Nobis ex alto conceditur, occurramus, Antecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes, qui hunc vivendi modum, & formam approbarunt, vel confirmarunt, aut etiam summis laudibus extulerunt, Nos eundem Sanctum, meritorium, & Christianæ perfectioni conformem, necnon verum, & proprium Ordinem, unum in toto Orbe ex Sæcularibus, aliisque collegialiter viventibus, & Regularibus promiscue compositum, & a quacumque Confraternitate ex comprehensis in Bulla recolendæ memoriæ Clementis PP. VIII. omnimode distinctum, utpote qui sub propria Regula ab hac Romana Sede approbata, cum Novitiatu, Professione, & habitu, sub certis modo, & forma, prout cæteri Ordines tum Regulares, tum Militares, & alii hujusmodi consueverunt, dispositus reperitur, fuisse semper, & esse decernimus, & declaramus; atque motu simili Regulam prædictam a felicis recordationis Antecessoribus Nostris Romanis Pontificibus Nicolao IV. pro Tertiariis utriusque sexus, & cujuscumque status, sive Ecclesiastici, sive Laicalis quomodocumque in sæculo, sub proprio tecto, ac in conjugio ipso degentibus, xvi. Kalendas Septembris 1289. approbatam a Clemente V. iii. Kalendas Septembris 1308. atque a Gregorio VI. viii. Idus Februarii 1292 alliisque in forma specifica confirmatam, necnon per Leonem X. pro personis tria substantialia vota emittentibus, accomodatam, & appropriatam per quasdam suas literas incipientes: *Inter cætera &c.* sub dat. Romæ ix. Januarii 1522. Nos denuo approbamus, & confirmamus, atque Apostolica auctoritate perpetuum firmitatis robur illis adjicimus.

Sed quia accidit olim, & non sine animi nostri dolore in dies etiam didicimus evenire, ut Fratres dicti Ordinis, sæculares præsertim, Ministri Generalis totius Ordinis Minorum, & Provincialium respective, quorum curæ, & jurisdictioni hæc Sancta Sedes eos subesse voluit, obedientiam, & regimen detrectantes, & non parere, ut debent, sed imperare, quod non possunt, sæpius affectantes, omnia susque deque vertant, Regulamque prædictam, ac Statuta, atque adeo Nostrorum etiam Antecessorum Constitutiones, quamvis contraria intendentes, atque præcipientes, inflectant in sensus suos, & multoties Ordinariis locorum, aut sponte sua, aut ad eorum Fratrum Tertiariorum instantiam, mittentibus, & quo prohibiti sunt, extendentibus manum in non suam hanc messem, pro bona fruge, quæ, ut desideranda est, etiam expectanda esset, zizania tantummodo producantur: Nos memoria recolentes primum hunc Tertii Ordinis statum, sæcularium nempe sub proprio tecto degentium, dum Institutis suis obedienter insisteret, non tantum pravos populorum mores in melius reformasse, sed etiam sanctitatis egregiæ fructus uberrimos protulisse, cupientesque ipsum ad pristinæ observantiæ, quem tenuit, apicem revocare, motu simili, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & quascumque literas Aposto-

licas, per quas aliqua Superioritas, præeminentia, & auctoritas in ejusdem Instituti Fratres, & Sorores primario Ministro Generali prædicto totius Ordinis Minorum, aliisque secundariis Superioribus conceditur, & tribuitur, præsentium tenore non solum approbamus, & confirmamus, verum & concessa renovamus, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, & mandamus; speciatim vero quæ in literis Innocentii PP. IV. incipientibus: *Unigenitus Dei Filius &c.* sub datum apud Urbem veterem vi. Idus Augusti 1290. in aliis Martini V. incipientibus: *Licet inter cætera &c.* sub datum Romæ ix. Decembris 1427. in aliis Sixti IV. incipientibus: *Romani Pontificis Providentia &c.* sub datum Romæ xviii. Kalendas Januarii 1471. in aliis Alexandri PP. VI. incipientibus: *Exponi Nobis &c.* sub datum Romæ xvi. Maii 1500. in aliis Julii II. incipientibus: *Exponi Nobis fecistis &c.* sub datum Romæ xv. Octobris 1507. in aliis Leonis X. incipientibus: *Superioribus diebus &c.* sub datum Romæ xiv. Maii 1517. in aliis denique Beati Pii PP. V. incipientibus: *Ea est officii nostri &c.* sub datum Romæ v. Nonas Julii 1568. continentur, auctoritate, & tenore præmissis de novo confirmamus, & renovamus.

Extendimus deinde ad universum Tertii Ordinis gregem quæcumque Apostolica indulta, aut privilegia, regimen, & directionem hujusmodi respicientia, pro una, vel altera Congregatione in particulari alias vulgata, & speciatim quæ pro Tertiariis Ferrariæ in quibusdam Joannis, in sua obedientia nuncupati XXIII. incipientibus: *Cum privilegiis, & literis Apostolicis ambigitur &c.* sub datum Bononiæ xvi. Kalendas Julii 1414. & aliis Pii II. pro Tertiariis regnorum Castellæ incipientibus: *Pia Deo, & Ecclesiæ desideria &c.* sub datum apud Abbatiam S. Salvatoris Clusii iii. Idus Julii 1462. aliis etiam Pauli III. pro Tertiariis universæ Hispaniæ incipientibus: *Exponi Nobis &c.* sub datum Romæ xvi. Septembris 1537. aliisque Pauli III. similiter pro Hispaniis incipientibus: *Ad fructus uberes &c.* sub datum Romæ v. Nonas Julii 1547. ac aliis Alexandri VII. pro Hispaniis, incipientibus *Exponi Nobis &c.* sub datum Romæ xxviii. Julii 1657. sicuti & aliis Innocentii XIII. pro Brasiliis incipientibus: *Ordines, & Congregationes &c.* sub datum Romæ xxiii. Januarii 1724. edita, & publicata fuere, omnia, & similia directionem, & regimen Ordinis Fratrum Minorum attribuentia, Apostolica auctoritate confirmantes, ad gregem ipsum universum extendimus, & ampliamus.

Mandamus propterea universis, & singulis hujusmodi instituti professoribus per universum Mundum existentibus, præsentibus, & futuris, cujuscumque status, gradus, & conditionis existant, ac tam in sæculo sub proprio tecto, vel in conjugio ipso, quam collegialiter congregatis, aut etiam sub clausura sub tribus votis essentialibus degentibus, ut sicuti cum primo, & secundo Ordine, Minorum scilicet, & Clarissarum, unum, & eumdem Institutorem, Auctorem, & Patriarcham habent, ita unum, & eumdem ipsiusmet Fundatoris legitimum successorem, veluti Patrem, & Caput totius Seraphici gregis, atque trium Ordinum Beati Francisci primarium Generalem honorent, observent, & recognoscant, ejusque secundarios Delegatos, sive Provinciales, sive Guardianos, aut etiam Commissarios Visitatores, tanquam suos legitimos, & veros Superiores venerentur, ita ut ipsorum judicio in dubiis, aut controversiis circa Regulam, & Statuta se conforment, atque in iis omnibus, quæ concernunt Ordinem ipsum, nec Regulæ sunt contraria, illis pareant, & obediant, quod si secus fuerint, ab eisdem cassari, atque habitu spoliari possint; imo nullis proinde Tertiariorum gratiis, & privilegiis gaudere decernimus, & jubemus. Non intendimus tamen per hoc Tertiariis Regularibus Italiæ præjudicium aliquod inferre, aut in aliquo derogare Constitutioni felicis mem. Sixti PP. V. Antecessoris nostri Incipienti: *Romani Pontificis providentia &c.* sub datum Romæ XXIX. Martii 1586. sed eam in suo robore permanere decernimus; imo pro potiori cautela ipsam de novo confirmamus; idem omnino statuentes circa Moniales tria vota essentialia emittentes, aut etiam Tertiarias alias in Conservatoriis communiter tantum viventes, ut scilicet pleno jure visitationi, correctioni, & directioni Fratrum Minorum subjaceant, nisi aliter ab hac Sede reperiatur specialiter ordinatum.

Injungimus autem eidem Generali Ministro totius Ordinis, ut Beati Francisci Patris sui vestigiis inhærendo, ubilibet intra Provincias per universum Orbem eidem commissas, hujusmodi Tertii Ordinis Congregationes Sæculares, tam Fratrum, quam Sororum per patentes literas suas, vel sui Commissarii Generalis erigere, ipsasque sic erectas, juxta Constitutiones, seu statuta a felicis recordationis Paulo PP. III. Antecessore nostro approbata, vel secundum alia in *Speculo Seraphico* contenta, atque Directorio trium Ordinum inserta, nec non per recolendæ memoriæ Innocentios PP. XI. XII. XIII. confirmata, quæ etiam præsentium tenore renovamus, & approbamus, confovere, & moderari curet, studeatque; nisi tamen eidem Generali Ministro, & Capituli Generalis Patribus aliud in Domino videbitur expedire: quibus propterea plenum jus, ac liberam auctoritatem ea innovandi, immutandi, augendi, aut minuendi, ac alia de cætero statuendi, quæ bonum dicti Gregis regimen concernere possunt; dummodo tamen Regulæ præfatæ, sacrisque Canonibus non adversentur, ad tenorem literarum Clementis PP. VII. incipientium: *Dum uberes fructus &c.* sub datum xv. Martii 1526. perpetuis futuris temporibus facultatem facimus, atque largimur.

Insuper dicti Ordinis profectum, & incrementum præ oculis habentes, ac prædictis Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus inhærentes, eidem Generali Ministro, privativè quo ad alios quoscumque, concedimus, ut per secundarios Superiores ad id opportuna, & necessaria facultate suffultos, utriusque sexus Christifideles juxta morem dicti Ordinis recipere, Commissarium etiam Visitatorem, seu Confessarium, moribus, vitæ sanctimonia, & ætate idoneum, qui ipsis Ecclesiastica Sacramenta ministret, ac de præceptis Regulæ instruat, Congregationes, seu Congressus convocet, & ipsis, ac aliis quibuscumque actibus, & functionibus præsideat; duplex etiam in paritate suffragium ferat, assignare possit, ac valeat; nec non easdem Congregationes, & earum Domos, Conservatoria, Hospitalia, Cappellas, & Oratoria opportunis temporibus, vel per se ipsum, vel per Ministros Provinciales, aut etiam Commissarios Visitatores, seclusis locorum Ordinariis, & aliis quibuscumque personis cujusvis status, gradus, vel conditionis existant, & quacumque auctoritate fungantur, visitare, ac instruere, & paternè corrigere, ac reformare tàm in capite, quàm in membris, ad cassationem usque Mantelli, & habitus, quæ correctionis, aut reformationis Officio cognoverit indigere, aliaque ad bonum dicti Ordinis juxta ejus Constitutiones ordinare, & exequi, sicuti in

I. Domi-

Domino expedire animadverterit, & ſpeciatim, ut quoties ſibi placuerit, per Viſitatores ſuos libros, & rationes redituum, ac bonorum ipſarum Congregationum examinare, & recognoſcere poſſit, quin in eorum adminiſtratione, aut eleemoſynarum perceptione, vel diſtributione ſe ingerant, ſed tantum an videlicet Deputati, & Officiales piis operibus, ac Legatis, oneribuſque præfatæ Congregationi injunctis, atque impoſitis, debitis modo, & forma, & opportuno tempore ſatisfaciant, concedimus, & indulgemus; & pro potiori cautela, piæ memoriæ Innocentii PP. XI. diſpoſitionem per ſuas litteras in forma Brevis, incipientes: *Exponi Nobis &c.* ſub datum Romæ x. Februarii 1688. circa rationem redditum per omnia Monaſteria Monialium, eorumque Exactores Superioribus Ordinis Minorum reddendam, expreſsè confirmamus, & ad univerſas Tertii Ordinis Congregationes, ſive Fratrum Sæcularium ſub proprio tecto, ſive etiam Sororum Collegialiter viventium, extendimus, & renovamus.

Volumus proinde, ut Tertiarii ipſi, ſub proprio tecto viventes, in omnibus ſe præbeant hujus ſæculi contemptores, atque eorum exemplo cæteri alliciantur, & ad humilitatem incitentur, ut ſub propria Cruce, vel etiam ſub Cruce Fratrum Minorum, ad publicas Proceſſiones, & aſſocianda cadavera, aliaſque Eccleſiaſticas functiones ſe conferre, & ſub proprio habitu per Ordinis Conſtitutiones deſignato, incedere valeant, ac poſſint, tenore præſentium concedimus, & largimur; præcipientes pariter ad evitanda jurgia, & contentiones omnibus, & ſingulis, etiam inter Subditos prædicti Generalis Miniſtri non comprehenſis, & facultate pro fundandis Tertii Ordinibus Sæcularibus prædictis per Sedem Apoſtolicam conceſſa gaudentibus, ne quocumque prætextu audeant uti hujuſmodi privilegio ubicumque Tertium Ordinem repererint jam fundatum, eoque minus jam fundatas Tertii Ordinis Congregationes ad ſe recipere, ſi a Conventu recedere, apud quem, & ſub cujus directione, ac gubernio erecti prius inveniuntur, recedere voluerint. Propterea declaramus omnia irrita, & mera attentata quæcumque ab aliis, præter voluntatem antedictorum Superiorum Ordinis Minorum circa Tertios Ordines ipſos, aut innovari, aut mandari contigerit, contra hanc noſtram Conſtitutionem, Tertioſque Ordines memoratos in poſterum erigendos ubi jam alii erecti, & fundati ſunt, aut a Conventu, apud quem exiſtunt, transferendos ad alium, præſertim eidem Generali Miniſtro nequaquam ſubjectum, inter Tertios Ordines approbatos ab Apoſtolica Sede habendos non eſſe, minuſque gaudere Indulgentiis, & Privilegiis Tertio huic Ordini per eamdem Sedem Apoſtolicam impertitis.

Ut autem Chriſtifideles ſacrum hoc Inſtitutum ferventius quærant, & inventum non dimittant, libentiuſque vacent exercitiis pietatis, & humilitatis à Beato Franciſco in Regula ſua præſcriptis, omnes, & ſingulas conceſſiones, & gratias tam ſpirituales, quam temporales, Indulgentias præſertim, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros uni, vel alteri Congregationi Tertii Ordinis hujuſmodi, ſive Sæcularium, ſive collegialiter viventium, ſive etiam Religioſorum, eorumque Perſonis, atque Monaſteriis, Domibus, Conſervatoriis, Eccleſiis, Hoſpitalibus, Cappellis, & Locis quibuſcumque, tam directe, & ſpecifice, quam etiam per communicationem cum aliis Ordinibus Minorum, ſcilicet Sanctæ Claræ, Prædicatorum, Auguſtinianorum, Carmelitarum, aliorumque Mendicantium, nec non cum Archiconfraternitatibus Chordigerorum, & Confalonis de Urbe, ſub quacumque forma, & expreſſione verborum conceſſas approbamus, & confirmamus, atque de novo concedimus, & largimur; ſingulatim vero illas, quæ leguntur in literis felicis memoriæ Antecesſorum noſtrorum Clementis PP. V. incipientibus: *Cum illuminatum ſit &c.* ſub datum viii. Maii 1305. & aliis Sixti PP. IV. incipientibus: *Sacri Prædicatorum, & Minorum Fratrum Ordines* ſub datum Kalendis Auguſti 1479. in aliis Leonis X. incipientibus: *Dudum per Nos accepto &c.* ſub datum x. Decembris 1519. atque etiam aliis Clementis VII. incipientibus: *Ad uberes &c.* ſub datum 1526. ſicuti & aliis Pauli PP. III. incipientibus pariter: *Ad uberes fructus &c.* ſub datum VIII Novembris 1584. aliis etiam Clementis PP. VIII. incipientibus: *Ratio Paſtoralis Officii &c.* ſub datum xx. Decembris 1597. atque aliis Pauli PP. V. incipientibus: *Cum certas &c.* ſub datum xi. Martii 1607. Eas præterea, quæ aliis quamplurimis continentur, ut Innocentii PP. XI. incipientibus: *Univerſis &c.* ſub datum xxx. Septembris 1681. *Et Eccleſiæ Catholicæ &c.* xxviii. Junii 1686. atque etiam *Exponi Nobis &c.* v. Septembris, & *Alias emanavit &c.* x. Octubris ejuſdem anni, nec non: *Exponi Nobis &c.* xv. Maii 1688. ſicuti & aliis Innocentii PP. XII. incipientibus *Ad ea &c.* ſub datum xxiv. Decembris 1692. *Ii debitum &c.* ſub datum xix. Maii 1694. necnon: *Sua Nobis &c.* xvii. Kalendas Januarii 1695. & *Cum ſicut Dilectus &c.* xxi. Novembris 1696 atque *Exponi Nobis &c.* iii. Decembris 1697. ſicuti: *In debito Paſtoralis &c.* quæque aliis aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum literis in favorem dicti Ordinis expeditis continentur, auctoritate, & tenore præmiſſis renovamus, & confirmamus.

Decernentes has noſtras literas Apoſtolicas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque totos plenarios, & integros effectus obtinere, & ſortiri debere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos quomodolibet nunc ſpectat, & in futurum ſpectabit, firmiter, & inviolabiliter obſervandas, ac nullo unquam tempore, ex quocumque capite, vel qualibet cauſa, quantumvis pia, legitima, & juridica, etiam ex eo, quod Tertii Ordinis prædicti, & quicumque in præmiſſis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis cauſa, ratione, actione, vel occaſione, jus, vel rem habentes, aut habere prætendentes, illis non conſenſerint, nec ad id vocati, citati, & auditi fuerint, & cauſæ, propter quas eædem præſentes literæ prodierint, adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, ſeu invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut quolibet alio quantumvis magno, ſubſtantiali, inexcogitato, & inexcogitabili, ac ſpecificam, & individuam mentionem, ac expreſſionem requirente defectu; ſive etiam ex eo, quod in præmiſſis, eorumque aliquo ſolemnitates, & quævis alia ſervanda, & adimplenda, ſervata, & adimpleta non fuerint; aut ex quocumque alio capite, a jure, vel facto, aut ſtatuto, vel conſuetudine aliqua reſultante, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel cauſa, etiam in corpore juris clauſa, occaſione, aliave cauſa, etiam quantumvis juſta, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſario exprimenda foret, aut quod de voluntate noſtra, & aliis ſuperius expreſſis nunquam appareret, ſeu alias probari poſſet, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperi-

tionis

tionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrati, seu quomodolibet, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concesso impetrato, seu vulgato, uti, vel se juvare in judicio, vel extra, posse; neque ipsas præsentes literas Apostolicas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore exstituros, & Sedem Apostolicam prædictam, etiam in crastinum assumptionis eorumdem Successorum ad summi Apostolatus apicem, vel alias motu proprio, & ex certa scientia, ac consistorialiter, & ex quibuslibet causis, & sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiamsi de eisdem præsentibus Literis Apostolicis, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, pro tempore factis, & concessis, ac faciendis, & concedendis, comprehensas, sed semper, & omnino ab illis exceptas, & quoties illæ prodierint, toties in pristinum, & validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data concessas esse, & fore, sicque, & non alias in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vice Legatos, dictæque Sedis Nuncios, ac alios quomodolibet quavis auctoritate, potestate, prærogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & præeminentia fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quovis judicio, & quavis instantia, judicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca dilecto Filio actuali Ministro totius Ordinis Minorum, ejusque Successoribus pro tempore exstituris per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipse, vel per se, vel per suum Commissarium Generalem, sive per Judices Conservatores ipsius Ordinis, aut etiam per alios quoscumque sibi benevisos, & ab ipso delegatos, præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties fuerit requisitus, solemniter publicans, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat auctoritate nostra, tamquam Commissarius Apostolicus ad hunc effectum specialiter delegatus, easdem præsentes literas, & in eis contenta hujusmodi ab illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter, & inconcusse observari; omnesque, & singulos, quos ipsæ præsentes literæ concernunt, præmissorum omnium, & singulorum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere; non permittens illos super his a locorum Ordinariis, aut ab alio quocumque quavis auctoritate fungente, quomodolibet, & indebite molestari, perturbari, vel inquietari; nullum, & subsistens declarans quid quid sic, aut fuerit in contrarium factum: divisiones, obstacula, & perturbationes inter præfatum Tertium Ordinem, præsertim sæcularium, & contra ipsos Tertiarios prædicto Ordini Minorum, ut præmisimus, subjectos, insimulque rebelliones, ac sublevationes adversus Superiores, & Religiosos primi Ordinis, eorumque in prædictum Tertium Ordinem Superioritatem, correctionem, jurisdictionem, & privilegia, sub quocumque prætextu, ratione, vel causa exortas, latas, & deductas, non permittens: contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo; legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus, aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii PP. VIII. Prædecessoris Nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres Dietas aliquis vigore præsentium ad judicium non trahatur; aliisque quibusdam forsan in contrarium præmissorum quomodolibet editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; ac, quatenus opus sit, dicti Tertii Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, stylis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam Consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium eorumdem præmissorum concessis, approbatis, innovatis, & confirmatis; etiamsi in eis caveatur expresse, quod illis per quascumque literas Apostolicas, etiam motu proprio, ac consistorialiter, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, pro tempore concessas, quascumque etiam derogatoriarum derogatorias in se continentes, derogari non possit, neque censeatur eis derogatum, nisi hujusmodi derogationes consistorialiter factæ, & per diversas literas intimatæ fuerint: quibus omnibus, & singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & causas, etiam quantumvis prægnantes, pias, & privilegiatas præsentibus pro plene, & sufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insertis, expressis, ac specificatis habentes; illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, & singulorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat, latissime, & plenissime, ac sufficienter, nec non specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus præterea, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus ex Secretariis Ministri, vel Commissarii Generalis dicti Ordinis, sive Notarii publici subscriptis, & sigillo officii ejusdem Ministri, vel Commissarii, aut Procuratoris Generalis ipsius Ordinis, vel alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, innovationis, approbationis concessionis, extensionis, ordinationis, largitionis, decreti, voluntatis, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolo-

rum ejus se noverit incursurum.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo vigesimo quinto, 4. Idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Loco ✠ Plumbi.

P. Cardinalis Pro-Datarius.

F. Cardinalis Oliverius.

Visa de Curia I. Archiepiscopus Ancyranus.

Lucas Martinettus.

DECRETUM

Quo Lectoribus Jubilatis de numero Ultramontanæ Familiæ locus immediatus post actuales Diffinitores conceditur, cum subrogatione inter Ex-Diffinitores.

SAcra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum; & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplicem .... libellum remisit, visis relationibus Eminentissimi Corsini Protectoris, & P. Ministri Generalis Ordinis, referente Eminentissimo Petra, censuit, Lectoribus Jubilatis de numero Ultramontanæ Familiæ locum immediatum post Diffinitores actuales, subrogationemque inter Ex-Diffinitores esse concedendam, prout præsentis Decreti vigore benigne concedit; enunciata Constitutione Sanctitatis suæ feliciter regnantis, & aliis quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Romæ 7. Decembris 1725.

F. Card. Paulutius.

Loco ✠ Sigilli.

P. A. Archiep. Larissæ Secret.

Altaria Privilegiata olim concessa confirmantur, & alia de novo instituuntur.

DECRETUM.

Feria 6. die 14. Decembris 1725.

SAnctissimus Dominus Noster, ad humillimas preces Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, confirmavit omnia Altaria Privilegiata perpetua, quæ reperiuntur concessa in nonnullis Ecclesiis trium Ordinum eidem Ministro Generali subjectorum.

Quia verò in aliquibus aliis Ecclesiis eorumdem Ordinum Altare Privilegiatum pro una, vel pluribus Feriis, cum aliquo determinato numero Missarum ad Septennium, seu ad aliud longius tempus nondum forsan elapsum, reperitur concessum, Sanctitas sua, prævia illorum revocatione, eadem Altaria Privilegiata denuo concessit in perpetuum pro Feriis, & cum numero Missarum, ut infra.

In Ecclesiis itaque trium Ordinum præfatorum, in quibus usque adhuc nullum Altare Privilegio decoratum existit, Sanctitas sua concessit unicum tantum Altare Privilegiatum perpetuum juxta modum, videlicet:

In Ecclesiis Fratrum Minorum, in quibus quatuor Missæ quotidie celebrantur, concessit Altare Privilegiatum pro Animabus quorumcumque Christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, pro una feria cujuslibet Hebdomadæ: In quibus decem Missæ, pro duabus Feriis: In quibus quindecim, pro tribus: In quibus viginti, pro quatuor: In quibus vigintiquinque, pro quinque Feriis: Et in quibus trigintaquinque, concessit Altare Privilegiatum quotidianum.

In Ecclesiis vero sitis in partibus Infidelium, vel Hæreticorum, concessit Altare Privilegiatum similiter in perpetuum pro una Feria in Hebdomada, absque expressione numeri Missarum.

Et in aliis Ecclesiis in Regno utriusque Poloniæ existentibus pariter concessit Altare Privilegiatum perpetuum pro una feria, cum numero trium Missarum: pro duabus Feriis, cum numero sex Missarum quotidianarum.

In Ecclesiis autem Monialium pariter concessit Altare Privilegiatum perpetuum pro una Feria cujuslibet Hebdomadæ, absque expressione numeri Missarum; sed pro Monialibus tantum, earumque Consanguineis, Affinibus, & Benefactoribus.

Cum hac tamen declaratione, quod in singulis supra relatis Fratrum Ecclesiis, quibus modo Altare Privilegiatum conceditur, Indultum sit restrictum ad Sacerdotes dumtaxat Ordinum supra expressorum inibi celebrantes: & quod Altaria, & Feriæ, pro quibus conceditur Privilegium, semel tantum ab Ordinariis locorum designari debeant.

Tandem Sanctitas sua voluit, quod hujusmodi concessionibus fruantur, non solum Ecclesiæ, quas in præsenti jam habent; verum etiam aliæ omnes, quas in posterum præfatus Ordo Minorum, ipsiusque Generales Ministri acquirent.

L. Card. Picus Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

Abso-

Absolutio a pœnis contentis in Constitutione de Largitione munerum.

FR. LAURENTIUS A S. LAURENTIO

Lector Jubilatus, Sacræ Congregationis Indicis Consultor, Supremæ & Universalis Inquisitionis Qualificator, Examinator Romani Cleri, Sacri Montis Sion Ex-Guardianus, & totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus.

Universis, & singulis Superioribus, & Subditis nostræ curæ subjectis, tum Observantibus, quam Reformatis, Recollectis, Excalceatis, Tertii Ordinis, vel alio quocumque nomine nuncupatis, textum Regulæ Seraphicæ sub uno capite profitentibus, sicuti etiam Secundi, & Tertii Ordinis Monialibus, Salutem, & Seraphicam Benedictionem.

QUoniam saluti pristinæ, Immaculata Virgine intercedente, per misericordiam Domini, jam fuimus restituti, hoc etiam titulo summæ ipsius clementiæ obstricti sumus, quod scilicet nos conservaverit ad gratiam habendam vobis, concesseritque quod inditum gratitudini primum officium est, testari nempe se ipsam posse per aliquod publicum documentum. Quas etenim pro nostra incolumitate fuderitis ad Deum preces, non modo nunciis undequaque didiscimus ad nos transmissis, sed ferme sentimus beneficio ipso præproperæ sanitatis; quod enim potissimum eo tempore remiserit morbi vis, quo pertinax iteratis insultibus, ut plurimum, urgere solet, quodque illis ipsis diebus in integrum fere convaluerimus, quibus in deterius non sibi maximum stare est, omnino acceptum orationibus vestris dignoscimus ferendum esse, quibus inutilem, immeritumque in ministerio collato à vobis ipsis, adhuc superstitem desideratis. Currentibus igitur nobis in servitio vestro, quantum ferre nostrarum virium tarditas nata erat, per hujus voluntatis exensionem egregium stimulum addidistis; agamusque propterea, ut quod nobis superest vitæ, intenta solicitudine in emolumentum vestrum, & commodum exigamus: his proinde literis ipsis fidem hujusmodi liberantes, certiores vos facimus, quod Sanctissimus Dominus Noster, & D. Benedictus PP. XIII. dudum oraculo suo supplicibus nobis facto, & novissimis istis diebus ad preces nostras (qua sua est clementia) confirmato, omnibus, & singulis jurisdictioni nostræ subjectis, non tantum remisit pœnas, in quas per inobservantiam Bullæ *de largitione munerum* forsitan inciderunt, verum etiam eodem & Sæculares ipsos a restitutione per talem Bullam injuncta, usque ad publicationem præsentium (quam in omni Conventu fieri volumus) absolvere dignatus est. Exoneratis ergo conscientiis, si quæ isto levamine indigebant, rogamus etiam, atque etiam vos omnes, ut a largitore munerum supernorum exoretis nobis & sapere, & posse, & velle, quæ ad gloriam suam, & utilitatem Ordinis nostri a nobis præstanda sunt, & desinentes in easdem gratias illas ad dilectionem vestram, a quibus hæ nostræ literæ (quod earum erat propositum) inceperunt, toto animo impendimus vobis omnibus paternam, & Seraphicam benedictionem. Datum Romæ ex Aracœli, die 27. Mensis Decembris anni 1725.

F. Laurentius a S. Laurentio
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De Mandato S. P. Rmæ.
Fr. Emmanuel Fernandez *del Rio*
Secretarius Generalis Ordinis.

H*Oc anno habitum fuit Romæ Concilium Lateranense, in quo nonnulla statum Regularium concernentia innovata, ac confirmata sunt, quæ inutile fune non erit hoc in loco exscribere. Itaque de Privilegiis Regularium excipiendi Sacros Ordines extra Tempora, sequens emanavit Decretum.* Tit. V. Cap. II.

„ Quo vero ad Regulares privilegia a Summis
„ Pontificibus habentes, sive expresse, sive per viam
„ communicationis concessa, Sacros videlicet Ordines
„ extra tempora suscipiendi; cum privilegia ipsa in suo
„ robore persistant, nec iis derogatum fuisse constet,
„ decernimus proinde Regulares eosdem, absque no-
„ vo indultu Apostolico, tuto posse extra tempora
„ ordinari.

Tit. XIII. Cap. I. commendatur omnibus Locorum Ordinariis Instructio Sacræ Congregationis Concilii pro Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & Patriachis, super modo conficiendi Relationes Statuum suarum Ecclesiarum, quas occasione Visitationis Sacrorum Liminum eidem Sacræ Congregationi exhibere tenentur: *In qua §. V. n. VIII. habetur:* „ An
„ adhibitis Superioribus Regularibus, singulis annis
„ exegerit rationem administrationis ab his, qui admi-
„ nistrarunt bona pertinentia ad hæc Monialium Mo-
„ nasteria Regularibus subjecta: & an fideliter eo-
„ rum redditus administrentur, & alia fuerint adim-
„ pleta, quæ præscribuntur in Bulla Gregorii XV. quæ
„ incipit *Inscrutabili. Et tamen experimur quotidie Ordinarios numquam ad id Superiores Regulares adhibere. Idem in terminis præcipit Sanctissimus Pontifex* BENEDICTUS *XIV. scilicet regnans in simili Instructione, quæ refertur Tom. 1. ejus Bullar. in Appendic. §. IV. n. VIII.*

Confirmatur Decretum Sacræ Congregationis particularis in favorem Provinciæ Sancti Andreæ in Belgio contra Provinciam Flandriæ.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

INscrutabili Divinæ Providentiæ arcano in Supremo Apostolatus solio, meritis licet imparibus, constituti, illiusque Vicesgerentes in Terris, qui pacis auctor existit, & gloriosus regnat in Cœlis, ex incumbentis Nobis Pastoralis officii debito, ad ea libenter intendimus, quæ Religiosorum Ordinum prosperum statum, & indemnitatem respiciunt, ut personæ ipsæ, sub suavi Religionis jugo, Altissimo exhibentes famulatum, semotis litium anfractibus, & dissidiis, quæ Inimicus homo suggerit, ac dispendia, vel turbationes illis afferre possunt, per nostri partes Ministerii votivis gratulentur eventibus, proptereaque iis, quæ ad pacem inter eas servandam, etiam aliquo mediante Decreto facta fuisse comperimus, cum id potissimum a Nobis petitur, Apostolic mu-

munimimis perpetuam adjicimus firmitatem, prout Personarum hujusmodi, locorum, & temporum qualitatibus matura consideratione pensatis, in Domino conspicimus salubriter expedire. Sane dilecti Filii moderni Provincialis, & FF. Conventuum Ordinis Sancti Francisci Recollectorum nuncupatorum Provinciæ Sancti Andreæ in Belgio nullius Provinciæ Cameracen. seu Tornacen. Diœcesis ad sedandas lites, & discordias Provinciæ primo dictæ, quæ a pluribus annis exortæ vigebant, aut in dies exoriebantur inter dilectos, & Religiosos Filios ejusdem primodictæ Provinciæ ex una, aliosque Conventus, & Fratres ejusdem Ordinis Provinciæ Flandriæ ex altera partibus, partialitates, & factiones componentes, super prætensa incorporatione facienda ultimo dictæ Provinciæ trium Conventuum ejusdem Ordinis, videlicet Montensis, Binchiensis, & Tornacensis cum duabus Residentiis, ad præsens primodictæ Provinciæ subjectorum, ad Sedem Apostolicam recursum habuerunt, ac nos pro componendis hujusmodi litibus, & controversiis, & ne eorum jura indefinita, impendentia, & indecisa remanerent, imo, ut illa potius experirentur iidem primo, & ultimo dictæ Provinciæ Religiosi; particularem Congregationem nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium deputavimus, ac sub die 2. mensis Maii proxime præteriti coram eadem Congregatione eorum juribus ab utraque parte deductis, ab illa emanavit Decretum, videlicet.

„ Congregatio particularis a Sanctissimo Domino
„ Nostro deputata Eminentissimorum, & Reverendissi-
„ morum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Pau-
„ lutii, Corsini, & Sanctæ Agnetis, habita die 2. Maii
„ 1725. perpensis juribus, documentis, & rationibus ab
„ utraque parte informante deductis censuit, & decrevit
„ Nihil innovandum, & cum Sanctissimo -- Die vero
„ 9. prædicti mensis Maii, facta per infrascriptum Se-
„ cretarium de his relatione, Sanctitas Sua prædictæ
„ Congregationis sententiam benigne approbavit.
„ Romæ &c.

Loco ✠ Sigilli.

F. Cardinalis Paulutius.

F. A. Secretarius.

Cum autem, sicut exhibita nuper Nobis pro parte Provincialis, & Fratrum primod. petitio continebat, ea, quæ a Sede Apostolica prædicta approbantur, & confirmantur, longe firmius subsistant, & ab eis ad quos spectat, melius, & exactius observentur, propterea que Provincialis, & Fratres primodicti ad discordias, partialitates, & factiones hujusmodi tollendas, ac pacem, & unionem inter Personas Ecclesiasticas, præsertim Religiosas, magis conservandam, plurimum cupiant sententiam, seu Decretum hujusmodi, pro ejus firmiori subsistentia per Nos approbari, & confirmari; quare pro parte Provincialis, & Fratrum primod. Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui, quantum in Domino possumus, litibus obviare, ac Personarum quarumlibet, præsertim Regularium, tranquillitatem, concordiamque paternis, & sinceris desideramus affectibus, Provincialem, & Fratres primodictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis &c. sententiam, seu Decretum hujusmodi, Apostolica auctoritate tenore præsentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illique irrevocabilis, & irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque &c., tàm juris &c. substantiales defectus &c. supplemus &c. easdem præsentes semper &c. & inviolabiliter perpetuò observari &c. Sicq. per quoscumque Judices &c. & si secus &c. irritum &c. Non obstantibus &c. Nulli ergo hominum &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum 1726. Nonas Januarii.

Non destitit tamen Provincia Flandriæ, quin omnem, ut ajunt, moveret lapidem, pro obtinendo quod tandem sequentibus Pontificis consecuta est literis.

Nonnulli Conventus Provinciæ Flandriæ uniuntur, & alternativa inter Flandros, & Leodienses decernitur.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis Officii Nobis divinitus commissi sollicitudo Nos admonet, ut Religiosorum Virorum Altissimi obsequiis sub suavi Christi jugo mancipatorum quieti, ac indemnitati, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere jugiter studeamus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Guillelmus Jodogne modernus Minister Provincialis Provinciæ Flandriæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Recollectorum nuncupatorum, quod, cum inter novissimos bellorum in Belgicis ditionibus sævientium tumultus ultra viginti septem Monasteria Monialium, plures Fratrum Ordinis præfati Conventus, Audomarensis scilicet, & Biezensis, Retinensis, Avesnensis, Givetensis, & Barbansoniensis, a dictis Provincia dismembrati, & avulsi, Fratresque priores Sancti Antonii in Arthesia, ac Fratres reliqui Conventus ejusmodi, cum Residentia Insulensi, Sancti Andreæ respectivè Provinciis ejusdem Ordinis uniti, & incorporati fuerint, unde prædicta Provincia Flandriæ grave detrimentum, ac diminutionem accepit; Fratres verò dictæ Provinciæ Sancti Andreæ Conventus Montensem, Binchiensem, & Tornacensem, cum Residentia *de Pont à Canoffe* nuncupata, sub ditione Charissimi in Christo Filii Nostri CAROLI Hispaniarum Catholici, & Romanorum Regis Imperatoris electi consistentes, possideant, qui nullum Ministrum Provincialem de præsenti agnoscunt, ac Corpus ab eadem Provincia Sancti Andreæ segregatum, & divisum constituunt; ipse Guillemus tum in compensationem memoratorum Monasteriorum, & Conventuum a sua Provincia Flandriæ dismembratorum, ut præfertur, tùm pro salubri horum trium Conventuum cum ejusmodi Residentiæ regimine, ac gubernio, illos eidem Provinciæ Flandriæ uniri, & incorporari; & quia in ipsa Provincia Flandriæ inter Fratres Natione Leodienses, qui novem tantum Conventus in ea obtinent, ac Flandros, seu aliunde oriundos, quibus dicta Provincia constat, octodecim Conventus, quatenus tres præfati illi uniantur, habituros, occasione distributionis Officiorum multiplices turbæ, ac discordiæ enasci consueverunt, aliquam pro perpetua dictæ Provinciæ quiete æquam inter Fratres Leodienses, & Flandros prædictos alternativam in Officiis præfatis præscribi, atque stabiliri plurimum desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Guillelmum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes,

& a quibosvis excommunicationis, suspensionis, & & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutam fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac præmissis, aliisque justis ex causis Nobis notis adducti, præfatos tres Conventus Montensem, Binchiensem, & Tornacensem cum dicta Residentia *de Pott a Canasse* a memorata Provincia Sancti Andreæ auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo separamus, & dismembramus, illosque sic separatos, & dismembratos prædictæ Provinciæ Flandriæ itidem perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus. Ad hæc, quod bis consecutivè Minister, ac tres Diffinitores ipsius Provinciæ Flandriæ, & Fratribus Flandris, seu aliunde oriundis, ac tunc Custos cum uno Difinitore ex Leodiensibus eligantur; altera autem, seu tertia vice, Minister cum uno Definitore sit ex Leodiensibus: Custos vero cum tribus Definitoribus ex Flandris, vel aliunde oriundis; sicque deinceps reliqua etiam officia dictæ Provinciæ æqualiter, juxta numerum Conventuum utriusque Nationis, distribuantur, eadem auctoritate harum serie statuimus, atque præcipimus, & mandamus. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula, de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non præfatorum Ordinis, Provinciarum, & Conventuum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xii. Octobris 1726. Pontificatus Nostri anno tertio.

Pro D. Cardinale Oliverio.

C. Archiepiscopus Emissenus.

L I T E R Æ

Ministri Generalis ad Provinciam Flandriæ ob præmissum Breve.

FR. LAURENTIUS A S. LAURENTIO

Lector Jubilatus, Sacræ Congregationis Indicis Consultor, supremæ, & universalis Inquisitionis Qualificator, Examinator Cleri Romani, Sacri Montis Sion Ex-Guardianus, & totius Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci Minister Generalis, & Servus.

Dilecto Nobis in Christo R. P. Ministro Provinciali, ac Vener. Definitorio Provinciæ nostræ Flandriæ salutem in Domino sempiternam.

Quantumvis singulas Seraphicæ, Altissimo ita disponente, Nobis concreditæ Religionis Provincias, particularesque earumdem Fratres, tanquam Filios nostros in Domino dilectissimos æquali prosequamur affectu, itant nostra nil penitus intersit a quibus, aut cujus Nationis Subditis, sive Fratribus illarum respective Conventus inhabitentur, dummodo (quod unicum est cordis nostri desiderium) singuli Ordinem nostrum Fratrum Minorum professi, juxta Seraphici Instituti Nostri normam, sub unitatis, charitatis, & observantiæ regularis suavi jugo famulentur Altissimo: cum tamen Sanctissimo Domino Nostro Benedicto XIII. feliciter regnanti placuerit Conventus Nostros Montensem, Binchiensem, & Tornacensem, cum residentia *de Pots a Canosse*, alias ad Provinciam nostram Sancti Andreæ spectantes, ab ea dismembrare, ac Provinciæ nostræ Flandriæ, ex motivis Suæ Sanctitati notis, in perpetuum unire, & incorporare, prout in Brevi super hac, aliisque materiis 12. Octobris hujus anni 1726. emanato apparet; ne ex hujusmodi mutationis, & incorporationis modo Fratres, ac Filii nostri præfatos Conventus inhabitantes patiantur, aut cujusvis discriminis periculo exponantur, singulis tam Superioribus, Officialibus, &, si qui reperiantur, Monialium Confessariis, quam Subditis, Sacerdotibus, Clericis, ac Laicis, juxta facultatem a Sua Sanctitate per Secretariam Status, sub 21. Octobris ejusdem anni Nobis expresse intimatam, ac impertitam, plenam concedimus libertatem, ut si voluerint, ipso facto una cum dictis Conventibus, ac Residentia eidem Provinciæ Flandriæ incorporentur, sub obedientia R. P. Ministri pro tempore existentis, uti & nunc pro tunc, & semper unitos, & incorporatos a die suscepti habitus declaramus, supplendo interim consensum Provinciæ Sancti Andreæ, juxta mentem ejusdem Sanctissimi, atque confirmando interim Superiores Locales, Monialium Confessarios, cæterosque Minores Officiales ita incorporatos in eorum respective Officiis, usque ad proximum ejusdem Provinciæ nostræ Flandriæ Capitulum, aut Congregationem, ubi, juxta præcitatum Sanctissimi D. Nostri Breve, aliasque Seraphico Ordini nostro præscriptas leges, procedendum erit. Vobis itaque Ministro, Custodi, Definitoribus, ac universis ejusdem Provinciæ Flandriæ Fratribus præcipimus, ac mandamus, ut præfatos Fratres vobis unitos, ac Provinciæ illi incorporatos, juxta men-

mentem Sanctissimi in futurum respiciatis, ac teneatis tanquam in eadem Provincia vestra educatos, ac comprofessos, sine ullo Personarum discrimine, non obstantibus quibuscumque statutis, etiam municipalibus contrariis, in quibus non solum Officii nostri auctoritate, verum etiam Suæ Sanctitatis expressa, ad hunc effectum Nobis concessa facultate, dispensamus, ut pax, & charitas inter vos foveatur, atque ad æternæ vitæ meritum jugiter custodiatur. Utque de præsentibus literis, ac ordinatione Sanctissimi omnibus, ac singulis constet, mandamus, ut præsentes nostræ in publica Communitate tam Conventuum præfatorum incorporandorum, quam reliquorum totius Provinciæ publice promulgentur, ac per veram charitatis operationem integrum suum effectum consequantur, quem in finem vobis omnibus Paternam nostram benedictionem toto Cordis affectu impertimur.

Datum Romæ ex Aracœli, die 23. Novembris 1726.

Loco ✠ Sigilli.

F. Laurentius a Sancto Laurentio
Minister Generalis.

Ut autem hæc firmius servarentur alias eorumdem confirmativas obtinuit Provincia Flandriæ incipientes *Alias pro parte* datas sub die 30. Augusti 1727. quas infra referemus. Quibus Apostolicis Sanctionibus coacta Provincia Sancti Andreæ dictorum omnium cedere possessionem, protestata solemniter est in contrarium, & habito novo recursu ad Pontificem, hic alteram deputavit Congregationem particularem, a qua prodiit Decretum 13. Septembris 1729. quo enunciatur prædicta duo Brevia non esse sustinenda, ut infra videbimus.

Confirmatur erectio Seminarii Missionariorum in Provincia S. Gabrielis PP. Discalceatorum.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provinciæ Sancti Gabrielis, Ordinis S. Francisci Discalceatorum nuncupatorum in Hispania, Congregationi Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod ipsa Provincia animabus sanguine Agni redemptis proficere cupiens, sibi unum ex suis Conventibus, per Fratres Diffinitorii Provincialis designandum, in Collegium, seu Seminarium Missionariorum erigendi facultatem concederet, qui quidem Missionarii Apostolicis Missionibus unice dediti sint, cujusque Guardianus, & alii Fratres, ac pariter ipsum Seminarium, strictissimis ipsius Provinciæ Constitutionibus gubernentur, ac Ministro, & Diffinitorio Provinciali immediate Subditi sint, cui etiam electio Guardiani pro tempore dicti Seminarii, nec non Novitiorum receptio competat, sicut in aliis totius Provinciæ Conventibus observatur; non autem immediate Prælato Generali subjiciantur, quemadmodum in quibusdam fel. rec. Innocentii PP. XI. Prædecessoris nostri, desuper in simili forma Brevis expeditis litteris pro Collegiis Missionariorum sitis in Provinciis ad Familiam Hispanicam spectantibus, disponitur: prohibendo simul expresse, quod, dummodo in dicta Provincia Sancti Gabrielis prædictum Seminarium arectum sit, nullus ex ejusdem Provinciæ Alumnis transire possit, titulo Missionum, ad alia Missionariorum Collegia extra ipsam Provinciam existentia, concedendo his novis Missionariis omnia, & singula privilegia, ac prærogativas in dictis litteris Innocentii Prædecessoris contenta, quibusque gaudent alia Missionariorum, etiam regularis Observantiæ, Seminaria, remanente tamen intacta, & illæsa eadem Superioris Generalis auctoritate, & Superioritate, quam in omnibus Provinciis, & Conventibus prædicti Ordinis exercet; excepta tamen immediata subjectione, electione Guardiani, & receptione Novitiorum, quæ, ut supra dictum est, spectare debeat ad Ministrum, & Diffinitorium Provinciale pro tempore, quemadmodum die xx. Augusti MCCXXIII. ab eadem Congregatione Cardinalium Provinciæ Sancti Pauli ejusdem Ordinis Discalceatorum indultum, & subinde per quasdam nostras literas desuper pariter in simili forma Brevis die xx. Junii MCCXXIV. expeditas, confirmatum fuerat, emanavit a prædicta Congregatione Cardinalium decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

„ Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, visis relationibus Eminentissimi Corsini Protectoris, & P. Procuratoris Generalis Ordinis Discalceatorum, & Recollectorum, referente Eminentissimo Belluga, benigne indulsit, ut Pater Provincialis prædictæ Provinciæ, veris existentibus narratis, ad fundationem prædicti Collegii, seu Seminarii Missionariorum in uno ex Conventibus ejusdem Provinciæ, sibi, & Diffinitorio Provinciali bene viso, juxta formam, privilegia, & onera contenta in præcitatis brevibus san. mem. Innocentii XI. pro suo arbitrio, & conscientia, servatis servandis, deveniat; immediata tamen Jurisdictione, electione Guardiani, ac receptione novitiorum exceptis, quæ reservatæ intelligantur eidem Provinciali modo supra descripto, & cum expressa etiam conditione, ut Religiosi illiusmodi Provinciæ de uno ad aliud Seminarium alterius Provinciæ transire, & Guardianus hujus Seminarii erigendi Religiosos aliarum Provinciarum Ordinis acceptare, minime possint, & valeant, firmis cæteroquin, integris, & illæsis remanentibus omnibus aliis prærogativis, auctoritate, & Superioritate, debitis, & competentibus P. Ministro Generali Ordinis: Constitutionibus Apostolicis, & Ordinis, cæterisque contrariis quibuscumq. non obstantibus. Romæ 7. Decembris 1725.

F. Cardinalis Paulutius.

Loco ✠ Sigilli.

P. A. Archiepiscopus Larissæ Secretarius.

Cum autem, sicut dilectus filius Joannes Diaz a Conceptione Sacræ Theologiæ Lector, Provinciæ Sancti Didaci in Bætica Pater, ac Discalceatorum, & Recollectorum dicti Ordinis S. Francisci in Romana Curia Procurator Generalis, Nobis subinde exponi fecit, ipse præmissa, quo firmius subsistant, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsius Joannis Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, & censuris, ac pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel

vel causa litis, siquibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus nobis ejus nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, illique inviolabilitet Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, primo dictæ Provinciæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & constitutionibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 16. Januarii 1756. Pontificatus nostri anno secundo.

Interdicitur Regularibus transitus ad alias Religiones, & uni Pontifici reservatur jus ad illum concedendum.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad futuram rei memoriam.

Licet Sacra Tridentina Synodus, ut integritati disciplinæ Regularium prospiceret, provido consilio statuerit, neminem cujuscumque Ordinis Prælatum, vel Superiorem, vigore cujusvis facultatis, aliquem ad habitum, & Professionem admittere posse, nisi, ut in Ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui Superioris obedientia in Claustro perpetuo maneat: & licet Pius Papa V. Prædecessor noster Constitutionem ediderit, qua omnia privilegia abrogavit, quibuscumque Ordinibus, Monasteriis, Hospitalibus, & locis Piis olim concessa, excipiendi, & retinendi Fratres, Monachos, Canonicos, aliosque, quamvis in Ordine mitiori professos, prohibendo, ne illi in posterum ad habitum, & professionem regularem admitterentur, etiamsi perpetuo manere, & vivere deberent in Claustro; nihilominus viri pietate, & prudentia conspicui Nobis exposuerunt, se longa experientia didicisse, Nosque ipsi, qui, Deo favente, hac ipsa die regulare instituttum Ordinis Prædicatorum in adolescentia professi fuimus, & adhuc profitemur, sæpe longo usu cognovimus, prædictas sanctiones, & cautelas pro recta Ordinum Regularium disciplina, adversus calliditatem, & malitiam hominum tuenda, parum sufficere. Siquidem compluries contigit, & in dies contingere videmus, quospiam Ordinis regularis, & Claustralis institutum professos, deinde, postquam illud apostasia deseruerunt, vel etiam aliquando sine apostasia, peculiares ob causas, ejusmodi transitus facultatem postulare, & impetrare consuevisse a propriis Superioribus, se privilegium subditis suis Regularibus eumdem transitum ad alias religiones concedendi habere jactantibus; vel ejusmodi facultatem sibi dari procurare à S. R. E. Cardinalibus Legatis, vel ab ejusdem Ecclesiæ Cardinali majori Pœnitentiario, & non raro a nostræ Civitatis Avenionensis Vice-Legato, vel ab alterutra ex Congregationibus Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negociis Episcoporum, & Regularium præposita, & Sacri Concilii Tridentini Interpretum. Quæ facultas transeundi ad profitendam regulam alterius Religionis, in qua nulla vigeat Claustralis, & Regularis Observantia; vel in aliam Religionem hospitalariam simul, & militarem, ubi etiam vigeat Claustralis, & Regularis Observantia, compluribus decretis earumdem Congregationum, & optimo statui Ordinum Regularium maxime opponitur.

Quare præcipua sollicitudo nostra erga omnes Regularium Familias, quas, veluti acies Castrorum, ad excubias militantis Ecclesiæ ordinatas, magno, & vere paterno amore complectimur, Nos monet, ut præsenti Constitutione, in suo pleno robore, & vigore perpetuis temporibus duratura, integritati eorumdem Regularium disciplinæ providentes, prædictam corruptelam evellere studeamus. Itaque omnibus, & singulis Regularibus, in quocumque Regulari, & Claustrali Ordine professis, transitum ad quemcumque alium Ordinem, in quo Claustralis, & Regularis Observantia non vigeat, post maturam hac de re habitam deliberationem, motu proprio, & ex certa scientia, omnino prohibemus. Transitum etiam ad quemcumque Ordinem hospitalarium, vel militarem, vel hospitalarium simul, & militarem, etiamsi in hujusmodi Ordinibus Claustralis, & Regularis Observantia vigeret, ac etiamsi ageretur de Apostata a primævo suo Ordine ad ejusmodi alium transire volente, pari modo prohibemus. Insuper quibuscumque Superioribus Regularium, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Legatis, ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinali majori Pœnitentiario, Nunciis Apostolicæ Sedis, Vice-Legato Avenionensi, utrique Congregationi Cardinalium, negocciis Episcoporum, & Regularium præpositæ, Sacrique Concilii Tridentini Interpretum per præsentes tollimus, revocamus, & abrogamus quæcumque privilegia, auctoritates, facultates, & consuetudines ejusmodi transitum concedendi cuicumque Regulari Claustrali, Apostatæ, vel non Apostatæ, quacumque de causa, quamvis etiam consensus accedat tam Superioris, in cujus Ordine antea professus fuerit, quam alterius Superioris, in cujus Ordine novam professionem emittere voluerit. Nobis autem, nostrisque Successoribus Romanis Pontificibus pro tempore existentis similes concessiones penitus reservamus, ita ut inposterum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Legati, ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalis major Pœnitentiarius, Nuncii Apostolicæ Sedis, Vice-Legatus Avenionensis, prædictæque Congregationes in examine libellorum supplicum hujusmodi transitus postulantium, hac de re nihil omnino decer-

nere

nere possint, nisi nostro, vel Romani Pontificis pro tempore existenti speciali rescripto, ejusmodi libelli supplices ad illos remissi fuerint: quo rescripto etiam obtento, nihilominus transitus facultatem, etiam si causæ ejus concedendi summæ viderentur, nullo modo concedere valeant, nisi postquam Nobis, & pro tempore existenti Romano Pontifici, totius rei distincta, & accurata relatio facta fuerit, & postquam a Nobis ipsis, vel a Romano Pontifice pro tempore existenti earumdem causarum pondus approbatum, & transitus facultas concessa fuerint.

Eisdem vero præsentibus literis nostris quoscumque transitus, non observato ad unguem harum tenore, in posterum faciendos, nullos, & invalidos fore, & esse declaramus: Ordinariis locorum concedentes, vel ad illos extendentes eamdem facultatem procedendi in eos, qui deinceps, præsenti Constitutione non observata, ad alium Ordinem transire ausi fuerint, quam Tridentina Synodus Ordinariis concessit in Regulares extra Monasteria vagantes, & crimina committentes.

Decernimus quoque præsentes de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quovis alio defectu notari, seu impugnari, aut quacumque ratione, tamquam fortasse contra alias Apostolicas, Canonicasque Sanctiones jampridem usu receptas, facientes, aut quovis alio quæsito colore in jus, & controversiam vocari, aut invalidari, aut ad terminos juris reduci non posse, sed semper validas, efficaces, ac perpetuo duraturas: sicque in præmissis universis, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vice-Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, ac causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, interpretandi, & definiendi facultate, & auctoritate, judicari, interpretari, & definiri debere; nec non irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca mandamus universis Locorum Ordinariis, ut, quando, ubi, & quoties opus fuerit, easdem præsentes solemniter publicantes, eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistant: Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis quibuscumque, nec non Ordinibus ejusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque, indultis, Literis Apostolicis eisdem Ordinibus, illorumque Superioribus, & Fratribus quomodolibet, etiam pluries concessis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de vebo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse motu simili derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, prohibitionis, decreti, mandati, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo sexto, Idibus Februariis, Pontificatus nostri anno secundo.

P. Cardinalis Prodatarius.
F. Cardinalis Oliverius.

Visa

De Curia J. Archiep. Ancyranus.

Lucas Martinettus.

Statuitur præcedentia PP. Observantium supra cunctos PP. Reformatos Ministro Generali subjectos.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis Officii Nobis divinitus injuncti sollicitudo Nos admonet, ut omni cura, ac studio ad ea jugiter intendamus, quæ pro Christifidelium sub suavi arctioris Religionis jugo mancipatorum, uberesque bonorum operum fructus, benedicente Domino, proferre jugiter satagentium, quieti, & tranquillitati consulitur, & quæ Religiosum eorum propositum turbare possunt, removeantur, ut nulla re præpediti, ac sublatis animorum diffidiis, & æmulationibus, juxta Regularia suorum Ordinum instituta, in pacis amœnitate gratum Altissimo impendant famulatum, feliciuribusque in dies in via Domini proficiant incrementis. Cum itaque, sicut accepimus, tametsi Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, Excalceati, Recollecti, ac Reformati respective nuncupati, unicum corpus Religionis, ac Ordinem insimul constituant, atque sub uno, eodemque capite, & Ministro Generali, etsi sub diversis Constitutionibus in Ecclesia Dei militent, antiquus tamen usus, ac generalis prope consuetudo invaluit, ut ipsi Fratres de Observantia ubique, nedum in Galliarum, Hispaniarum, Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, ac universa Germania, verum & in hac Alma Urbe nostra, ac reliqua passim Italia, ubi fel. rec. Gregorii XIII. Prædecessoris nostri Constitutio super præcedentia edita maxime viget, eosdem Fratres Excalceatos, Recollectos, & Reformatos in Processionibus, aliisque tum publicis actibus, & functionibus quibuscumque, nulla habita ratione majoris, vel minoris antiquitatis suorum Conventuum, præcedant, sufumque aliquot ab hinc annis pro parte dictorum Fratrum Reformatorum nonnullæ quæstiones super ejusmodi præcedentia memoratis Fratribus de Observantia in quibusdam Italiæ Provinciis motæ fuerunt, sub obtentu, quod quidam eorum Conventus tempore, & fundatione illis Fratrum de Observantia forent priora, licet in reliquis ejusdem Italiæ Provinciis Fratres de Observantia prædicti præcedentiam præfatam pacifice obtineant, etiamsi eorum Conventus post alios Fratrum Reformatorum inibi erecti reperiantur. Nos considerantes ejusmodi controversias inter Fra-

Fratres dicti Ordinis, qui vota sua in spiritu humilitatis, & paupertatis Domino exhibere profitentur, minime decere, ac turbas in eundem Ordinem non sine scandalo, ac mutuæ inter eos charitatis detrimento invehere posse, adeoque illas omni ratione recidere, unamque, ac certam hac in re formam ab omnibus Fratribus Reformatis prædictis servendam præscribere volentes, nec non Gregorii Prædecessoris literarum prædictarum tenorem, & alia quecumque, etiam specificam, & individuam mentionem, & expressionem requirentia, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & exacte specificatis habentes, motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, quascumque causas, lites, seu controversias, inter Fratres de Observantia, & Reformatos prædictos super præcedentia præfata ubilibet, & coram quibusvis Judicibus quomodolibet motas, ac pendentes, ad Nos harum serie avocamus, illasque penitus, & omnino extinguimus, ac supprimimus, & perpetuum desuper silentium imponimus. Utque deinceps usus, ac mos, qui in Urbe præfata, ac alibi inter Fratres de Observantia, & Reformatos servatur, ac retinetur in universa Italia, observari, & retineri debeat, quod scilicet dicti Fratres de Observantia ubique in Processionibus, aliisque actibus, tam publicis, quam privatis, digniorem, & honorabiliorem locum obtineant, ac ipsos Fratres Reformatos præcedant, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus tenore præsentium statuimus, & ordinamus; directe in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub excomunicationis majoris latæ sententiæ eo ipso per contrafacientes incurrenda pœna omnibus, & singulis Fratribus Reformatis Ordinis prædicti nunc, & pro tempore existentibus inhibentes, ne deinceps super præmissis, eorumve occasione Fratres de Observantia hujusmodi molestare, inquietare, perturbare, aut quoquomodo impedire audeant, vel præsumant. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet, quacumque auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis Locorum Ordinariis per præsentes motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel eorum quilibet per se, vel alium, seu alios ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Fratrum de Observantia fuerint requisiti, eis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant, auctoritate Nostra præmissa, juxta præsentium continentiam, & dispositionem, observari; Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus dictis Gregorii Prædecessoris Literis, ac Nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, ac Fratrum Reformatorum prædictorum, illorumque Conventuum, Domorum, & Locorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam per modum statuti perpetui, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro eorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque; aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, & ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides, tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die decimaquarta Februarii millesimi septingentesimi vigesimi sexti, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

F. Cardinalis Oliverius.

Locus ✠ Annuli Piscatoris.

Ut Commissarius Generalis Ultramontanæ Familiæ eamdem haberet facultatem reducendi onera Missarum in omnibus Conventibus sibi subjectis, quam antea P. Generalis obtinuerat, hic supplicem libellum Pontifici porrexit tenoris sequentis.

IL Ministro Generale di tutto l' Ordine di S. Francesco prostrato umilissimamente a piedi della S. V. espone, come avendogli conceduto la medesima S. V. sotto li 15. Luglio del 1724. il poter ridurre tutti i Legati di Messe perpetue, che hanno i Monasterj, e Conventi soggetti a loi, trova con la sperienza essergli difficilissimo per la vastità della Religione, per la differenza dei Regni, e per la diversità grande della moneta, delli usi, e della lingua, il far godere sì grande beneficio a Monasterj, e Conventi della Famiglia Oltramontana; e però avendo la stessa Famiglia il suo Commissario Generale, che comanda, supplica umilmente, che si degni concedere al Commissario Generale suddetto il poter far egli stesso le riduzioni per i Monasterj, e Conventi della Famiglia spettante ad esso lui, osservando appunto il tenore de Decreti spediti dalla S. V. a questo effetto, e servendosi del Concilio,

o de

a de Diffinitori Generali, che potranno venire, o d'altri fei Padri, che ne abbiano le abilità; e della grazia &c.

Quem cum Sanctissimus ad Sacram Congregationem Concilii remisisset cum omnibus necessariis, & opportunis facultatibus, prodiit rescriptum, quod sequitur.

Die 30. Martii 1726.

SAcra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad quam Sanctissimus D. N. supplicem hunc libellum remisit, facultatem deveniendi ad reductionem Missarum pro Monasteriis, & Conventibus Familiæ Ultramontanæ, modo superius expresso, supradicto Commissario Generali benigne impertita est; servatis tamen in reliquis forma, & teaore enunciatorum Decretorum.

Curtius Cardinalis Origo Præfectus.

Locus ✠ Sigilli.

Prosper de Lambertinis Archiepiscopus Theodosiæ, Sacræ Congr. Concilii Secretarius.

B R E V E

Quo Rmus P. Joannes de Soto Commissarius Generalis Ultramontanæ Familiæ in eodem Commissarii Generalis officio usque ad Generale Capitulum confirmatur.

Dilecto Filio Joanni de Soto Ord. Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum professori

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

RElígionis Zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Laurentius à S. Laurentio Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum ipse per suas litteras Congregationem Generalem in Familia Ultramontana dicti Ordinis, pro electione alterius Commissarii, juxta literas Apostolicas, & Ordinis præfati Constitutiones auctoritate Apostolica confirmatas, indixerit, de præsenti verò ob non nullas peculiares, & graves rationes eadem Congregatio ad effectum perduci nequeat, tempusque destinationis ejusdem Commissarii imminere; dictus Laurentius Minister Generalis, Te, qui, ut asserit, Frater expressè professus Ordinis præfati existis, idem officium Tibi ad triennium demandatum ex animi sententia illarum Provinciarum cum Z lo, & prudentia gessisti, in officio hujusmodi à Nobis confirmari summoperè desiderat; Nobis propterea supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Laurentii Ministri Generalis votis in præmissis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, teque specialis favore gratiæ prosequi volentes, & vestrum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodelibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Te in præfati Commissarii officio ad aliud triennium, & usque ad proximè venturum Capitulum Generale Ordinis hujusmodi cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, Tibique idem Commissarii officium ad triennium hujusmodi prorogamus, ac extendimus, & ampliamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis Ordinis præfati Superioribus, Fratribus, & personis, cœterisque, ad quos spectar, & spectabit in futurum, ut Te in Commissarii hujusmodi officio, illiusque libero exercitio juxtà, tenorem præsentium, continuare sinant, & faciant, Tibique in omnibus idem officium concernentibus pareant, & obediant, faveantque, & assistant respectivè. Ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his, à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro pleuè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 4. Aprilis 1726. Pontificatus nostri anno secundo.

Cum

Cum A. R. P. Benedictus a Castro Arquato in Provincialem Provinciæ Bononiensis fuisset assumptus, abdicavit se officio Procuratoris Generalis Reformator. ejusque loco suffectus est A. R. P. Felix Romanus Apostolicis, quæ sequuntur literis,

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dilecto Filio Felici a Roma Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum professori.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

REligionis Zelus &c. Cum itaque Nos hodie, seu nuper, dilectum Filium Benedictum de Castro Arquato Procuratorem Generalem Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, in Ministrum Provincialem Provinciæ Bononien. ejusdem Ordinis per quasdam nostras literas desuper in simili forma Brevis expeditas, seu certis modo, & forma tunc expressis deputaverimus, per deputationem vero hujusmodi officium Procuratoris Generalis Ordinis hujusmodi vacaverit, & vacet de præsenti; hinc est, quod Nos, ex commissæ Nobis cœlitus dispensationis munere, dicto Ordini de idoneo Procuratori Generali, qui illum studiose exerceat, providere cupientes. ac Te, qui Frater expresse professus Ordinis prædicti existis, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis censuris &c. ac de tua fide, prudentia, doctrina, charitate, integritate, vigilantia, ac Religionis Zelo plurimum in Domino confisi, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te præfati Ordinis Procuratorem Generalem usque ad proxime futurum Capitulum Generale dicti Ordinis, cum omnibus, & singulis præeminentiis, prærogativis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & Indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, tenore præsentium constituimus, & deputamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis dicti Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut Te ad demandatum tibi per præsentes Procuratoris Generalis officium, ejusque liberum exercitium, juxta earumdem tenorem præsentium, recipiant, & admittant, Teque recognoscant, ac Tibi respective faveant, & assistant, pareantque, & obediant. Ac decernentes easdem &c. sicque in præmissis &c. Non obstantibus &c. Quibus omnibus &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 11. Maii 1726. Pontificatus nostri anno secundo.

F. Card. Oliverius.

Libellus supplex nomine Tertiariorum Provinciæ Lusitaniæ, & Algarbiorum Pontifici porrectus pro declaratione Constitutionis Paterna S. Sedis,

Beatissime Pater.

PRovincialis, Custos, Diffinitores, ac Religiosi omnes Superiores, & Subditi Tertii Ordinis Pœnitentiæ Sancti P. Francisci Provinciæ Portugalliæ, & Algarbiorum, ad pedes S. V. humiliter provoluti supplices exponunt, quod ex Constitutione Apostolica, quæ incipit: *Paterna S. Sedis &c.* nuper edita à S. V. occasio quæsita est à nonnullis contentionis studio animatis Regularem Statum, & Ordinem præfatæ Provinciæ penitus convellendi, præcipuis, propriisque juribus, quibus nedum plurium sæculorum usu, sed etiam optimis titulis, ex Apostolicæ Sedis concessione, legitime potitur, eam expoliando, ac multa alia moliendo, quæ in interitum ejusdem propemodum educunt. Cum enim in dicta Constitutione præscriptum sit, ut Regulares omnes, qui sub tribus votis essentialibus Regulam Tertii Ordinis profitentur, parere debeant, & subesse Ministro Generali totius Ordinis Minorum, nullasque ex dictis Regularibus, qui præfato Ministro Generali obedientiam non præbeat, ad habitum Tertii Ordinis Seculares homines admittere valeat, hanc Sanctam, & laudabilem Sanctitatis Vestræ jussionem in eum extraneum sensum detorquent, ut velint, & clamitent, Religiosos dictæ Provinciæ non solum subjici debere Ministro Generali totius Ordinis Minorum, sed etiam Superioribus Provincialibus, & Localibus Fratrum Minorum de Observantia, atque iisdem Fratribus Tertii Ordinis ademptum sit jus dandi habitum Pœnitentiæ Tertiariis Secularibus. Quæ omnia aliena esse tum a mente S. V. tum ab ipsius Bullæ dispositione, facile se demonstrare posse Oratores confidunt. Etenim Religiosi præfatæ Provinciæ, licet Regulam, & constitutiones omnino diversas profiteantur; quantum ad formam regiminis attamen, ea utuntur per Constitutiones Apostolicas, qua utitur quæcumque alia Provincia primi Ordinis, tam Observantium, quam Reformatorum, Discalceatorum, atque aliorum hujusmodi, quæ subest regimini, & obedientiæ Ministri Generalis totius Ordinis Minorum; nam singulis trienniis suum eligit Provincialem, Custodem, & Diffinitores, prævia Visitatione Provinciæ à Visitatore ejusdem instituti, ac Præsidente Capituli deputato a Superiori Generali totius Ordinis, ac insuper Provincialis, & Custos jus habent suffragii in comitiis Generalibus Ordinis, sicut Provinciales, & Custodes Provinciarum primi Ordinis tam Observantium, quam Reformatorum &c. Quibus stantibus, si per Constitutionem S. V. Religiosi prædictæ Provinciæ subjicerentur Superioribus Provincialibus, & localibus primi Ordinis Observantium, maxima, & plurima inconvenientia, & incommoda inde orientur, in totalem ejusdem Provinciæ ruinam: aut enim nullum proprium, seu proprii instituti supremum Provinciæ Superiorem, & moderatorem haberent, aut plures ex æquo diversorum institutorum Superiores agnoscere cogerentur, aut tandem, contra omnis juris Regulam, Provincialis in Provincialem, Diffinitores in Diffinito-

nitores, id est pares in pares jus, & imperium haberent, & quacumque demum ratione, præfata Provincia Tertii Ordinis iniquioris, & deterioris conditionis esset, quam quæcumque alia Provincia primi Ordinis, sive Observantium, sive Reformatorum, sive Discalceatorum, sive Recollectorum, quæ præter obedientiam, quam præstare tenetur Ministro Generali totius Ordinis, nullum alium Superiorem Provincialem, & localem agnoscere cogitur, præter eos, quos ipsa ex propriu instituto in suis Capitulis, & Congregationibus eligit. Neque enim Provincialis Observantium jus habet in Provincialem Reformatorum, aut Discalceatorum, & similium. His accedit, quod cum præfata Provincia Tertii Ordinis constituta sit intra fines duarum Provinciarum primi Ordinis Observantium, sequeretur, quod ultra proprium Provincialem, duos alios ex Ordine Observantium, tamquam suos Superiores, admittere adigeretur; ex qua re proclivem esse ejusdem Provinciæ desolationem ex dissidiis, & contemptibus priorum Superiorum, quibus lata aperiretur via, nemo non videt, præcipue cum rationabiliter suspicari possit Provinciales Observantiæ nequaquam obviam ituros.

Sed illi, qui has lites excitant, & dictæ Provinciæ tranquillitatem, & rectum ordinem pervertere meditantur, forte decepti sunt ex verbis dictæ Constitutionis §. 8. quibus injungitur omnibus, qui Regulam Tertii Ordinis sub tribus essentialibus votis profitentur, *ut primarium Generalem honorent, & observent, & recognoscant, ejusque secundarios Delegatos, seu Provinciales, sive Guardianos, aut etiam Commissarios Visitatores, tamquam suos legitimos Superiores venerentur &c.* arbitrantes, quod per hæc verba Religiosi dictæ Provinciæ subdantur Provincialibus, Guardianis, & Commissariis Visitatoribus primi Ordinis Observantium, quæ tamen absurda, & prava intelligentia est. Cum enim dicti Religiosi præfatæ Provinciæ, tam Superiores, quam Subditi, pareant, & obediant Ministro Generali totius Ordinis, non tamquam supremo moderatori Ordinis Minorum Observantium, vel Reformatorum, sed tamquam primario Superiori Tertii Ordinis, profecto eos tantum Provinciales, Guardianos, & Commissarios Visitatores, tamquam secundarios ejusdem Ministri Generalis Delegatos observare, & recognoscere debent, qui sunt ex eodem Instituto Tertii Ordinis, juxta formam Apostolicarum Constitutionum; quippe, sicuti Minister Generalis totius Ordinis jus habet in dictam Provinciam Tertii Ordinis, non tamquam primarius Superior primi Ordinis Observantium, sed tamquam primarius Superior ejusdem Tertii Ordinis, ita Subditi Regulares ex eodem Tertio Ordine parere debent Provincialibus, Guardianis, & Commissariis Visitatoribus tamquam Delegatis Ministri Generalis, qui sunt ex eodem Instituto: nam quemadmodum distinctæ sunt Regulæ, & Constitutiones utriusque Ordinis, ita sunt distinctæ rationes in Superiore Generali utriusque Ordinis regendi, & moderandi; alioquin maxima confusio esset utriusque Instituti, si unus per Superiores alterius regeretur, & gubernaretur: neque ex hoc derogatur unitati membrorum sub uno capite, imo magis illis prospicitur, si inter ea congrua servatur Ministeriorum distinctio, & Superior Generalis unicuique jus suum servat, & juxta formam proprii instituti regit, ac dirigit.

Sed multo irrationabilius prætenditur per dictam Constitutionem S. V. adeptum esse præfatæ Provinciæ Tertii Ordinis jus admittendi Seculares homines ad habitum Pœnitentiæ Tertii Ordinis, quo jure longissimi temporis usu confirmato, non solum potitur vigore plurium Apostolicarum Constitutionum, sed etiam re judicata in ipso Sacræ Auditorio Rotæ. Quippe in laudata Constitutione hoc jus, seu privilegium iis tantum tollitur, qui Ministro Generali totius Ordinis Minorum non subduntur. Quare cum Regulares præfatæ Provinciæ obedientiam præbeant prædicto Ministro Generali, ejusque regimini subjiciantur, profecto in dicta Constitutione non intelliguntur comprehendi: alias pejoris conditionis fierent, quam Regulares Tertii Ordinis in Italia, qui Ministro Generali totius Ordinis Minorum non subjiciuntur, cum isti in hac Bulla excipiantur, iisque omnia jura, & privilegia, quibus gaudebant, serventur, & confirmentur.

Hæc quamvis per se clara sint, attamen ad vitanda jurgia, ac contentiones, servandamque Provinciæ quietem, ac tranquillitatem, Oratores enixissimis precibus obsecrant à S. V. confirmari, ac declarari, Regulares præfatæ Provinciæ Tertii Ordinis Portugalliæ, & Algarbiorum, eorumque dominiis, in dicta Constitutione non esse comprehensos, iisque omnia jura, ac privilegia, quæ per Apostolicas Constitutiones gaudebant ante Bullæ emanationem, servata esse illæsa, etiam postquam dicta Bulla emanavit: sin minus vero S. V. expediens videbitur huic supplici libello benignas aures præbere, Oratores supplicant, ut saltem dignetur eis potestatem facere rationes suas, ac jura deducendi, ac producendi coram Judice, & Judicibus à S. V. deputatis, ut post hujus rei examen dictæ Provinciæ bono, utilitati, ac regulari disciplinæ consulatur, & piissima intentio S. V. erga profectum, & augmentum Ordinum S. Francisci plenius, & uberius exequatur.

DECRETUM.

Reverendissimi P. Ministri Generalis ex commissione Sanctissimi D. N. PP. super postulatis in superiori supplici libello.

CUM retroscriptus supplex libellus Sanctissimo D. N. Benedicto PP. XIII. fuerit porrectus, Sanctitas Sua ad nos remitti benigne mandavit cum omni opportuna facultate, ut expositis providere, remediumque adhibere curemus, Nos igitur Fr. Laurentius a S. Laurentio Minister Generalis totius Ordinis S. P. N. Francisci, qui justitiam, pacemque pariter in omnibus, & singulis Provinciis Nobis concreditis præ cunctis peroptamus, considerantes prætensiones pro parte nonnullorum Patrum primi Ordinis de Observantia in Regno Portugalliæ (uti fertur) contra Provinciam Tertii Ordinis de pœnitentia in eodem Regno Portugalliæ, & Algarbiorum, ex sinistra intelligentia, pravaque interpretatione Constitutionis incipientis: *Paterna Sedis Sedi &c.* ab eodem Sanctissimo Idibus Decembris anni ultimo effluxi emanatæ exortas, hujusmodi prætensionibus, & turbationibus pacis inde provenientibus occurrere cupientes, facultate Apostolica præfata Nobis ad id specialiter commissa utentes, his nostris litteris decernimus, ac declaramus, in primis Superiores Regulares, omnesque, & singulos Fratres prædictæ nostræ Provinciæ tertii Ordinis de pœnitentia, sicut & cujusvis alterius ejusdem instituti, uti ab initio, vigore plurium Apostolicarum Constitutionum, ac Sanctæ Sedis concessionum quoad gubernium, directionem, visitationem, subje-

ctionem, & obedientiam omnino independentes extitisse a Superioribus tum Provincialibus, tum Localibus primi Ordinis de Observantia; ita etiam, non obstante supradicta constitutione, *Paterna Sanctæ Sedis*, hujusmodi prememorata independentia in omnibus, & per omnia pacifice, ac gaudere debere, solisque Superioribus Generalibus prædictas Provincias tertii Ordinis immediate subjici teneri. Decernimus insuper, & declaramus sæpe dictam Provinciam tertii Ordinis vigore pariter plurium Sanctæ Sedis constitutionum, ac concessionum, jus semper habuisse, quia & habere etiam post emanatam dictam Constitutionem, erigendi, seu fundandi in suis Conventibus cœtus, seu Congregationes Tertii Ordinis ex Sæcularibus, eosque admittendi ad habitum, & professionem, ac tandem eos visitandi, corrigendi, & gubernandi, ex delegatione speciali Ministrorum Generalium, cum omnimoda etiam independentia, quantum ad hæc omnia, a Superioribus Provincialibus, & Localibus Regularis Observantiæ, non aliter ac Superiores Provinciales primi Ordinis in suis Conventibus cœtus Tertii Ordinis ex Sæcularibus erigere valent, eos admittere ad habitum, & professionem, visitare, & corrigere, ac gubernare, tamquam Delegati nostri possunt, & valent, atque ita piissimæ menti Sanctissimi Domini Nostri adhærentes, decernendum duximus, ac deinceps observandum cunctis, ad quos attinet, iutimamus, præcipimus, ac jubemus in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub pœnis contra pacis, & justitiæ perturbatores, ac rebelles per Statuta nostri Ordinis impositis, aliisque nostro arbitrio infligendis, servatis alias servandis, ea, qua par est, obedientia omnibus, & singulis clausulis prædictæ Constitutionis *Paterna &c.* & præcipue §. XI. de non erigendis in posterum cœtibus, seu Congregationibus Tertii Ordinis Sæcularium in locis, in quibus Tertius Ordo fundatus exiſtit, aut à Conventu, apud quem existit, ad alium non transferendus.

Datum Romæ ex Aracœli die 27. Julii 1726.

Fr. Laurentius à S. Laurentio
Minister Generalis.

Cum Archiepiscopus Panormitanus, & Episcopus Syracusanus subsidii quinquennalis exactionem a Patribus Observantibus suarum respective Diœcesum omnino contra jura contenderent, habito recursu ad Pontificem, S. S. ad utrumque scribi jussit per Secretariam Status Epistolam sequentem.

Intus.

Illmo, e Rmo Signor mio Ossermo

HA sentito con qualche maraviglia Nostro Signore, che V.S. Illustrissima avendo giustamente esentati i Padri Riformati, e Cappuccini dalla contribuzione del corrente sussidio quinquennale, non abbia ciò pratticato verso i Padri Osservanti, mentre professando questi al pari de' primi una rigorosa povertà, meritano anco da lei un egual considerazione. Mi ha comandato pertanto di significarv, come fo, a V. S. Illustrissima, esser mente sua, ch' ella nella forma medesima esenti anco i detti Padri Osservanti di cotesta Provincia; onde io non dubitando, ch' ella farà per adempirla con la puntualità propria di lei, le rassegno il mio vivo desiderio di servirla, e a V. S. Illustrissima bacio divotamente le mani.

Roma 5. Ottobre 1726.

Divmo Obblmo Servitore
Nicolò Maria Arciv. di Nazianzo.

Die 9. Decembris 1726.

Faustissimus Universo Ordini hic dies fuit, in quo Reverendissimus Pater Noster Minister Generalis, summa omnium ordinum lætitia, ad Sacram Purpuram fuit promotus a fel. record. Benedicto Papa XIII. in Consistorio secreto, ubi sequentem ad Purpuratos Patres concionem habuit.

APpropinquantibus communia lætitiæ diebus, quibus Nos, divini luminis instructi consilio, octo Beatorum Nomina solemniter, ad Dei Omnipotentis gloriam, Catholicæque Ecclesiæ exaltationem, a Sanctorum Cathalogo adscribere constituimus, hodiernum diem, quo simul deficientem Venerabilis Fraternitatum Vestrarum Collegii numerum complemus, eligimus.

Prætermittimus interim non parva Nos sollicitudine angi, quatenus per humile supremæ Apostolicæ auctoritatis exercitium, celeberrima super Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium electione felicis recordationis Sixti V. Prædecessoris Nostri Constitutio (la quinquagesima) suæ pro debito executioni mandetur.

Hæc namque verba præcipua in ea leguntur, quæ hic duximus in Paternitatum vestrarum memoriam revocanda, videlicet: „ Inter hos septuaginta Car- „ dinales, præsertim egregios utriusque juris, aut „ Decretorum Doctores, non desint aliquos insi- „ gnes viri in Sacra Theologia Magistri, præsertim „ ex Regularibus, & Mendicantium Ordinibus assu- „ mendi, saltem quatuor, non tamen pauciores „ exemplo Prædecessorum procul dubio ductus Sapientissimus Pontifex, quem præ cæteris & Benedicti XI. & Pauli IV. laudabilem praxim latuisse non credimus.

Paulus enim viros selectissimos duos Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, in divina facultate Doctores, post quos alii ad hæc usque tempora creati, minime connumerantur; prægrandis hic licet sit Ordo, magisque inter Minoritas reliquos protendatur. Assumpsit & Benedictus Nostri Prædicatorum Ordinis tres Sacræ Theologiæ Magistros, ac in vestrum ipsum Collegium, brevem intra octo mensium decursum, cooptavit. Exempla proirsus haud dissimilia ultimis nec desuere temporibus.

Post nostram, heu quam immeritam, ac jugiter dolendam ad Cardinalatum erectionem, tres adhuc alii nostri Ordinis Cardinales nobiscum dignissime, nostra sane cum confusione, fuere, unoque per mortem avulso, alter non defuit vere aureus, ita ut ævo nostro, dum Cardinalatus functi sumus honore, Cardinales quatuor ex nostro Ecclesiæ quidem non inutili Prædicatorum Ordine, nobis tantummodo infructuosis, extitisse comprobetur.

Ad majorem ergo Dei gloriam, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ utilitatem, vestrique Collegii decus, novem omnes Cardinales, qui ad præsens septuagenario vestro numero implendo desunt, creare intendimus, ex quorum tamen numero duos dumtaxat nunc evulgamus, videlicet:

Nico-

Nicolaum Mariam Lercarium Archiepiscopum Nazianzenum, nostrum primum Ministrum, & a secretis status.

Patrem Laurentium Cozza Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Sacræ Theologiæ Professorem, Terræ Sanctæ jam Custodem, & in præsentiarum ejusdem Ordinis Generalem Ministrum, cujus uedum consumata virtus, & Religionis zelus perspecta sunt vobis, sed & ipsummet commendarunt novem volumina ab eo in lucem edita, doctrina sana, & omnigena eruditione conferta, & duorum pro eo postulant excelsa Sacræ ipsius Familiæ Beatorum merita, videlicet Beati Jacobi, & Beati Solani, quos inter Cœlites in proxima Canonizatione, Deo adjuvante, referemus. Reliquos vero septem (inter istos, ne memoratæ Bullæ occasione Regularium tantum nos meminisse videamur, Prælatos aliquos doctrina, & laboribus de Romana Curia benemeritos, accensuimus; non ad carnem nos, & sanguinem respicientes, quæ penitus ad professæ Dominicanæ Religionis ingressum fuimus, Dei misericordia, obliti; juxta Davidis effatum Psalm. 44. *Obliviscere Domum Patris tui: Ecce abominatio Parentum* ... Commentatur celeberrimus Hugo de S. Charo, primus inter quinque, & quinquaginta Cardinales Ordinis Prædicatorum) Reliquos, inquimus, septem, non libenter, sed plane inviti, in pectore reservamus, arbitrio nostro successive publicandos, cum vires Nobis, & media suppetent illis pro debita status ratione providendi.

Durum enim Nobis semper accideret, promovendorum conquestibus non carere, quorum honorificentiæ consultum voluimus: (quod jam promoti bene, ac sapienter considerent, & Episcopari velint optaremus:) si eorum honestæ simul, ac religiosæ sustentationi pro posse non provideamus: quamvis alias (quod & Nos experti sumus in primo triennio nostri Cardinalatus, antequam Episcoparemur) in desuetudinem abiisse Statutum videlicet in electione Pii II. & in Innocentii VIII. electione innovatum, ut scilicet Cardinalibus sua provisione carentibus, Florenorum 4000. quotannis assignarentur, ad praxim nos, etiam cum usura, revocare studuerimus, dum floreni ipsi quatuor mille, prout realiter tunc valebant, solam quatuor mille scutorum summam æquiparabant; de præsenti vero, etsi tantummodo sint ideales, nihilominus ad libram positi, cum nostris temporis moneta, scuta inveniuntur tercentum supra quinque mille.

Hæc sunt Venerabiles Fratres, quæ vobis circa hodiernam Cardinalium creationem, ac eorum respective publicationem, & in pectore reservationem, significanda habuimus, super quibus nil nos profecto intendimus, nisi Dei gloriam, & Ecclesiæ, ac Sancti Vestri Cœtus honorem. Quid vobis videtur?

Auctoritate Omnipotentis Dei Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostra creamus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteros Cardinales

Nicolaum Mariam Lercarium Archiepiscopum Nazianzenum, & Patrem Laurentium Cozza Generalem Ministrum Ordinis Sancti Francisci de Observantia, quem recentis nostræ Constitutionis super habitu, & Tonsura Prælatorum Regularium memorem esse volumus, ipsique illius observantiam expresse injungimus: cum dispensationibus, derogationibus, & clausulis necessariis, & opportunis. Alios septem in pectore reservamus, arbitrio nostro quandocumque declarandos. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Chronol. Seraph. *

B R E V E

Quo Eminentissimus Cozza, licet ad Sacram Purpuram evectus, in Ordine administrando confirmatur.

Dilecto Filio Nostro Laurentio S. R. E. Presbytero Cardinali Cozza nuncupato.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dilecte Fili noster salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum nos hodie Te, qui Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Minister Generalis existebas, ob singularia insignium virtutum dona, quibus illarum largitor Altissimus personam tuam multipliciter insignivit, in S. R. E. Cardinalem cooptaverimus, Teque aliorum Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium numero, & consortio aggregaverimus, ac pro peculiari, quo Ordinem præfatum prosequimur paternæ charitatis affectu, providere cupientes, ne idem Ordo, donec novus Minister Generalis hujusmodi eligatur, Rectore, & Administratore careat; motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, circumspectioni tuæ, ut Ministri Generalis Ordinis prædicti munus cum omnibus, & singulis Privilegiis, auctoritate, jurisdictione, facultatibus, gratiis, & indultis, quibus illud, ante tuam promotionem ad sublimem Cardinalatus honorem, obibas, & exercebas, seu obire, & exercere poteras, ut prius in administrationem tuam ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum retinere, illudque exercere, & obire libere, & licite possis, & valeas, tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ac tecum desuper opportune dispensamus. Decernentes munus Ministri Generalis hujusmodi, ob tuam ad Cardinalatus dignitatem promotionem factam, ut præfertur, durante Nostro, & dictæ Sedis beneplacito præfato, non cessare: sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Cardinales præfatos, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non supradicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo

Piscatoris, die 9. Decembris 1726. Pontificatus Nostri Anno Tertio,

Pro D. Cardinale Oliverio.

C. Archiepiscopus Emissenus.

ACTA

CONGREGATIONIS GENERALIS

Habitæ in Cœnobio Aracœlitano de Urbe Die 21. Decembris anni 1726.

ETsi Eminentissimus, ac Reverendissimus Cardinalis Cozza literis Apostolicis mox antea relatis amplissima polleret facultate Ordinem administrandi, etiam ad Sacram Purpuram evectus; nihilominus animadvertens quantum sibi oneri accessisset Cardinalitia dignitate nuper recepta, sarcinam proinde deponere statuens, supplicem libellum sequentem Sanctissimo obtulit.

Beatissimo Padre.

FRa Lorenzo Cardinal Cozza Ministro Generale dell' Ordine de Frati Minori, Oratore, e Creatura obbligatissima della Santità vostra, dopo li più rispettosi, & umili ringraziamenti, che si da l' onore di rinovar vieppiù a vostra Beatitudine per averlo condecorato della Sagra Porpora, e commessogli benignamente il governo dell' Ordine, conoscendo già per isperienza essergli impossibile soddisfare all' obbligo di Cardinale, massimamente in questi principj, e proseguire, ancorche per pochi Mesi, l' impiego del Generalato, che richiede da per se solo un soggetto libero da ogni altra occupazione, per beneficio anche della Religione stessa: supplica con tutto lo spirito la Santità vostra, non solo a degnarsi sgravarlo d' un tanto peso, ed incommodo, con permettere secondo le leggi dell' Ordine si possa venire alla *elezzione di un Vicario Generale*, che continui il restante del di lui Sessennio fino al Capitolo, ma attesa eziandio la lontananza di qualchuno de' Vocali, che dovendosi citare, ed aspettare, porterebbe assai in lungo la Congregazione Generale, compiacersi ancora, che la medesima possa celebrarsi *sebbene non siansi citati*, quando per altro ci' concorra la maggior parte del Definitorio Generale, e che di questa, oltre li sei Vocali præsenti in Curia, che sono li primi di tutte le Nazioni, e Provincie, e li più principali Officiali dell' Ordine, *possano anche suffragare gli assenti per via di compromesso*, o delli loro semplici assensi, attesa la stagione d' Inverno, e li pericolosi, e lunghi viaggi, e quantunque in alcuni de medesimi congressi vi si legga incaritamente espresso, e nominato qualcuno delli soggetti eligibili; e finalmente, non essendo per anche arrivato da Spagna il Commissario di Curia novo, *possa suffragar similmente nel di lui luogo il Pro-Commissario*, che esercita questa carica con Patente dell' Oratore: non ostante qualsivoglia statuto, consuetudine, Concilio, e Constituzione Apostolica, o dell' Ordine, che disponga il contrario, o in tutto, o in parte a quanto di sopra: e della Grazia &c.

Rescriptum.

Ex audientia Sanctissimi die 21. Decembris 1726. Sanctissimus annuit.

N. M. Cardin. Lercari.

Eadem die alterum quoque supplicem libellum eidem S. S. porrexit, quo dispensationem precatus est ab interpolatione annorum 26. præscripta in Constitutione san. memor. Gregorii XIII. estque tenoris sequentis.

Beatissimo Padre.

IL Cardinal Cozza Ministro Generale de Frati Minori unitamente col Definitorio Generale, Oratori Umilissimi di Vostra Santità, desiderando provedere la Religione di Vicario Generale nel più atto, & idoneo, che trovisi per tale impiego, secondo il permesso di Vostra Beatitudine, benchè per altro non vi si legga espressamente nella Costituzione di Papa Gregorio XIII. di felice memoria, che per l' officio di Vicario Generale si *debba vacare per 26. anni*, come negl'altri officii dell' Ordine; nondimeno per loro maggior cautela supplicano la Santità Vostra conceder loro piena libertà di poter suffragare, ed eleggere il migliore, ancorche trovisi, o sia stato in altro impiego, e non abbia terminata la vacanza, come si è pratticato in simili casi dalli Predecessori di Vostra Beatitudine, specialmente dalla Santa Memoria di Papa Innocenzo XIII. nell' ultimo Capitolo Generale: che della Grazia &c.

Rescriptum.

Ex audientia Sanctissimi die 21. Decembris 1726. Sanctissimus annuit.

N. M. Card. Lercari.

Ad majorem porro electionis libertatem confirmandam, idem Eminentissimus Cozza munus Præsidentiæ Congregationis prædictæ, quod sibi quodam modo deberi videbatur, Eminentissimo Cardinali Laurentio Corsini Ordinis Protectori renuntiare voluit: quod egit sequenti Epistola.

Araceli 20. Decembre 1726.

IL Cardinal Cozza Ministro Generale de Frati Minori bacia umilmente le mani all' Eminentissimo, e Reverendissimo Signor Cardinal Corsini Protettore dell' Ordine, e supposta la permissione, che la Santità di Nostro Signore si è compiaciuta dargli di celebrare la Congregazion Generale, e provedere la Religione di novo Superiore, sebbene spera che l' Eminenza Sua, come Compromissario, o sia Procuratore degli Vocali assenti, sarà per assistervi; la supplica nondimeno a degnarsi assumere in se la Presidenza della medesima Congregazione ben dovuta per ogni degno rispetto a Sua Eminenza, e come Presidente di essa destinare il giorno, ed ora, che gli sembreranno più a proposito per dover celebrarla, con farlo notificare ai Vocali presenti in Curia per loro regola, e gli bacia di nuovo le mani.

Petitia benigne annuit Eminentissimus Corsini, qui

qui sequenti die ad Cœnobium Aracœlitanum se contulit, convocatisque Patribus omnibus, qui eidem electioni, juxta Rescriptum Sanctissimi, & Ordinis jura, interesse debebant, edidit sequens

DECRETUM

De electione Vicarii Generalis celebranda die 21. Decembris anni 1626.

CUm jam Patres electores hujus Congregationis Generalis Familiæ Cismontanæ proxime celebrandæ pro electione Reverendissimi Vicarii Generalis, ex permissione Sanctissimi Domini Nostri Benedicti Papæ XIII. ut constat ex supplici libello, & rescripto huic inserto, citati, & convocati ad locum istum Capitularem Conventus Nostri Sanctæ Mariæ de Aracœli ipsis a Nobis præscriptum, accesserint, aliaque peracta sint, quæ ante electiones hujusmodi fieri consueverunt; Ideo publico totius Religionis bono providere volentes, Nos Laurentius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Corsinus Episcopus Tusculanus, apud Sanctam Sedem Protector, & præfatæ Congregationis Generalis Præses, una cum Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Fratre Laurentio tituli Sancti Laurentii in Pane, & Perna Presbytero Cardinali Cozza, & ejusdem totius Ordinis Generali Ministro, aliisque præsentibus, quibus vigore Constitutionum Ordinis suffragium in ipsa ferre competit, tenore præsentium, & unanimi consensu decrevimus, ut hac die 21. Decembris anni currentis 1726. eadem Congregatio rite, & canonice celebretur, & totius Ordinis Vicarii Generalis electio, absque ulteriori temporis prorogatione, peragatur, alias &c. Datum die 21. Decembris 1726.

Ita est Frater Emanuel Fernandez *del Rio* Pro-Commissarius Generalis Curiæ.

Ita est Frater Bartholomæus de Vulsinio Definitor Generalis.

Ita est Frater Joannes Diaz a Conceptione Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum.

Ita est Ego Felix a Roma Procurator Generalis Reformatorum.

Ita est Matthæus a Pareta Procurator Generalis Ordinis.

Ita est Ego Frater Laurentius Cardinalis Cozza Minister Generalis.

Laurentius Episcopus Tusculanus, Ordinis Protector, & Præses confirmo.

Quibus ita compositis, devenerunt Patres ad memoratam electionem Vicarii Generalis, quæ cessit in Adm. R. P. F. Matthæum a Pareta Lectorem Jubilatum, Provinciæ Terræ Laboris Ex-Ministrum, Ex-Commissarium Curiæ Romanæ, & actu Procuratorem Generalem Ordinis, fuitque publicata sequenti formula.

In Dei Nomine Amen.

HÆc est electio Reverendissimi Patris Vicarii Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti P. Nostri Francisci in hoc Conventu Sanctæ Mariæ de Aracœli, & in Cella solita residentiæ Superiorum Generalium die vigesima prima mensis Decembris anni 1726. & Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Domini Benedicti Divina Providentia Papæ XIII. anno tertio, sub Præsidentia Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Domini Laurentii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Corsini Episcopi Tusculani, ac totius Ordinis apud Sanctam Sedem Protectoris, supplicante Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Fratre Laurentio tituli Sancti Laurentii in Pane, & Perna Presbytero Cardinali Cozza, & Ministro Generali Ordinis, in sua benigne suscepta, rite, & canonica celebrata per eumdem Eminentissimum, & Reverendissimum, & per alios Adm. RR. PP. Fratrem Matthæum nempe a Pareta Procuratorem Generalem ejusdem Ordinis, Fratrem Felicem a Roma Generalem Procuratorem Reformatorum, Fratrem Joannem Diaz Procuratorem Generalem Discalceatorum, & Recollectorum, Fratrem Emanuelem Fernandez *del Rio* Pro-Commissarium Generalem Curiæ Observantium in Romana Curia, cum facultate suffragandi ex dispensatione Apostolica, & Fratrem Bartholomæum a Vulsinio Definitorem Generalem Observantium, capitulariter, ac legitime in Generali Congregatione adunatos, suffragantibus insuper, quamvis absentibus, mediis eorum assensibus, ad manus ejusdem Eminentissimi Domini Protectoris, & Præsidentis transmissis, Adm. RR. PP. F. Joanne Francisco a Sorexina, Fr. Gabrielle Maria a Venetiis, F. Alberico Balbiano a Liburno, F. Hilario Maria de Ragosio Definitoribus Generalibus Observantium, nec non F. Joanne Benedicto a Sarzana Generali Definitore Reformatorum, dispensatione Apostolica suffragandi a Sanctissimo Domino Nostro specialiter obtenta, per viam compromissi, aut etiam simplicit assensu; aliis vero, quibus in præfata electione suffragium ferre jus erat, ex Apostolico Indulto non vocatis, neque citatis: In qua quidem electione Rev. Adm. P. Bartholomæus a Vulsinio habuit votum unum, & Rev. Adm. Pater Matthæus a Pareta habuit vota decem.

Et ego F. Josephus Maria Secretarius Generalis Ordinis, & unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis in me, & in socium meum limitati, nomine omnium, qui in dictam electionem convenerunt, præfatum Reverendissimum Patrem Matthæum a Pareta, in quem major pars consensit, Vicarium Generalem totius Ordinis Fratrum Minorum canonice electum annuncio in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Ita est Ego Frater Franciscus Antonius Maria Spinelli Disquisitor.

Ita est Ego Frater Josephus Maria ab Ebora Disquisitor, & Secretarius Generalis.

Ego Laurentius Episcopus Tusculanus Cardinalis Corsini, Ordinis Protector, & Præses confirmo.

BREVE,

Quo Reverendissimus P. Matthaeus à Pareta in Generalem Ordinis Vicarium electus confirmatur.

Dilecto Filio Matthaeo à Pareta Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Professori.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUm, sicut dilecti Filii Fratres Definitorii Generalis Ordinis Minorum Sancti Francisci tam de Observantia, quam Reformatorum respective nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecerunt, Te, qui Frater expressè professus dicti Ordinis existis, ac illius Procuratoris Generalis munere fungebaris, in Vicarium Generalem ejusdem Ordinis, usque ad ipsius proximè futurum Capitulum Generale inclusive, juxta statuta Ordinis praefati per Sedem Apostolicam confirmata, canonice elegerint, electionemque hujusmodi, pro majori illius validitate, & subsistentia, Apostolicae confirmationis nostrae robore communiri summopere desiderent: Nos sperantes electionem sic de persona tua factam, ob tuum religionis zelum, fidem, prudentiam, integritatem, & doctrinam, eidem Ordini plurimum profuturam, teque, ac Exponentes praefatos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus vestro nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Electionem de persona tua in Vicarium Generalem dicti Ordinis, ut praefertur, factam, Apostolicam auctoritate tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 4. Januarii 1727. Pontificatus Nostri Anno tertio.

Pro D. Cardinale Oliverio,

C. Archiep. Emissenus.

BREVE

Quo idem Rmus Pater Matthaeus à Pareta Ministri Generalis titulo insignitur.

Dilecto Filio Matthaeo à Pareta Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Professori.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

REligionis Zelus, vitae, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut te specialibus favoribus, & gratiis prosequamur. Cum itaque, sicut dilecti Filii Fratres Definitorii Generalis Ordinis Minorum Sancti Francisci tam de Observantia, quam Reformatorum respective nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecerunt, Te, qui Frater expressè professus dicti Ordinis existis, ob egregia tua merita in Vicarium Generalem ejusdem Ordinis, usque ad illius proxime futurum Capitulum Generale inclusive, juxta statuta Ordinis hujusmodi per Sedem Apostolicam confirmata, canonice elegerint, Tu vero ratione Vicariatus Generalis hujusmodi eadem auctoritate, qua Minister Generalis Ordinis praefati pro tempore existens utitur, pari modo utaris, cupiantque propterea iidem Exponentes, ut titulo, & denominatione Ministri Generalis hujusmodi decoreris, quemadmodum alias in casibus similibus a Sede praefata indultum fuit. Hinc est, quod Nos eorumdem Exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, Teque praemissorum meritorum tuorum intuitu specialis favore gratiae prosequi volentes, tuique, & illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorumdem Exponentium nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi, ut etiam titulo, & denominatione Ministri Generalis Ordinis praedicti, usque ad proxime futurum Capitulum Generale hujusmodi, uti, frui, & gaudere, teque Ministrum Generalem in quibusvis literis, decretis, aliisque scripturis inscribere libere, & licite possis, & valeas, necnon interea Minister Generalis ejusdem Ordinis in quibusvis actibus, & functionibus tàm publicis, quàm privatis haberi, & reputari debeas in omnibus, & per omnia, perinde ac si in Ministrum Generalem Ordinis hujusmodi electus reperireris, auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debe-

debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 4. Januarii 1727. Pontificatus nostri Anno tertio.

Pro D. Cardinale Oliverio.

C. Archiepiscopus Emissenus.

B R E V E

Quo A. R. P. Josephus Maria ab Ebora instituitur Procurator Generalis Ordinis.

Dilecto Filio Josepho Mariæ ab Ebora Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Professori.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Religionis Zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut Tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, dilecti Filii Fratres Diffinitorii Generalis Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, ac Reformatorum nuncupatorum, dilectum Filium Matthæum a Pareta Fratrem expresse professum, & Procuratorem Generalem ipsius Ordinis, in illius Vicarium Generalem, usque ad proximum futurum Capitulum Generale ejusdem Ordinis, nuper elegerint, Nosque electionem hujusmodi per alias nostras in simili forma Brevis desuper expeditas literas auctoritate Apostolica approbaverimus, & confirmaverimus, indeque Officium Procuratoris Generalis, quo dictus Matthæus fungebatur, vacare reperiatur: Nos ex commissæ Nobis divinitus dispensationis munere Ordini prædicto de alio Procuratore Generali idoneo providere cupientes, teque, qui (ut pariter accepimus) Frater expresse professus, necnon Sacræ Theologiæ Lector, & Secretarius Generalis Ordinis præfati existis, specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac de tua fide, prudentia dexteritate, doctrina, solertia, integritate, charitate, & Religionis zelo plenam habentes in Domino fiduciam, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te memorati Ordinis Procuratorem Generalem, usque ad proximum Generale Capitulum hujusmodi, cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, tenore præsentium constituimus, & deputamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrio nostro imponendis pœnis, omnibus, & singulis prædicti Ordinis Superioribus, Fratribus, & Personis, cæterisque, ad quos spectat, aut spectabit in futurum, ut Te ad demandatum Tibi per præsentes Procuratoris Generalis Officium, illiusque liberum exercitium, juxta earumdem tenorem præsentium, recipiant, & admittant, teque recognoscant, & tibi in omnibus, quæ ad idem Officium pertinent, faveant, & assistant, pareantque, & obediant respective. Ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 9. Januarii 1727. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Pro D. Cardinale Oliverio.

C. Archiep. Emissenus.

Libellus supplex ad Sanctissimum nomine Commissarii Generalis Familiæ Ultramontanæ pro confirmatione nonnullorum Statutorum circa studium Theologiæ Moralis, una cum Decreto Rmi P. Generalis, ad quem S. S. preces remisit cum necessariis, & opportunis facultatibus.

Beatissime Pater.

Quoniam Studium Theologiæ Moralis, & Sacrorum Canonum maxime utile, & necessarium pro dirigendis Conscientiis, moribusque instituendis, Religio Seraphica semper judicaverit; P. Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ S. V. humillimus Orator, ad tenorem Statuti Generalis pro eadem Familia Anno 1637. emanati, præscribentis, ut in unaquaque Provincia ejusdem Familiæ, duo, vel saltem unum studium hujus-

hujusmodi erigeretur; ejus maximam utilitatem, ac necessitatem perpendens, supradictum Statutum omnibus, & singulis Provinciis sibi commissis observandum intimavit, ad praximque reducendum fore ordinavit forma, ac tenore sequenti.

I. Ut deinceps duo in qualibet Provincia Conventus designentur, in quibus Juvenes, qui post absolutum Triennium in Studio Sacræ Theologiæ, in ea examinati habiles, & idonei inveniantur, per duos Annos continuos Theologiæ Moralis, & Sacrorum Canonum Studio vacare teneantur; nec aliter Prædicatores, aut Confessarii Secularium instituantur. Item ordinavit, ut Lectores his studiis deputandi, & præficiendi, sint ex stabilioribus, nec eligantur, nisi qui jam per aliquot Annos Theologiam Scholasticam publice docuerint, vel ad minus Cursum integrum Philosophicum; ita tamen, quod nonnisi unus Lector pro quolibet studio instituatur, aut deputetur, qui tamen in Lectionibus, & materiis Moralibus tradendis, confusionem, & prolixitatem vitare curabit, ut intra terminum præfatum studentes plenam Theologiæ Moralis notitiam acquirere valeant. Tandem ordinavit, quod hujusmodi Lectores singulis Annis, per septem Menses ad minus, Lectionem quotidianam habere, Conferentiis Moralibus præsidere, Conclusiones mensales, atque infra Annum generales, seu publicas, sicut cæteri Lectores Theologiæ, propugnare teneantur.

Sed ne ob defectum præmii tot his laboribus correspondentis, deficiant qui tale munus obire propterea renuant, sed potiùs aliunde alliciantur, ad tenorem Statuti Generalis alias emanati pro Lectoribus Theologiæ Moralis in Conventu Sancti Francisci Matritensi, ordinavit, ut tempus illud, quo præfati Lectores Theologiæ Moralis, modo, ac rigore supradicto laborioso insumpserint, ad Jubilationem non eis officere, sed potius computari debeat, haud aliter, ac si Theologiam Scholasticam edocerent.

Supplicat itaque humiliter S. V. præfatus Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ, quatenus hanc dispositionem tamquam utilem, & necessariam approbare, & confirmare, omneque robur ejusdem observantiæ adjicere dignetur &c. Et pro gratia &c. Quam Deus &c.

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus XIII. rescripsit: *Arbitrio Generalis Ordinis cum facultatibus opportunis &c.*

DECRETUM.

Reverendissimi P. Ministri Generalis.

Frater Matthæus à Pareta Lector Jubilatus, Sacrarum Congregationum Indicis, & Rituum Consultor, Supremæ, & Universalis Inquisitionis Qualificator, & totius Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus.

Dilectis Nobis in Christo RR. PP. Ministris Provincialium tam Observantium, quam Excalceatorum Familiæ Nostræ Ultramontanæ Nationis Hispaniæ salutem in Domino sempiternam.

Etsi alias jampridem præscriptum fuerit in Statuto Generali Toletano 1673. ut in qualibet Provincia, quæ commode valeret, duo, vel saltem unum Studium Theologiæ Moralis erigeretur, cui præessent duo Lectores, qui solummodo materias Morales, & Casus Conscientiæ tractarent, omniaque exercitia, servata Studii proportione, Litteraria præstare tenerentur, a Lectoribus Scholasticis præstari solita, supplici nuper porrecta petione ad Sanctissimum Dominum Nostrum Benedictum Papam XIII. pro parte Reverendissimi Patris Commissarii Generalis Familiæ Nostræ Ultramontanæ, pro innovando hujusmodi Statuto, ac fovendo Studio Theologiæ Moralis, & Canonicæ, utpote permaxime utili, & necessario ad mores instruendos, Conscientiasque dirigendas; Sanctitas Sua Libellum ad id porrectum ad Nos remittere benignè dignata est, cum omni opportuna Apostolica facultate, ut pro arbitrio Nostro, quod opportunius judicaremus, executioni mandandum decerneremus.

Mature itaque perpensa præfata supplici instantia, nec non conditionibus in ea expositis, auctoritate Apostolica Nobis in hac parte commissa, & concessa utentes, præfatumque statutum Toletanum innovantes, decernendum in primis duximus, sicut harum vigore decernimus, ac præcipimus, quod deinceps duo Conventus in qualibet tam Observantium, quam Excalceatorum Provincia Nationis Hispaniæ a Diffinitorio quamprimum congregando, quos commodiores judicaverint, designentur, designarique debeant, in quibus Juvenes, qui post absolutum triennium in Studio Theologiæ Scholasticæ in ea examinati, habiles, & idonei inveniantur, per duos Annos continuos Theologiæ Moralis, & Sacrorum Canonum studio vacare teneantur, nec aliter Prædicatores, & Confessarii Secularium institui poterunt.

Item decernimus, & mandamus, ut Lectores his studiis deputandi, & præficiendi, sint ex habilioribus, nec eligantur, nisi qui jam per aliquot annos Theologiam Scholasticam publice docuerint; vel ad minus cursum integrum Philosophiæ absolverint: ita tamen, quod nonnisi unus Lector pro quolibet studio instituatur, qui in materiis Moralibus, & Sacris Canonibus tradendis, & explicandis confusionem, & prolixitatem vitare, & saniores opiniones sequi curabit, ut intra terminum præfatum plenam Theologiæ Moralis notitiam studentes acquirere valeant.

Decernimus præterea, ac præcipimus, ut hujusmodi Lectores singulis Annis per septem menses continuos Lectionem quotidianam habere, conferentiis Moralibus præsidere, Conclusiones Mensales, atque intra annum, generales, seu publicas, non secus, ac Sacræ Theologiæ Lectores, propugnare teneantur. Sed, ne ob defectum præmii tot laboribus præfatis correspondentis, deficiant qui tale munus, & onus obire velint, sed potius aliunde alliciantur, memoratæ Apostolicæ auctoritati inhærentes, eaque utentes, decernimus tandem, ac mandamus, ut tempus illud, quod Lectores Theologiæ Moralis suprapositis conditionibus insumpserint, ad gradum Jubilationis obtinendum computari debeat, haud secus ac si Theologiam Scholasticam edocerent, non obstantibus quibuscumque Constitutionibus Generalibus Ordinis pro præfata Familia Nostra Ultramontana emanatis. Relinquentes arbitrio Provincialium conservationem, vel diminutionem Conventuum pro studiis Sacræ Theologiæ Scholasticæ, ejusdemque Lectorum numerum, dummodo pro studio Theologiæ Moralis duo, ut præfertur, Conventus designentur.

Datum Romæ ex Aracœli, die 6. Februarii 1727.

Fr. Matthæus a Pareta Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De Mandato P. S. Rmæ.

Frater Emmanuel Fernandez *del Rio* Secretarius Generalis Ordinis.

Cete

Confirmantur Privilegia, & Indulgentiæ concessæ FF. Minoribus Loca Terræ Sanctæ incolentibus.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Loca Sancta Palæstinæ in quibus Christus Dominus Redemptionis humanæ mysteria ortu, vita, & morte sua consumavit, ab ipsis nascentis Ecclesiæ primordiis in tanta semper veneratione, & honore ab universis Christianis habita fuerunt, ut per omnes ætates ad ea Religionis causa invisenda undique Fidelium turba confluxerit, propterea que Antecessores Nostri Romani Pontifices plurimas Indulgentias, & Privilegia, tam in eos, qui sacram illuc peregrinationem susciperent, quam in iisdem Sanctis Locis commorantes, divino cultui, & proximorum, ac peregrinorum saluti, nullis incommodis, & vitæ periculis territi famularentur, larga manu contulerint, & alii postmodum Successores eadem collata probaverint, novisque gratiis spiritualibus, & largitionibus auxerint. Hinc maxime decet, ut nos quoque ad Indulgentias, & Privilegia hujusmodi, Apostolicæ auctoritatis nostræ munimine salva, & illæsa servanda prompto animo accurramus.

Siquidem nobis dilectus Filius Frater Josephus Maria ab Ebora Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Beati Francisci de Observantia nuncupatorum, nuper exponi curavit, se ad Terræ Sanctæ subsidium, ac suorum dicti Ordinis Fratrum vineæ Domini excolendæ inibi a multis sæculis operam dantium, peregrinosque ex omnibus Christianis Provinciis ad eadem Loca Sancta pie veneranda accurrentes religiosa charitate foventium, & Catholicis illarum partium opportuna solatia præbentium, optare & omnia, & singula Privilegia, gratiæ, Indulgentiæ, criminum remissiones, & relaxationes, hactenus ejusdem Terræ Sanctæ Locis, suis Fratribus, aliisque Personis, auctoritate Apostolica concessæ, & confirmatæ, per nos eadem auctoritate approbarentur, & speciali forma rursus confirmarentur. Nos igitur, qui ejusdem Terræ Sanctæ, ubi steterunt pedes Domini, frequentiam, & venerationem, quantum possumus, promovere studemus, hujusmodi piis votis libenter annuentes, ipsumque Josephum spiritualibus favoribus, & gratiis cumulare omnino cupientes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus nobis ejus nomine humiliter porrectis inclinati, omnia, & singula Privilegia, concessiones, facultates, exemptiones, jura, indulta, Indulgentias, peccatorum remissiones, cæterasque gratias spirituales, & temporales, eisdem Locis Sanctis, eademque visitantibus, atque illorum Custodi, & Guardiano Cœnobii Hierosolymitani, & Fratribus dicti Ordinis ibidem commorantibus, nec non eorumdem Fratrum interpretibus, [a] qui Hierosolymis, Bethelem, Nazareth, inque aliis quibuscumque Terræ Sanctæ, & Palæstinæ Locis existunt & vivunt, per infrascriptos Antecessores Nostros Romanos Pontifices, Sedemque Apostolicam in genere, & in specie, aut alias quomodocumque concessas, tenore præsentium iterum confirmamus, atque forma amplissima approbamus, & innovamus, pro ut ab iisdem Romanis Pontificibus Antecessoribus Nostris in suis Apostolicis Literis olim indultæ, & concessæ fuerunt. Hæ vero sunt, videlicet:

1. Gregorii XI. literæ incipientes: *Si Ordinis Fratrum Minorum*, datæ Perusii Kalendas Februarias Anno 1230.

2. Aliæ ejusdem, incipientes: *Pro zelo fidei*, datæ Laterani iii. Kalendas Februarias Anno 1238.

3. Aliæ ejusdem, incipientes: *Cum Messis*, datæ Laterani xvi. Kal. Junias 1238.

4. Innocentii IV. incipientes: *Cum hora undecima*, datæ Lugduni xii. Kal. Apriles Anno 1245.

5. Alexandri IV. incipientes: *Ex relatu fide*, datæ Laterani iv. Kal. Apriles Anno 1257.

6. Aliæ ejusdem, incipientes: *Cum hora jam undecima*, datæ Viterbii xiii. Kal. Majas Anno 1258.

7. Clementis V. incipientes: *Cum hora undecima*, datæ Pictavii x. Kal. Augustas Anno 1306.

8. Joannis XXII. etiam, incipientes: *Cum hora undecima*, datæ Peytæ vi. Idus Augustas Anno 1325.

9. Clementis VI. incipientes: *Gratias agimus*, datæ Avenione xi. Kal. Decembres 1342.

10. Innocenti VI. incipientes: *Piis fidelium studiis*, datæ apud Villam novam Diœcesis Avenionensis nonis Septembribus 1356.

11. Aliæ ejusdem, incipientes: *Ad ea, quæ in laudem*: datæ Avenione 5. Idus Novembres 1360.

12. Urbani V. incipientes: *Ratione congruit*, datæ Avenione vi. Idus Novembris 1362.

13. Gregorii XI. incipientes: *Sicut de damnabili*, datæ Avenione vii. Kal. Decembris 1375.

14. Aliæ ejusdem, incipientes: *De religiosa desertione*, datæ Avenione eodem die, mense, & Anno.

15. Aliæ ejusdem, incipientes: *Inter cunctos Ordines*, datæ Avenione eodem die, mense, & Anno.

16. Urbani VI. incipientes: *Ad ea, quæ piorum Locorum*, datæ Neapoli iii. Idus Junias 1384.

17. Joannis, in sua Obedientia XXIII. incipientes: *Cum a Nobis*, datæ Bononiæ iv. Kalendas Julias 1410.

19. Martini V. incipientes: *Ad assiduum Christi servitium*, datæ Florentiæ vii. Kalendas Julias 1420.

19. Aliæ ejusdem, incipientes: *Sinceræ devotionis affectus*, datæ Florentiæ vii. Idus Julias 1420.

20. Aliæ ejusdem, incipientes: *Cum a Nobis, quod justum est*, datæ eodem loco, die, mense, & anno.

21. Aliæ ejusdem, incipientes: *Provenit ex vestræ devotionis*: datæ eodem loco, die, mense, & Anno.

22. Aliæ ejusdem, incipientes: *Votis vestris*, datæ Florentiæ iv. Idus Julias 1420.

23. Aliæ ejusdem, incipientes: *Exigit vestræ devotionis*, datæ ibidem, eodem die, mense, & Anno.

24. Aliæ ejusdem, incipientes: *Votis vestris*, datæ Florentiæ xiv. Kal. Septembres 1420.

25. Aliæ ejusdem, incipientes: *Votis vestris*, datæ Florentiæ vii. Kalendas Septembris 1420.

26. Aliæ ejusdem, incipientes: *His, quæ per Ecclesiasticarum*, datæ Romæ xvi. Kalendas Martias 1421.

27. Aliæ ejusdem, incipientes: *Salutare studium*, datæ

[a] *Chronol. Seraph.*

datæ Romæ eodem die, mense, & Anno.

28. Aliæ ejusdem, incipientes: *Studium, & sincerus*, datæ eodem loco, die, mense, & Anno.

29. Aliæ ejusdem, incipientes: *Sinceritas vestræ devotionis*, datæ Romæ iv. Idus Martias 1421.

30. Eugenii IV. incipientes: *Dum attos*, datæ Bononiæ v. Idus Julias 1437.

31. Aliæ ejusdem, incipientes: *Bonus Pastor*, datæ Bononiæ iv. Idus Julias 1437.

32. Aliæ ejusdem, incipientes: *Exultantes in Domino*, datæ eodem die, mense, & anno.

33. Aliæ ejusdem, incipientes: *Per hæc proxima tempora*, datæ Florentiæ xvii. Kalendas Januarias 1441.

34. Aliæ ejusdem, incipientes: *Sacræ religionis*, datæ Romæ Kalendas Februarii 1444.

35. Aliæ ejusdem, incipientes: *Dum præclara merita*, datæ Romæ v. Idus Februar. 1446.

36. Nicolai V. incipientes: *Sinceræ devotionis*, datæ Romæ vi. Kalendas Augustas 1448.

37. Aliæ ejusdem, incipientes: *Apostolicæ Sedis*, datæ Romæ xi. Kalendas Augustas 1451.

38. Aliæ ejusdem, incipientes: *Quum à nobis petitur*, datæ Romæ pridie Kal. Aprilis 1452.

39. Aliæ ejusdem, incipientes: *Romanus Pontifex*, datæ Romæ xiv Kalendas Majas 1452.

40. Aliæ ejusdem, incipientes: *Solers Romani Pontificis*, datæ Romæ xvi. Kalendas Martias 1453.

41. Calixti III. incipientes: *Apostolicæ Sedis*, datæ Romæ iv. Idus Januarias 1455.

42. Aliæ ejusdem, incipientes: *Quum te nuper*, datæ Romæ xiv. Kalendas Januarias 1455.

43. Aliæ ejusdem, incipientes: *Etsi ex debito*, datæ Romæ iv. Idus Januarias 1455.

44. Aliæ ejusdem, incipientes: *Quum itaque*, datæ eodem loco, die, mense, & anno.

45. Aliæ ejusdem, incipientes: *Illius, cujus in pace*, datæ Romæ iv. Nonas Februarias 1455.

46. Aliæ ejusdem, incipientes: *Licet pro nostro*, datæ Romæ v. Idus Majas 1455.

47. Aliæ ejusdem, incipientes: *Devotionis vestræ ardor*, datæ Romæ pridie Nonas Februarias 1457.

48. Sixti IV. incipientes: *Suscepti curo*, datæ Romæ pridie Idus Februarias 1475.

49. Alexandri VI. incipientes: *Quum sicut accepimus*, datæ Romæ Idibus Augustis 1496.

50. Pii IV. incipientes: *Divina disponente clementia*, datæ Romæ xvi. Kalendas Augustas 1561.

51. Sixti V. incipientes: *Piis fidelium votis*, datæ Romæ die ix. Aprilis 1588.

52. Urbani VIII. incipientes: *Ut dilecti filii*, datæ Romæ die xxi. Aprilis 1638.

53. Aliæ ejusdem, incipientes: *Alias a felicis recordationis*, datæ Romæ die viii. Junii 1644.

54. Innocentii X. incipientes: *Salvatoris, & Domini*, datæ Romæ xix. Septembris 1645.

55. Aliæ ejusdem, incipientes: *Quum sicut dilecti*, datæ Romæ die xxiii. Septembris 1645.

56. Alexandri VII. incipientes: *Piis Christifidelium*, datæ Romæ die iii. Augusti 1655.

57. Clementis X. incipientes: *Quum sicut dilectus*, datæ Romæ die vii. Julii 1670.

58. Innocentii XI. incipientes: *Ad augendam*, datæ Romæ die xxx. Septembris 1681.

59. Aliæ ejusdem, incipientes: *Piis Christifidelium votis*, datæ Romæ die xxii. Julii 1684.

60. Aliæ ejusdem, incipientes: *Exponi nobis*, datæ Romæ die xxx. Aprilis 1691.

61. Alexandri VIII. incipientes: *Ex injuncto nobis*, datæ Romæ die x. Novembris 1690.

62. Innocentii XII. incipientes: *Alias à felicis recordationis*, datæ Romæ die v. Decembris 1696.

63. Innocentii XIII. incipientes: *Piis Christifidelium votis*, datæ Romæ die vi. Julii 1721.

64. Aliæ ejusdem, incipientes: *Quum ad infrascriptum*, datæ Romæ die xiii. Septembris 1721.

Hucusque Antecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum ad Fratres Minores de Observantia nuncupatos, in locis Sanctis Christo Domino militantes, editæ Literæ Apostolicæ, quas omnes, & quaslibet alias in ejusdem Ordinis Annalibus, & monumentis laudatas, ad eos per quoscumque Romanos Pontifices quomodolibet scriptas, præsertim quoad Indulgentias, dummodo de earumdem existentia valide, & legitime constet, inque eisdem tam enunciatis, quam aliis quibusvis contenta quæcumque, etiamsi talia forent, quæ specialem, & specificam mentionem requirerent, ubi tamen Concilii Tridentini decretis non adversentur, cum integris suis tenoribus, & datis plene, & sufficienter expressas, ac si de verbo ad verbum præsentibus insertæ essent habentes, Apostolica auctoritate præsentium tenore perpetuo approbamus, & confirmamus, ac in plenam observantiam, & pristinum, ac validissimum suum statum restituentes, & revocantes, innovamus, &, quatenus opus sit, omnia, & singula prædicta denuo concedimus, & indulgemus, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos tàm juris, quam facti, & quarumcumque solemnitatum, de jure, usu, vel consuetudine, aut alias quomodolibet requisitarum, ac in præmissis fortasse omissarum, nec non quoscumque alios quantumvis substantiales defectus, si qui forsan in iisdem omnibus, & singulis quomodolibet intervenerint, supplemus.

Insuper omnibus, & singulis cujuscumque Ecclesiasticæ dignitatis, status, & conditionis, quantumvis privilegiatis personis, expresse inhibemus, quominus contra vim, & sensum privilegiorum, concessionum, facultatum, jurium, & Indultorum, ut præfertur, per Nos approbatorum, & confirmatorum, ac etiam innovatorum, loca, sive personas prædicto Guardiano Hierosolymitano subjectas, ejusque curæ mandatas, respicientium, ullum jurisdictionis, aut Superioritatis actum, sub quocumque prætextu in locis, & personis prædictis, absque nostra expressa facultate, sub pœnarum in iisdem Literis Apostolicis pro locis Sanctis, & Guardiano prædicto concessis, approbatis, & innovatis contentarum, incursu, exercere præsumant.

Præsentes quoque Literas Nostras, inque eis comprehensa quæcumque, ex quavis legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, aut quovis alio, quantumvis substantiali defectu notari, impugnari, infringi, restringi, limitari, ad viam, & terminos juris reduci, vel adversus eas quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari posse, decernimus; sed illas semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus in omnibus, & per omnia sortiri, & obtinere, nec non ab omnibus, & singulis, ad quos nunc spectat, & pertinet, & pro tempore quomodolibet spectabit, & pertinebit, cujuscumque qualitatis, dignitatis, ordinis, gradus, & conditionis extiterint, perpetuo, inviolabiliter observari debere; nec sub ullis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi; sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, & vulgabuntur,

toties

toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas censeri; ac denuo etiam sub quacumque posteriori data, per Guardianum, & Fratres prædictos, quomodocumque eligenda, concessas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus in omnibus, & per omnia sortiri, & obtinere, eisque perpetuo suffragari; sicque, & non alias per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, judicari, & definiri debere volumus, & quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Quocirca dilectis Filiis Nostris dicti Ordinis Fratrum Minorum de Observantia, vel etiam prædictæ Terræ Sanctæ Cardinalibus Protectoribus, nunc, & pro tempore existentibus, seu illorum arbitrio, & defectu, aliis ex parte S. R. E. Cardinalibus munus Protectoris hujusmodi exercentibus, mandamus, quatenus ipsi Cardinales Protectores, seu munus hujusmodi gerentes, vel unus eorum per se, vel alium, seu alios easdem præsentes literas, inque eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties ex parte prædictorum Guardiani, & Fratrum, seu Procuratoris Generalis pro tempore existentium, sive alterius eorum, vel aliorum interesse in præmissis habentium, fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, ipsas præsentes literas, inque eis contenta hujusmodi, ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, faciant auctoritate nostra inviolabiliter observari, ipsosque Guardianum, & Fratres, & alios, quos eædem literæ concernunt, vel concernent in futurum, præsentium Literarum, & in eis contentorum, commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere; non permittentes illos, seu eorum quempiam super his quomodolibet indebite molestari, perturbari, inquietari, vel impediri; contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis servatis Processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si fieri poterit, atque opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri Apostolicis Literis, quibus cavetur, ne quis extra suam Civitatem, vel Diœcesim, ubi deputatus fuerit, contra quoscumque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere audeat, seu præsumat, inque Concilio Generali edita Constitutione de duabus dietis, aliisque quibuslibet in contrarium præmissorum facientibus, quomodolibet editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus ordinationibus Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis per Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac Nos ipsos, & Sedem prædictam, cum quibusvis irritativis, annullativis, cassativis, revocativis, modificativis, præservativis, exceptivis, restitutivis, declarativis, mentis attestativis, ac derogatoriarum derogativis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu pari, ac etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus, in contrarium præmissorum concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quæcumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, & plenissime, ac specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem.

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, manu alicujus ex Secretariis Ministri, vel Commissarii Generalis Ordinis eorumdem Fratrum Minorum de Observantia, seu Notarii publici subscriptis, & sigillo officii ejusdem Ministri, vel Commissarii, aut Procuratoris Generalis ipsius Ordinis, vel alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, innovationis, novæ concessionis, roboris adjectionis, defectuum suppletionis, inhibitionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo vigesimoseptimo, v. nonas Martias, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. Card. Pro-Datarius.

Pro D. Cardinale Oliverio.

C. Archiepiscopus Emissenus.

Visa
De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

Lucas Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Pium Viæ Crucis exercitium commendatur, eique Indulgentiæ concessæ confirmantur.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

INter plurima, & maxima signa immensæ erga Nos Dei bonitatis ubique occurrentis, summam & admirabilem ejus in humanum genus charitatem declarat æterni ejusdem Filii Jesu Christi Pas-

sionis inexplicabile Sacramentum, quo erepti sumus ex faucibus tenebrarum. Hinc Romani Pontifices Antecessores Nostri eamdem Passionem memoria recolentibus Apostolicas Indulgentias, & gratias donare consueverunt, quas ad pias Christi fideles in Dominicæ Passionis contemplatione se se exercentes, a nobis extendi, & confirmari, ut Christiana religio in hominum cordibus augeatur, plurimum in Domino expedire putamus.

Ea propter dilectus Filius Frater Josephus Maria ab Ebora Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Beati Francisci, qui de Observantia nuncupantur, petitionem nuper exhibendam nobis curavit, qua continebatur, Fratres ejusdem Ordinis pium exercitium Viæ Crucis appellatum, quo tota Dominicæ Passionis series pictis tabulis, ubi commode fieri posset, expressa, inque plures stationes distributa, eo modo, quo Peregrini Civitatis Sanctæ Hierusalem loca ipsa, ubi Christus passus est, recolentes, & frequentantes, invisunt, contemplanda proponeretur, in varias Christianorum Provincias magno animarum fructu intulisse, ac piæ recordationis Antecessorem Nostrum Innocentium Papam XII. hujusmodi exercitium largitione celestium munerum promovisse per Literas Apostolicas in forma Brevis sub Annulo Piscatoris, incipientes: *Ad ea, per quæ*, Romæ datas apud Sanctam Mariam Majorem, die xxiv. Decembris Anno 1698. Pontificatus secundo, ubi inter alia omnibus, & singulis Fratribus, & Monialibus, atque aliis utriusque sexus personis Ordinum, & Congregationum obedientiæ, seu directioni Ministri Generalis Fratrum Minorum de Observantia subjectis Christifidelibus, Confratribus, & Consororibus quarumcumque Confraternitatum, & Societatum, sive sub titulo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, sive sub alia qualibet invocatione, in eorumdem Fratrum, & Monialium Ecclesiis canonice erectarum, sive erigendarum, Orationi mentali, quæ dicitur Viæ Crucis exercitium, quo, ratione suæ Regulæ, & constitutionum quotidie tenentur, operam dantibus, pro qualibet vice dierum centum: per duos quadrantes vero continuatos, vel saltem per quadrantem horæ singulis diebus, perque totum mensem orationi, & exercitio hujusmodi vacantibus, dummodo vere pœnitentes, & peccata sua confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumsissent, proque Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces fudissent, semel quolibet mense plenariam peccatorum Indulgentiam, & remissionem, quam per modum suffragii animabus Christifidelium Deo in charitate conjunctis, ex hac vita migrantibus, applicare possent, Apostolica Auctoritate perpetuis futuris temporibus misericorditer concessit.

Postmodum dictus Innocentius Antecessor per alias Apostolicas Literas, incipientes: *Sua Nobis*, sub plumbo Romæ datas apud Sanctam Mariam Majorem vii. Kalendas Januarias Anno Dominicæ Incarnationis 1695. Pontificatus quinto, inter alia Decretum Venerabilium Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, die xii. Novembris anni 1695. per se die xv. ejusdem mensis approbatum, declaraverat, pia loca Viæ Crucis, seu Calvarii, ad recolendam, & meditandam Christi passionem a prædictis Fratribus, & Monialibus, aliisve personis, ad instar stationum Calvarii Montis, erecta, atque instituta, in Privilegiorum, atque Indulgentiarum plenariarum nondum revocatarum, generali, mutua, & reciproca communicatione per Apostolicam Sedem concessa, & Literis piæ memoriæ Antecessoris Nostri Innocentii Papæ XI. in forma Brevis sub die v. Septembris anni Incarnationis Dominicæ 1686. comprehendi; ideoque frui, & gaudere Indulgentiis in iisdem Literis Innocentii Papæ XI. expressis: quæ omnia sub sententiis, censuris, & pœnis in contradictores infligendis, executioni tradi, & publicari mandavit, ut in utrisque Literis ejusdem Innocentii Papæ XII. plenius continetur.

Quum autem, sicut eadem petitio Fratris Josephi ab Ebora subjungebat, prædictum exercitium Viæ Crucis in omnibus ferme Ecclesiis Ordinis Fratrum Minorum de Observantia, diebus festis tam pio operi adsignatis, religiose peragatur, quamplurimis Christifidelibus Ministro Generali nequaquam subjectis, extra Ordinem quoque illuc accedentibus, idcirco iidem Fratres, ut tam Sanctum exercitium pro animarum salute ulterius propagetur, Indulgentias, & Privilegia, etiam per viam communicationis, ut præfertur, concessa, & utriusque Innocentii Antecessorum Nostrorum Literas superius memoratas, atque alias, si quæ sunt, idem exercitium respicientes, Decretumque a Venerabilibus Fratribus S. R. E. Cardinalibus olim confectum, ac postmodum Apostolica Auctoritate confirmatum, prævia ejus declaratione ad tollendas omnes ambiguitates super ejus interpretatione forsan exortas, per nos, & Sedem Apostolicam approbari, & confirmari cupiant, easdemque Indulgentias, & Privilegia, ad quoscumque Christifideles, etiam dicto Ministro Generali nullo modo subjectos, extendi, & ampliari enixe deposcant.

Hinc, ad dicti Fratris Josephi Mariæ preces, præmissis omnibus opportune providere cupientes, Nos, qui omnem operam libenter impendimus, ut omnes Dominicæ Passionis memoriam sæpe animo repetant, & salutarem illius fructum percipiant, eumdem Josephum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ipsumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Indulgentias etiam pro animabus in Christi charitate defunctorum applicabiles, & Privilegia etiam per viam communicationis concessa in Literis utriusque Papæ Innocentii, inque decreto Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium expressa, & declarata, ac quibuscumque aliis Literis Apostolicis idem exercitium Viæ Crucis respicientibus, ad tollendam omnem ambiguitatem, alienamque interpretationem inde quomodocumque ortam, aut fortassis orituram, ut Fideles per exercitationem bonorum operum Sacrosanctos Ecclesiæ Thesauros, absque ulla animi hæsitatione adipiscantur, declaramus, Fratres, Moniales ac personas superius memoratas exercitium Viæ Crucis hujusmodi peragentes, de Privilegiis, & Indulgentiis etiam Plenariis sub generali, mutua, & reciproca communicatione per Sedem Apostolicam concessis, vere communicare, & participes fieri, propterea que frui, & gaudere Indulgentiis, ac Privilegiis, quæ Romani Pontifices locis Sanctis, ac illorum stationibus intra, & extra Hierusalem largiti fuerunt, perinde ac si exercitium prædictum ibidem peragerent, atque ita ab omnibus asseri, & censeri debere volumus; ideoque ea omnia hactenus recensita, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo confirmamus, approbamus, & innovamus, ac perpetuæ, ac inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur iisdem adjicimus, omnesque, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui in eis quomodolibet intervenerint, supplemus.

In-

Insuper, ac participatione bonorum spiritualium, quæ ab exercitio Viæ Crucis provenire speramus, ullus arceatur, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, Indulgentias etiam animabus in Christi charitate defunctorum applicabiles, & Privilegia superius expressa, etiam per viam communicationis Indulgentiarum, quæ locis Sanctis intra, & extra Hierusalem concessæ fuerunt, aut alias quomodolibet, Fratribus, Monialibus, ac personis jam dictis, quæ per nos approbantur, & confirmantur, ad quoscumque Christifideles utriusque sexus Ministro Generali nullo modo subjectos, qui exercitium Viæ Crucis, & alia Christianæ pietatis opera eisdem modo, & forma, qua a Fratribus, & personis prædictis peraguntur, pie, ac devote penes Fratres dicti Ordinis, privative quoad alios quoscumque, peragent, & implebunt, perpetuo extendimus, & ampliamus.

Decernentes præsentes Literas Nostras, inque eis contenta quæcumque, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, aut quocumque alio defectu notari, impugnari, invalidari, ad terminos juris reduci, aut contra illas quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari, & sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, per Nos, vel Successores Nostros Romanos Pontifices, aut Sedem Apostolicam pro tempore factis, comprehendi non posse, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo semper concessas, ac perpetuo validas, & efficaces existere, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere debere; sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque sedis Nuncios, judicari, & definiri debere: & quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus: non obstantibus, quatenus opus sit, piæ memoriæ Pauli Papæ V. similiter Prædecessoris Nostri nonnullarum Indulgentiarum revocatione, sive moderatione, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus, ac nostræ, ac Cancellariæ Apostolicæ regula de Indulgentiis non concedendis *Ad instar*, dictique Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, confirmationis, approbationis, innovationis, roboris adjectionis, defectuum suppletionis, extensionis, ampliationis, & decreti infringere, vel ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo septingentesimo vigesimo septimo, v. nonas Martias, Pontificatus nostri Anno tertio.

P. Cardinalis Prodatarius.

F. Cardinalis Oliverius.

Visa de Curia J. Archiep. Ancyranus.

Loco ✠ Plumbi.

L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Conceditur omnibus Provinciis Discalceatorum facultas erigendi Seminaria Missionariorum.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provinciarum Familiæ Ultramontanæ, ac Indiarum tam Orientalium, quam Occidentalium Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum, & Recollectorum nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod ipsi, ut animarum pretioso Sanguine Domini Nostri Jesu Christi redemptarum saluti proficere possent, in unaquaque ex dictis Provinciis unum ex earum Conventibus per Fratres Definitorii Provincialis cujuslibet respective Provinciæ hujusmodi designandum, in Collegium, seu Seminarium Missionariorum, qui Apostolicis Missionibus unice essent dediti, erigendi facultatem sibi concedi plurimum desiderabant, cujus quidem Collegii, seu Seminarii Guardianus, & alii Fratres, pariterque ipsum Collegium, seu Seminarium, strictissimis earumdem Provinciarum Constitutionibus gubernarentur, & Ministris, & Diffinitoribus Provincialibus pro tempore existentibus subjici deberent, quibus etiam electiones Guardianorum ejusmodi Collegiorum, seu Seminariorum, necnon Novitiorum receptio competeret, sicuti in aliis Conventibus observabatur, non autem Prælato Generali subjicerentur, quemadmodum in quibusdam rec. mem. Innocentii Papæ XI. Prædecessoris nostri in simili forma Brevis expeditis literis pro Collegiis Missionariorum ad Familiam Hispanicam spectantibus disponebatur, prohibendo simul expresse, quod dummodo in dictis Provinciis prædicta Collegia, seu Seminaria jam erecta existerent, nullus Frater unius ex memoratis Provinciis de illa, titulo Missionis ad aliam Provinciam transire possit; Concedendo pariter his novis Missionariis omnia, & singula privilegia, ac prærogativas in dictis Innocentii Prædecessoris literis contenta, quibusque alia Missionariorum etiam Regularis Observantiæ Seminaria fruebantur; remanente tamen intacta, & illæsa eadem Prælati Generalis auctoritate, & superioritate, quam in omnibus Provinciis, & Conventibus totius Ordinis exercebat, exceptis immediata subjectione, electione Guardianorum, ac Novitiorum receptione, qua, ut supra dictum est, ad Ministros, & Definitoria Provincialia spectare deberent, quemadmodum ab eadem Congregatione Cardinalium diebus 20. Augusti 1723. & vii. Decembris 1725. Provinciis Sanctorum Pauli, & Gabrielis Ordinis prædicti indultum, ac subinde per quasdam nostras desuper in pari forma Brevis editas literas confirmatum fuerat. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

„ Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, referente Eminentissimo Belluga, benigne indulsit, ut Patres Provinciales prædictarum Provinciarum, veris existentibus narratis, ad fundationem prædictorum Collegiorum, seu Seminariorum Missionariorum in uno ex Conventibus earumdem Provincialibus benevisio, juxta formam, prærogativas, privilegia, &

„ opes

„ onsta contenta in praecitatis Brevibus Sanctae memoriae Innocentii XI. pro eorum arbitrio, & conscientia, servatis servandis, deveniant; immediata tamen jurisdictione, & electione Guardiani, & acceptione Novitiorum exceptis, quae reservata intelligantur eisdem Provincialibus modo supra descripto, & cum expressa etiam conditione, ut Religiosi praedictarum Provinciarum de uno ad aliud Seminarium alterius Provinciae transire, & Guardiani horum Seminariorum erigendorum Religiosos aliarum Ordinis Provinciarum acceptare minime possint, & valeant; firmis coeteroquin, integris, & illaesis remanentibus omnibus aliis praerogativis, auctoritatibus, ac superioritatibus debitis, & competentibus P. Praelato Generali Ordinis: Constitutionibus Apostolicis, & Ordinis praedicti, coeterisque contrariis quibuscumque non obstantibus &c. Romae xxiv. Januarii 1727.

Cardinalis Franciscus Barberinus.

Loco ✠ Sigilli.

P. A. Archiepiscopus Larissae Secretarius.

Cum autem, sicut dilectus filius Joannes Diaz a Conceptione Sacrae Theologiae Lector, ac Fratrum Discalceatorum, & Recollectorum dicti Ordinis in Romana Curia Procurator Generalis, Nobis subinde exponi fecit, ipse praemissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desideret: Nos specialem ipsi Joanni Procuratori Generali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praeinsertum Auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis, Provinciarum, & Conventuum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, coeterisque contrariis quibuscumque. Datum Beneventi sub Annulo Piscatoris, die 3. Aprilis 1727. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Confirmantur literae Patentes Ministri Generalis Ordinis Minorum super institutione Alternativae tripartitae in Provincia Mariana Minorum Reformatorum in Hungaria.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, quod cum dilectus filius Matthaeus a Pareta Minister Generalis Ordinis eorumdem Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia etiam nuncupatorum, animadvertisset officia, & dignitates in Provincia Mariana nuncupata praedicti Ordinis, non sine maxima partialitate distribui, itaut illius Fratres, Natione Germani praesertim, notabile inde detrimentum acciperent, ipse Matthaeus Minister Generalis, ut huic malo congruum adhiberet remedium, quamdam Alternativam tripartitam inter Fratres totidem Nationum, Hungaricae scilicet, Germanicae, Slavonicae, quibus dicta Provincia constituitur, statuit, aliaque ad servandam inter eos aequalitatem praescripsit, prout uberius continetur in ipsius Matthaei Ministri Generalis literis Patentibus desuper emanatis tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 2. Fr. Matthaeus a Pareta Lector Jubilatus, Sacrarum Congregationum Indicis, & Rituum Consultor, Supremae, & Universalis Inquisitionis Qualificator, & totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus.

Cum, sicut accepimus a nonnullis probis, fideque dignis Religiosis specialiter requisitis, nostra Reformata Provincia Mariana in Hungaria plurimos Conventus locatos habeat, ubi vel integer Populus, aut pars illius linguam dumtaxat Germanicam callet, ubique tam Ecclesiastici, quam Saeculares Benefactores, cum quibus, Religiosi praesertim Superiores, jugiter agere debent; propterea opportunum, ac necessarium semper putavimus, quod ibidem de Familia ii Religiosi collocentur, qui Germanico idiomate rite concionari valeant, quodque, quantum distributiva Justitia patitur, Superiores Locales praeficiantur, qui eamdem Germanicam linguam perfecte teneant... Quia pariter abunde Nobis probatum est, Germanos Patres in praememorata nostra Provincia, etsi prae coeteris in vinea Domini laborantes, Praedicationibus imprimis, ac in directionibus Populorum inter Haereticos, & Schismaticos degentium, ad Provinciae tamen Praefecturas, dignitates, & officia quam raro vix promoveri, nec ad habitum, & Professionem tot Germanos admitti, quot pro relatis laboribus forent necessarii, quinimo ex ipsis Catalogis a Provincialibus pro tempore transmissis satis superque constat, easdem Praefecturas, dignitates, & officia, non sine maxima partialitate, retineri ut plutimum ab uno, vel altero ex quatuor Nationibus, ex quibus Provincia praefata constat, cum notabili praejudicio Justitiae distributivae, & aliorum Religiosorum. Ex quibus profecto, non sine publico detrimento, Religiosa pax, & quies nimium obturbari dignoscitur.

§. 3.

§. 3. Idcirco ad Fraternam charitatem, justitiamque distributivam fovendam, & inter tantos Hæreticos animarum salutem magis procurandam, ad tres partes eamdem Provinciam in genii linguis, & Nationibus divisam considerantes, videlicet in Hungaricam, modo habentem circiter 146. Fratres, Germanicam, Religiosos itidem 141. continentem, & Slavonicam, sub qua Croatæ comprehenduntur, numeri 181. constituentem, Alternativam quoque in tribus his partibus in Domino statuere censemus, prout præsenti nostro Decreto futuris perpetuis temporibus statutam decernimus, & declaramus; itaut una electione fiat Germanus Provincialis; Hungarus, Custos; Definitores duo ex Slavonica parte; unus ex Hungarica, & unus ex Germanica, ac Secretarius ad libitum Provincialis de Natione Slavonica assumatur, & Amanuensis scriptor de Hungarica. Altera electione fiat Hungarus Provincialis, Slavus Custos, Definitores duo Germani, unus Hungarus, & unus de Slavis; Secretarius Germanus, Amanuensis Slavus. Tertia electione fiat de Slavonica parte Provincialis, Custos Germanus, Definitores duo Hungari, unus de Slavis, unus Germanus, Secretarius Hungarus, Amanuensis Germanus: sicque singulis in electionibus futuris hac methodo Alternativa continuari jubemus, & præcipimus. Quoad Guardianos Tertialitas de qualibet parte dictarum Nationum instituatur, ita tamen distributa, ut, quantum fieri potest, in locis ubi sola una natio Populo in Prædicationibus inservit, ejusdem Nationis Superior ponatur cum Vicario.

§. 4. In locis vero, ubi duobus, vel tribus Nationibus servitur, Alternativa conservetur, ut semel Superior Localis de una Natione, alia vice de alia fiat, Vicario semper existente de altera Natione, quam sit Guardianus, & Discretus de tertia Natione, ubi tribus Nationibus insimul servitur concionibus. Novitiatum quælibet Natio in suo loco habeat sub suo primario, & secundario Magistro; ita & professorium sub duobus Magistris. Quoad Lectores omnis possibilis æqualitas, vel Alternativa trium partium servanda erit, sine exclusione tamen magis dignorum. Quia tamen ex Croatis, & Slavis una componitur pars, ideo in prædicta unitate semper utrisque habenda erit ratio, adeo ut in officiorum, & dignitatum distributione nunquam Croatæ rationabiliter conqueri possint. Volumus autem, etiam ad majorem omnium præfatorum firmitatem, ut antequam hæ nostræ definitiones executioni demandentur, confirmatio Sanctæ Sedis per Patrem Procuratorem Generalem Reformatorum obtineatur, & sollicitetur. Datum Romæ ex nostro Conventu Aracœlitano 11. Martii 1725.

Fr. Matthæus a Pareta Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato S. Rmæ P.

Franciscus Antonius Maria Spinelli
Secretarius Generalis.

§. 5. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Procurator Generalis præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas memorati Matthæi Ministri Generalis Patentes literas, omniaque, & singula in eis contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, præfatorum Ordinis, Provinciæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Beneventi sub Annulo Piscatoris, die iv. Aprilis 1727. Pontificatus nostri anno tertio.

Constitutio, qua confirmantur omnia Privilegia, exemptiones, & immunitates Ordini Minorum olim concessa.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Summe decet, ut quæ Romani Pontifices Antecessores Nostri Ordinibus Regularibus magna pietatis, & doctrinæ laude in Ecclesia fulgentibus Privilegia concesserunt, ea iterum per Nos confirmentur, qui Regularem professionem emisimus, quique ex injuncto divinitus parvitati Nostræ Apostolatus Officio tenemur eosdem Ordines Sanctæ Matri Ecclesiæ die, noctuque famulantes, gratiis, & largitionibus Apostolicis in tam laudabili proposito confovere.

Sane ex parte dilecti Filii Fratris Josephi Mariæ ab Ebora Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum Beati Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis expositum est, hanc Sanctam Sedem Apostolicam eidem Ordini in Religiosa vivendi Regula, & Evangelica Paupertate, per vestigia Beati

Fran-

Francisci Auctoris sui fideliter incedenti, plurimis Privilegiis se munificam, & liberalem ostendisse. Quidam enim ex Romanis Pontificibus Antecessoribus Nostris Seraphicam eorumdem Fratrum Minorum Regulam sæpe numero, etiam in secundo Generali Concilio Lugdunensi, approbaverunt; Alii veró quamplurimas exemptiones, immunitates, libertates, facultates, favores, Indulgentias, etiam plenarias, atque animabus in Christi charitate defunctorum applicabiles, peccatorum remissiones, absolutiones, privilegia, prærogativas, atque Indulta spiritualia, & temporalia, aliasque insignes gratias eidem Ordini, & præcipue Fratribus Minoribus, qui a Regulari Observantia nuncupantur, & Beatæ Claræ, ac Tertio de Pœnitentia appellato Ordinibus concesserunt, atque Apostolica auctoritate impertiti fuerunt: Alii demum, ad quascumque contentiones extinguendas, pacem retinendam, unitatem, disciplinamque religiosam servandam, & Prælatorum, Ministrorumque Regularium electionem rite, & pacifice peragendam, ejusdemque Ordinis Sanctum, & fœlix regimen administrandum, præsertim eorumdem Fratrum de Observantia, Beatæ Claræ, & Tertii Ordinum præfatorum, multas sanctiones, Ordinationes, Constitutiones, declarationes, & Decreta ediderunt, ac promulgarunt, de quibus omnibus existunt Literæ Apostolicæ tenoris sequentis, videlicet.

1. Honorii III. incipientes: *Quia Populares*, Pontificatus sui anno IX.

2. Aliæ Gregorii IX. incipientes: *Cum illorum*, Pontificatus sui anno III.

3. Aliæ ejusdem Gregorii, incipientes: *Devotionis vestræ*, Pontificatus sui anno VI.

4. Aliæ ejusdem Gregorii, incipientes: *Ad Audientiam*, ix. Kalendas Martii Pontificatus sui anno XIV.

5. Aliæ ejusdem Gregorii incipientes: *Quia confusio*, Idibus Decembris Pontificatus sui anno eodem.

6. Aliæ Alexandri IV. incipientes: *Ut in vestris*, v. Kalendas Julii Pontificatus sui anno I.

7. Aliæ ejusdem Alexandri, incipientes: *Convenit ut facer* xvii. Kalendas Novembris Pontificatus sui anno eodem.

8. Aliæ ejusdem Alexandri, incipientes *Mente solicita* viii. Kalendas Augusti Pontificatus sui anno V.

9. Aliæ Martini IV. incipientes: *Exultantes*, iv. Idus Februarii Pontificatus sui anno II.

10. Aliæ Nicolai IV. incipientes: *Quia nonnulli*, xi. Kalendas Maii Pontificatus sui anno I.

11. Aliæ Bonifacii VIII. incipientes: *Inter cæteras*, iii. Idus Novembris Pontificatus sui anno I.

12. Aliæ Eugenii IV. incipientes: *Ad statum singulorum*, iv. Idus Maii Pontificatus sui anno I.

13. Aliæ ejusdem Eugenii, incipientes: *Licet Romani Pontifices*, Idibus Augusti Pontificatus sui anno IX.

14. Aliæ Nicolai V. incipientes: *Quia nonnulli*, xi. Kalendas Maii Pontificatus sui anno I.

15. Aliæ ejusdem, incipientes: *Et si cunctorum*, xvii. Kalendas Februarii Pontificatus sui anno IV.

16. Aliæ Sixti IV. incipientes: *Cum semper*, iv. Maii Pontificatus sui anno I.

17. Aliæ ejusdem Sixti, incipientes: *Sacrosancta Romana* xii. Kalendas Decembris Pontificatus sui anno III.

18. Aliæ ejusdem Sixti, incipientes: *Dum singulos Regulares Ordines*, Kalendis Maii Pontificatus sui anno IV.

19. Aliæ ejusdem Sixti, incipientes: *Ut vestris in hac parte*, iii. Idus Junii Pontificatus sui anno eodem.

20. Aliæ ejusdem Sixti: *Quæ & Mare magnum nuncupantur*, pridie Kalendas Septembris Pontificatus sui anno eodem.

21. Aliæ ejusdem Sixti, incipientes: *Scripsimus*, xxiv. Octobris Pontificatus sui anno VIII.

22. Aliæ ejusdem Sixti, *Quæ & bulla aurea nuncupantur*, vii. Kalendas Augusti Pontificatus sui anno eodem.

23. Aliæ Innocentii VIII. incipientes: *Admonet Nos*, xiv. Kalendas Februarii Pontificatus sui anno IV.

24. Aliæ Alexandri VI. incipientes: *Sacræ Religionis*, v. Februarii Pontificatus sui anno VIII.

25. Aliæ Julii II. incipientes: *Hodie a nobis*, xv. Kalendas Junii Pontificatus sui anno I.

26. Aliæ ejusdem Julii, incipientes: *Alias ad supplicationem*, I. Junii Pontificatus sui anno VI.

27. Aliæ ejusdem Julii, incipientes: *Charissimi in Christo*, I. Julii Pontificatus sui anno VIII.

28. Aliæ Leonis X. incipientes: *Notum facimus*, vii. Januarii Pontificatus sui anno I.

29. Aliæ ejusdem Leonis, incipientes: *Religionis*, iii. Februarii Pontificatus sui anno eodem.

30. Aliæ ejusdem Leonis, incipientes: *Affectu benevolentiæ*, xvi. Februarii Pontificatus sui anno eodem.

31. Aliæ ejusdem Leonis, incipientes: *Dudum siquidem*, x. Junii Pontificatus sui anno II.

32. Aliæ ejusdem Leonis, incipientes: *Cum sicut Nobis*, xxix. Martii Pontificatus sui anno III.

33. Aliæ ejusdem Leonis, incipientes: *Superioribus diebus*, xiv. Maii Pontificatus sui anno V.

34. Aliæ ejusdem Leonis: *Quæ Bulla Unionis nuncupantur*, iv. Kalendas Junii Pontificatus sui anno eodem.

35. Aliæ ejusdem Leonis: *Quæ & Bulla concordiæ nuncupantur*, pridie Idus Junii Pontificatus sui anno eodem.

36. Aliæ ejusdem Leonis, incipientes: *Exposui Nobis*, xxix. Julii Pontificatus sui anno eodem.

37. Aliæ ejusdem Leonis, incipientes: *Licet alias*, vi. Decembris Pontificatus sui anno eodem.

38. Aliæ ejusdem Leonis, incipientes: *Celebrato nuper*, xi. Aprilis Pontificatus sui anno VI.

39. Aliæ ejusdem Leonis, incipientes: *Postquam*, viii. Augusti Pontificatus sui anno eodem.

40. Aliæ ejusdem Leonis, incipientes: *Dudum per Nos accepto*, x. Decembris Pontificatus sui anno VII.

41. Aliæ ejusdem Leonis, incipientes: *Affectum benevolentiæ*, xi. Decembris Pontificatus sui anno VIII.

42. Aliæ ejusdem Leonis, incipientes: *Etsi pro injunctæ*, x. Januarii Pontificatus sui anno IX.

43. Aliæ Adriani VI. incipientes: *Exponi Nobis*, xxxi. Julii Pontificatus sui anno I.

44. Aliæ Clementis VII. incipientes: *Dum fructus uberes*, xxx. Maii Pontificatus sui anno II.

45. Aliæ ejusdem Clementis, incipientes: *Dum consideramus*, xvi. Aprilis Pontificatus sui anno III.

46. Aliæ ejusdem Clementis, incipientes: *Cum sicut nobis*, xxviii. Januarii Pontificatus sui anno VII.

47. Aliæ ejusdem Clementis, incipientes: *Vacantibus sub Religionis*, xix. Septembris Pontificatus sui anno VII.

48. Aliæ ejusdem Clementis, incipientes: *Accepimus quod*, xx. Martii Pontificatus sui anno VIII.

49. Aliæ Pauli III. incipientes: *Altitudo divini*, Kalendis Junii Pontificatus sui anno III.

50. Aliæ ejusdem Pauli, incipientes: *Dudum siquidem*, xiv. Januarii Pontificatus sui anno V.

51. Aliæ ejusdem Pauli, incipientes, *Dudum felicis*, xvii. Aprilis Pontificatus sui anno VI.

52. Aliæ ejusdem Pauli similiter, incipientes: *Dudum felicis*, xxxi. Martii Pontificatus sui anno X.

53. Aliæ ejusdem Pauli, incipientes: *Solet Romanus Pontifex*, xix. Augusti Pontificatus sui anno XII.

54. Aliæ ejusdem Pauli, incipientes: *Cum sicut accepimus* xvii. Maii Pontificatus sui anno XIII.

55. Aliæ Julii III. incipientes: *Pastoralis Officii*, pridie Nonas Octobris Pontificatus sui anno IV.

56. Aliæ Pauli IV. incipientes: *Ex clementi Sedis*, 8. Julii Pontificatus sui anno I.

57. Aliæ Pii IV. incipientes similiter: *Ex clementi Sedis*, xxvii. Aprilis Pontificatus sui anno II.

58. Aliæ Beati Pii V. incipientes: *Dum ad uberes*, xxix. Julii Pontificatus sui anno I.

59. Aliæ ejusdem B. Pii, incipientes: *Et si Mendicantium*, xvii. Kalendas Julii Pontificatus sui anno II.

60. Aliæ ejusdem B. Pii, incipientes: *Ex superaæ*, xvii. Kalendas Septembris Pontificatus sui anno eodem.

61. Aliæ ejusdem B. Pii, incipientes: *Ea est officii nostri ratio*, v. Nonas Julii Pontificatus sui anno III.

62. Aliæ ejusdem B. Pii, incipientes: *Romani Pontifices*, xix. Julii Pontificatus sui anno VI.

63. Aliæ Gregorii XIII. incipientes: *Consuevit Romanus Pontifex*, viii. Septembris Pontificatus sui anno II.

64. Aliæ ejusdem Gregorii, incipientes: *Quoniam Nostræ*, viii. Aprilis Pontificatus sui anno III.

65. Aliæ ejusdem Gregorii, incipientes: *Pastoralis Officii*, xxii. Martii Pontificatus sui anno IX.

66. Aliæ ejusdem Gregorii, incipientes: *Significasti Nobis*, xxxi. Decembris Pontificatus sui anno XIII.

67. Aliæ Sixti V. Incipientes: *Et si Mendicantium*, xxviii. Januarii Pontificatus sui anno I.

68. Aliæ ejusdem Sixti, incipientes: *Romani Pontificis Providentia*, xxiv. Martii Pontificatus sui anno eodem.

69. Aliæ ejusdem Sixti, Incipientes: *Desolatæ Gregis*, viii. Novembris Pontificatus sui anno II.

70. Aliæ Clementis VIII. incipientes: *Cum sicut*, x. Maii Pontificatus sui anno IX.

71. Aliæ ejusdem Clementis, incipientes: *Visa memoriali*, xxv. Januarii Pontificatus sui anno XI.

72. Aliæ ejusdem Clementis, incipientes: *Licet Sacro*, xii. Januarii Pontificatus sui anno xiii.

73. Aliæ ejusdem Clementis, Incipientes: *Expositum Nobis*, xxviii. Januarii Pontificatus sui anno eodem.

74. Aliæ ejusdem Clementis, incipientes: *Quæcumque a Sede*, vii. Decembris Pontificatus sui anno eodem.

75. Aliæ Pauli V. Incipientes: *Expositum Nobis*, xxv. Junii Pontificatus sui anno IV.

76. Aliæ ejusdem Pauli, incipientes: *Cum inter Fratres*, xx. Novembris Pontificatus sui anno XI.

77. Aliæ ejusdem Pauli, incipientes: *Pro parte*, iii. Junii Pontificatus sui anno XIII.

78. Aliæ ejusdem Pauli, Incipientes: *Congregatio Sacrorum*, xxiii. Martii Pontificatus sui anno XV.

79. Aliæ Gregorii XV. incipientes: *Cum alias*, xvii. Augusti Pontificatus sui anno I.

80. Aliæ Urbani VIII. Incipientes: *Romanus Pontifex*, xxv. Martii Pontificatus sui anno I.

81. Aliæ ejusdem Urbani, Incipientes: *Alias a felicis Recordationis*, vii. Februarii Pontificatus sui anno II.

82. Aliæ ejusdem Urbani, incipientes: *Cum sicut Dilectus*, xxx. Junii Pontificatus sui anno eodem.

83. Aliæ ejusdem Urbani, incipientes similiter: *Cum sicut*, eisdem die, & anno.

84. Aliæ ejusdem Urbani, Incipientes: *Exponi Nobis*, viii. Augusti Pontificatus sui anno III.

85. Aliæ ejusdem Urbani, incipientes: *Expositum Nobis*, xix. Februarii Pontificatus sui anno V.

86. Aliæ ejusdem Urbani, incipientes: *Ex incumbentis*, xix. Januarii Pontificatus sui anno VII.

87. Aliæ ejusdem Urbani, incipientes: *Cum Procurator*, xxii. Martii Pontificatus sui anno IX.

88. Aliæ ejusdem Urbani, incipientes: *Exponi Nobis*, xii. Julii Pontificatus sui anno eodem.

89. Aliæ ejusdem Urbani, incipientes: *Cum sicut*, ii. Martii Pontificatus sui anno XV.

90. Aliæ ejusdem Urbani, incipientes: *Exponi Nobis*, xxviii. Julii Pontificatus sui anno eodem.

91. Aliæ ejusdem Urbani, incipientes: *Alias postquam*, ix. Decembris Pontificatus sui anno XVII.

92. Aliæ ejusdem Urbani, incipientes: *Sacra Congregatio*, xxix. Januarii Pontificatus sui anno XVIII.

93. Aliæ ejusdem Urbani similiter, incipientes: *Sacra Congregatio*, x. Septembris Pontificatus sui anno eodem.

94. Aliæ ejusdem Urbani, incipientes: *Justis, ac Honestis*, iii. Maii Pontificatus sui anno XX.

95. Aliæ ejusdem Urbani, incipientes: *Sacra Congregatio*, eisdem die, & anno.

96. Aliæ ejusdem Urbani, incipientes: *Alias a Nobis*, x. Junii Pontificatus sui anno eodem.

97. Aliæ ejusdem Urbani, incipientes: *Cum sicut*, xvii. Novembris Pontificatus sui anno eodem.

98. Aliæ Innocentii X. incipientes: *Alias pro exequutione*, xxvii. Martii Pontificatus sui anno III.

99. Aliæ ejusdem Innocentii, incipientes: *Sacra Congregatio*, xv. Decembris Pontificatus sui anno eodem.

100. Aliæ Alexandri VII. incipientes: *Cum sicut*, xi. Junii Pontificatus sui anno V.

101. Aliæ ejusdem Alexandri, Incipientes: *Alias pro parte*, xxii. Junii Pontificatus sui anno IX.

102. Aliæ Clementis X. incipientes: *Exponi Nobis*, xxiii. Septembris Pontificatus sui anno VI.

103. Aliæ Innocentii XI. incipientes: *Nuper a Congregatione*, xxvi. Novembris Pontificatus sui anno III.

104. Aliæ ejusdem Innocentii, incipientes: *Exponi Nobis*, xxvii. Novembris Pontificatus sui anno IV.

105. Aliæ ejusdem Innocentii, incipientes; *Alias ad supplicationem*, xvi. Septembris Pontificatus sui anno IX.

106. Aliæ ejusdem Innocentii, incipientes: *Alias pro parte*, xvi. Junii Pontificatus sui anno X.

107. Aliæ ejusdem Innocentii, incipientes: *Exponi Nobis*, xvi. Octobris Pontificatus sui anno eodem.

108. Aliæ ejusdem Innocentii, incipientes similiter: *Exponi Nobis*, x. Februarii Pontificatus sui anno XII.

109. Aliæ ejusdem Innocentii, similiter incipientes: *Exponi Nobis*, x. Aprilis Pontificatus sui anno eodem.

110. Aliæ Innocentii XII. felicis recordationis Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, incipientes: *Christifidelium*, xvi. Kalendas Martii Pontificatus sui anno III.

111. Aliæ ejusdem Innocentii, Incipientes: *Nuper pro parte* vii. Aprilis Pontificatus sui anno eodem.

112. Aliæ ejusdem Innocentii, incipientes, *Debitam*

tum xix. Maii Pontificatus sui anno eodem.

113. Aliæ ejusdem Innocentii, incipientes: *Alias a felicis memoriæ* v. Decembris Pontificatus sui anno VI. respective expeditæ.

Quum autem, sicut eadem petitio continebat, iidem Fratres Minores de Observantia Apostolicas largitiones, tam ante literas fel. mem. Leonis X. Antecessoris Nostri incipientes: *Ite & Vos*, Universo Ordini Beati Francisci, quam post Leonem ad hæc usque tempora iisdem Fratribus de Observantia, Beatæ Claræ, & Tertio de Pœnitentia Ordinibus, collata Privilegia illæsa, & sarta tecta tueri optent, memoria repetentes per Sedem Apostolicam semel concessa, licet sæpe numero approbata, & confirmata, si denuo Apostolicæ auctoritatis præsidio fulciantur, in suo robore magis persistere, & maximum pondus apud omnes Christifideles obtinere, propterea iidem Fratres Minores de Observantia prædictas literas Apostolicas nostra auctoritate approbari, confirmari, & innovari cupientes, per eumdem Josephum Mariam Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut dicti Ordinis Minorum stabilitati, & decori, juxta eorum vota, consulere, deque Apostolica benignitate providere, ut in aliis jam fecimus, dignaremur.

114. Dudum enim per quasdam Literas Nostras IV. Idus Decembris 1725. incipientes: *Sollicitudo Ecclesiæ*, inter alia superius indicatam Constitutionem Pii Papæ V. cujus initium: *Dum ad uberes*, qua Ordines Regulares Mendicantium utriusque sexus, resque eorum a quibuscumque exactionibus, & vectigalibus eximuntur, de verbo ad verbum insertam confirmavimus, & Ordinem Fratrum Minorum Regularis, & strictioris Observantiæ inter quatuor Mendicantium Ordines comprehensum, ideoque Privilegiis in eadem Constitutione expressis gaudere declarantes, illum ab omnium vectigalium onere, & literarum solutione, præsertim in Dominiis S. R. E. perpetuo exemimus, aliisque gratiis Apostolicis cumulavimus.

115. Per alias etiam Literas Nostras Romæ datas apud Sanctum Petrum anno 1725. xv. Idus Decembris Pontificatus Nostri anno II. incipientes *Paterna Sedis Apostolicæ*, alias literas, & Privilegia a Romanis Pontificibus Antecessoribus Nostris in Tertiarios quoscumque, eorumque Ordinem quomodolibet collata, ipsosque Tertiarios habitum Pœnitentiæ a Fratribus Minoribus de Observantia sumentes, & ab eis dependentes, omnimodæ jurisdictioni, & regimini Superiorum Generalium denuo subjecimus, & commendavimus.

116. Ad hæc per alias literas Nostras sub Annulo Piscatoris Romæ pariter datas apud Sanctum Petrum die xiv. Februarii 1726. Pontificatus Nostri anno II. incipientes: *Pastoralis officii* statuimus, & ordinavimus, ut Fratres Minores de Observantia ubique terrarum tam in Processionibus, quam in publicis, & privatis actibus, & functionibus super omnes Fratres Reformatos Ministro Generali totius Ordinis Minorum subjectos præcedentia gauderent.

117. Mox per alias Romæ datas apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1727. Kalendis Martii Pontificatus Nostri anno III. incipientes: *Ex quo Sedes Apostolica*, concessimus, & indulsimus, ut in Ecclesia Beatæ Mariæ de Aracœli de Urbe Conventus eorumdem Fratrum Minorum Observantium Archiconfraternitas Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ institueretur, cui aliæ quæcumque Confraternitates aggregari possent, cum nonnullis Indulgentiis in iisdem literis latius adductis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus. (a)

118. Præterea Ecclesiis Ministro Generali ejusdem Ordinis Fratrum Minorum subjectis Indulgentias Altaris Privilegiati, sub nonnullis modis, & formis concessimus, ut in Decreto ea de re die xiv. Decembris anni 1725. vulgato plenius continetur.

119. Hodie vero per literas incipientes: *Loca Sancta*, Indulgentias, & privilegia quæcumque ad Loca Sancta Palæstinæ accedentibus, & Guardiano, & Fratribus Minoribus de Observantia ibidem morantibus, & exercitium Viæ Crucis in Ecclesiis eorumdem Fratrum peragentibus antea concessa, Nostris quoque literis incipientibus: *Inter plurima*, approbavimus, confirmavimus, extendimus, & ampliavimus, ut in iisdem Nostris literis hodie confectis latius exprimitur.

120. Quare eidem Josepho Mariæ specialem gratiam facere volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, approbationes jam dictas, explicationes, declarationes, exemptiones, immunitates, libertates, facultates, favores, Indulgentias, etiam plenarias, & animabus in Christi charitate defunctorum applicabiles, peccatorum remissiones, absolutiones, privilegia, & indulta spiritualia, & temporalia, etiam quoad susceptionem Sacrorum Ordinum extra tempora a jure statuta absque exhibitione literarum Apostolicarum in forma Brevis, sed vigore privilegiorum per Apostolicam Sedem, vel expresse, vel per viam communicationis Regularibus concessorum, ut nuper a Nobis ipsis in Concilio Lateranensi, & per Congregationem particularem Decretum est.

121. Aliasque gratias per modum etiam communicationis, & extensionis cum aliis Ordinibus Mendicantium, & non Mendicantium, præsertim Sancti Benedicti, ac quem Nos professi sumus, Ordinis Prædicatorum, necnon Societatis Jesu; Item Sanctiones, Ordinationes, Decreta, Moderationes, Constitutiones tam in Universi Ordinis Beati Francisci sub Fratrum Minorum tantum, aut sub alia quacumque denominatione, quæ hic pro expressa habeatur, quam in eorumdem Fratrum Minorum Observantium, Beatæ Claræ, & Tertii de Pœnitentia Ordinum, quorum privilegiorum confirmatio per Nos facta salva, & illæsa persistat, etiam quoad Superiores, Fratres, Moniales, Sorores eorumdem trium Ordinum, personasque quascumque, & Procuratores, & Sindicos quorumvis Conventuum, ipsosque Conventus, Monasteria, Domus Regulares, Ecclesias, & alia loca, etiam quoad ritum celebrationis Missarum, recitationis horarum Canonicarum, & aliarum precum, ac festa Sanctorum Ordinis Minorum.

Confirmamus etiam superius memoratas literas Apostolicas in iis, quæ præsentem statum pacificum aliorum Ordinum Beati Francisci nulla in re perturbant, & præcipue literas Apostolicas prædictorum Antecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum, & alias quascumque Apostolicas literas quomodocumque editas, atque vulgatas, dummodo earum existentia legitime, & valide comprobetur, etiamsi eædem literæ sæpius concessæ fuissent, quas omnes, & singulas, inque iis contenta quæcumque,

atque

(a) *Hujusmodi Apostolicas literas super Archiconfraternitate Conceptionis B. M. V. non retulimus, quia ob varias rationes hactenus executioni nequaquam demandatæ fuerunt. Videri tamen possunt in Regesto P. Josephi Mariæ ab Ebora typis Romæ impresso pag. 195.*

atque inde legitime) deducta pariter confirmamus, una cum rescriptis per Venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales inde confectis in favorem dictorum Fratrum; volentes, ut hic pro sufficienter expressis, atque insertis tenores eorumdem rescriptorum, & literarum cum omnibus clausulis, decretis, & derogationibus suis habeantur.

122. Una cum his præterea confirmamus duo alia decreta per eosdem Venerabiles Fratres Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Immunitati Ecclesiasticæ tuendæ præpositos, quorum prius editum est die x. Maii 1669. quo Procuratores, & Sindicos Fratrum Minorum de Observantia ex literis Apostolicis fel. mem. Antecessoris Nostri Clementis Papæ VII. gaudere declarantur privilegio fori in Causis Civilibus, Criminalibus, & mixtis, nec posse compelli ad exercenda munia publica Communitatis, nec ab ullo molestari, nisi coram legitimo Conservatore.

123. Alterum vero die xiv. Januarii 1698. vulgatum, quo Agentes Monasteriorum Monialium Ordinis Beatæ Claræ exempti dicuntur à represaliis. Confirmamus item declarationem S. R. E. Cardinalium bono Regimini præpositorum die xxiv. Januarii 1599. factam, qua singuli Apostolici Sindici pro singulis Conventibus Fratrum Minorum Observantium legitime deputati a solutione Collectarum in oneribus Communitatum exempti esse statuuntur.

124. Demum confirmamus, & perpetuo approbamus quæcumque alia decreta, Apostolicasque declarationes per eosdem S. R. E. Cardinales quandocumque, & quomodocumque vulgatas pro Fratribus Minoribus Observantibus, & Beatæ Claræ, ac Tertio de Pœnitentia Ordinibus, dummodo ejusmodi literæ, & declarationes Concilii Tridentini Decretis non adversentur: In plenam etiam observantiam, pristinum, & validissimum statum restituimus, revocamus, innovamus omnia, & singula præmissa, & quatenus opus est, ea omnia denuo concedimus, & indulgemus, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, aut facti, quarumcumque solemnitatum de jure, usu, consuetudine, aut alias quomodolibet requisitarum, ac in præmissis fortasse omissarum, nec non quoscumque alios quantumvis substantiales defectus, si qui forsan quomodolibet reperirentur, auctoritate Nostra supplemus.

Volumus autem præsentes Nostras literas, & in eis, ut dictum est, contenta quæcumque, semper validas, & efficaces esse, & fore, suosque totos, plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, ad quos nunc quomodolibet spectat, & in futurum spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari: neque ullo unquam tempore ex quocumque capite, etiam in corpore juris expresso, aut ex qualibet causa, quantumvis pia, legitima, privilegiata, & juridica, ex eo etiam, quod quicumque in præmissis, & circa ea quomodolibet ex qualibet causa, ratione, actione, vel occasione jus, aut interesse habentes, vel se habere prætendentes, illis non consenserint, nec ad id vocati, citati, & auditi fuerint, & causæ, propter quas eædem præsentes literæ prodierint, adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, ac specificam, & individuam mentionem requirente defectu, sive etiam ex eo, quod in præmissis, eorumve aliquo solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non forent, aut ex quocumque alio colore, prætextu, ratione, aliave causa, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda esset, notari, invalidari, retractari, limitari, infringi, restringi, in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam, & terminos juris reduci possint: & nemo contra eas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque facti, vel gratiæ remedium impetrare, seu quomodolibet, etiam motu proprio concesso, uti, vel se juvare in judicio, vel extra illud valeat: nec easdem præsentes sub quibusvis similium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per Nos etiam, & Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, etiam die proxima post eorum assumptionem, vel alias motu simili, & Consistorialiter, etiam si de his Nostris præsentibus specialis mentio fieret, pro tempore factis, & faciendis comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse volumus, & quotiescumque illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac denuo etiam sub quacumque posteriori data concessas esse, & fore decernimus.

Sicque, & non alias per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, judicari, & definiri debere volumus, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca dilectis Filiis Nostro dicti Ordinis Fratrum Minorum de Observantia nuncupatorum Cardinali Protectori, nunc, & pro tempore existenti, seu in illius absentia, vel defectu, alteri ex parte S. R. E. Cardinalibus munus Protectoris hujusmodi gerenti, ac Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, per easdem præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum per se, vel alium, seu alios easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, faciant auctoritate Nostra plenum eorum effectum sortiri, illisque omnes, quos concernunt, pacifice frui, & gaudere; non permittentes quemquam contra præsentium tenorem super his quomodolibet indebite molestari, perturbari, inquietari, vel impediri, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, & invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Non obstantibus Nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, & Constitutione fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. similiter Prædecessoris Nostri, qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem, vel Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere audeant, seu præsumant, ac in Concilio Generali edita de duabus dietis, aliisque quibusvis in contrarium præmissorum forsan quomodolibet editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Provincialibus, & Capitularibus dicti Ordinis Fratrum Minorum de Observantia nuncupatorum, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, &

Literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis per Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, & Nos ipsos, & Sedem prædictam, cum quibusvis irritativis, annullativis, cassativis, revocativis, modificativis, præservativis, exceptivis, restitutivis, declarativis, mentis attestativis, ac derogatoriarum derogativis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu pari, ac Consistorialitet, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium eorumdem præmissorum concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, latissime, & plenissime, ac specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis manu alicujus ex Secretariis Ministri, vel Commissarii Generalis Ordinis eorumdem Fratrum de Observantia, seu Notarii publici subscriptis, & sigillo Officii ejusdem Ministri, vel Commissarii, aut Procuratoris Generalis ipsius Ordinis, vel alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, innovationis, novæ concessionis, roboris, adjectionis, defectuum suppletionis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo septimo, quinto Nonas Martii Pontificatus Nostri Anno III.

P. Cardinalis Pro-Datarius.

F. Cardinalis Oliverius.

Visa De Curia J. Archiep. Ancyranus.

Loco ✠ Plumbi.

L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Transumptum Decreti alias conditi super Titulo, & Sigillo Ministri Generalis totius Ordinis extractum hoc anno ex Regestis Sac. Rit. Congr. occasione novarum Controversiarum, quas super eodem titulo intentare volebant P.P. Conventuales.

RELIGIONIS SANCTI FRANCISCI.

CUm Procurator Generalis Fratrum Minorum Conventualium Sancti Francisci sex ab hinc annis ægrè ferret Ministrum Generalem de Observantia in præteritum usum fuisse, & in præsentiarum uti titulo, & Sigillo cum Inscriptione *Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum*, recursum habuit ad Sanctissimum supplicans mandari reformari hujusmodi Titulum, tamquam non legitime dicto Ministro Generali de Observantia competentem: & supplicationem per Sanctissimum ad hanc Sacram Rituum Congregationem remissa, eadem Sacra Congregatio discussionem hujus negocii ad referendum usque de Anno 1625. commisit Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Muto, coram quo formato dubio de consensu ambarum partium; *An titulus Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, quo insignitur Minister Generalis Observantium, sit reformandus?* Utraque parte sæpè sæpius in facto, & jure desuper informante, & audita, ad relationem ejusdem Eminentissimi Cardinalis Muti, causa accerrime in plena Congregatione discussa, Sac. Rituum Congregatio respondit *nihil innovandum, & Ministrum Generalem, ut Observantia legitime usum fuisse*, & uti posse, *Titulo, & Sigillo cum Inscriptione Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum*; Et ita servari mandavit. Die 22. Martii 1631.

RELIGIONIS S. FRANCISCI.

RElligio Minorum Conventualium conquesta est apud Sanctissimum de Decreto ab hac Sac. Rituum Congregatione emanato ad favorem Ministri Generalis de Observantia Sancti Francisci circa usum *Tituli, & Sigilli Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum*, supplicans tanquam non audita in suis juribus, audiri in Signatura gratiæ, & mandari Illustrissimo Datario, qui concedat ad hoc supersessoriam necessariam.

Ex adverso autem Frater Alphonsus de Prato Procurator Generalis Minorum Observantium adiens, & ipse cum supplici libello eumdem Sanctissimum supplicavit, quod stante jure suæ Religionis quæsito tam ex Bullis Pontificiis, quam etiam ex novissimo Decreto, parte adversa super usu dicti Tituli, & Sigilli per quinquennium, & ultra, sæpius audita, & replicante, nemine ex Eminentissimis Patribus contradicente, ad sui favorem edito, & etiam impresso, Sanctitas sua dignaretur huic negocio perpetuum silentium, ut par est, imponere: & utraque supplicatione per Sanctissimum ad hanc Sacram Congregationem remissa, eadem Sacra Congregatio, unanimi Eminentissimorum Patrum consensu, censuit *ex hactenus deductis non esse locum novæ Audientiæ*, & mandavit Secretarium alloqui cum Sanctissimo juxta mentem. Die 12. Aprilis 1631.

Feria 6. die 25. Aprilis Ego Secretarius allocutus fui cum Sanctissimo juxta mentem Sacræ Congregationis, & Sanctitas Sua mandavit mihi, ut alloquerer, prout feci, R. P. D. Datarium pro imponendo perpetuo silentio.

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Tedeschi Archiep. Apamenus Secretarius.

BRE-

B R E V E

Moderatorium Constitutionis Universalis Ecclesiæ *pro Familia Ultramontana.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

ALias nos per quandam nostram Constitutionem, cujus initium est *Universalis Ecclesiæ regimini*, quam non minus pro paterno, quem erga inclitum Fratrum Minorum S. Francisci Ordinem gerimus, devotionis, & charitatis affectu, quam ad antiquam Regularem Observantiam in eo fartam, tectamque tuendam, & restituendam, non ita pridem edidimus, inter alia disposuimus, quod in Diffinitoriis, Congregationibus, & Capitulis Provincialibus respective eorumdem Fratrum tam de Observantia, quam Reformatorum, Discalceatorum, Recollectorum, Tertiariorum, vel quocumque alio nomine nuncupatorum, sub directione, ac guberuio Ministri Generalis dicti Ordinis degentium, soli deinceps Patres Diffinitorii cujuslibet Provinciæ ad id electi, nimirum Minister Provincialis, Custos, & Diffinitores, qui numero quatuor esse solent, voce consultiva, & decisiva uti, & frui deberent, prout in eadem nostra Constitutione, cujus tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & ad verbum inserto habere volumus, uberius continetur.

Cum autem, sicut Filii Fratres Provinciarum de Observantia, Recollectorum, ac Tertii Ordinis ejusdem Sancti Francisci Familiæ Ultramontanæ nobis nuper exponi fecerunt, ex quadam propemodum necessaria hactenus apud eos servata, ac tum Capitulis Generalibus ejusdem Ordinis, tum etiam Sedi Apostolicæ, sicuti ex quibusdam felicis recordationis Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Nostri Literis constare dicitur, probata consuetudine, in Diffinitoriis, Congregationibus, & Capitulis hujusmodi, præter Ministrum Provincialem, Custodem, & quatuor Diffinitores præfatos, duo alii Fratres quoad Provincias eorum de Observantia, & unus dumtaxat quoad illas Recollectorum, & Tertii Ordinis, ad suffragium ferendum admitti consueverint, isque usus invaluerit, potissimum ne in Diffinitoriis, Congregationibus, & Capitulis præfatis desint Religiosi in rebus ad easdem Provincias pertinentibus versati, qui Officiales electos, ubi opus est, de illis edocere valeant, præsertim cum dictæ Provinciæ vastæ existant, ac Conventuum copia abundent, & ut plurimum iidem Officiales recenter electi debitam de ipsis Provinciis, earumque statu cognitionem non habeant: Nobis propterea Exponentes præfati humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Provinciarum prædictarum bonum regimen, felicemque progressum, & tranquillitatem sinceris exoptamus affectibus, hisce justis, & rationabilibus ex causis adducti, memoratam nostram Constitutionem in hac parte tantum declarare, & moderari, ipsosque Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, quod in dictis Diffinitoriis, Congregationibus, & Capitulis Provinciarum Fratrum de Observantia, Recollectorum, & Tertii Ordinis Familiæ Ultramontanæ, in quibus tamen, antequam præfata nostra Constitutio emanaret, enarrata consuetudo vigebat, & non alias, ultra Ministrum Provincialem, Custodem, & quatuor Diffinitores prædictos, ex-Minister Provincialis immediatus, qui pro tempore officio suo perfunctus fuerit, votum, seu suffragium, sicuti antea, ferre, & habere, ac quoad Provincias ipsorum Fratrum de Observantia, præter eumdem ex-Ministrum Provincialem immediatum, ac in locum antiquioris Patris alius insuper Religiosus quolibet triennio a senioribus, seu antiquioribus Patribus cujuslibet Provinciæ, qui inibi juxta eorum graduationem reperientur, incipiendo, ita scilicet, quod Patres Ordinis ex-Ministros Provinciales, actuales vero illos, qui habituales vocantur, præcedant; & si non adsint Fratres his qualitatibus præditi, etiam Lectores Jubilati, ac demum ii, qui ad ejusdem nostræ Constitutionis præscriptum subrogandi veniunt, accersantur, & admittantur, similiter vocem habere, & ferre libere, licite, & valide possint, & valeant, auctoritate Apostolica harum serie concedimus, & permittimus: cum hoc tamen, quod ejusmodi ex-Minister Provincialis, ac alius Religiosus Fratrum de Observantia a Diffinitoriis, Congregationibus, & Capitulis præfatis per triennium, quo durante, illa ingredi nequeant, vacare teneantur, tametsi in illis ad quemvis gradum suarum Provinciarum exacto dicto triennio deligi, seu in locum aliorum Patrum subrogari valeant, cum mens, & intentio nostra sit providere, ne istorum ex-Ministri Provincialis, & alterius Religiosi suffragia sint perpetua, seu semper in gubernio persistant, ac propterea volumus, quod in sequenti Capitulo, præter ex-Ministrum Provincialem immediatum præfatum, ita substituantur antiquiores, & seniores Patres in Provinciis Fratrum de Observantia, uti supra dispositum fuit: quod si uno triennio Pater Ordinis vocem habuerit, sequenti triennio, nisi alius Pater Ordinis sive actualis, sive habitualis adfuerit, Pater Provinciæ succedere debeat, servato semper ordine in subrogationibus hujusmodi per nos in memorata nostra Constitutione præscripto. Non obstantibus quoad ea, quæ præsentibus sunt contraria, nostra præfata, & quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in eadem nostra Constitutione concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xiv. Junii 1727. Pontificatus Nostri Anno IV.

F. Cardinalis Oliverius.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

Con-

Confirmatur Decretum Ministri Generalis Ordinis super exercitio Cantus Gregoriani in Provinciis Minorum Tertii Ordinis in Regno Galliarum.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilectorum filiorum Ministrorum Provincialium, aliorumque Superiorum Provinciæ Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci de Pœnitentia nuncuparorum in Regno Galliarum consistentium, Nobis expositum fuit, quod dilectus filius Matthæus a Parera Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de Observanria nuncupari, menti, & intentioni Nostræ ei vivæ vocis oraculo expressæ inhærens, die 20. Martii proxime præteriti Ministris Provincialibus dictarum Provinciarum præcepit, ut in eisdem Provinciis exercitium, ac peririam Cantus firmi Ecclesiastici, quem *Gregorianum* vulgo appellant, a Romanis Ponrificibus Prædecessoribus nostris, ad usum S. R. E. ordinati, promovere curareut, ac tenerentur, prout uberius continetur in ipsius Matthæi Ministri Generalis Decreto desuper edito, tenoris, qui sequitur, videlicet:

§. 1. Quoniam literis nostris nuper expeditis pro tota hac nostra Familia Cismontana de mente, & oraculo Sanctissimi Domini Nostri Benedicti Papæ XIII. executioni maudandum intimavimus, quod in omnibus, & singulis Conventibus cujuscumque Instituti tam Obseevantinm, quam Reformatorum, & Excalceatorum sub cura nostra, officium diurnum celebretur, celebrarique debeat cantu firmo Ecclesiastico, *Gregoriano* vulgo dicto, diebus maxime solemnibus, & festivis, juxta antiquam, & laudabilem consnetudinem Majorum nostrorum, hujusmodi piissimæ menti, & oraculo Sanctissimi inhærentes, ne dum precibus humilibus pro parte Provinciarum hujusmodi Ordinis de Pœnitentia in Gallia Nobis expositis annuere, verum etiam præcipere decrevimus, sicut harum tenore præcipimus, quatenus Ministri Provinciales dictarum Provinciarum promovere curent, ac teneantur, mediantibus Religiosis peritis, & expertis, in juvenibus exercitium, & notitiam ejusmodi Cantus firmi, seu *Gregoriani* a Summis Pontificibus ad usum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ordinati, & a Majoribus nostris in toto Ordine introducti, & practicati, juxta mentem Seraphici Patris Nostri Sancti Francisci, quam in Regula verbis præceptivis Clericis expressit, & intimavit. Datum Romæ in hoc nostro Aracœlitano Conventu die 20. Martii 1727.

F. Matthæus a Pareta Minister Generalis.
Loco ✠ Sigilli.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsenrium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerit, supplemus.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectar, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, prædictorum Ordinis, & Provinciarum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 20. Junii 1727. Pontificatus Nostri Anno quarto.

Custodia Sancti Nicolai in Lotharingia in Provinciam erigitur.

BENEDICTVS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

SOlicitudo pastoralis officii, quo Ecclesiæ Catholicæ regimini, divina dispositione, præsidemus, nos admonet, ut paternam religiosorum virorum altissimi obsequiis sub arctioris vitæ instituto mancipatorum curam gerentes, felici illorum statui, ac progressui, & Religionis incremento, quantum nobis ex alto conceditur, prospicere jugiter studeamus. Cum itaque, sicut accepimus, alias dilectus filius nobilis vir Leopoldus Lotharingiæ, & Barri Dux, non minus pro avita sua in Deum pietate, & singulari erga Ordinem Fratrum Minorum Sancti Francisci devotione, quam excitatus suavis odoris fragrantia in universum ejus Dominium diffusa, vitæ, ac bonæ conversationis exemplo, religiosisque in vinea Domini laboribus dilectorum filiorum Fratrum ejusdem Ordinis de Observantia Recollectorum nuncupatorum Custodiæ Sancti Nicolai in Lotharingia nuncupatæ, quæ infrascriptis septem Conventibus Longuicensi, Gondrecuriensi, Dambliniensi, Confluentino, Aspermontano, Sifoldiensi, Bulnievillensi, & Hospitio Mirecuriensi, ubi Noviriatus cum tribus Sacræ Theologiæ tum Scholasticæ, tum Moralis, & uno Philosophiæ cursibus institutus reperitur, ac quorum Religiosi catholicæ doctrinæ semen longe, lateque spar-

spargere non desistunt, & exactiuri Regulæ, quam profitentur, observantia, non sine ingenti populorum ædificatione sedulo incumbunt, eamdem Custodiam, cui, data occasione, novos Conventus addere paratus erat, in Provinciam erigi exoptans, literas ad novissimum Capitulum Generale prædicti Ordinis in Alma Urbe nostra celebratum pro ejusmodi erectione obtinenda dedisset, quibus acceptis, idem Capitulum Generale decrevit numerum, & Statum Conventuum, & Hospitii prædictorum, ab uno Commissario Generali dicti Ordinis prius examinandos, & illius Ministro Generali significandos fore, quam ad erectionem prædictam deveniretur, quæ quidem omnia rite, ac ordine adimpleta fuerunt: verum quia, juxta statuta generalis auctoritate Apostolica confirmata, ac decreta Capitulorum Generalium dicti Ordinis, enarratus Conventuum numerus satis non est, ut in Provinciam erigatur, nisi specialis nostra, & hujus Sanctæ Sedis in hac parte, ut alias sæpius factum fuisse memoratur, accedat dispensatio, & facultas. Hinc est, quod nos pio ejusdem Leopoldi Ducis desiderio hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, simulque firmiori, & solidiori ejusdem Custodiæ statui, prosperoque illius regimini, & progressui providere volentes, & dilectorum filiorum Custodis, & Diffinitorum, aliorumque Fratrum Custodiæ hujusmodi singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, prædictam Custodiam, tametsi nonnisi septem Conventibus, ac Hospitio de præsenti constantem, sicut præmittitur, in novam Provinciam Fratrum Recollectorum dicti Ordinis, quæ Provincia Sancti Nicolai itidem nuncupari debeat, ac Capitula Provincialis Pro-Ministri Provincialis, Custodis, & Diffinitorum, aliorumque Officialium ipsius Provinciæ electione, Congregationes, aliosque congressus, ad instar aliarum Ordinis hujusmodi, celebrare, ac omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, juribus, honoribus, privilegiis, gratiis, & indultis, quibus aliæ ejusdem Ordinis Provinciæ tam de jure, quam usu, & consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pariformiter, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possit, & valeat, tenore præsentium, sine cujusquam præjudicio, in perpetuum erigimus, & instituimus. Decernentes ipsas præsentes literas, & in eis contenta, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, & specifica, & individua mentione, & expressione dignitatia, non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanarint, adductæ, aut verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex quavis alia, etiam quantumlibet individua, juridica, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, & quantumvis formali, substantiali defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu proprio, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas literas præsentes semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, illiusque Capitulorum Generalium, & Custodiæ hujusmodi, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, decretis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis, etiam dicto Ordini, ejusque Superioribus, & quibusvis aliis personis, & locis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibus etiam, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 30. Julii 1727. Pontificatus Nostri anno quarto.

F. Cardinalis Oliverius.

Loco ✠ Sigilli.

Statuitur Præcedentia Clericorum supra Laicos in Provinciis Discalceatorum.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dudum emanarunt a felicis record. Urbano PP. VIII. Prædecessore Nostro literæ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet.

UR-

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM, sicut dilectus Filius Procurator Generalis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, ea quod Fratres Laici, seu Conversi ejusdem Ordinis indebite prætenderint semper, & prætendant, se in omnibus, & singulis functionibus tam publicis, quam privatis Fratres Clericos dicti Ordinis præcedere debere, gravissimæ perturbationes, lites, & contentiones, aliaque incommoda orta fuerint, & in dies oriantur, non sine maximo personarum sæcularium scandalo, & offensione, & propterea idem Procurator Generalis per Nos in præmissis opportune provideri desideret; Hinc est, quod Nos eorumdem Fratrum, quos Deo in humilitatis Spiritu juxta suam vocationem servire convenit, tranquillitati consulere, & ne ob præmissa mutuæ inter eos charitatis ardor intepescat, providere pro nostra Pastorali cura volentes; motu proprio, ac ex certa scientia nostris, ne de cætero ulli dicti Ordinis Fratres Laici, seu Conversi, quovis sub prætextu, quæsito colore, vel ingenio, & nomine antiquioris suæ ad habitum Regularem dicti Ordinis receptionis, aut in eo emissæ professionis, seu cujusvis consuetudinis, Fratres Clericos ejusdem Ordinis in quibusvis functionibus tam publicis, quam privatis præcedere, & ne quicumque Superiores ejusdem Ordinis id deinceps quoquomodo permittere audeant, vel præsumant, sub excomunicationis pœna ipso facto per contrafacientes incurrenda, Apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus, ordinamus, & prohibemus. Decernentes præsentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordini, illiusque Superioribus, Fratribus, & personis, sub quibusvis verbis, tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xvii. Novembris MDCXXXXII. Pontificatus Nostri Anno vigesimo.

M. Antonius Maraldus.

Ac subinde idem Urbanus Prædecessor literas prædictas, occasione confirmationis statutorum, quæ pro Provincia ipsorum Fratrum Reformatorum condita fuerant, per alias suas in pari forma Brevis die xxii. Decembris ejusdem anni MDCXXXXII. expeditas literas, approbavit, & confirmavit, illarumque observantia, & executio in Capitulis Generalibus ipsius Ordinis anno MDCXLV. in Civitate Toletana, & anno MDCLXXVI. In Alma Urbe habitis districte injuncta fuit. Postmodum vero quondam Frater Petrus Marinus Sormanus dicti Ordinis, dum viveret, Minister Generalis, quandam prius a se desuper editam declarationem ad omnes Hispaniarum Provincias Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum direxit, ibique publicari, & executioni mandari præcepit, vigore præsentium suarum literarum, die x. Maii MDCLXXXVI. editarum, quæ a rec. mem. Innocentio PP. XI. Prædecessore Nostro confirmatæ fuerunt per suas itidem in simili forma Brevis literas tenoris sequentis, nimirum.

INNOCENTIUS PP. XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Didacus de Escazena Sacræ Theologiæ Lector, & Sancti Officii Inquisitionis in Hispania Qualificator, seu Consultor, ac Provinciæ S. Didaci Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum in Romana Curia Procurator, quod, cum Nos alias ad supplicationem etiam dilectorum Filiorum Fratrum Laicorum, seu Conversorum Provinciarum Hispaniarum Fratrum dicti Ordinis de Observantia nuncupatorum, quoddam Decretum a Ven. Fratre Nostro Alderano Episcopo Portuensi S. R. E. Cardinali Cybo nuncupato, Ordinis prædicti apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectore emanatum, quo declaratum fuit, quod juxta antiquam consuetudinem, & inveteratum usum dictarum Provinciarum Hispaniarum prædicti Fratres Laici titulo Reverentiæ, quo hactenus pacifice gavisi fuerant, in posterum etiam frui, & gaudere debeant, eosdemque Fratres Laicos professione antiquiores præcedere debere Clericos nondum in Sacris Ordinibus constitutos, juxta eandem consuetudinem, & usum prædictarum Provinciarum, auctoritate Apostolica confirmassemus, & approbassemus, prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 29. Julii 1694. expeditis literis plenius continetur; Dilecti pariter Filii Fratres Laici Provinciarum Hispaniarum Fratrum dicti Ordinis Discalceatorum nuncupatorum, in vim Decreti, & literarum nostrarum hujusmodi titulum Reverentiæ, & præcedentiam supra Fratres Clericos, in Sacris Ordinibus nondum constitutos sibi pariter deberi prætendunt, quamvis inter eosdem Fratres Discalceatos hujusmodi usus nunquam viguerit, sed contraria consuetudo semper fuerit laudabiliter observata. Unde Dilectus Filius Petrus Marinus Sormanus Minister Generalis Ordinis prædicti, ad reprimendam eorumdem Fratrum Laicorum Discalceatorum præsumptionem, prænarratum decretum ipsis Fratribus Laicis Discalceatis minime suffragari declaravit, nonnullis pœnis contra inobedientes statutis, & alias, prout uberius con-

continetur in ipsis Petri Marini Ministri Generalis literis Patentibus desuper emanatis, tenoris, qui sequitur, videlicet — *Frater Petrus Marinus Sormanus a Mediolano, Lector Jubilatus, Sacræ Inquisitionis Qualificator, ex-Guardianus Hierosolymitanus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum humilis Generalis, & Servus. Dilectis nobis plurimum in Christo Fratribus superioribus, ac subditis nostrarum Provinciarum Minorum Discalceatorum in Hispania salutem in Domino sempiternam. Supplici quidem Libello anno proxime præterita nobis porrecto exposuit P. F. Didacus de Excazena Sacræ Theologiæ Lector, Sancti Officii Consultor, tunc actualis Guardianus Conventus nostri Sanctæ Mariæ a Gratia de Villa Manrique Provinciæ nostræ Sancti Didaci in Bætica, cujus Alumnus existit, qualiter Religiosi Laici Provinciæ scandalosos quosdam fecerint motus occasione nostri decreti per literas patentes emanati xi. Augusti anni 1684. quo publicari fecimus, & executioni jussimus demandari Breve quoddam Sanctissimi Domini Nostri Innocentii Papæ XI. emanatum xxix. Julii ejusdem anni, in confirmationem Decreti Eminentissimi Domini Cardinalis Cybo Protectoris nostri, & quidem hoc in illo, utroque autem in præteritis nostris patentibus literis ab verbum inserto, quibus conceditur, ac declaratur competere Religiosis Laicis apud Hispaniæ Provincias, juxta antiquam consuetudinem, & usum prædictarum Provinciarum, titulum Reverentiæ, quo hactenus gavisi sunt, & etiam præcedentiæ ad juniores habitus Clericos nondum majoribus Ordinibus consecratos, mordicus prætendentes hujusmodi privilegium, Decretum, & Breve sibi etiam omnimode suffragari, cunctisque Discalceatorum Provinciarum Laicis professis: contra hujusmodi vero prætensiones prædictus Orator allegans primo consuetudinem, & usum in contrarium apud prædictas Hispaniæ Discalceatorum Provincias, deindeque absonum fore, imo & insanum, si apud Discalceatos Laici titulo Reverentiæ, quo reliqui Provinciales abstinent, gaudere velint, vel præallegati privilegii alteram partem, scilicet præcedentiam contendant sibi competere, cum diffiteri nequeant ad se minime alteram pertinere, scilicet titulum Reverentiæ, vel decretum derogantes, vel Institutum violantes: Tandemque offerens Breve Urbani VIII. quod incipit: Cum sicut dilectus Filius Procurator Generalis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, nobis nuper exponi fecit, quod ex quo Fratres Laici, seu Conversi ejusdem Ordinis prætenderint &c. gravissimæ perturbationes, lites, & contentiones, aliaque incommoda orta fuerint &c. datum xvii. Novembris 1642. instantissime poposcit idem Orator, ut ad sedandos motus ejusmodi, & prætensionem incongruam, præcipiendo declararemus, ut de facto declaravimus per patentes literas ad id expeditas xii. Aprilis anni proxime præteriti, quod, sicut præmemoratis Discalceatorum nostrorum Laicis Fratribus palam non competit titulus Reverentiæ, ita nec anterioritas præcedentiæ ad Clericos professos, etiam Sacro ullo Ordine nunquam insignitos, neque prædictis Discalceatorum Laicis ullo modo suffragari Decretum Eminentissimi Domini Cardinalis Protectoris a Sanctissimo Domino nostro Innocentio PP. XI. (ut prætenditur) confirmatum, & per nostras patentes publicatum, sed potius Breve Urbani VIII. proxime allegatum, & hucusque minime revocatum, sicut Reformatorum nostrorum Laicis competit, pariter & Discalceatorum Laicis competere, juxta antiquam consuetudinem, & usum prædictarum Provinciarum Discalceatorum Hispaniæ; in quarum aliquibus cum adhuc serpere dignoscatur prædictorum Religiosorum Laicorum indebita illa prætensio, ut idem*

Chronol. Seraph. *

Orator nobis nuper exposuit, tenore præsentium declarationem prædictam renovantes, & confirmantes, eam ad universas, & singulas Discalceatorum Hispaniæ Provincias dirigimus, ibidemque publicari, & executioni mandari, de Diffinitorum consensu, præcipimus, ac in virtute Sanctæ Obedientiæ, sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ ipso facto incurrenda, reducendique ad statum Novitiatus, & Caparonem per semestre induendum Transgressores quoscumque, in quibus dispensare minime etiam per Superiores liceat, ut præmemorati Fratres Laici prætensionem hujusmodi omnino deponant, ac imitatores redditi vere Evangelici ultimum sibi in terra vindicent locum, utpote statui suo, ac Instituto humilitatis congruum: sin minus nostram eisdem indignationem hisce obtestamur, & ut timere est, etiam illam Seraphici Patris Nostri Francisci degeneres acriter sunt maledicentis Filios, qui suo malo exemplo confundunt, & destruunt, quod per Sanctos Fratres hujus Ordinis jam olim Dominus ædificavit, & in dies ædificare non cessat. Datum Romæ in Conventu nostro S. Mariæ Aracælitanæ, die 10. mensis Maii Anno 1686.

Frater Petrus Marinus
Minister Generalis.

Loco ✠ *Sigilli.*

De mandato P. S. Rñæ.

Frater Joseph a Leone Secretarius
Generalis Ordinis.

Cum, sicut eadem expositio subjungebat, prædictus Didacus præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsius Didaci votis hac in re favorabiliter, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, eumque a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum dumtaxat præsentium consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas memorati Petri Marini Ministri Generalis patentes literas, cum omnibus, & singulis in eis contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerit, supplemus. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, plenissime suffragari, & ab eis inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singu-

lis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xv. Octobris 1686. Pontificatus Nostri Anno undecimo.

Cum autem, sicut accepimus, occasione Capituli Provincialis Provinciæ S. Josephi eorumdem Fratrum Discalceatorum in oppido Matriti Toletanæ Diœcesis novissime celebrati, Fratres Laici, seu Conversi dictæ Provinciæ, enarrato sub obtentu antiquioris suæ ad habitum regularem in Ordine prædicto receptionis, ac emissæ professionis, ab illius Deffinitorio Provinciali petierint, quatenus eis Fratres Clericos prædictos præcedere liceret; Nos ejusmodi prætensionibus, quæ ultra animorum dissidia, ac religiosæ pacis perturbationem, quæ invehere solent, spiritui paupertatis, atque humilitatis, cui Ordo prædictus maxime innititur, ac illius professores præcipue insistere decet, adversentur, omnem aditum præcludere volentes, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationes Venerabilis Fratris nostri Laurentii Episcopi Tusculani ejusdem S. R. E. Cardinalis Corsini nuncupati, ipsius Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, necnon dilecti Filii dicti Ordinis Ministri Generalis, sibi desuper factas, viderunt, & perpenderunt, consilio, ac motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine præinsertas Urbani VIII. ac Innocentii XI. literas, omniaque, & singula in eis contenta, & expressa, nedum ad omnes Hispaniarum, & signanter illam Sancti Josephi, sed ad quascumque totius Ordinis eorumdem Fratrum Discalceatorum Provincias quomodocumque nuncupatas, & Ministro Generali Ordinis præfati pro tempore existenti subjectas, tenore præsentium extendimus, & ampliamus, ac omnibus, & singulis ejusdem Ordinis Fratribus Laicis, seu Conversis, sub Excommunicationis, ac perpetuæ privationis juris suffragandi in Communitatibus ipso facto per transgressores incurrendis pœnis, ne deinceps præcedentiam supra Fratres jam professos, & nondum in Sacris Ordinibus constitutos, amplius prætendere audeant, seu præsumant, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, harum serie præcipimus, & mandamus, eisque super tam incongrua, & audaci eorum prætensione perpetuum silentium imponimus. Decernentes pariter easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod præfati Fratres Laici, seu Conversi, seu alii quilibet in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi fuerint, seu ex alia quacumque causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, seu in controversiam vocari, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, & illis respective in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ipsius S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ac dictæ Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, & Constitutionibus, ac Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, præfatarum Ordinis Provinciarum, earumque Conventuum, ac quibusvis aliis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, Provinciis, & Conventibus, eorumque Superioribus, Fratribus, & personis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac individua, nec non de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 6. Augusti 1727. Pontificatus nostri Anno quarto.

F. Cardinalis Oliverius.

Indul-

Indulgentia Plenaria perpetua pro Festo Sancti Jacobi de Marchia.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Redemptoris, & Domini nostri Jesu Christi, qui gloriosos falubérrimorum nobis reliquit exemplorum Sectatores, quos altis decoravit honoribus, & cœlestis beatitudinis confortes effecit, vices, licet immeriti, gerentes in Terris, spiritualium munerum thesauros, quorum nobis credita est dispensatio, libenter erogamus, sicut ad excitandam, & fovendam erga eosdem Beatos Cœli incolas fidelium devotionem salubriter expedire in Domino arbitramur.

Cum itaque Nos alias ad honorem Sanctissimæ, & individuæ Trinitatis, ad exaltationem Catholicæ Fidei, & Christianæ Religionis incrementum, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ac Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Alma Urbe nostra tunc existentium consilio, Beatum Jacobum de Marchia Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, auctoritate Nobis è Domino tradita, Sanctum esse decreverimus, & definiverimus, illumque Sanctorum Cathalogo solemni ritu adscripserimus: Hinc est, quod Nos, ad augendam fidelium Religionem, & Animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi; omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcumque Conventuum, & Monasteriorum, tam de Observantia, & Reformatorum, quàm Monialium Ordinis prædicti hactenus erectis, & imposterum quomodocumque erigendis, & ubicumq. locorum existentibus die festo ejusdem Sancti Jacobi de Marchia, e primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi, singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus: Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam. Majorem sub Annulo Piscatoris, die 14. Augusti 1727. Pontificatus nostri anno quarto.

F. Card. Oliverius.

Alias similes dedit literas idem san. mem. Pontifex sub iisdem die, & anno, quibus Indulgentiam Plenariam perpetuam concessit quoque pro Festo Sancti Francisci Solani.

Chronol. Seraph. *

Confirmantur Litteræ Apostolicæ in forma Brevis super separatione trium Conventuum cum Residentia a Provincia Sancti Andreæ, eorumque unione Provinciæ Flandriæ Ordinis Minorum de Observantia Recollectorum.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias pro parte dilecti Filii Guilielmi Jodoque Ministri Provincialis Provinciæ Flandriæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Recollectorum nuncupatorum Nobis exposito, quod cum inter novissimos bellorum in Belgicis ditionibus sævientium tumultus, ultra viginti septem Monasteria Monialium, plures Fratrum Ordinis præfati Conventus, Audomaren. scilicet, Biezen. Rentinen. Avestren. Guleten. & Barbaritonien. a dicta Provincia dismembrati, & avulsi, tresque priores Sancti Antonii in Artesia, as tres reliqui Conventus ejusmodi, cum residentia Insulen. Sancti Andreæ respective Provinciis ejusdem Ordinis uniti, & incorporati fuissent, unde prædicta Provincia Flandriæ grave detrimentum, ac diminutionem acceperat: Fratres vero præfatæ Provinciæ Sancti Andreæ Conventus Montrn. Bichien. & Tornacen. cum residentia *de Pont a Canaffe* nuncupata, sub ditione charissimi in Christo Filii nostri Caroli Hispaniarum Catholici, & Romanorum Regis in Imperatorem electi consistentes, possiderent, qui nullum Ministrum Provincialem tunc agnoscebant, ac corpus ab eadem Provincia Sancti Andreæ segregatum, & divisum constituebant; ipse Guilielmus, tum in compensationem memoratorum Monasteriorum, & Conventuum è suâ Provincia Flandriæ dismembratorum, ut præfertur, tum pro salubri horum trium Conventuum, cum ejusmodi Residentia, regimine, illos eidem Provinciæ Flandriæ uniri, & incorporari: & quia in ipsa Provincia Flandriæ inter Fratres ratione Leodienses, qui novem tantum Conventus in ea obtinebant, ac Flandros, seu aliunde oriundos, quibus dicta Provincia constabat, octodecim Conventus, quatenus tres præfati illi unirentur, habiturus, occasione distributionis officiorum multiplices turbæ, & discordiæ enasci consueverunt, aliquam, pro perpetua dictæ Provinciæ quiete, æquam inter Fratres Leodienses, & Flandros prædictos Alternativam in Officiis præfatis præscribi, atque stabiliri plurimum desiderabat.

§. 1. Nos supplicationibus ipsius Guilielmi nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac præmissis, aliisque justis ex causis Nobis notis adducti, supradictos tres Conventus Monten. Bichien. & Tornacen. cum præfata residentia *de Pont a Canaffe* a memorata Provincia Sancti Andreæ separavimus, & dismembravimus; illosque sic separatos, & dismembratos dictæ Provinciæ Flandriæ univimus, annexuimus, & incorporavimus. Ad hæc, quod bis consecutive Minister, ac tres Diffinitores ejusdem Provinciæ Flandriæ ex Fratribus Flandris, seu aliunde oriundis, ac tunc Custos cum uno Definitore ex Leodiensibus eligerentur; altera autem, seu tertia vice Minister cum uno Definitore esset ex Leodiensibus, Custos vero cum tribus Definitoribus ex Flandris, vel aliunde oriundis, sicque deinceps reliqua etiam officia dictæ Provinciæ æqualiter, juxta numerum Conventuum utriusque Nationis, distribuerentur, statuimus, atque præcepimus, & mandavimus, &

alias, prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 12. Octobris 1725. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Ac subinde tunc existens Minister Generalis Ordinis prædicti per suas patentes literas die 23. Novembris ejusdem anni, vigore facultatis sibi per Nos attributæ, editas, omnibus, & singulis Fratribus præfatorum trium Conventuum, ac Residentiæ Filiis, seu in eis degentibus potestatem fecit sese, si vellent, dictæ Provinciæ Flandriæ pariter uniendi, & incorporandi, eosque ex tunc, & perpetuo unitos, & incorporatos a die suscepti per eos habitus regularis declaravit, voluitque, ut perinde, & absque ulla differentia haberentur, ac si in eadem Provincia Flandriæ educati, ac professi fuissent.

§. 3. Cum autem, sicut supradictus Guilielmus Nobis denuo nuper exponi fecit, antequam enarratæ literæ nostræ emanarent, lis inter utramque Provinciam ejusmodi super dismembratione, & incorporatione dictorum trium Conventuum, ac tam præfatæ *de Pott a Canasse*, quàm alterius Residentiarum *de Petteghem*, etiam nuncupatæ eidem Provinciæ Flandriæ facienda, mota, Congregationi particularium trium ex Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ut per eos componerentur, per Nos remissa fuisset, ipsique Cardinales nihil hac in re innovandum censuissent, & decrevissent, atque inscio Guilielmo prædicto, tunc existentes Minister Provincialis, ac Fratres dictæ Provinciæ Sancti Andreæ eorumdem Cardinalium sententiam, seu Decretum per quasdam nostras sub Plumbo editas literas approbari, & confirmari obtinuissent, nulla vero de lite, Decreto, illiusque confirmatione, ac expeditis literis hujusmodi in primodictis literis nostris in forma Brevis, mentio facta fuerit, ac proinde de illarum, indeque secutorum validitate dubitari possit; Cumque primodictæ literæ nostræ nec memoratam Residentiam *de Petteghem*, nec Monasteria Monialium, quæ a tribus Conventibus, ac residentia dictæ Provinciæ Flandriæ sic unitis, & incorporatis dependent, & in Dominio ejusdem Caroli Regis pariter consistunt, comprehendant: Nobis propterea dictus Guilielmus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur ipsum Guilielmum amplioris favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac tam dicti Ministri Generalis patentium, quam nostrarum sub Plumbo literarum prædictarum tenores, & alia quæcumque, etiam specificam, & individuam mentionem, & expressionem requirentia, præsentibus itidem pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, supradictas nostras in pari forma Brevis, dictique Ministri Generalis patentes literas, ac separationem, & dismembrationem trium Conventuum Monten. Binchien. & Tornacen. cum Residentia *de Pott a Canasse* a Provincia Sancti Andreæ, illorumque, ac eorum Fratrum unionem, & incorporationem Provinciæ Flandriæ dicti Ordinis, aliave quæcumque inde cæteroqui legitime secuta, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & validamus, ac valere, validaque, & efficacia existere, & fore decernimus in omnibus, & per omnia, perinde ac si in eisdem nostris in forma Brevis literis, de illis sub Plumbo antea emanatis, necnon præfatis lite, & Decreto Congregationis particularis Cardinalium specifica, & individua mentio facta, ipsisque literis sub plumbo sufficienter derogatum fuisset.

§. 5. Præterea residentiam *de Petteghem*, necnon Monasteria Monialium a dictis tribus Conventibus, ac eadem, & altera *de Pott a Canasse* Residentiis dependentia, in Dominio tamen ipsius Caroli Regis sita, a dicta Provincia Sancti Andreæ similiter dismembramus, ac memoratæ Provinciæ Flandriæ unimus, & incorporamus, necnon facultatem, quæ dictorum trium Conventuum, & Residentiæ *de Pott a Canasse* Fratribus sese eidem Provinciæ Flandriæ uniendi, & incorporandi a memorato Ministro Generali in suis Patentibus literis præfatis, attributa fuit, sicut præmittitur, ad eos, & singulos itidem Fratres istius Residentiæ *de Petteghem* eadem auctoritate harum serie extendimus, eisque pariformiter tribuimus, & impertimur; firma tamen, ac in suo robore remanente in reliquis, & præsertim quoad Alternativam inter Fratres Flandros, seu aliunde orinudos, ac Leodienses in distributione officiorum dictæ Provinciæ Flandriæ earumdem nostrarum in forma Brevis literarum dispositione.

§. 6. Decernentes quoque ipsas præsentes literas, & in eis contenta quæcumque semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac, quatenus opus sit, nostræ, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de Jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, Provinciarum, Conventuum, Residentiarum, & Monasteriorum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 30. Augusti 1727. Pontificatus nostri anno quarto.

Egr-

Permittitur FF. Minoribus Provinciæ Reformatæ Vallis Mazariæ Ordinis Sancti Francisci de Observantia, ut eleemosynas pecuniarias pro Missis celebrandis procurare, & recipere possint.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

DUdum per felic. record. Urbanum Papam VIII. Prædecessorem nostrum accepto, quod in Provincia Reformata Vallis Mazariæ nuncupat. Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupat. semper servatum fuerat, ut nullæ pro celebrandis Missis pecuniæ reciperentur, sed Missæ gratis pro Benefactoribus, juxta intentionem Superioris applicarentur; nonnulli vero laudabilem usum, & observantiam hujusmodi immutare, & invertere nitebantur, idem Urbanus Prædecessor turpis quæstus materiam ab illis, qui perfectam vitam profitebantur, In re præsertim adeo Sacra, remedio tollere pro Pastorali sua solicitudine volens, ne de cætero perpetuis futuris temporibus in Provincia prædicta ullæ omnino pecuniæ pro Missis celebrandis exigerentur, ac etiam sponte oblatæ reciperentur, sed Missæ gratis, ut consueverat, celebrarentur, sub vocis activæ, & passivæ, ac, quoad Superiores, etiam suorum Officiorum, privationis pœna eo ipso, absque alia declaratione incurrenda, auctoritate Apostolica interdixit, & prohibuit, & alias, prout in memorati Urbani Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 28. Maii 1642. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius modernus Minister Provincialis dictæ Provinciæ Nobis nuper exponi fecit, propter imminutam Populorum illarum partium erga ejus Institutum devotionem, numerumque Religiosorum auctum, ad ejusmodi eleemosynas pecuniarias, modis tamen licitis, & a Constitutionibus Ordinis prædicti præscriptis, conquirere necesse fuerit, ac ita a nonnullis lustris usque in præsens piæ Urbani Prædecessoris literæ in usu amplius non sint, neque observentur, ea hac vero illarum antiqua inobservantia in Religiosorum conscientiis aliqua perturbatio, seu inquietudo exorta sit, ideoque dictus Minister Provincialis ad eas tranquillandas opportune in præmissis a Nobis provideri, &, ut infra, indulgere summopere desideret.

§. 3. Nos ipsius Ministri Provincialis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum dumtaxat præsentium consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut de cætero per Fratres Provinciæ hujusmodi eleemosynæ, quantumvis pecuniariæ, modis tamen per Sedem Apostolicam, & ab ejusdem Ordinis Constitutionibus approbatis, procurari, & recipi possint, quemadmodum a toto Fratrum Reformatorum Ordine procuratas, & respective receptas fuisse memoratur, dicta auctoritate, tenore præsentium permittimus. Non obstantibus supradicti Urbani Prædecessoris, aliisque præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Septembris 1727. Pontificatus nostri Anno quarto.

L I T E R Æ

Reverendissimi Patris Ministri Generalis convocatoriæ ad Comitia Generalia Bononiæ habenda.

Frater Matthæus a Pareta Lector Jubilatus, Sacrarum Congregationum Iudicis, & Rituum Consultor, supremæ, & universalis Inquisitionis Qualificator, & totius Ordinis Minorum S. Patris Nostri Francisci Minister Generalis, & Servus.

Dilectis nobis in Christo universis, & singulis Patribus, & Fratribus superioribus, & subditis curæ nostræ, ac jurisdictioni subjectis, salutem in Domino sempiternam.

MInisteriatus nostri Generalis, ad quem ob Eminentissimi, ac Reverendissimi Domini Fratris Laurentii Cozza, S. R. E. Cardinalium Collegio adscriptionem, nuper, Deo sic disponente, licet immeriti, sumus evecti, cursus regularis tempore dilabente, Capitulum Generale totius Seraphicæ nostræ Religionis in Vigilia Pentecostes anni 1729. mense Junii in Conventu nostro Bononiæ Regularis Observantiæ in Insubria, ad præscriptum Regulæ nostræ, & Apostolicarum Constitutionum celebrandum vobis omnibus notum facimus, indicimus, & publicamus; ad cujus legitimam, & canonicam celebrationem tenore præsentium convocamus Reverendissimum Patrem Commissarium Generalem Familiæ nostræ Ultramontanæ, A. RR. PP. Procuratorem Generalem Ordinis, Commissarium Generalem Curiæ, Procuratores Generales tàm Reformatorum, quam Excalceatorum, Definitores Generales, Secretarios Generales Ordinis, Ministros Provinciales, & Custodes omnium Provinciarum, & Custodiarum utriusque Familiæ, tam Primi, quam Tertii Ordinis Nobis subjectarum, cœterosque cunctos, qui de jure, aut consuetudine votum, vel suffragium in Capitulo Generali habent.

Præcipientes omnibus, & singulis per sanctam obedientiam, & sub pœnis in nostris Constitutionibus generalibus contentis, quatenus ad ipsum Capitulum, legitimo cessante impedimento, opportuno tempore accedere teneantur, & die Sabbati post Festum Ascensionis Domini Nostri ejusdem anni 1729. quo Capitularia acta inchoabuntur, & non antea, Conventum Capitularem ingrediantur, exceptis Patribus Definitorii Generalis, quibus aliquot ante diebus ingredi liceat. Ut autem confusioni, quæ ex Fratrum multitudine oriri potest, occuramus, statu-

statutis generalibus nostri Ordinis inhærentes, sub pœna privationis suffragii præcipimus, quod Minister, seu Pro-Minister, & Custos uniuscujusque Provinciæ simul ad Capitulum Generale iter faciant, cum unico tantum socio Religioso pro utroque; & si expensæ aliquæ necessario faciendæ sint, adducant secum Tertiarium, qui Syndici Apostolici vices gerat, & ipsius nomine expensas prædictas inevitabiles faciant; supradictosque omnes hortamur in Domino, ut in itinere euntes, & redeuntes, graviter, modeste, religiose, ac decenter incedant, non litigent, neque contendant verbis, sed sint mites, pacifici, mansueti, & humiles, sicut decet Servos Dei, & Institutum Evangelicum, quod profitemur, maxime postulat. Præter vero prædictos, & quibus literariis exercitiis, & Concionibus peragendis a Nobis fuerit concessa licentia specialis, nemo prorsus ad hæc Comitia venire audeat, sub pœna Apostasiæ eo ipso incurrenda, quam indicimus Vocalibus ipsis, qui curiositatis, aut negotiorum causa, a via recta ad Capitularem Conventum præfatum notabiliter deflectent. Nihil interim in Provinciis, juxta Ordinis statuta, innovetur, donec ad proprias Ministri, & Custodes redierint; si aliter quidquam fieri contingat, id nullum effectum sortiturum, nullatenusque subsistere posse volumus.

Item, singulis Custodibus districte præcipimus, ut juxta nostra statuta, laudabilemque nostri Ordinis consuetudinem, omnium Conventuum in suis respective Provinciis, ac Custodiis existentium, nec non Fratrum, & Monialium in eisdem degentium nomina, & numerum studiorum, Missionum, cœterorumque exercitiorum Religionis nostræ decori, ac profectui quodammodo conducentium, exactam rationem, sicut & ab ultimis Comitiis Generalibus defunctorum, & defunctarum numerum, præcipue vero eorum, qui sanctitatis fama vitam vel agunt, vel jam clauserunt, cum horum compendiosa vitæ relatione: insuper eorum numerum, qui in partibus Infidelium, & Hæreticorum Missionibus destinati, aut Terræ Sanctæ servitio mancipati reperiuntur: Operum etiam omnium jam editorum, vel ad prælum paratorum, rerumque notabilium laudabili memoria dignarum, quæ, debita facta diligentia, in unaquaque Provincia ab ultimo Capitulo Generali contigisse compertum erit; ac denique cœterorum omnium, quæ de jure, & consuetudine ad Capitula Generalia deferri consuevere, fidele testimonium, fidemque authenticam secum habere curent, sub pœna privationis vocis in eodem Capitulo.

Denique, iis, ad quos rationes computuum juxta Constitutiones nostras reddere tenentur, sub pœna privationis officiorum injungimus, ut eleemosynarum computus, fidelemque earumdem administrationis rationem, per eosdem Custodes respective transmittant. Quoad reliqua omnia, & singula Capituli Generalis convocationem, celebrationem, Vocaliumque ad id accessum concernentia in his nostris literis non expressa, Statuta nostri Ordinis Generalia omnino servari volumus, & mandamus. Ut autem a Deo Optimo Maximo bonorum omnium largitore felicem ejusmodi Generalis Capituli exitum impetrare valeamus, præcipimus omnibus, & singulis nostri Ordinis Superioribus, ut his nostris literis acceptis, & (ut moris est) in singulis Provinciis, ac Custodiis, earumque Conventibus, & Monasteriis publicatis, & promulgatis, fervidas ad Deum preces pro præfati Generalis Capituli feliciori successu fundi curent, speciatim vero a Paschate Resurrectionis Domini ejusdem anni, usque ad Pentecosten, quo tempore quinta feria cujuslibet hebdomadæ, solemni festo non impedita, in singulis Conventibus decantetur Missa de Spiritu Sancto, ac de eodem a Sacerdotibus in Missis privatis Collecta recitetur. In Choro autem singulis diebus post Matutinum, Vesperas, & Missam Conventualem, dicatur Hymnus *Veni Creator Spiritus*, cum Antiphonis, & Orationibus de Spiritu Sancto, de Immaculata Conceptione, & de Sancto Patre nostro Francisco, cum Collecta pro facienda electione. Ab Ascensione vero Domini usque ad prædictum festum Pentecosten singulis diebus Dominicis per Ecclesias, & Claustra solemnes fiant Processiones, in quibus Litaniæ Sanctorum cum precibus, & Orationibus cantentur. In Vigilia denique Pentecostes (apud Indos Occidentales in sexta Feria immediate præcedenti) omnes Religiosi sua peccata sacramentaliter confiteantur, quos Patres Confessarii, de nostra plenaria auctoritate, ab omnibus censuris, & peccatis absolvere possint; Sacerdotes Missam celebrent, cœteri Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento se reficiant, quibus plenaria omnium peccatorum suorum Indulgentia, & remissio conceditur; & summo mane Sacrum solemniter de Spiritu Sancto, & Processio, ut supra, fiant, omnesque ad Deum humiliter recurrant ipsum deprecantes, ut quæ agenda sunt, ad sui laudem, & honorem, nostræ Religionis incrementum, animarum salutem, totiusque Ecclesiæ militantis utilitatem, præveniendo inspiret & adjuvando prosequatur. In omnibus autem præmissis orationibus pias preces fundere meminerint pro utraque incolumitate Sanctissimi Domini nostri Benedicti Papæ XIII. pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione, hæresum extirpatione, Infidelium conversione, & Principum Christianorum pace, & concordia; necnon Eminentissimi nostri Protectoris sospitate, memoresque sint eorum, quibus nos, nostraque Religio jure patrocinii, munificentiæ & beneficii adstringimur, præcipue Patronorum Religionis, qui suas eleemosynas pro expensis in Generali Capitulo faciendis liberaliter, & devote elargiri dignantur.

Hæc vobis præcipienda, & commonenda censuimus, pro re quidem maximi in nostra Religione momenti, quæ idcirco fideliter, & exacte a vobis executioni mandanda, ac observanda fore abunde confidimus. Valete, nostrique in orationibus vestris memores estote. Datis Romæ in hoc nostro Conventu de Aracœli, die vigesima nona Septembris 1727.

F. Matthæus a Pareta
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Suæ Rmæ Patern.

F. Emanuel Fernandez *del Rio* Secret.
Generalis Ordinis.

Decer-

Decernitur Præcedentia Fratrum Secularium Tertii Ordinis supra quascumque Confraternitates Laicales.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

AD nostram audicatiam pervenit in multis Hispaniarum partibus, non sine magno pietatis detrimento, & Populorum scandalo, inter Fratres Sæculares Tertii Ordinis Minorum Observantium de pœnitentia nuncupatos, in propriis suis domibus viventes, ex parte una, & Confraternitates Laicales, ex altera, complures subortas fuisse lites, & controversias super præcedentia in Processionibus, aliisque functionibus Ecclesiasticis, & non sine injustitia contra eosdem Fratres de Pœnitentia quædam judicata pro quibusdam ex dictis Confraternitatibus emanasse.

Hujusmodi enim Tertiarii, licet Sæculares, instar Regularium habendi sunt, quum illorum institutum sub titulo Tertii Ordinis a Sancto Francisco fuerit, atque ab hac Sede Apostolica approbatum, plurimisque gratiis, & privilegiis ornatum, quæ nuper a nobis ipsis confirmata fuerunt Constitutione incipiente: *Paterna Sedis Apostolicæ Providentia*, Romæ vulgata 4. Idus Decembris anno 1725. Pontificatus nostri anno secundo; unde consequitur, in omnibus functionibus Ecclesiasticis eumdem Tertium Ordinem, uti talem, quibuscumque Confraternitatibus Laicalibus præferendum, ubi scilicet memorati Tertiarii sub cruce propria, vel etiam Fratrum Minorum, ad publicas supplicationes, ad socianda cadavera defunctorum, aliasve Ecclesiasticas functiones sub proprio habitu per dicti Ordinis Constitutiones designato, processerint.

His ergo ita se habentibus, præsentium tenore statuimus, & declaramus, ut imposterum hujusmodi Tertiarii sub propria cruce distincti, & separati a quibuscumque aliis Confraternitatibus Laicalibus, instar aliorum Ordinum, & juxta regionis morem, in qua degere noscuntur, vel sub cruce Fratrum Minorum procedentes, omnibus, & singulis Confraternitatibus Laicalibus hujusmodi, etiam speciali nota dignis, in quibuscumque Ecclesiasticis functionibus, omnino præcedant, non obstantibus quibuslibet judicatis, & consuetudine, etiam immemorabili, in contrarium adductis, vel adducendis.

Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus ex Secretariis Ministri, vel Commissarii Generalis dicti Ordinis Fratrum Minorum, sive Notarii publici subscriptis, & sigillo officii ejusdem Ministri, vel Commissarii, aut Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis, vel alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem omnino fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Constitutionis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo octavo, xi. Kalendas Augustas, Pontificatus nostri anno quinto.

Controversiæ de Primatu Ordinis penitus extinguuntur.

BENEDICTVS PAPA XIII.

Dilectis Filiis Ministro Generali Totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, necnon Generali Ministro Fratrum Conventualium ejusdem Ordinis.

Dilecti Filii salutem, & Apostolicam benedictionem.

QUI pacem loquitur in plebem suam, & super Sanctos suos, certam illam avertendæ contentionis viam, rationemque discipulis designavit, monitis, exemplisque suis eosdem adhortatus, ut qui major esset inter ipsos, fieret sicut minor; ac proinde essa contenderent non præeminentia, & primatu, sed ministrandi, ac subjacendi humilitate præcessores. Hæc autem documenta Beatus Franciscus Seraphici vestri Ordinis conditor & ipse mirabiliter arripuit, & expressit, & custodiendæ pacis firmamentum esse voluit Alumnis suis, qui modesta ipsa Fratrum Minorum appellatione Evangelicam Cœlestis Magistri normam præseferentes, sinceræ charitatis, veræque Fraternitatis disciplinam, & cultum per totam Christi Ecclesiam latissime propagarunt. Nos igitur, quemadmodum uberes ex religiosissima institutione dominici agri proventus largitori Deo, reique Catholicæ gratulamur; ita omnem dare operam debemus, ne dissidia, & lites de loco, & dignitate bonam frugem suffocare possint, fraternamque concordiam discindere, aut perturbare. Porro, cum tres Constitutiones ediderimus pro institutione, ac regimine Tertiariorum ejusdem Seraphici Ordinis in propriis Domibus viventium, primam die 10. Decembris 1725. pro Fratribus Minoribus Regularis Observantiæ, quæ incipit: *Paterna Sedis Apostolicæ providentia*, alteram die 24. Maii 1726. pro Fratribus Minoribus, qui Capuccini appellantur, quæ incipit: *Ratio Apostolici Ministerii*: tertiam denique die 5. Julii ejusdem anni pro Fratribus Minoribus Conventualibus, quæ incipit: *Singularis devotio*, non sine ingenti animi molestia rescivimus Controversias inter antedictas laudati Ordinis Familias invaluisse de primatu, & antiquitate alterius præ altera, de multiplici erectione Congregationum Tertii Ordinis, deque transitu Tertiariorum unius Congregationis ad aliam, quæ cum religiosæ disciplinæ detrimento, scandala etiam in populis serere possint, & B. P. Francisci spiritum in discipulis eius extinguere: Dissessionibus igitur, ac jurgiis aditum obstruere, & necessariam regulari disciplinæ pacem, & tranquillitatem fovere, ac restituere cupientes; Motu proprio, ex certa scientia, non ad oblatæ cujusquam petitionis instantiam, in primis omnes, & singulas de memoratis causis lites, & controversias, utcunque, & in quacumque instantia super his ortas, agitatas, & actu pendentes coram quibuscumque Judicibus, ac Tribunalibus, etiam speciali mentione dignis, quorum nomina pro expressis haberi volumus, ad Nos avocantes, perpetuo silen-

silentio imposito extinguimus, & abolemus. Præterea quascumque Indulgentiaa, Indulta, Privilegia, prætogativas, favores, exemtiones, libertates, extensiones, & concessionea tam in genere, quam in specie in memorata Constitutione, quæ incipit: *Paterna*, Tertiariis Fratrum Minorum de Observantia tributaa, & per aliaa superiures indicatas, ad Tertiarioa Fratrum Minorum Conventualium, & Capuccinorum, eorumque Superiores extensas, & ampliatas, tenore præsentium confirmamus, & approbamus: &, quatenua opus sit, ipsia Fratribus Conventualibua, & Capuccinis, eorumque Tertiariis, in iis tamen, quæ præfatæ nostræ Constitutioni pro Observantium Tertiariis editæ non adversantur, & non aliaa, de novo concedimus; mandantes potissimum, ut quæ in ipsa circa erectionem unius dumtaxat Congregationia Tertiariorum pro unaquaque Civitate, aut Loco, deque eorum transitu præscripta, & sancita sunt, aliis posterioribus nostris non obstantibua, inviolabiliter observentur. Quoniam autem a mente nostra, & a proposito memoratæ Constitutionis, quæ incipit: *Singularis devotio*, prorsus alienum erat, ut Fratribua Minoribus Regularis Observantiæ quidquam sui juris, aut possessionis erga Conventuales detraheremua, aut ipsia Fratribus Conventualibus majorem antiquitatem, aut aliam quamcumque prærogativam præ Observantibus concederemus, motu pari, & scientia similibua decernimus, & declaramus, verba, & enunciationes, quæ antiquitatem, & prærogativas ejusmodi respiciunt, nullius roboris, atque eo prorsua modo, ac si apposita non essent, de cætero habenda fore, & esse; imo, pro totius præfati Ordinis tranquillitate, & pace perpetuum silentium super hujusmodi controversiis imponimua, & pro imposito haberi volumus, & mandamua. Ne quis denique Basilicam Beati Francisci Civitatia Assisiensis, ubi Sacrum ejus Corpus requiescit, a Romania Pontificibus Prædecessoribua Nostria variis privilegiis auctam, ita supra cæteras ejusdem Ordinia Ecclesiaa verbis, aut scriptis extollat, & efferat, ut debitus honor, ac reverentia denegetur Basilicæ Beatæ Mariæ de Portiuncula extra muros ejusdem Urbis, in qua constat Seraphicum Patrem institutum suum inchoasse præcipimus, & mandamua, ut ambæ Basilicæ, diversia licet rationibus, Beatæ Mariæ quidem propter Ordinia primordia, Assisiensia vero propter sacrum Corpus Sanctissimi Institutoria, tamquam Ordinis Matrices ab omnibus Fratribus Minoribus agnoscantur, & observentur, prout Romani Pontificea Prædecessores nostri asseverunt, & concesserunt. Quascumque autem juria, verborumque solemnitatea Nostra auctoritate supplentea, & quibusvis in contrarium facientibus amplissime derogantes: quæ vero exprimenda essent pro expressis habentes, fore confidimua, ut Familiis vestris per hoc providentiæ Nostræ judicium, pristinam, vestroque nomine dignam concordiam partam esse gaudeamus. Vestrum autem erit, ut pari vigilantia, studioque curis nostris obsequentes, indecoram, importunamque altercationum, libellorumque licentiam, in eorum auctorea districte animadvertentes, sedulo inhibeatis. Ac Vobis, Dilecti Filii, paternæ voluntatis pignus Apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 21. Julii 1728. Pontificatus Nostri Anno quinto.

EPISTOLA

Rmi P. Ministri Generalis, qua contentorum in antedictis litteris observantia comendatur.

Fr. Matthæus a Parete totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus.

Universis, & singulis Superioribus, & Subditis nostræ curæ subjectis, tam Observantibus, quam Reformatis, Recollectis, Excalceatis, Tertii Ordinis, vel alio quocumque nomine nuncupatis, textum regulæ Seraphicæ sub uno capite profitentibus, Salutem, & Seraphicam Benedictionem.

CUm igitur plurima, ac singularia argumenta, quibus Sanctissimua Dominus Noster Benedictus PP. XIII. eximium suum, erga Seraphicum nostrum Ordinem, amorem declarare dignatus est, illud præsertim jure, ac merito præclarissimum censendum sit, quod gliscentea controversiaa, ac lites nostrum inter, & Religiosissimum Ordinem PP. Conventualium super Primatu alterius instituti super alterum, occasione cujusdam Bullæ in favorem eorumdem PP. Conventualium a se nuper concessæ, novissima edita Constitutione, quam una cum his literis accipietis, dirimere, ac prorsua extinguere voluerit, ac pro sua egregia in Franciscanos Fratres voluntate, & in eorum commune decus, singulari studio Nobis sedulo injunxerit, ut quæ a se, pro firmanda pace, ac mutua inter utrumque institutum solidanda charitate, salubriter constituta sunt, ab universis Fratribua curæ nostræ commissis religiose servari, & fideliter custodiri mandaremus, ac pro virili parte conaremur: Nos Sanctissimi Pontificis paternæ solicitudini morem gerere volentes, cupientesque grati animi testimonium insigni illius beneficentiæ præbere, harum literarum serie, ac tenore præcipimus omnibua, & singulis Provinciarum Ministris utriusque nostræ Familiæ, ut laudatas Apostolicas literaa, seu earum transumpta, quæ his nostris unita ad eos mittimua, in omnibus suis respective Conventibus legi, ac publicari, ac earumdem exemplaria in Provincialibus Archivia servari faciant. Mandantea omnibus, & singulis Fratribua tam Superioribus, quam subditis cujuscumque gradua, ac conditionis existant, in virtute S. Obedientiæ, ne super memoratis controversiis quidquam deincepa ore, vel scripto proferre, aut jactare audeant, vel præsumant; sed altum de illis silentium tenentes, mutus charitatia, ac necessitudinis jura cum PP. Conventualibus sancte, atque inviolate custodire curent, atque contendant. Ut autem fraterna hæc, & religiosa inter utriusque instituti Professores concordia alternis etiam obsequiis concilietur, & maxime vigeat, omnea & singuloa Fratres regimini nostro subjectos serio monemua, ut ab omnibus jurgiis, & contentionibus abstinentea, ea quæ pacis sunt, cogitent, ac secum idem itidem reputantes, PP. Conventuales ejus S. P. N. Filius esse, & sub illius Regula militare, eos tamquam Fratres diligere studeant, honore præveniant, atque omnia illis veræ dilectionis signa verbis, scriptis, atque operibus exhibeant. Hoc enim pacto amico pacis fœdere, juncta invicem utrorumque animis, bene consultum erit uniuscujusque nomini, ac communi Ordinis decus auge-

augebitur in Sanctæ Dei Ecclesiæ utilitatem, Populorumque ædificationem, atque exemplum. Speramus autem fore his nostris paternis monitis unumquemque vestrum adeo faciles aures præbiturum, ut de vestra in PP. Conventualium institutum devotione, atque observantia gloriari possimus, veluti iis in rebus, quibus reverentiam vestram erga Sanctissimi Patris, ac D. N. Papæ desiderium probaturi sitis. Valete, Nostrique in vestris Orationibus memores estote.

Datum Romæ ex Aracœli, die 6. Augusti 1728.

Fr. Matthæus a Pareta
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De Mandato P. S. Rmæ

Fr. Emmanuel Fernandez *del Rio*,
Secretarius Generalis Ordinis.

HOC eodem Anno concessit Summus Pontifex Indulgentiam Plenariam Perpetuam pro festo Sanctæ Margaritæ de Cortona iisdem literis, quibus eamdem largitus est pro festo Sancti Jacobi de Marchia, datis sub die 26. Julii 1728.

Confirmatur Decretum Sacræ Congregationis de erigendis Cœnobiis nonnullis in Collegia Missionariorum.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilecti Filii Joannis Bermejo Commissarii Generalis Curiæ pro Ultramontana Familia Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositæ exposito, quod non semel ad supplices preces Officialium ejusdem Curiæ pro Provinciis tam Observantibus, quam Excalceatis dictæ Familiæ, ipsa Congregatio Cardinalium, de Superiorum Generalium utriusque Familiæ ejusdem Ordinis consensu, facultatem destinandi nonnullos Conventus erectos in Collegia, seu Semiuaria Missionariorum, ad excolendam Domini vineam, Divinum Verbum disseminandum, vitia extirpanda, peccatoresque in viam salutis reducendos, concesserat; ea tamen lege, ut præfati Conventus Ministris Provincialium immediate subjecti remanerent, non obstante dispositione quarumdam literarum Apostolicarum felic. record. Innocentii Papæ XI. Prædecessoris nostri, per quas dicta Collegia, seu Seminaria erigenda, immediate regimini, & dispositioni Superiorum Generalium ipsius Ordinis subjecta fuerant. Et in eadem expositione subjuncto, quod iidem Superiores Generales experti fuerant se non facile dicta Seminaria per se ipsos dirigere, & gubernare posse; exindeque plura gravia quidem inconvenientia exoriri in hujusmodi salutaris Instituti detrimentum, ac decrementum, obedientiamque debitam, & promissam, non ea, qua par erat, perfectione observari; Ideoque iidem Superiores Generales libenter assentiebant, ut præfata Collegia, seu Seminaria, non tantum in posterum erigenda, sed etiam jam erecta, in omnibus, & per omnia jurisdictioni ordinariæ Ministrorum Provinciarum respective subjicerentur.

Ideoque pro parte dicti Joannis Commissarii Generalis eidem Congregationi supplicato, ut Conventus, tam erigendi, quam erecti in Seminaria Missionariorum in præfatis Provinciis Observantibus Familiæ Ultramontanæ Ministris earum, quoad Visitationem, regimen, & directionem immediate subjiciantur, ad præscriptum statutorum Generalium memorati Ordinis, sicut reliqui Conventus suæ jurisdictionis subjecti sunt: salvis cœteris quibuscumque ordinationibus, tam Apostolicis, quam præfati Ordinis ab hac Sanctæ Sede confirmatis, & pro hujusmodi instituto Missionum editis, emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet:

DECRETUM

Sacræ Congregationis Generalis

DE PROPAGANDA FIDE,

Habitæ die 6. Julii 1728.

RElatis per Eminentissimum, & Reverendissimum D. D. Cardinalem Nicolaum Spinola Ponentem suprascriptis precibus Patris Commissarii Generalis Curiæ pro Familia Ultramontana Ordinis Sancti Francisci; Sacra Congregatio, re mature perpensa, censuit consulendum Sanctissimo pro gratia, juxta votum Patris Commissarii Generalis dictæ Familiæ Ultramontanæ, ut nimirum, exceptis Seminariis tam erectis, quam erigendis in Regno Mexicano, & Peruano, aliisque erectis in Provinciis Indiarum pro Conversione Infidelium, & pariter exceptis duobus in Regno Lusitaniæ erectis, cœtera, quæ sunt erecta in Provinciis Hispaniæ sub Dominio Regis Catholici, reducantur sub obedientia, & regimine Ministrorum Provincialium, sub iisdem Regulis, ordinationibus, & conditionibus præscriptis in novissimo præfatæ Sacræ Congregationis Decreto, edito sub die 24. Januarii 1727. pro Seminariis erigendis in Provinciis Recollectorum, & Excalceatorum Ultramontanæ Familiæ, & a Sanctitate sua confirmato, sub die 3. Aprilis ejusdem Anni. Quam Sacræ Congregationis sententiam per Eminentissimum, & Reverendissimum D. D. Cardinalem Lercari Secretarium Status Sanctissimi Domini Nostri Benedicti Papæ XIII. Sanctitati Suæ relatam in solita audientia habita die 31. præfati mensis Julii, Sanctitas sua benigne approbavit, & annuit.

Datum Romæ die 7. Augusti 1728.

V. Cardinalis Petra Præfectus.

B. Ruspulus Secretarius.

Cum autem, sicut dilectus Joannes Commissarius Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos specialem ipsi Joanni Commissario Generali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innoda-

tus exiftit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Ordinis, Provinciarum, & Conventuum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 6. Septembris 1728. Pontificatus Nostri Anno quinto.

F. Cardinalis Oliverius.

Prætensiones Laicorum Tertii Ordinis Provinciæ Lugdunensis penitus abolentur.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

ALias a recol. mem. Innocentio Papa XI. Prædecessore Nostro, ad supplicationem tunc existentium Provincialis, aliorumque Superiorum, & Fratrum Provinciæ Sancti Ludovici, seu Lugdunensis, Congregationis Gallicanæ Tertii Ordinis Sancti Francisci, emanarunt literæ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

DUdum fel. rec. Clemens PP. X. Prædecessor Noster supplicationibus tunc existentium Superiorum Congregationis Gallicanæ Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, circa Fratres Oblatos, seu Servientes, ac Fratres Laicos dictæ Congregationis, nonnulla concessit, & statuit, prout continentur in ipsius Clementis Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis expeditis, tenoris, qui sequitur, videlicet.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

INjuncti Nobis cœlitus Pastoralis Officii sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christifidelium, qui è fluctibus sæculi in portum vitæ Religiosæ confugerunt, curam gerentes, enatas inter eos controversias, quæ amabilis concordiæ, Fraternæque charitatis serenitatem obnubilare possent, opportunæ provisionis remedio rescidere, ac illorum statui, & quieti (quantum Nobis ex alto conceditur) consulere studeamus.

Dudum siquidem felicis recordationis Urbanus PP. VIII. Prædecessor Noster, ad sedandas inquietudines, atque animi perturbationes, quas major pars tunc existentium Fratrum Oblatorum, seu Servientium Tertii Ordinis Sancti Francisci Congregationis Gallicanæ in suo hujusmodi statu patiebatur, per quasdam suas in simili forma Brevis die 26. Augusti 1648. emanatas literas eum eisdem Fratribus Oblatis, seu Servientibus, super quarto voto per eos emitti solito, de non procurando alio, quam suo Fratrum Oblatorum, seu Servientium hujusmodi statu, ad effectum infrascriptum, auctoritate Apostolica dispensavit, quartumque votum hujusmodi relaxavit, necnon eisdem Fratribus Oblatis, seu Servientibus, tunc in dicto Ordine existentibus, quod ipsi, postquam per septem annos continuos ab eorum professione numerandos, ac per alterius anni spatium in aliquo recollectionis loco a Ministris Provincialibus, & Definitoribus designato, in dicto Fratrum Oblatorum, seu Servientium statu permansissent, ab ipsis Ministris Provincialibus, & Definitoribus hujusmodi in Capitulo, aut Definitorio Provinciali ad Caputium, & statum Laicalem admitti, & inter ipsos Fratres Laicos ejusmodi Ordinis, juxta eorum antiquitatem, necnon etiam inter Clericos, qui nondum quatuor annos a sua professione expleverant, juxta Constitutiones præfatæ Congregationis Gallicanæ, sedere possent, concessit, & indulsit; ea tamen lege, ne ejusmodi Fratres Oblati, seu Servientes ad Caputium, & statum Laicorum assumpti nec Laici, qui nondum suffragiorum jure potiti fuerant, nec denique alii, qui deinceps ad statum Laicalem in dicto Ordine admitterentur, ullo suffragiorum jure gaudere valerent, nisi in receptione Novitiorum ad professionem ejusdem cum eis status, & conditionis.

Voluit insuper dictus Urbanus Prædecessor, & pariter indulsit, ut si quis ex dictis Fratribus Oblatis, seu Servientibus hujusmodi, post supradictos septem a sua professione annos, suum hujusmodi statum immutare nollet, de Superiorum suorum consensu in eo permanere, nec non eisdem Privilegiis, quibus alii gavisuri essent, qui accepto Caputio statum suum mutavissent, gaudere libere, & licite posset, & alias, prout in prædictis Urbani Prædecessoris literis, quarum tenore præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Cum autem, sicut dilecti Filii Superiores dictæ Congregationis Gallicanæ nobis nuper exponi fecerunt, super præmissis, seu eorum occasione, subinde in eadem Congregatione variæ exortæ fuerint controversiæ, super quibus aliæ ab eodem Urbano Prædecessore, die xxv. Maii MDCXLIV. ac a rec. mem. Innocentio X. die 6. Aprilis MDCXLVIII. & Alexandro VII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus pariter Nostris, die x. Decembris MDCLIX. ac die 23. Septembris MDCLX. & die 2. Aprilis MDCLXI. respective, expeditæ fuerunt pariter in forma Brevis li-

stata, & tandem die quarta Maii MDCLXIII. Decretum à Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita emanavit: nec tamen exinde memoratæ Congregationis Gallicanæ tranquillitati sufficienter provisum reperiatur, sed prænarratæ perturbationes, & inquietudines denuo reviviscentes, novum in præsens paternæ charitatis, & providentiæ nostræ præsidium exposcant: Nobis propterea Superiores præfati humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur eorumdem Superiorum votis hac in re (quantum cum Domino possumus) favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, ac aliarum literarum, & Decreti prædictorum tenores præsentibus similiter pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium super hoc negotio à Nobis specialiter deputatorum, qui dilectum etiam Filium Procuratorem Generalem, seu Commissarium Curiæ Familiæ Ultramontanæ Ordinis Sancti Francisci audiverunt, & rem maturè examinarunt, consilio, dispensationem, relaxationem, & Indulta, quæ memoratus Urbanus Prædecessor per suas literas primo dictas prædictis Fratribus Oblatis tunc temporis existentibus, sicut suprascriptum est, concessit, dilectis Filiis hodiernis, & per subsequentia perpetua tempora futuris Fratribus Oblatis, seu Servientibus dictæ Congregationis Gallicanæ, auctoritate Apostolica tenore præsentium pariformiter concedimus, statuentes, ut non solum Fratres Oblati, seu Servientes Congregationis hujusmodi, nec non quicumque alii, qui ad statum Laicalem in eadem Congregatione immediate, seu in ingressu Religionis assumentur, nullo unquam tempore Suffragiorum jure gaudere valeant, nisi in receptione Novitiorum ad professionem ejusdem cum eis status, & conditionis, ac super controversiis præfatis perpetuum partibus silentium eadem auctoritate harum serie imponimus.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præfatis aliis Urbani, ac Innocentii, & Alexandri Prædecessorum literis, & Decreto memoratæ Congregationis Cardinalium, ac quibusvis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non prædictorum Ordinis, & Congregationis Gallicanæ, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vii. Maii MDCLXXII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cum autem, sicut dilecti Filii Nicolaus Lugdunensis Provincialis, aliique Superiores, & Fratres Provinciæ Sancti Ludovici, seu Lugdunensis, præfatæ Congregationis Gallicanæ, nobis nuper exponi fecerunt, præinsertarum literarum executio in eadem Provincia hactenus suspensa fuerit, quia perpauci in ea reperiebantur Fratres Oblati, seu Servientes, qui haberent conditiones requisitas ad hoc, ut ad statum Fratrum Laicorum admitterentur; qui vero eas habebant, suo statu contenti, in eoque permanere velle videbantur: verum modo Fratres Oblati, seu Servientes Provinciæ hujusmodi, sint inquieti, & ad statum Fratrum Laicorum prædictorum admitti plurimum desiderent; Nobis propterea dicti Exponentes, de eorumdem Fratrum Oblatorum, seu inservientium quiete soliciti, humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui Dilectum Filium Ministrum Generalem Ordinis prædicti audiverunt, consilio, præinsertas Clementis Prædecessoris literas, tametsi earum executio suspensa fuerit, ut præfertur, nihilominus deinceps in supradicta Provincia Sancti Ludovici, seu Lugdunensi, executioni mandari, ac perpetuis futuris temporibus in omnibus, & per omnia servari posse, & debere, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in præinsertis Clementis Prædecessoris literis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xx. Maii MDCLXXXIV. Pontificatus Nostri Anno octavo.

Vide etiam Par. I. pag. 237. B. & pag. 252. A.

Et postmodum pro parte tunc in humanis agentis Timothei a Sancto Leodegario Procuratoris dictæ Provinciæ Sancti Ludovici, seu Lugdunensis, piæ mem. Innocentio PP. XII. Prædecessori etiam Nostro ex-

Posito, quod Fratres Provinciæ hujusmodi, qui ad statum Fratrum Laicorum, juxta formam prædictarum Literarum admissi fuerant, intollerabilis superbiæ causa, contra propriam, liberamque acceptationem in Capitulo Provinciali dictæ Provinciæ factam, in earumdem literarum obedientia contineri nollent, quinimo concitata inter eos, non ita pridem, rebellione, collectisque, ac subreptis undique nomine Communitatis plurimis eleemosynis, duo ex eis, sub prætextu defensionis jurium antiquorum Laicorum, deputati ad hanc Almam Urbem venissent, tametsi subinde, comperta propriæ causæ injustitia, se tamen maturiori attentione prætensa sua jura ponderare velle asserentes, in suam Provinciam rediissent: Exinde vero eidem Provinciæ damna incredibilia tam in spiritualibus, quam in temporalibus resultassent, ac scandala perniciosissima etiam inter sæculares, in religiosæ pacis, ac tranquillitatis perniciem, exorta fuissent, memoratus Innocentius XII. Prædecessor supplicationibus ejusdem Timothei Procuratoris nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, præinsertas Innocentii XI. Prædecessoris literas auctoritate Apostolica approbavit, & confirmavit, ac præterea pro inviolabili illarum observantia, & firmiori supradictæ Provinciæ quiete, stricte mandavit, ut omnes, & singuli Fratres vigore literarum hujusmodi ad statum Laicorum hactenus admissi, vel imposterum admittendi, quoties seditiose, & temerarie alia Privilegia prætendere, aut sibi quovis prætextu, & quæsito colore arrogare præsumerent, absque ulla formalitate, ac ipso facto, privilegiis, & gratiis in præfatis literis contentis privati intelligerentur, & ad humilem Oblatorum statum cum Pileo mitterentur, usque ad eorum resipiscentiam, sive juxta Superiorum prudentiam, & alias, prout in ejusdem Innocentii XII. Prædecessorum desuper in simili forma Brevis, die xxvi. Maii MDCXCIII. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Cum autem, sicut Dilectus Filius Nicolaus Vivariensis Procurator præfatæ Provinciæ Sancti Ludovici, seu Lugdunensis, nobis nuper exponi fecit, ipse præmissa, quo firmius subsistant, & pro religiosæ dictæ Provinciæ, illiusque Fratrum tranquillitate custodienda, serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ præsidio communiri summopere desideret, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut desuper opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dicti Nicolai Procuratoris votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere cupientes, eumque a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, tam præinsertas Innocentii XI. quam Innocentii XII. Prædecessorum præfatorum literas, omniaque, & singula in eis respective contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac innovamus, illisque inviolabilia Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: decernentes pariter easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, vel pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter, & inconcusse observari: sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in præfatis Innocentii XI. ac Innocentii XII. Prædecessorum literis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 21. Octobris MDCCXXVIII. Pontificatus nostri Anno quinto.

F. Cardinalis Oliverius.
Loco ✠ Sigilli.

Indulgentia Plenaria perpetua pro Festo BB. Martyrum Gorgomiensium.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Universis Christifidelibus præsentes literas inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

AD augendam Fidelium Religionem, & Animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis tam Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, ac Reformatorum, & Recollectorum nuncupatorum, quam Monialium dicti Ordinis ubicumque existentium die nona mensis Julii, a primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi, singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 6. Decembris 1728. Pontificatus nostri anno quinto.

Pro D. Cardinale Oliverio

C. Archiepiscopus Emissenus.

Indulgentia plenaria in Ecclesiis Ordinis occasione Capituli Generalis Mediolani.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Universis Christifidelibus præsentes literas inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUm, sicut accepimus, Capitulum Generale Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, in Ecclesia, seu Conventu Sancti Angeli Civitatis Mediolanensis Fratrum Ordinis hujusmodi, in vigilia Pentecostes, benedicente Do-

Domino, celebrandum sit; Nos, ut opus tam pium, majori cum fructu fiat, et ad augendam Fidelium religionem, & Animarum salutem, cœlestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui prædictam Ecclesiam Sancti Angeli, vel aliquam ex Ecclesiis Conventuum Fratrum Minorum Ministro Generali dicti Ordinis immediate subjectorum, ubique existentium, Vigilia prædicta, & singulis actualis illius celebrationis diebus, devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus post celebrationem dicti Capituli Generalis minime valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum, detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint: Quodque præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, vel Procuratoris Generalis dicti Ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die vii. Decembris MDCCXXVIII. Pontificatus nostri Anno quinto.

Pro D. Cardinale Oliverio.

C. Archiep. Emissenus.

Præcipitur, ut serventur Constitutiones Generales Ordinis Minorum de Observantia Reformatorum; & Breve Urbani VIII. super præcedentia eorumdem in Provincia Romana.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

CUm, sicut accepimus, alias, postquam jussu fel. record. Urbani VIII. Prædecessoris nostri quædam pro salubri regimine, & gubernio dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum Familiæ Cismontanæ, generales Constitutiones in ipso primordio institutionis Provinciarum in eodem Ordine editæ, & promulgatæ fuerant, per quas inter alia modus, seu ordo præcedendi inter ipsos Fratres sub gravibus pœnis præscriptus, & ab ipso Urbano Prædecessore per suas in simili forma Brevis die 22. Decembris 1642. expeditas literas, quarum initium est: *Alias &c.* approbatus fuit, quem Fratres Provinciæ Romanæ dicti Ordinis exacte servarunt, donec Instantibus Ministro Provinciali, Definitorio, Ministris Ex-Provincialibus, & aliis Fratribus graduatis ejusdem Provinciæ Romanæ, recol. memor. Alexander Papa VII. etiam Prædecessor noster, per suas in pari forma Brevis die 23. Decembris 1665. emanatas literas incipien. *Postrahis &c.* formam ejusmodi præcedendi moderando, statuit, quod in eadem Provincia Romana nulli Fratrum jus præcedendi, sive honoratioris loci competeret, nisi Ministro, Commissario, Vicario, & Procuratori Generalibus, Ministro, Commissario, & Vicario Provincialibus, Custodi, Commissario Visitatori, Guardianis, Præsidenti, seu Commissario, & Vicariis localibus, qui tamen, expletis eorum Officiis, ad locum, & præcedentiam Ordinis redirent, tam illi, qui ad habitum per dictos Fratres gestari solitum susceperant, ac de cœtero susciperent, quam ii, qui se a Fratribus de Observantia ad Fratres Reformatos Provinciæ præfatæ canonice transtulerant, & transferrent, exceptis tamen eis, qui Ministri Generalis, seu Commissarii Generalis ejusdem Cismontanæ Familiæ officio functi erant, & functuri essent, qui post Superiores actuales immediate locum haberent, & alias, prout in ipsis Alexandri Prædecessoris literis uberius continetur.

§.2. Definitores dictæ Provinciæ, ubi primum hæ Alexandri Prædecessoris literæ prodierunt, se in earum dispositione minime comprehendi prætenderent, idque die 3. Martii 1666. a Congregatione tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & Romanæ Curiæ Prælatorum super negotiis Visitationis Apostolicæ Ecclesiarum, & Locorum piorum hujus Almæ Urbis auctoritate Apostolica Deputatorum, tametsi non sine altercatione decerni obtinuerint, prout etiam Secretarii Generales actuales, Ex-Procuratores, & Ex-Definitores Generales, quamtumvis procul dubio in memoratis Alexandri Prædecessoris literis comprehensi, præcedentia, juxta supradictas generales Ordinis Constitutiones, & Urbani Prædecessoris literas, non tamen absque querimoniis gavisi fuerint, & ad sedanda dissidia subinde enata, eamdem præcedentiam sub nomine, ac titulo loci commoditatis, nunc Secretariis Curiæ, Provinciæ, Visitatorum, nunc Scriptoribus, Lectoribus, Ex-Provincialibus, aliisque Fratribus graduatis dictæ Provinciæ, cum non mediocri illius perturbatione, concedere opus fuerit.

§. 3. Quamobrem, ut his malis aliquod remedium adhiberetur, anno 1705. institum fuit pro moderatione præfatarum Alexandri Prædecessoris literarum; sed cum Congregatio tunc similiter existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, demandasset exquiri desuper votum proximi Capituli Generalis dicti Ordinis, & animadversum fuisset, quod, præter dilationem celebrationis ejusdem Capituli Generalis, in eo vix tractari, ac discuti soleant res ad universum Ordinem præfatum spectantes, non autem privatæ unius Provinciæ contentiones; demum ad deputationem Congregationis particularis nonnullorum eorumdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & Romanæ Curiæ Prælatorum pro negotio hujusmodi examinando deventum fuit. Verum, quia nonnulli Fratres missionarii dictæ Provinciæ per Decretum Cardinalium negotiis propagandæ Fidei præpositorum, in possessione, seu quasi possessione præcedentiæ, qua fruebantur, manuteneri obtinuerant, pro parte sese huic rei opponentium habito adversus ejusmodi Decretum ad felic. record. Clementem Papam XI. Prædecessorem pariter nostrum recursu, ipse Clemens Prædecessor per tunc quoque existentem Auditorem suum mandavit nihil omnino innovandum esse, neque dictum Decretum executioni demandandum fore, donec, & quousque controversia per præfatam Congregationem particularem Cardinalium, & Prælatorum ab eo deputatam, resolveretur, ac interim servari debere in omnibus, & per omnia supradictas Alexandri Prædecessoris literas. Cum autem, sicut Nobis quoque innotuit, cura, & studio graviorum dictæ Provinciæ Religiosorum, qui concitatos illius Fratrum animos pacare, & ne ejusmodi lis, & quæstio in

in publicum efferretur, impedire annixi sunt; Congregatio particularis Cardinalium, & Prælatorum ad illam cognoscendam, & decidendam deputata, prout præmittitur, hactenus minime habita fuerit.

§. 4. Hinc est, quod Nos attendentes nihil magis spiritui humilitatis, quem Fratres Ordinis præfati in primis profitentur, adversari, quam similes super præcedentia inter eos agitari contentiones, & æmulationes, quæ religiosæ, & fraternæ quoque invicem charitatis serenitatem obnubilare consueverunt, simulque considerantes rationi, ac recto ordini consentaneum esse, ut Fratres dictæ Provinciæ Romanæ unam, eamdemque præcedendi formam per easdem generales totius Ordinis Constitutiones, ac Urbani Prædecessoris literas præscriptam, quam tenent fere omnes reliquæ ipsius Familiæ Cismontanæ Provinciæ, observent, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine litem, & Causam super eadem præcedentia in memorata Congregatione particulari Cardinalium, & Prælatorum, seu alibi ubicumque pendentem (illius statum, ac merita, & alia quæcumque etiam specificam, & individuam mentionem, & expressionem requirentia, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & specificatis habentes) in statu, & terminis, in quibus de præsenti reperitur, ab eadem Congregatione particulari Cardinalium, & Prælatorum, ac quibuscumque aliis Judicibus, & Tribunalibus ad Nos harum serie avocamus, illamque perpetuo supprimimus, & extinguimus, ac perpetuum desuper silentium imponimus.

§. 5. Præterea generales Constitutiones quoad præcedentiam pro Fratribus ejusdem Ordinis editas, ut præfertur, emanatasque desuper supradictas Urbani Prædecessoris literas, quarum initium est: *Alias &c.* in præfata Provincia Romana ab omnibus, & singulis illius Fratribus deinceps exacte, & inconcusse servari, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, tenore præsentium præcipimus, & mandamus.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci, in controversiam vocari, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, ac etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo unquam posse: sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus supradictis Alexandri Prædecessoris literis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, præfatorum Ordinis, & Provinciæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 16. Decembris 1728. Pontificatus Nostri anno quinto.

Resolutio dubii, quod Pater Josephus a Poculo, olim Solicitator, seu Agens in Urbe pro Provinciis Germano-Belgicis, Ministro Generali proposuit.

Reverendissime Pater.

AD pedes suæ Reverendissimæ Paternitatis provolutus seraphicam benedictionem expostulat F. Josephus a Poculo, Provinciæ Sancti Josephi in Flandria actualis Definitor, & ab anno 1709. inclusive pro Natione Germano-Belgica in Conventu Aracœlitano coram Sua Reverendissima Paternitate perfunctus Agens Germano-Belgicus, humiliter exponens, quod in Congregatione Nationali, juxta statuta Generalia Segoviæ recognita Cap. 7. §. 20. n. 20. ad pacem communem, Religionis incrementum, Provinciarum conservationem, ac utilitatem, Patres Nationis ordinaverint, uti sequitur: *Qui laudabiliter integro sexennio functus fuerit officio Solicitatoris, approbante ipsius operam Congregatione Nationali, erit perpetuus Vocalis in sua Provincia, & habebit præcedentiam post eos, qui eam alio jure perpetuam habeat.* Illam laboris mercedem approbavit Minister Generalis die 26. Novembris. Illam agnoverunt, & Prædecessori nostro adjudicaverunt omnes Patres Nationis sub Capitulo Generali 1700. Romæ congregati eamdem remunerationem, attentis juribus, & partibus auditis, contra quosdam opponentes Oratori adjudicavit Sacra Congregatio sub die 23. Augusti 1709. Ab Urbe in Flandriam reversus Orator a toto Capitulo Provinciali 1710. cum voto Discretorii ad illius laboris laudabiliter impensi præmium admissus est: donec prodeunte nuper Constitutione Benedictina de 16. Novembris 1724. Provincialis ejusdem nostræ Provinciæ, parte inaudita, Oratorem ab ista remuneratione deposuit.

Cum vero in dicta Constitutione nulla merces laboris revocetur, vel annihiletur, nec agatur in eadem de voto in Discretorio tantum, & Orator nullam habeat Superioritatem, sed simplicem præcedentiam, pro restitutione mercedis suæ humiliter supplicat: nec aliter, quam ut Agentia perseverare valeat, quæ ad extraneos facile posset devolvi, pro qua cum mei detrimento laboravi, & in ea collocentur viri capaces, benemeriti, cum nullus ad id munus assumatur, quin in Provincia sua fuerit ad minus Sacræ Theologiæ Lector, Definitor, aut Guardianus. Quam Deus &c.

DECRETUM.

ETsi alias vigore Constitutionis Sanctissimi Domini Nostri Benedicti XIII. incipientis: *Universalis Ecclesiæ*, omnis vocalitas habitualis, & perpetua

tus in Capitulis, & Congregationibus Provincialibus, tam per Constitutiones Apostolicas, quam Ordinis, nonnullis Patribus dudum concessa, penitus revocata, ac annullata fuerit; aliæ tamen prærogativæ, quæ tanquam præmia laborum eisdem concessæ sunt, nullatenus per præfatam Constitutionem irritantur, aut cassantur, sed in pristino suo robore perseverant. Itaque conformiter ad hæc decernimus, ac declaramus retroscriptum Oratorem Patrem Josephum a Poculo penitus destitutum esse vocalitate perpetua, quam prætendit, gaudere tamen ea præcedentia, qua juxta ordinationem Congregationis Generalis Nationis Germano-Belgicæ anno 1639. Bruxellis celebratæ frui solent illi Patres, qui Romæ per sexennium integrum functi fuerint officio Sollicitatoris, seu Agentis pro dicta Natione; quam ordinationem observari mandavit Reverendissimus Pater Petrus Marinus Sormanus Prædecessor noster die 20. Martii 1688. ubi etiam hactenus observata fuit in præfata Natione. Nos igitur cupientes dictum Patrem Josephum manutenere in pacifica possessione tam præfatæ præcedentiæ, quam aliorum jurium illi competentium, ratione officii Solicitatoris Nationalis in hac Curia perfuncti (dummodo prælaudatæ Constitutioni non contrarientur) præcipimus, ac mandamus in virtute Sanctæ Obedientiæ omnibus, & singulis, ad quos spectat, ut nullus sub quocumque prætextu ipsum in hoc molestare, aut perturbare præsumat.

Datum Romæ ex hoc nostro Aracœlitano Conventu, die 15. Januarii 1719.

F. Matthæus a Pareta
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

Dispensantur Officiales Generales a vacantia Officiorum, ut concurrere possint ad alios Ordinis gradus in proxime celebrandis Comitiis.

BENEDICTVS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum, sicut dilectus Filius modernus Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, Capitulum Generale ejusdem Ordinis in vigilia Pentecostes currentis Anni celebrandum sit, fieri vero possit, ut Vocales dicti Capituli aliquem ex iis Fratribus tam de Observantia, quam Reformatis pariter nuncupatis utriusque Familiæ Cismontanæ, & Ultramontanæ, ad Generalatum, & alia dicti Ordinis Officia, tametsi a muneribus per tempus ab Apostolicis, & Ordinis præfati Constitutionibus definitum minime vacaverint, promovere existiment: Idem Minister Generalis cum memoratis Fratribus ad effectum præmissum dispensari summopere desiderat, Nobisque propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos igitur ipsius Ministri Generalis Votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, eumque, ac Fratres supradictos specialis favore gratiæ prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis etiam occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, memoratis Fratribus, qui munera prædicta exercuerunt, ut in proxime futuro Capitulo Generali Ordinis hujusmodi, licet a præfatis muneribus per tempus ab eisdem Constitutionibus præscriptum, ut præfertur, non vacaverint, nihilominus, dummodo nullum aliud Canonicum obstet impedimentum, & ad id idonei reperiantur, ad Ministri Generalis, & alia Officia ejusdem Ordinis, servatis alias servandis, eligi, & sic electi, Ministri Generalis, & Officia hujusmodi suscipere, gerere, & exercere libere, licite, & valide possint in omnibus, & per omnia, perinde ac si a dictis muneribus tempore per præfatas Constitutiones præscripto vacavisse reperirentur, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ac cum eis desuper opportune dispensamus. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xxi. Februarii 1719. Pontificatus Nostri Anno quinto.

F. Cardinalis Oliverius.

Prohibentur fundationes Conventuum intra quinque, vel quatuor Leucas a Conventibus Ordinis jam erectis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolici Officii, quo, authore Domino, fungimur, solicitudo Nos admonet, ut paternam Christifidelium, qui è fluctibus sæculi in Religiosæ Vitæ portum confugerunt, ac in humilitatis, & paupertatis Spiritu Altissimi obsequiis sese sub suavi arctioris Regulæ jugo manciparunt, curam gerentes, felici illorum statui, & tranquillitati, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere satagamus, sicut rerum, locorum, temporum, & personarum qualitatibus maturæ considerationis trutina perpensis in Domino expedire arbitramur. Dudum siquidem fel. rec. Clemens PP. VIII. Prædecessor Noster provide considerans in Provincia Carthaginen.

Ordi-

Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, eam Conventuum prædicti Ordinis multitudinem jam existere, ut si alii ibidem denuo erigerentur, illorum Religiosi Christifidelibus oneri admodum fore, & a puritate Regulæ, quam profitebantur, discedere cogerentur, quo sibi Eleemosynas ad vitæ sustentationem pararent, his, aliisque rationibus adductus, de voto Congregationis tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiia, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, per quasdam suas in simili forma Brevis die 11. Julii 1601. expeditas literas, perpetuo statuit, & ordinavit, ut deinceps intra quinque, vel quatuor Leucas a Conventibus Provinciæ, & Ordinis prædictorum jam ædificatis, nullus Fratrum ejusdem Ordinis Recollectorum, & Discalceatorum etiam nuncupatorum Conventus extrui posset: & subinde ad tollenda gravia dissidia, quæ inter Fratres Ordinum Mendicantium in diversis partibus Hispaniarum, super fundatione novorum Conventuum, non sine maximo Regularis Disciplinæ detrimento, ac Populorum scandalo, in dies oriebantur, fel. mem. Alexander VII. pluresque alii Romani Pontifices Prædecessores nostri memoratas Clementis Prædecessoris literas, præviis Decretis dictæ Congregationis Cardinalium etiam in contradictorio Judicio emanatis, nedum ad alias Ordines præfati in Regnis Hispaniarum Provincias, sed etiam ad omnes Fratres Ordinum Mendicantium hujusmodi, per diversas locorum in pari forma Brevis literas, extenderunt, & ampliarunt, & alias, prout in præfatis Clementis, & Alexandri, aliorumque Prædecessorum literis, quarum præsentibus tenores pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

§. 3. Cum autem, sicut accepimus, progressu temporis varia hac in re ab eadem Congregatione Cardinalium prodierint Decreta, quibus præfatas Alexandri, aliorumque Prædecessorum literas enarratam Clementis Prædecessoris dispositionem, quæ ad Fratres Recollectos, & Discalceatos hujusmodi limitata fuerat, ad omnes Ordines Mendicantes, ut præfertur, extendentes, & ampliantes, tum servandas fore, tum e contrario aliquot ex iisdem Ordinibus Mendicantibus minime obstare resolutum fuit: licetque plures saluberrimæ Constitutiones certos modum, & formam in fundatione, & erectione novorum Conventuum Regularium omnino observandos præscribentes a Sede Apostolica, & præsertim ab ipso Clemente VIII. ac piæ mem. Urbano VIII. & Innocentio X. Romanis Pontificibus Prædecessoribus itidem nostris generaliter promulgatæ fuerint; quia tamen nonnulli ex Ordinibus Regularibus ab eadem Sede novos ubique locorum Conventus, de Sola Ordinarii licentia, fundandi specialem facultatem sibi concedi obtinuerunt, tot in dictis Regnis Hispaniarum erecti fuerint, atque in dies erigantur novi Conventus, ut Fratres antiquiorum Conventuum prope necessaria careant sustentatione, ac plerasque lites, ad impediendam novorum Conventuum hujusmodi institutionem, coram locorum Ordinariis, ac dilecto Filio nostro, & dictæ Sedis in eisdem Regnis Hispaniarum Nuncio, & forsan alibi sustinere cogantur; & hæc in primis incommoda sentiant Fratres supradicti Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, utpote qui arctam paupertatem profitentes, ob temporum calamitatem, & multiplicitatem novorum Conventuum hujusmodi passim excrescentem, necessarium alimoniam vix consequi, minusque prædictarum litium expensas subire valent.

§. 4. Hinc est, quod Nos ejusdem Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia indemnitati, & quieti, simulque antiquiorum Conventuum conservationi in dictis Hispaniarum Regnis, quantum in Domino possumus, salubriter providere cupientes, ac lites, & causas inter eosdem Fratres Minores, & alios Ordinum Mendicantium præfatorum, super erectiones novorum Conventuum hujusmodi coram Ordinariis locorum, & Nuncio præfatis, aliisque Judicibus, & Tribunalibus quibuscumque, occasione diversitatis Decretorum a dicta Congregatione Cardinalium emanatorum, seu facultatum novos Conventus prædictos erigendi concessarum, ut præfertur, vel alias quomodolibet enatas, & pendentes (quarum omnium, & singularum statum, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & collitigantium quorumvis, etiam speciali mentione dignorum, ac alia etiam de necessitate exprimenda, præsentibus pro sufficienter expressis, & specificatis haberi volumus) a locorum Ordinariis, & Nuncio, aliisque Judicibus, & Tribunalibus hujusmodi, harum serie ad Nos avocantes, illasque penitus, & omnino extinguentes, motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ne ullus in posterum quorumvis Ordinum Mendicantium, etiam ejusmodi Fratrum Minorum de Observantia, in Regnis Hispaniarum Conventus, sive Domus, aut locus Regularis, vigore quorumcumque Privilegiorum, & facultatum a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, seu etiam a Nobis hactenus concessorum, seu confirmatorum (salva tamen, & firma remanente quoad Ordinem Fratrum Prædicatorum literarum nostrarum sub plumbo Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXVII. septimo Kalendas Junii Pontificatus Nostri Anno tertio expeditarum, quibus per præsentes nullatenus derogare intendimus, forma, ac dispositione) aut in vim Decretorum a memorata Congregatione Cardinalium editorum, seu alio quovis prætextu, vel causa, intra quinque, vel saltem quatuor leucas a Conventibus dicti Ordinis Fratrum Minorum de Observantia, seu Recollectorum, Discalceatorum, Reformatorum, aliove quocumque nomine nuncupatorum, jam erectis, nisi de speciali, & expressa hujus S. Sedis licentia, de novo erigi, fundari, seu alias quomodolibet institui, vel inceptus, seu incepta perfici, & absolvi possit, & valeat, tenore præsentium statuimus, & prohibemus.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas, etiam ex eo, quod quicumque etiam specifica, & individua mentione, & expressione digni in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanarint, sufficienter adductæ, specificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, etiam quantumvis veridica, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud, uti, seu se juvare posse, sed ipsas præsentes literas semper firmas

mas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, & alios quoslibet quacunque potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, ac fel. mem. Bonifacii VIII. similiter Prædecessoris nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quorumcumque Ordinum Mendicantium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, etiam Mare magnum, vel alias quomodolibet nuncupatis, ac literis Apostolicis, illis, eorumque Superioribus, & personis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, & in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter, ac exactissimè, & accuratissimè expressis, insertis, servatis, & specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse, ac plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 7. Martii MDCCXXIX. Pontificatus Nostri anno quinto.

Loco ✠ Sigilli.

F. Cardinalis Oliverius.

Supplex libellus cum rescripto concessionis Indulgentiarum pro Vocalibus, & Officialibus Capituli Generalis Mediolanensis Anni 1729.

Beatissimo Padre.

FRA Giuseppe Maria d' Evora Procurator Generale dell' Ordine de' Frati Minori, umilmente prostrato a piedi della Santità Vostra, La supplica a degnarsi concedere nel prossimo Capitolo Generale a tutti li Vocali, che interverranno dalle Provincie fuori d' Italia *mille Indulgenze* da poter eglino distribuire nel loro ritorno, *cinquecento* alli Vocali d' Italia, *due mila* a tutti li Superiori, Officiali Generali, e Diffinitori Generali, che come tali suffragheranno, e *cento* altre alli Religiosi ed Officiali, che si troveranno al Capitolo suddetto; e tutte *in articulo mortis* da poter applicare a corone, medaglie &c. che &c.

RESCRIPTUM

Ex audientia Sanctissimi die 24. *Martii* 1729. *SANCTISSIMUS ANNUIT*.

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Card. Lercari.

LITERÆ APOSTOLICÆ.

Ad Capitulum Generale Mediolanense pro eligibilitate Reverendissimi P. Josephi Mariæ ab Ebora in Ministrum Generalem.

Dilectis Filiis Ministro Generali, cæterisque Vocalibus totius Ordinis Fratrum Minorum in proximo Capitulo Mediolanensi congregandis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dilecti Filii salutem, & Apostolicam benedictionem.

REgularis disciplinæ rationes, & saluberrima amplissimi Ordinis instituta, quæ ad Comitia generalia Vos evocarunt, charitatem nostram vehementius excitant, ut, quæ providentiæ, & solicitudinis officia ad religiosissimæ Familiæ utilitatem conducere posse censemus, libenti animo conferamus. Porro, cum Dilectus Filius Josephus Maria ab Ebora in Sacra Theologia Lector Jubilatus, & Ordinis istius apud Nos, & hanc Sanctam Sedem Procurator Generalis, non minus doctrinam, morumque integritatem, quam zelum, prudentiamque in rebus gerendis egregie Nobis probaverit, virtutis ejus operam in Seraphicæ Vestræ Familiæ commodum cessuram non immerito fore reputamus. Proinde si vestro judicio, cujus libertatem integram, inviolatamque esse volumus, & curamus, ad quæcumque ejusdem Ordinis munera, & gradus promovendus videretur, pati non debemus, ut nostræ auctoritatis opem desideretis. Labores igitur ab eodem Dilecto Filio tam Familiæ Vestræ in gravissimis

mis muneribus obeundis, quam huic Apostolicæ Sedi in arduis negotiis sibi commissis, pluribusque Congregationibus assidue impensos, benevolentiæ, nostræ testimonio remunerare, rebusque simul vestris amplius prospicere cupientes, eundem Dilectum Filium Josephum Mariam ab omnibus impedimentis absolvimus, quæ studiis, votisque Vestris obstare possent; dispensantes in quibusvis Statutis, & Constitutionibus, etiam Apostolicis, & præsertim Prædecessorum nostrorum Leonis X. quæ incipit: *Ite & Vos*; & Gregorii XIII. quæ incipit: *Consuevit Romanus Pontifex*; ita ut eligi possit ad quæcumque munera, etiam Ministri Generalis totius Ordinis, nullo licet expectato temporis intervallo, quod ex secundo dicta Constitutione post peroorationem generalem intercedere deberet; nec illi quidquam ex antedictis Statutis, & Constitutionibus obsistat, si vestris suffragiis, quæ, ut prædiximus, omnino libera esse volumus, ad quemcumque gradum, & officium eligeretur. Tametsi enim ex memorata Leonis Papæ X. Constitutione Minister Generalis ex Familia Ultramontana in Capitulo isto eligendus est, eundem tamen Dilectum Filium Josephum Mariam, habitu quidem Ordinis in Familia Cismontana indutum, sed ultra montes natum educatumque, Patrem almæ Observantis Provinciæ Algarbiorum constituentes, volumus, & declaramus per memoratam Constitutionem, in qua tenore præsentium, si opus fuerit, ad prædictum tantummodo effectum dispensamus, minime exclusum esse, quominus Minister etiam Generalis totius Ordinis a Vobis eligi possit. Quod tamen benignitatis nostræ documentum, non ad ipsius supplicationem, sed motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris editum, nolumus trahi posse in exemplum; ne quod peculiares rationes ab æquitate nostra postularunt, generali præscriptione definisse videamur. Ac Vobis, Dilecti filii, spiritum consilii, & pietatis a Patre luminum precantes, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 26. Martii 1729.

C. Archiep. Emissenus.

EPISTOLA

Eminentissimi à Secretis Status ad Reverendissimum P. Ministrum Generalem in Capitulo Generali Mediolanensi Præsidem, qua Summus Pontifex Benedictus XIII. quædam puncta universi Ordinis utilitatem respicientia in iisdem Comitiis tractari jubet.

Intus.

REVERENDISSIMO PADRE.

Nostro Signore tutto intento colla sua Apostolica sollecitudine a procurare il maggior bene, e vantaggio dell'Ordine Francescano, ho fatto riflessione a varie materie, che stimo espedienti a tal' effetto vengano nel prossimo Capitolo Generale esaminate, e stabilite. E primieramente vuole, che si consulti il Capitolo medesimo sopra il premio, che dovrà assegnarsi ai Lettori di Controversie, e Lingua Araba in questo Collegio di S. Bortolomeo, e si determini la moderazione, che sarà giudicato più propria, della Bolla della san. mem. di Clemente XI. concernente questo particolare.

Vuole inoltre, che in tutte le Provincie della Religione o Scalze, o Recollette si mantenga in uso, e si osservi il Canto Gregoriano, come già Sua Beatitudine aveva ordinato, e ciò sotto gravi pene, le quali saranno dal Capitolo stabilite.

Parimente sotto le pene, che al Capitolo sembreranno più proprie, dovrà ingiungersi a ciascuno l'inviolabile osservanza della Bolla, che concede la precedenza ai Minori Osservanti sopra li Riformati emanata per ordine della Santità Sua.

Ordina anche la medesima Santità Sua, che si stabiliscano nel Convento di Ara-Cœli le stanze proporzionate a ciascun'Officio, per maggior utilità dell'Ordine, e giusta il foglio consegnato al P. Procurator Generale.

Comanda in oltre, che onninamente si stabilisca l'assistenza presso il Generale, e Commissario Generale da prestarsi da' Definitori Generali per le consulte de' Negozj dell' Ordine, la quale si riconosce pur troppo necessaria, con determinarsi, dove debbano assistere, e secondo che in altri Capitoli Generali si è ordinato.

In oltre, à tenore del foglio di Riforma degli studj consegnato al Procurator Generale, dovrà considerarsi dal Capitolo Generale il modo, che sarà più conveniente, e vantaggioso per il decoro, e profitto della Religione, con stabilire anche nelle Provincie gli studj di Grammatica, e Rettorica nel second' anno del Noviziato, che chiamano Professorio.

Ad oggetto poi, che l' accennato Capitolo Generale possa celebrarsi con sodisfazione piena di tutte le Nazioni, e con la dovuto giustizia distributiva, e pace desiderata, S. B. intende, e vuole, che nelle provviste delle Cariche si abbia considerazione à tutte le dette Nazioni respettivamente, e non già ad una sola, come per abuso è seguito nel tempo passato. Altrimenti la S. Sede sarà obbligata a prendere quei giusti rimedj, che stimeransi da S. S. più proprj per riparare i disordini.

Si dovrà di più dal Capitolo medesimo provedere, e nominare idonei soggetti per la riforma del Breviario dell' Ordine, e stabilimento de' Sagri Riti, e Cerimoniale da osservarsi egualmente in tutte le Provincie, secondo che dai Cerimoniali, e Leggi dell' Ordine medesimo è stato più volte risoluto.

Per ultimo comanda S. B. che s' incarichi di nuova a tutt' i Religiosi, che tanto nelle stampe, quanto nelli scritti, discorsi, e in qualsivoglia altra occasione, i Santi, Beati, ed anche Dottori dell' Ordine, passati a miglior vita prima del Concilio di Costanza non vengono denominati se non col titolo de' Minori; mentre sino a quel tempo l' Ordine rimase indiviso: quelli poi, che furono morti nella Regolare Osservanza, o nella Riforma, o frà Scalzi, Recolletti, ed anche frà Conventuali, e Capuccini, dovranno chiamarsi di quello Istituto, in cui sono vivuti, e da cui sono passati all' altra vita; poiche in tal forma verrà a conservarsi la carità, e concordia tra tutt' i Figli dello stesso Serafico Padre. Si contenti pertanto V. P. Reverendissima d' insistere per l' esatta osservanza di quanto N. S. in virtù della presente si è servito di comandare, e le auguro dal Cielo vere felicità.

Roma 27. Marzo 1729.

Di V. P. Reverendissimo.

Affezionatissimo

N. M. Card. Lercari.

Foris.

Al Reverendissimo Padre Il Padre Generale di S. Francesco Presidente al Capitolo Generale in

MILANO.

Que

Quo Eremitæ quicumque habitum, vel caputium Ordinis deferre prohibentur, confirmatis similibus Literis Urbani PP. VIII.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

ALias emanarunt a felic. recor. Urbano PP. VIII. Prædecessore nostro Litteræ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

CUM, sicut dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiæ Sancti Francisci Nobis nuper exponi fecit, quamplures abutentes Habitu Fratrum Tertiariorum Ordinis ejusdem Sancti Francisci, vel simplicem Tunicam oblongam cum Mantello, vel sine eo, absque Superiorum prædictæ Religionis licentia deferant, vel etiam eis Caputium, aut Tunicæ adjunctum, aut ipsi Mantello eo sutum superaddant, eorumque nonnulli extra Claustra degentes tum scandalose, & inopportune, sub specie peregrinationis, aut alterius emendicati prætextus, di agentur, tum etiam aliquas Ecclesias, seu Cappellas, dicito sibi Eremitarum nomine, incolant, exindeque maxima apud Sæculares scandali materia, & pravæ opinionis erga prædictam Religionem ingeratur; Nobis propterea dictus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut tot incommodis, & scandalis opportunum aliquod remedium adhibere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur eumdem Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnibus, & singulis Locorum Ordinariis, ac nostris, & Sedis Apostolicæ Nunciis ubivis Terrarum constitutis, & degentibus, tenore præsentium districte præcipiendo mandamus, ne de cætero quemquam prædictam Tunicam oblongam, cum, vel sine Mantello, absque Superiorum prædictæ Religionis Minorum de Observantia, & cujusvis Instituti, seu Congregationis Ordinis ejusdem Sancti Francisci licentia in scriptis obtenta, quoquomodo deferre permittant, utque si aliquem præmissorum transgressorem repererint, illum carceri mancipandum, tali Habitu exuendum, & arbitrariis pœnis mulctandum irremissibiliter curent; & præterea nemini licitum faciant, etiamsi prædictæ Religionis Minorum de Observantia, & cujusvis Instituti, seu Congregationis universi Ordinis hujusmodi Superiorum scripta, seu quovis alio prætextu roborata licentia desuper accesserit, ut Habitum hujusmodi cum prædicto Capucio, vel Tunica, seu Mantello, ut præfertur, consuto deferant, sublata ejusdem Ordinis Superioribus, ipsisque Locorum Ordinariis, ac Nunciis Apostolicis, & eorum cuilibet quavis auctoritate licentias hujusmodi cuiquam concedendi, ac demum earumdem tenore præsentium volumus, & ordinamus, ut si quispiam tale deferens Caputium, vel cum licentia, vel sine ea inventus fuerit, carceris detentione, Habitus privatione, & aliis arbitrariis pœnis ab eisdem Ordinariis, & Nunciis omninò puniantur.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem præsentes nostræ Literæ ad omnium, quos illæ concernunt, notitiam facilius deveniant, volumus, quod illarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem ubique fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die v. Octobris 1638. Pontificatus Nostri Anno decimosexto.

M. A. Maraldus.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

Cum autem, sicut dilectus filius modernus Procurator Generalis ejusdem Ordinis Nobis nuper exponi fecit, nonnulli, præsertim Eremitæ, contra præfatarum Urbani Prædecessoris Literarum tenorem, ac dispositionem, ipsorum Fratrum Habitum cum Caputio, non sine eorumdem Ordinis, ac Fratrum dedecore, & perturbatione deferre præsumant, indeque plurima scandala antehac orta fuerint, ac in dies oriantur, Nobis propterea dictus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur ejusdem Procuratoris Generalis Votis hac in re, quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum filium Ministrum Generalem Ordinis prædicti desuper audiverunt, ac narrata attenderunt, consilio, præinsertas Urbani Prædecessoris Literas, omniaque, & singula in eis contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Præterea memoratis Eremitis, sub pœnis in eisdem Urbani Prædecessoris Literis expressis, præcipimus, ut pro majori, faciliorique eorum a Fratribus dicti Ordinis discrimine, de cætero, ultra Barbam, gestent etiam Tunicam breviorem, solitamque Scapulare longius Pallio, seu Mantello ad differentiam Tertiariorum Commensalium. Decernentes ipsas præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tem-

pore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter, & inconcusse observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & dictae Sedis Nuncios, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quae in praeinsertis Urbani Praedecessoris Literis concessa sunt non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

Volumus quoque, ut earumdem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Beneventi sub Annulo Piscatoris, die XVI. Maii MDCCXXIX. Pontificatus Nostri anno quinto.

F. Cardinalis Oliverius.

CAPITULUM GENERALE
OCTUAGESIMUM PRIMUM.

In Dei Nomine Amen.

Haec est Tabula celeberrimi Capituli Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum celebrati in Conventu S. Angeli Mediolani in Vigilia Pentecostes anno 1729. die 4. Junii.

Elapso sexennio ab novissimo Capitulo Generali, cum Reverendissimo Patre Fr. Laurentio a S. Laurentio totius Ordinis Ministro Generali infra quartum guberníi sui annum ad apicem Cardinalatus evecto, ex speciali dispositione SS. D. N. Benedicti Papae XIII. per suffragia Patrum, & Discretorum Ordinis Romae commorantium in Vicarium Generalem assumptus fuisset, & successive ex Pontificio rescripto, Ministri Generalis titulo insignitus Reverendissimus P. Fr. Matthaeus a Pareta Lector Jubilatus, Provinciae Observantium Terrae laboris Ex-Minister, & in Romana Curia Procurator Generalis actualis, suffecto in idem Procuratoris Generalis Officium A. R. P. Fr. Josepho Maria ab Ebora Secretario Generali Ordinis: in hoc demum Generali Capitulo (quod quidem juxta sanctionem Capituli Romani 1723. Bononiae celebrandum erat, rationabilibus tamen de Causis cum placito Sedis Apostolicae, in hac perampla Civitate coactum est) Praesidente eodem Reverendissimo P. Matthaeo de Pareta Generali Ministro, ex speciali dignatione Sanctissimi, qui, quantum etiam ad Praesidentiam hanc, pro sua in pusillum gregem Nostrum vere mirifica benignitate, omissa alia deputatione, Constitutionibus Ordinis locum fecit, conspirantibus omnium suffragiis in Ministrum Generalem totius Ordinis S. P. N. Francisci rite, & canonice electus est Reverendissimus P. Fr. Joannes de Soto, Provinciae Regularis Observantiae Immaculatae Conceptionis Lector Jubilatus, Ex-Secretarius Generalis Ordinis, ejusdemque Ex-Procurator Generalis, & Familiae Ultramontanae, ac Indiarum Commissarius Generalis actualis.

Commissarius Generalis Familiae Cismontanae.

Reverendissimus P. Fr. Franciscus a S. Severino Lector Emeritus, Ex-Procurator Generalis Reformatorum, & Minister actualis Provinciae Principatus.

Pater utriusque Familiae.

Reverendissimus P. Fr. Matthaeus a Pareta Lector Jubilatus, & Ordinis Ex-Minister Generalis immediatus.

Procurator Generalis Ordinis.

A. R. P. Fr. Bernardus Monterde, actualis Minister Provinciae Aragoniae Observantium.

Commissarius Generalis in Romana Curia.

Reverendissimus P. Fr. Joseph Maria ab Ebora Provinciae Romanae Observantium Lector Jubilatus, Ex-Procurator Generalis immediatus, Congregationis Consistorialis, & supremae, atque Generalis Inquisitionis Consultor.

Procurator Generalis Reformatorum.

A. R. P. Fr. Fulvius a Bononia, Provinciae Bononiensis Reformatorum Lector Emeritus.

Procurator Generalis Excalceatorum, & Recollectorum.

A. R. P. Fr. Gildaldus Dulfios, Provinciae Sancti Andreae in Belgio Custos.

Diffinitores Generales Ultramontani.

A. R. P. Fr. Joannes Lasso, Lector Jubilatus, Provinciae Baeticae Observantium Ex-Minister, & Custos.

A. R. P. Fr. Petrus Polo, Lector Jubilatus, Provinciae Valentinae Observantium Ex-Minister, & Custos.

A. R. P. Fr. Vincentius Zendra, Lector Theologus, & Minister Provinciae Excalceatorum S. Jo: Baptistae.

A. R. P. Fr. Godifredus Stuve, Minister Provinciae Recollectorum S. Crucis in Saxonia.

A. R. P. Fr. Andreas Augustinus Boudet, Doctor Sorbonicus, & Magni Conventus Parisiensis Guardianus.

A. R. P. Fr. Albertus Counac, Minister Provinciae Aquitaniae inferioris.

A. R. P. Fr. Chrysogonus Castien, tertio Minister Provinciae Recollectorum Immaculatae Conceptionis in Gallia.

A. R. P.

A. R. P. Fr. Romualdus Vanden Male, Lector Jubilatus, & Minister Provinciæ Recollectorum Germaniæ inferioris.

A. R. P. Fr. Fernandus a Sancto Antonio, Lector Theologus, & Minister Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Discalceatorum in Brasilia.

A. R. P. Fr. Andreas Cavallo, Minister Provinciæ Tertii Ordinis in Bætica.

Diffinitores Generales Cismontani.

A. R. P. Fr. Matthæus de Atina, Lector Jubilatus, & Provinciæ Terræ Laboris Observantium Ex-Minister.

A. R. P. Fr. Joannes Maria de Augusta, Lector Jubilatus, & Provinciæ Observantium Vallis Neti Ex-Minister, & Custos.

A. R. P. Fr. Joannes Jacobus de Vallico, Provinciæ Romanæ Observantium Lector Jubilatus, Ex-Secretarius Generalis Ordinis.

A. R. P. Fr. Camillus de Breno, Lector Theologus, & Minister Provinciæ Brixiæ Observantium.

A. R. P. Fr. Cherubinus de Capriata, Lector Jubilatus, & Provinciæ Observantium Genuæ Minister.

A. R. P. Fr. Joannes Capistranus Jovenski, Lector Jubilatus, & Provinciæ Observantium Poloniæ Majoris Ex-Minister, & Custos.

A. R. P. Fr. Franciscus Maria Spinelli, Provinciæ Reformatorum S. Angeli Ex-Minister, & Ex-Secretarius Generalis.

A. R. P. Fr. Carolus Maria de Novocomo, Lector Emeritus, Ex-Minister, & Custos Provinciæ Mediolani Reformatorum.

A. R. P. Fr. Gentilis a Nicæa, Lector Emeritus, Ex-Minister, & Custos Provinciæ S. Thomæ Reformatorum.

A. R. P. Fr. Crescientius Krisper, Lector Emeritus, & Provinciæ Reformatorum Austriæ Minister.

Guardianus Hierosolymitanus.

A. R. P. Fr. Aloysius a S. Angelo, Lector Jubilatus, & Provinciæ Principatus Observantium Ex-Minister.

Cum autem hic rationabiles ob Causas iter demum in Palæstinam aggredi noluerit, Reverendissimus P. Minister Generalis alium loco illius instituit, fuitque

A. R. P. Andreas de Montorio, Provinciæ Principatus Lector Jubilatus.

Neque omittendum est, quod cum paulo post peracta Comitia è vivis fuerit sublatus A. R. P. Franciscus Maria Spinelli: cumque ob ejus subrogationem quæstiones oriri prævidarentur, Sanctitas Sua, ut iis locum præcluderet, subrogandum censuit in Diffinitorem Generalem, prout per suum Breve subrogatum declaravit, Adm. R. P. Fr. Bernardinum a Pisticio, Lectorem Emeritum, & Ex-Ministrum Provinciæ Basilicatæ Reformatorum.

LITERÆ

Reverendissimi P. Ministri Generalis; quibus universo Ordini suam enunciat Electionem, simulque paterna monita, & gravia consilia pro Franciscana tuenda disciplina significat.

FR. JOANNES DE SOTO,

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis pro Regali Immaculatæ Conceptionis Congressu Theologus, ac Totius Ordinis Fratrum Minorum Minister Generalis, & Servus &c.

Omnibus Fratribus, & Monialibus, Prælatis, ac Subditis Nostræ curæ, & jurisdictioni ubique gratium commissis, & subjectis, utramque salutem in eo, qui est vera salus, & plenam in Spiritu Sancto consolationem.

Monituri vos, dilectissimi Fratres, de electione Nostra in Ministrum Generalem totius Ordinis Fratrum Minorum communi, ac unanimi consensu Vocalium ex toto Terrarum Orbe confluentium facta in Capitulo Generali Mediolani celebrato in Vigilia Pentecostes præsentis anni, juxta Seraphicæ Regulæ Nostræ præscriptum, illud in primis a Vobis efflagitandum duximus, ut qui nos inter tot præclarissimos Viros de Religione optime meritos, eximiis & virtutum, & sapientiæ ornamentis affatim cumulatos, ad tantum munus, & onus extulistis, vires pariter auxilii Vestri ad ipsum comportandum admoveatis quam diligentissime. Idque eo operosius a Vobis impensum iri certe confidimus, quo studiosius sincere pensitamus, non tam favorem arbitrii, quam confidentiam judicii Vestri, quo tenuitatem Nostram tanto oneri, ac honori idoneam potissimum judicastis.

Ut autem apertius os Nostrum pateat ad vos, & cor Nostrum dilatetur, Sanctissimi Antecessoris Nostri D. Bonaventuræ verba in Sua Pastorali Epistola Vobis subjicere verius cogimur, iisdem compellamus ingenui animi omnimoda sinceritate: *Sarcinæ gravi, & quasi importabili humeros suppositimus imbecilles, sperantes de adjutorio virtutis Omnipotentis, & confidentiâ de adminiculo Vestræ solicitudinis in ipsam. Nam etsi sit impossibile quantumcumque fortis, industris, & experti totam tanti oneris sarcinam suis humeris bajulare; si tamen divisa in partes, & humeris imposita diversorum, viriliter a quolibet portetur, non est quantumcumque debili Capiti horrere quodam rei insolitæ desperandum.* Certe quidem multa fiducia Nobis est in vobis, nec aliam, quam de suis subditis quondam jure merito præsumebat idem Sanctissimus Præsul, modo Nos de Vobis fidenti animo concipimus, & ob easdem & zeli vivacitatem, & solicitudinem, & industriam multis jam dudum nobis comprobatas argumentis, quod nimirum *prompti sitis ad extirpanda mala, promovenda bona, fovenda debilia, & fortia conservanda.*

Modo autem nostra clavum regiminis Seraphicæ, & amplissimæ tantæ Fraternitatis tenentium potissimum interest, & vestrum auxilium enixius, impensiusque implorare, & solicitudinem vestram vehementer commonere, ut super oves curæ vestræ concreditas sedulo invigiletis, excubiasque pervigiles agatis, injuncti Officii Ministerium implentes in omnibus

nibus assidue laborando cum obsecrationibus, tum increpationibus, in omni patientia, & doctrina, tum in primis operum exemplis, & factis, desides, & pigrescentes primum excitando, & paterne admonendo; a bono vero opere torpentes, cum opus fuerit, arguendo cum imperio, ut resecatis sentibus, culta undique revirescat Religionis hæreditas, species illa plagiferi Jacob. P. N. Francisci, quam singulariter dilexit Deus, ac fœtu novæ Sanctitatis Prolis quotidie mirifice multiplicat, & apprime exornat. Ea propter cavendum vobis præsertim est, ne ob segnem diligentiam, & curam, aut ob minus sedulam vigilantiam vestram in Pomorum custodiam positam, velut olim Hierusalem, se derelictam ingemiscat, aut minus cultam, & sylvescentem deploret. Idcirco vestrum est, ut pervicaces, & obstinati omnino compescantur, & sylvescentes herbæ penitus eradicentur a florentissimo Religionis Viridario, ne immixta malorum obscuritas fulgentissimam Ordinis claritatem obtenebret, aut inficere valeat. Nec minus vestri muneris est totis viribus fovere, & juvare eos, qui promissa in Regula examussim servantes Dei opus in Religione faciunt, quin etiam eo unanimitatis studio super eos ad eximium laborem instare debetis, quo olim *Filii Juda quasi vir unus instabant super eos, qui faciebant opus in Templum Dei*: ut magisterio vestro copiosiores ad Dominum ascensiones in cordibus suis disponant, & ad fastigium perfectionis ascendant, præstito juvamine, & adjutorio vestro.

Sane quasi vir unus in commune Religionis bonum perficiendum tunc instare merito judicabimur, cum in primis charitatis vinculis perfecte uniti, fraternam charitatis non fictæ pacem studiose inquiremus, firmiter insequemur, & si forte fugiat, velociter persequemur, juxta Davidicum monitum; cum sine illa, nec Religio firma subsistet, nec ullum diu perstabit spirituale ædificium. Unde commonere vos, & obsecrare cum Apostolo Paulo compellimur, *ut nulla sint in vobis schismata, sed sitis perfecti in eadem sententia, & supportantes invicem, in charitate solliciti sitis servare unionem in vinculo pacis*.

Etenim vero cum pax Christiana belligeratrix esse debeat, ut veram pacem in Religione servetis, fictam diaboli pacem è medio tollere studete, perpetuum bellum fortiter gerentes, & gladio strenue pugnantes contra Leviathan illud, cujus *corpus quasi scuta fusilia, & compactum squammis se prementibus*, graphice designat ex D. Bernardo cohærentium nexum, & unitatem *aliquorum Fratrum tepide, & remisse conversantium, quibus si quid honestatis, aut insigne cujusdam consuetudinis persuadere velis, promptiores sunt maiori dispendio, ac difficultate graviori resistere, quam facili compendio assequi quod rectum esse constiterit*.

Profecto Nobis, qui Apostolicam vivendi formam ex Regula profitemur exactius servandam, potissimum incumbit, ut per bona opera proximis Nostris lucis exempla monstremus, *providentes bona*, ut monet Apost. *non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus*. Id quod eo vigilantius, & operiosius observabimus, quo reverentius, & formidolosius memoria recolemus fœdus illud initum, & commercium celebratum inter Fratres nostros, & mundum, testante, ac indubiam fidem faciente SS. P. N. Seraphico, ut nimirum, *quando ipsi retraxerint bonum exemplum, fide meatita, retrahet mundus manus justa censura*. Certe sane metuenda omnis est maledictio, quam Seraphicus Patriarcha Noster imprecatus fœdifragis, & iis, qui suo malo exemplo confundunt, ac destruunt, quod per Sanctos Fratres hujus Ordinis Deus ædificavit, & ædificare non cessat.

Cum scientia pariter ad Religionis decorem eximium, & vocationis nostræ munus adimplendum necessaria, nedum utilis, proculdubio censenda sit, omni prorsus diligentia curandum est, ne ullo modo languescant, quinimo vetuantissime floreant, & accuratissime excolantur earum literarum studia, quæ & viros religiosos apprime decent, & ad populorum instructionem, fideliumque spiritualem directionem, nec non Ecclesiæ Catholicæ defensionem, ac hæresum confutationem, necessaria sunt. Hæc enim, dum Sanctæ orationis, & devotionis Spiritum Fratres non extinguant, nedum non a Seraphicæ Regulæ nostræ amussi desciscere noscuntur, quin potius vocationi nostræ cœlitus inspiratæ prorsus consentanea jure censentur, & necessaria. Quapropter ea omnia, quæ in Constitutionibus Ordinis provide circa literarum studia conservanda, & promovenda ordinata sunt, serio præcipimus ad unguem servari, de eorumque diligenti observatione summo studio curabimus, desides, & ineptos a Lectura repellentes; digniores, & aptiores ad Magisterii lauream promoventes, & honores.

Nec minus sedulam curam adhibebimus, ut Ordinis munia, dignitates, & honores ii dumtaxat assequantur, qui suffragantibus meritis cœteris antestare, ac vere digniores legitime probati sint, & aptiores, omnes vires maxime exerendo, ut via ambitiosis omnino præcludatur, imo & prorsus exturbentur illi, qui instar pessimi Achan pallium Hyerico furantis, per Sæcularium protectionem, & conquisitos favores, contra Sacras leges, subripere conantur Ordinis Officia, & Dignitates, Religionem Sanctam scandalo perturbantes, ac nefas magnum facientes in Israel, & Dei populum anathemate contaminantes.

Ad hæc, cum Superiores in primis monere debeamus his nostris paternis litteris, sane salubriora consilia illis dare minime valemus, quam ea, quæ Sacrosanctum Concilium Tridentinum Ecclesiæ Prælatis sapientissime præstitit Cap. primo de Reformatione, eos, nimirum, primum admonendo, ut *se Pastores, non percussores esse meminerint, atque ita præesse sibi subditis oportere, ut tamquam filios, & Fratres diligant, elaborentque, ut hortando, & monendo ab illicitis deterreant, ne, ubi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur; Quos tamen, si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli ab iis servanda est præceptio, ut illos arguant, obsecrent, increpent in omni bonitate, & sapientia, cum sæpe plus erga corrigendos agat benevolentia, quam severitas, plus exhortatio, quam comminatio, plus Charitas, quam potestas*.

Subditis vero nostris ea verba D. Pauli paterno affectu submittimus: *Obedite Præpositis vestris, & subjacete eis. Ipsi vero pervigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes*. Igitur diligentissime advertite Fratres charissimi, quod vobis ipsis detrimentum infertis non modicum, ac super vos ipsos onus grave imponitis, dolore in caput vestrum converso, dum non sponte, sed quasi coacti subjecti estis, laborantes ut servi mercede conducti, non tamquam filii libere, prompte, & spontanee. Sane Prælati jure gemunt sub onere regiminis, dum suos labores irritos, & frustraneos esse vident, vel ob duritiam subditorum, vel ob neglectam legum observantiam, & debitam reverentiam. Fugite itaque quam longissime illorum vestigia, qui, ut quondam ajebat Bonaventura, *Monstruosum quemdam statum eligentes inter vi-*

tam

tam activam, & contemplativam, non tam corunaliter, quam crudeliter sanguinem comedunt animarum. Ergo noscite militiam, cui nomen dedistis, fortiter dimicate, & contendite per angustam portam intrare, licet enim arcta sit via, & alta, quæ ducit ad vitam, si tamen duci vos libenter sinatis per semitas æquitatis, cum ingressi fueritis, non arctabuntur gressus vestri, & currentes non habebitis offendiculum, ut dicitur quarto Proverbiorum. *De cætero Fratres quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate*, ut faciatis, & sequamini.

Cum etiam Pastoralis muneris solicitudo ad revocandas Oves, quæ perierint, intendere maxime debeat, & ex inventis ovibus gaudium boni Pastoris accrescat plurimum, omnes Apostatas nostræ Religionis, qui tamquam deperditæ oves vagi, & profugi per devia errant, paternis misericordiæ visceribus amplecti desideramus, & ad Caulam gregum revocare, condonantes eis omnes pœnas ratione Apostasiæ ex præscripto legum infligendas, dummodo intra spatium quatuor mensium ab harum litterarum publicatione se præsentent suis Provinciis; quibus elapsis, nulli præsens suffragabitur gratia, sicut nec illis, qui in confidentiam harum litterarum, post eas intimatas, deliquerint; quinimo tam contra ipsos, quam contra alios quoscumque sui status desertores omni juris rigore procedemus.

Denique ut gratitudinis nostræ debita pro viribus persolvamus, cum Religio nostra eo magis adstricta sit beneficiis Principum, quo in terris degens pauperior ab ipsis cumulatius muneribus oneratur, & gratiis, omnes curæ nostræ subjectos exhortamur vehementer in Domino, & præcipimus, ut omnes, continuis apud Deum effusis precibus maxime commendatos habeant. In primis autem Deum exorare debemus pro incolumitate, ac diutina conservatione Universalis Ecclesiæ Pastoris, Sanctissimi Domini Nostri Benedicti XIII. cui potissimum Religio nostra se devinctam quam arctissime agnoscit, ob ejus singularem, paternamque erga ipsam dilectionem, cum gratiarum, & beneficiorum ingenti effusione conjunctam; deinde sine intermissione orare pro Fidei exaltatione, pro victoria contra Infideles, pro pace Christianorum Principum, ac pro eorum salute, felicitate, prosperoque gubernio. Postremo pro majori spirituali incremento Religionis nostræ humillimas Deo effundite preces, & juxta in statutis generalibus Ordinis suffragia exacte implete, ac memores nostri sitis in Orationibus, & Sacrificiis. Interea nos in nomine SS. Parentis N. Francisci vobis omnibus Seraphicam impartimur benedictionem in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Dat. Mediolani in hoc Conventu Sancti Angeli, die 25. Mensis Junii anni 1729.

Fr. Joannes de Soto Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Reverendiss. in Christo Patris

F. Hilarius Maria Banduri Secretarius Generalis Ordinis.

His addendæ essent *Constitutiones*, seu *Statuta* edita in hoc Capitulo, quæ pariter sequenti anno Romæ typis prodiere: sed quoniam ista non secus ac illa Comitiorum anni 1723. de quibus supra, in Conventu Vallisoletano fuerunt abrogata, ac penitus abolita; ideo mihi consulto impositum ne iterum illa typis committerem. Sequitur itaque

Defunctorum Numerus.

AB ultimo Generali Capitulo usque ad præsens obierunt in Domino ex Familia Ultramontana Fratres Moniales ex Familia Cismontana Fratres 4030. Moniales 730. neque silentio prætereunda mors Eminentissimi Principis Laurentii Cozzæ Ordinis ex-Ministri, qui die 18. Januarii hujus anni 1729. in Conventu S. Bartholomæi de Urbe mortalitatem explevit.

Sequuntur Suffragia.

PRo Sanctissimo Domino N. Benedicto Papa XIII. ejusque ad multos annos incolumi sospitate, singuli Sacerdotes tres Missas legant.

Pro omnibus Principibus Christianis Ordinem Nostrum in Ditionibus suis tuentibus, & promoventibus, singuli Sacerdotes legant similiter Missas tres.

Pro Eminentissimo, & Reverendissimo Domino D. Laurentio Cardinali Corsino apud Sanctam Sedem Ordinis Protectore, unusquisque Sacerdos recitet unam Missam.

Pro Excellentissima Ducissa de Naxera, cujus beneficentia expensæ pro Generali Capitulo fuerunt factæ, Sacerdotes omnes celebrent unam Missam.

Pro felici statu nostræ Seraphicæ Religionis, & Apostolici Ordinis Prædicatorum, duæ Missæ a Sacerdotibus omnibus recitentur.

Pro pace inter Principes Christianos, extirpatione Hæresum, Fidei propagatione, victoria contra Infideles, & Ecclesiastici Ordinis prosperitate, duæ Missæ legantur a quolibet Sacerdote.

Ita est.

Fr. Joannes de Soto Minister Generalis, & Præses
Fr. Franciscus a S. Severino Commissarius Generalis
Fr. Matthæus a Pareta ex-Minister Generalis immediatus.
Fr. Bernardus Monterde Procurator Generalis Ordinis.
Fr. Joseph Maria ab Ebora Commissarius Generalis Curiæ.
Fr. Fulvius a' Bononia Procurator Generalis Reformatorum.
Fr. Gildaldus Dulflos Procurator Generalis Excalceatorum, & Recollectorum.
Fr. Joannes Lasso Diffinitor Generalis.
Fr. Petrus Polo Diffinitor Generalis.
Fr. Vincentius Zendra Diffinitor Generalis.
Fr. Godefridus Stuve Diffinitor Generalis.
Fr. Andreas Augustinus Bondet Diffinitor Generalis.
Fr. Albertus Counac Diffinitor Generalis.
Fr. Chrysogonus Castien Diffinitor Generalis.
Fr. Romualdus Vanden Male Diffinitor Generalis.
Fr. Fernandus a S. Antonio Diffinitor Generalis.
Fr. Andreas Cavallo Diffinitor Generalis.
Fr. Matthæus de Atina Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes Maria de Augusta Diffinitor Generalis.
Fr. Camillus de Breno Diffinitor Generalis.
Fr. Cherubinus de Capriata Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes Capistranus Jovenski Diffinitor Generalis.
Fr. Franciscus Maria Spinelli Diffinitor Generalis.
Fr. Carolus Maria de Novocomo Diffinitor Generalis.

Fr.

Fr. Gentilis a Nicœa Diffinitor Generalis.
Fr. Crescentius Krisper Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes Jacobus de Vallico Diffinitor Generalis, & Secretarius.

DIe 13. Septembris anni 1719. Habita fuit Congregatio particularis trium Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium a Sanctissimo deputata circa reintegrationem Conventuum Provinciæ Flandriæ contra Provinciam Sancti Andreæ, prodiitque Decretum, quo duo Pontificis Brevia in hujus Provinciæ favorem edita non esse sustinenda declaratur, quodque sequentibus apostolicis literis fuit deinde confirmatum.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX incumbenti Nobis pastoralis officii debito ad ea libenter intendimus, per quæ Ecclesiasticarum personarum quarumlibet, præsertim sub aliqua Religionis observantia Altissimo famulatum præstantium, indemnitati, & tranquillo, prosperoque statui tempestive consulitur, ut inde Personæ illæ ea, qua par est, reverentia pia opera exercere studeant, & in tota mentis attentione integrum, debitumque eidem Altissimo exhibeant famulatum; propterea que, quando nos hujusmodi Religiosas Personas diutinæ litis incommodo, potissimum super jurisdictione Conventuum, seu Monasteriorum proprii Ordinis, affici comperimus, auditis prius, ac recte perpensis per aliquam a nobis deputatam Congregationem, rationibus hinc inde adductis, lites hujusmodi omnino extinguimus, & abolemus, ac resolutionem super meritis causæ per eamdem Congregationem captam approbamus, & Apostolico munimine roboramus; & si fortasse adversus talem approbationem alias gratias reportatas esse contigerit, illas, accedente præcipue voto alterius a nobis deputatæ Congregationis, irritas decernimus, & inanes, ac tantummodo Congregationum hujusmodi resolutiones, seu Decreta approbamus, & confirmamus, ut ita omnis causa emulandi auferatur, ac perpetuis futuris temporibus pax, & tranquillitas inter hujusmodi Religiosas personas adeo consentanea refulgeat, divinus cultus magis in dies elucescat, & sub quieta, & tranquilla disciplina debitæ Datori luminum gratiæ quotidie persolvantur, nec non ad uberiorem æterni numinis gloriam pietas latius multiplicetur, ipsæque personæ, divini favoris suffragante auxilio, votivæ prosperitatis gratulentur eventibus, & felicia in spiritualibus suscipiant incrementa. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum modernorum Provincialis, ac Fratrum Conventuum Ordinis Fratrum Sancti Francisci Recollectorum nuncupatorum Provinciæ Sancti Andreæ in Belgio *nullius* Provinciæ Cameracen. seu Tornacen. Diœces. petitio continebat, quod alias, videlicet de anno Domini 1725. pendente controversia inter ipsos Provincialem, & Fratres ex una, & Fratres, aliosque Conventus ejusdem Ordinis Provinciæ Flandriæ ex altera partibus, super pretensa incorporatione facienda ultimo dictæ Provinciæ trium Conventuum ejusdem Ordinis, videlicet, Monten. Binchien., & Tornacen. cum duabus Residentiis tunc temporis primodictæ Provinciæ subjectorum, Provincialis, & Fratres primodicti, ad sedandas lites, & discordias hujusmodi, quæ a pluribus annis exortæ vigebant; & in dies exoriebantur, ad Nos, & Sedem Apostolicam pro opportuno remedio recurrere cogitaverunt, nosque, pro controversiæ hujusmodi compositione, Congregationem particularem nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium deputare justum censuimus, ac sub die secunda mensis Maii ejusdem anni, juribus ab utraque parte deductis, & in dicta Congregatione mature perpensis, ab eadem Congregatione emanavit Decretum *nihil esse innovandum, ac cum Sanctissimo &c.* Et Nos sub die nona ejusdem mensis decretum hujusmodi approbavimus, ac insuper pro majori, & perpetua ejusdem Decreti approbatione literæ Apostolicæ desuper expeditæ fuerunt tenoris, qui sequitur, videlicet: *Benedictus Episcopus &c. Inscrutabili Divinæ Providentiæ &c. ut supra pag. 64. B.*

Deinde, rebus sic stantibus, præfati Fratres ultimo dictæ Provinciæ subreptitie & obreptitie, nulla permissa citatione, nec partibus auditis, a Nobis pro dismembratione, & separatione præfatorum Conventuum a primodicta Provincia, illorumque unione, & incorporatione ultimo dictæ Provinciæ, binas literas Apostolicas in forma Brevis sub Annulo Piscatori desuper expeditas reportarunt, quarum tenor est, qui sequitur, videlicet: *Benedictus &c. Pastoralis officii nobis divinitus commissi &c. ut supra pag. 69. B.* Similiter *Benedictus Papa XIII. Ad futuram rei memoriam. Alias pro parte dilecti Filii Guillielmi Jedagne &c. ut supra pag. 99. B.*

Quarum quidem tam secundo, & tertio dictarum literarum Apostolicarum vigore præsenti ultimodictæ Provinciæ Fratres, non tantum dictorum Conventuum Monten. Binchien. & Tornacen. sed etiam aliorum Monasteriorum Monialium ejusdem Ordinis forsan prætexto, quod a dictis tribus Conventibus dependerent, possessionem nulliter apprehenderunt, ac omnia, & singula in eisdem Conventibus adinventa bona, etiam nulliter, & indebite, sibi appropriare auferunt: quapropter Provincialis, & Fratres primodicti pro congruo, & opportuno remedio ad nos denuo recursum habuerunt, humiliter supplicantes, quatenus secundo, & tertio dictas literas Apostolicas præfatas tanquam subreptitias, & obreptitias annullare, ac irritas, & inanes declarare, nec non Provincialem, & Fratres primodictos in omnibus, & singulis eorum juribus sibi quomodolibet competentibus in integrum restituere de benignitate Apostolica dignaremur; Nosque hujusmodi supplicationibus pro parte dicti Provincialis, & Fratrum primodictorum humiliter porrectis benigne inclinati, ut tandem discordiæ ejusmodi componerentur, de novo particularem Congregationem etiam nonnullorum venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium præmissis deputavimus, ac sub die decima tertia Mensis Septembris proxime præteriti, coram eadem Sacra Congregatione, de novo juribus ab utraque parte deductis mature perpensis, ab ipsa Congregatione aliud emanavit decretum, videlicet. Congregatio particularis a Sanctissimo deputata Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Corsini, Zondadari, & Lercari, nec non Domini Secretarii Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium in causa *Nullius*, seu Provinciæ Flandriæ Minorum Recollectorum Ordinis Sancti Francisci contra Venerabilem Provinciam Sancti Andreæ ejusdem Ordinis, sub die Martis decimatertia Septembris 1719. benigne rescripsit, *Brevia Sanctissimi Domini Nostri dierum 22. Octobris 1726. & trigesima Augusti 1727. non sustineri.*

Die vero Sabbathi decimaseptima Septembris 1719. facta relatione Sanctissimo per ipsum Dominum Secreta-

cretarium, Sanctitas Sua supradictam resolutionem benigne approbavit. Romæ vigesima secunda Septembris 1719.

A. Archiepiscopus Petrensis.

Loco ✠ Sigilli.

Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, a dicto Provinciali, & Fratribus primodictis hæsitetur ipsos, Decreto hujusmodi non obstante, a dictis Fratribus ulteriusmodictæ Provinciæ etiam in posterum molestari posse, cumque ea, quæ a Sede Apostolica approbantur, & confirmantur, exactius ab omnibus observari soleant, propterea que ad ambiguitatem hujusmodi tollendam, & ne amplius quæstionis materia supradicta prætensione insurgat, ac ut deinceps perpetuis futuris temporibus pax, & concordia, inter personas sub hujusmodi Religionis jugo Altissimo famulantes, semper vigeat, & refulgeat, plurimum cupiant Provincialis, & Fratres primodicti tam literas Apostolicas primodictas sub plumbo, ut præfertur, expeditas, super confirmatione primodicti Decreti, quam hujusmodi resolutionem, seu secundo datum Decretum, pro illorum firmiori subsistentia, per Nos, & Sedem Apostolicam præfatam, ut infra, approbari, & confirmari: quare pro parte Provincialis, & Fratrum primodictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui quantum in Domino possumus, dissensiones, & detrimenta obviare, ac litium dissidia tollere, & pacem, ac concordiam personis Religiosis maxime consentaneam, paternis, & sinceris confovere procuramus affectibus, ipsosque Provincialem, & Fratres primodictos amplioris gratiæ favore prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, primodictas literas super primodicto Decreto sub plumbo, ut præfertur, expeditas, & in eis contenta quæcumque, ac hujusmodi Resolutionem, seu Decretum secundo dictum, Apostolica auctoritate præfata tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illosque, & eorum cuilibet perpetuæ, irrevocabilis, & irrefragabilis Apostolicæ firmitatis vim, efficaciam, ac robur adjicere, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti, & solemnitatum quarumcumque in similibus de jure, usu, consuetudine, aut alias quomodolibet requisitarum, & observandarum, & tandem de necessitate exprimendarum, & tamen ommissarum, defectus, si qui desuper in præmissis quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, censeri, intelligi, vel prætendi posset, in eisdem supplemus, & sanamus, ac penitus, & omnino abolemus, ac easdem præsentes semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos quomodolibet nunc spectat, & pro tempore spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis legitima, & juridica, pia, privilegiata, & speciali nota digna de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut jus, vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, inexcogitabili, ac specificam, & individuam mentionem, ac expressionem requirente, defectu, etiam ex eo, quod, in præmissis, eorumve aliquo solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio robore, prætextu, ratione, vel causa notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos, & viam juris reduci, vel adversus illos restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari posse, ac easdem præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & quosvis successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, & Sedem eamdem, & motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam consistorialiter, minime comprehendi posse, sed semper, & perpetuo validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac eisdem Provinciali, & Fratribus primodictis, & aliis, ad quos quomodolibet spectat, & spectabit in futurum, plenissime suffragari, sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac præfatæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Apostolicæ Nuncios, & alios quoscumque quavis auctoritate, potestate, prærogativa, & privilegiis fungentes, ac honore, & præeminentia fulgentes, judicari, & definiri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Quo circa Venerabilibus Fratribus nostris Cameracen. & Corinthien. nostro, & Sanctæ Sedis Apostolicæ Nuncio Bruxellis commoranti, Archiepiscopo, & Episcopo Tornacensi, nunc, & pro tempore existentibus per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel per alium, seu alios, easdemque præsentes, & in eis contenta quæcumque ubi, & quandocumque opus fuerit, & quoties pro parte Provincialis, & Fratrum dictæ Provinciæ Sancti Andreæ, nunc, & pro tempore existentium, requisiti fuerint, solemniter publicantes, & in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illas, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, illisque pacifice frui, & gaudere: non permittentes quempiam ex Provincialibus, & Fratribus dictæ Provinciæ Sancti Andreæ, nunc, & pro tempore existentibus præfatis desuper quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, servata tamen forma Concilii Tridentini, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio Brachii Sæcularis: non obstantibus nostris literis in forma Brevis expeditis præfatis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri, in qua cavetur expresse, ne quis extra suam Civitatem, vel diœcesim, nisi in certis tunc expressis casibus, & in illis, ultra unam dietam a fine suæ Diœcesis, ad judicium evocetur, seu ne Judices a Sede Apostoli-

ca præfata deputati, extra Civitatem, vel Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, vel alii, aut aliis suas vices committere audeant, vel præsumant, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo tamen ultra tres dietas aliquis vigore earumdem præsentium ad judicium non trahatur, ac, quatenus opus sit, Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, ac aliis quibuscumque, etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibus, Universalibusque Conciliis editis, vel edendis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, Provinciarum, Conventuum, Residentiarum, & Monasteriorum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, quibusvis Superioribus, & personis, in genere, vel in specie, ac etiam in contrarium præmissorum sub quibuscumque tenoribus, ac formis, & cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis literis, ac irritantibus, & aliis Decretis quomodolibet etiam concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut etiam aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat latissime, & plenissime, ac specialiter, & expresse, nec non opportune, & valide harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, perpetuæ approbationis, confirmationis, roboris, adjectionis, defectuum suppletionis, abolitionis, sanationis Decreti, commissionis mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1729. octavo Idus Octobris Pontificatus nostri anno sexto.

Confirmatur Decretum nuperi Capituli Generalis Ordinis Minorum, quod Vocales Indiarum Occidentalium dicti Ordinis, qui Discalceati nuncupantur, frui debeant præmio, & præeminentiis statutis per Constitutiones, etsi nonnullæ eis desint qualitates.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecit dilectus filius Emanuel da Vicuna Definitor, & pro-Minister Provincialis Provinciæ Sancti Didaci in Regno Mexican. Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum, tam suo, quam aliorum Vocalium, qui ex Indiis Occidentalibus ad Capitulum Generale dicti Ordinis in Civitate Mediolanen. novissime celebratum convenerunt, nomine, quod cum Fratribus Ordinis eorumdem Minorum Sancti Francisci de Observantia etiam nuncupatorum ex Indiis hujusmodi ad Capitula Generalia, quæ in Europa peraguntur, accedentibus, per Constitutiones ipsius Ordinis, privilegia, & exemptiones, quibus de jure, & consuetudine Patres Provinciæ in eodem Ordine gaudent, tametsi aliquæ qualitates ad hoc a dictis Constitutionibus requisitæ eis cæteroquin deessent, ob longi itineris labores, ac discrimina, quæ subire debent, concessa reperiantur; Ipseque Emmanuel una cum, cæteris Vocalibus prædictis, considerans se quoque, & Fratres Discalceatos eisdem incommodis, ac difficultatibus, quibus illi de Observantia subjacent, in accessu ad Capitula Generalia hujusmodi obnoxios esse, ac diverso ab eis jure, ubi par ratio militat, censerantur, deteriorisque ac illi forent conditionis, preces novissimo Capitulo Generali præfato porrexisset, ad hoc, ut præmium Fratribus de Observantia ex Indiis ad Capitula Generalia venientibus per dictas Constitutiones statutum tunc, ac deinceps ad ipsos Fratres Discalceatos extenderetur, iisque rationi consonis repertis, emanavit a dicto Capitulo Generali Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet:

§. 2. Convocato Definitorio Generali die 22. Junii, pendentibus adhuc actis Capitularibus, & propositis in eo laboribus, & periculis, quibus Patres Vocales Indiarum in tam longo, & arduo itinere subjecti fuerunt, idem Definitorium statuit, & decrevit, ut omnes præfati Patres Vocales, etsi nonnullæ deficiant qualitates pro consequando præmio statuto a Constitutionibus Ordinis, venientes ad Capitulum Generale præsertim Cismontanum, tali præmio, ac præeminentiis frui deberent.

Datum Mediolani die 12. Augusti 1729.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Emmanuel præmissa, quo firmius subsistant, ac serventur exactius, Apostolicæ confirmationis patrocinio communiri, & alias opportune desuper a Nobis provideri summopere desideret; Nos eumdem Emmanuelem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus, ac cæterorum Vocalium supradictorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum cum omnibus, & singulis in eo contentis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, nec non privilegia, & gratias, quibus prædicti Fratres de Observantia ad Capitula Generalia exinde venientes, juxta dicti Ordinis Constitutiones, fruuntur, seu frui possunt, ad eosdem Fratres Discalceatos, qui deinceps futuris temporibus ex Indiis, & ad Capitula Generalia hujusmodi accederent, auctoritate, & tenore præfatis extendimus, & ampliamus.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinatio-

nationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dicti Ordinis, illiusque Provinciarum, & Conventuum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 30. Septembris 1729. Pontificatus nostri anno sexto.

Supplex libellus cum rescripto pro moderatione Bullarum circa expulsionem Incorrigibilium.

Intus.

Beatissimo Padre.

NEl prossimo passato Capitolo Generale dell' Ordine de Frati Minori celebrato in Milano tra gli altri statuti fatti, e stabiliti di commune consenso di tutta la Religione, e di gia stampati coll' approvazione della Santità Vostra, si legge al numero 4. *Supplicetur Sanctissimus ob Officialibus Curiæ &c. pro moderatione Bullæ Expulsionis Incorrigibilium ad normam statutorum antiquorum*. Supplica per tantò Vostra Beatitudine a nome di tutto l' Ordine Fra Giuseppe Maria d' Evora Commissario Generale di Curia del medesimo, acciò derogando alle Costituzioni della Santa memoria de' Papi Urbano VIII. ed Innocenzo XII. circa questa materia, come quelle, che, secondo l' esperienza ha dimostrato, non possono mai ridursi in prattica, si compiaccia permettere il servarsi l' ordine degli statuti antichi, a tenore del foglio ingiunto, e qui sotto trascritto, in un Congresso Generale dopo matura riflessione, ed esame conchiuso, ordinando, che basti alli medesimi statuti aggiugnersi con rescritto della Santità Vostra, senz' altra ulteriore spedizione di Decreto, Bolla, o Breve. Che della Grazia &c.

In expulsione Incorrigibilium universo Ordini nostro maxime salubri, & necessaria, nedum ad Religiosam pacem confovendam, atque candorem Ordinis conservandum; ejectis perturbatoribus, & scandalosis Fratribus suo malo exemplo, & conversatione alios pervertentibus, & propterea a Seraphico Patre Nostro Francisco in suo testamento maledictis, verum etiam ad ipsam Regularem Disciplinam, ubi viget, augendam, & ubi deficit, instaurandam, ob timorem exinde inquietis, & discolis incutiendum: servato jure communi, Reus post tria delicta gravia ejusdem (*a*), vel diversæ speciei (*b*) intra, vel extra Claustra commissa, si aliquando de iis (*c*) monitus, & punitus juridice, vel paternaliter (*d*) fuerit, & constet per juridica acta, vel (*e*) per Provinciæ Regesta, in Carceribus per aliquod (*f*) tempus detineatur, & examinatis actis alias factis, seu (*g*) sententiis contra Reum ipsum alias latis, vel (*h*) novis actis denuo confectis; si juridice tria gravia delicta, ut supra dictum est, probata sint, a suo Ministro Provinciali cum Provinciæ Definitorio incorrigibilis declarari possit, non tamen expelli, nisi prius a Superiore Generali, cui acta hujusmodi mittenda sunt, de consilio sex graviorum Patrum, & cum voto D. Consultoris Sæcularis, ejectionis sententia approbata, & confirmata sit. Si Sanctissimo Domino Nostro placuerit.

Foris

ALLA SANTITA' DI NOSTRO SIGNORE

PAPA BENEDETTO XIII.

Per

Fra Giuseppe Maria d' Evora Commissario Generale di Curia.

RESCRIPTUM.

EX Audientia Sanctissimi 6. Decembris 1729. Sanctissimus annuit; dummodo non adversetur Constitutioni *Universali* &c.

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Card. Lercari.

(a) *Cum aliqui requirant identitatem specificam delictorum.*

(b) *Videtur aliquibus non nisi delicta extra Claustra commissa expulsione puniri posse, perinde ac ea, quæ in Claustris patrantur, corruptelam, ac perniciem Ordini nullam afferant.*

(c) *Ne excludantur privatæ monitiones, quæque ad juris apices probari nequeunt.*

(d) *Quandoque a Sacra Pœnitentiaria absoluti, sive ab ejusdem Sacræ Pœnitentiariæ, sive ab Ordinis Foro mueri delinquentes, ac puniri paternaliter soleat.*

(e) *Ne excludantur Apostasiæ, quæ, cum ob indultam a Sacra Pœnitentiaria absolutionem, vel aliam ob causam formali processu judicatæ non fuerint, in aliquem relatæ sint Provinciæ librum, qui utique in foro ea saltem fide gaudere debet, quæ negotiatorum codicibus adhiberetur &c.*

(f) *Cum Urbani VIII. Constitutio annuam, Innocentii XII. semestrem Carcerationem requirat: ex Decreto autem Sacræ Congregationis memoratum tempus vel continuari debeat, vel interruptum redintegrari.*

(g) *Tanto enim Ordinis Constitutiones elapso semestri ab executione sententiæ, sola retenta pœnali judicio, alia reliqua comburi debeat.*

(h) *Ut Carcerationis tempore delicta juridice probari possint.*

E P I S T O L A

Patris Commissarii Generalis Curiæ ad Ministros Provinciales circa singularem Indulgentiam, quam pro omnibus utriusque sexus Ministro Generali Subditis a Pontifice obtinuerat.

R. Admodum Pater.

CUm alias fel. record. Paulus Papa Tertius indulserit, ut qui Fratres Laici hujus Aracœlitani Conventus semel in die pro anima cujuscumque Christifidelis in Purgatorio detenta recitarent unam Coronam Beatæ Mariæ Virginis ad Cappellam, seu Altare privilegiatum S. Helenæ in hoc templo Aracœlitano existens, adinstar Sacerdotum in eodem Altari celebrantium pro eadem anima Indulgentiam per modum suffragii, & a Purgatorii pœnis liberationem obtinerent: novissime supplicatum fuit Sanctissimo Domino Nostro Benedicto XIII. & ab ipso impetratum, ut eodem privilegio frui possint ii pariter Sacerdotes, qui ad Altare Sanctissimi Sacramenti tertiam partem Rosarii cum quinque Pater, & Ave, ac totidem Gloria Patri recitabunt. Cæterum cum ejusmodi concessio ad solos Fratres hujus Almi Conventus arctari videretur, cumque de Thesauro hujus Indulgentiæ, seu Privilegii Fratres omnes ubique Terrarum participare vehementissime cuperent, supplicem libellum porrexi Sanctitati Suæ, quatenus super hac re mentem suam declarare, dictumque privilegium extendere dignaretur *ad omnes omnino personas utriusque sexus trium Ordinum Sancti Patris Nostri Francisci in Claustris degentes, & Reverendissimo Patri Ministro Generali totius Ordinis immediate subjectas*, quæ tertiam partem Rosarii, ut præfertur, ac præterea quinque *Pater, & Ave*, cum totidem *Gloria Patri* juxta mentem Sanctitatis Suæ, ante aram, in qua Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asservatur, vel (si fuerint rationabiliter impeditæ) quocumque in loco ante aliquam Crucifixi, vel Deiparæ imaginem recitarent; cui quidem supplicationi Sanctissimus Pater, pro sua erga Ordinem Seraphicum, ejusque Alumnos clementissima voluntate, per rescriptum Eminentissimi Domini Nicolai Mariæ Cardinalis Larcari a secretis status Sanctitatis Suæ, sub die nona Decembris hujus Anni millesimi septingentesimi vigesimi noni, etiam annuere dignatus est. Hanc proinde concessionem redigi curabo in seriem Indulgentiarum Ordinis, de quibus a Sancta Sede specialis Bulla in proximo emanabit: veruntamen committere non potui, quin eam actutum indicarem Paternitati Tuæ Adm. Reverendæ, ut Religiosissima pietas, quæ in Provincia tibi subdita maxime floret, singularem hunc dignationis Apostolicæ fructum statim percipiat, & animabus in Purgatorio lugentibus tam insigne suffragium nullatenus retardetur; eamdemque solicitudinem meam Paternitati Tuæ Adm. Rev. animi ad officia paratissimi testem exhibeo.

Romæ ex Ara-Cœli 21. Decembris 1729.

Paternitatis Tuæ Adm. Rev.

Promptissimus ex animo Servus
Fr. Joseph Maria ab Ebora
Commissarius Generalis Curiæ.

Dissimulandum tamen non est, non modo nunquam prodiisse Bullam Indulgentiarum, cujus supra fit mentio; sed nec quidem inveniri potuisse autographum relati supplicis Libelli, aut Rescripti Sanctitatis Suæ.

DIU per hæc tempora agitata fuit Romæ ex parte Provinciarum Germano-Belgicarum Caussa, in qua illæ ad primæva jura, si quæ unquam ea firma, ac stabilia fuerunt, contendebant redire circa electionem Commissarii Generalis totius Nationis. Quamobrem exhibitis ad id Supplicibus Libellis Ministro Generali non minus, quam Pontifici, audito etiam hac de re Nuncio Apostolico Coloniensi, visis, ac perpensis rationibus, quas per Jurisperitos Urbis tota Natio exposuit, elapsis tribus integris annis, demum emanavit Decretum tenoris sequentis.

Ex audientia Sanctissimi die 27. Martii 1729.

Sanctissimus mandavit instantiam omnino proponi in proximo Capitulo Generali cum facultatibus necessariis, & opportunis, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

N. M. Card. Lercari.

Itaque proposita iterum instantia Capitulo Generali Mediolanensi, post varias hinc inde factas oppositiones, Definitorium Generale rescripsit: *Minister Generalis in deputatione Commissarii Generalis Nationis Germano-Belgicæ, consulat PP. Definitores Generales ejusdem Nationis pro subjecto deputando.*

Hoc Decretum non statim Nationi innotuit, sed dumtaxat post aliquot a celebratione Capituli menses, quæ proinde Natio de eo minus contenta iterum supplicandum Sanctissimo statuit, quemadmodum per Nationis Agentem supplicavit, habuitque sequens Rescriptum: *Cardinalis Lercari de eo nobis loquatur, auditis PP. Commissario Generali, & Commissario Curiæ.* Hi autem fuerunt in voto, quatuor a Vocalibus Nationis præsentandos esse Ministro Generali, qui unum ex illis, alternatim tamen inter Germanos, & Belgas, teneatur in Commissarium Generalem Nationis eligere, additis nonnullis aliis, de quibus infra, fueruntque expeditæ literæ Apostolicæ tenoris sequentis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

FLagitantium preces, quæ ab honestatis tramite minime deviare noscuntur, libenti animo audimus, illasque favore prosequimur opportuno, si locorum, & temporum circumstantiis diligenter inspectis, in Domino conspicimus salubriter expedire.

Sane pro parte dilectorum Filiorum Commissarii Generalis, Ministrorum Provincialium, & Custodum Fratrum Ordinis Sancti Francisci Regularis Observantiæ, qui vulgo Recollecti nuncupantur, Nationis Germano-Belgicæ nuper exhibita petitio continebat, quod licet Universi Ordinis statuta apud omnes Nationes, & Provincias recepta fuerint, nihilominus, quia in variis Regionibus, diversisque ditionibus, diversi mores, & vivendi rationes ut plurimum vigent, & raro evenit, ut ea, quæ communiter observanda præcipiuntur, ab omnibus, & in quibuscumque Orbis Terrarum locis perpetuo in omnibus, & ad literam expleri possint, quinimo si leges ipsæ aliquando, licet duriores, alicubi pro varietate morum probantur, facile aliquid de sua severitate remittunt.

Et

Et quoniam dicti Fratres Nationis Germano-Belgicæ passim in tota Germania, Flandria, Hollandia, Anglia, Scotia, & Hibernia existunt, eorumque Conventus, & Hospitia sunt in hæreticorum Regionibus, ipsique Fratres magno numero Sacris Missionibus operam dantes, ut frequenter diris eorumdem hæreticorum insectationibus jamdudum obnoxii, sese in omnibus, & ad unguem statutis Generalium Capitulorum Ordinis conformare a longo tempore impediantur: propterea Ordo prædictus pluries, & præcipue in Capitulo Generali Segobiæ anno 1621. habito, congregatus, animadvertens statuta Generalia favore dictæ Nationis Germano-Belgicæ aliqua ex parte leniri, ac moribus, & consuetudinibus particularibus Nationis hujusmodi commodiora reddi expediebat, eadem Statuta pro Gallicis, & Germanicis Provinciis approbavit, & innovavit.

Concessit tamen Germanicis Provinciis, ut ad nutum Commissarii Generalis in eis pro tempore existentis, congregarentur eorum Patres, & Discreti nuncupati, loco, & tempore ab ipso Commissario præscribendis; ac visis, & cognitis statutis tam Generalibus, quam Provincialibus pro ipsarum Provinciarum regimine conditis, possent ea reformare, & in novam formam debito ordine reducere, seclusis superfluis, & necessariis pro temporis qualitate adjectis, quæ omnia Ministro Generali Ordinis præsentari deberent, ut ejus probatione roborata inviolabiliter servarentur.

Deinde in declarationis, ac facultatis prædictarum vim Fratres Nationis Germano-Belgicæ in Conventu Bruxellis existente anno 1623. congregati, Præsidente Andrea a Soto tunc Commissario Generali ejusdem Nationis, Generalibus, seu Nationalibus statutis inspectis, & recognitis, quæ in eis faciliori, & feliciori Regimini illarum Provinciarum convenire non putabantur, mutarunt, & in formam commodiorem, moribusque prædictæ Nationis aptiorem redegerunt, eademque suo ordine locata, ac in Codicem digesta, ad Benignum a Genua tunc totius Ordinis Ministrum Generalem probanda, & confirmanda transmiserunt. dictusque Benignus, visis, & examinatis prædictis modificationibus statutorum Generalium, & ad id gravibus, peritis, ac Religiosis Viris adhibitis, easdem cum omnibus additamentis, mutationibus, diminutionibus, explicationibusque die 21. Septembris anni Domini 1623. confirmavit, & approbavit, eisque, virtute prædicti Capituli Generalis Segobiæ habiti, perpetuæ stabilitatis robur adjecit, decernens, ut in posterum Fratres Provinc. Belgic. cum annexis per contenta in his, & addita in Generalibus statutis regerentur, & gubernarentur eisdem validitate, ac robore, ac si in Capitulo Generali singula ordinata, ac decreta fuissent.

Subinde Capitulum Generale Romæ anno 1625. habitum, permisit Provinciis Belgicis, & annexis, in eis tantum, quæ Sacris Canonibus Concilii Tridentini Decretis, & Constitutionibus Apostolicis non adversabantur, juxta statuta Barcinonensia dudum Segobiæ recognita, & auctoritate Ministri Generalis eisdem accommodata, deinceps vivere, sua statuta servare Provincialia, Reformationis modos a Visitatoribus Apostolicis introductos retinere, itaut neque jam conditæ, neque in posterum condendæ Constitutiones aliæ Provinciarum prædictarum Patres, ac Fratres ullo modo obligarent, nisi in parte illa, qua dictis statutis conformes, vel primo in Capitulo Provinciali, seu Congregatione lectæ, & approbatæ fuissent.

Demum aliud Capitulum Generale anno 1633. habitum, statuta, quæ in diversis Congregationibus, & denique tunc in eodem Capitulo a Patribus Ministris, & Custodibus Provinciarum Germaniæ, Belgii, & annexarum, communi omnium assensu fuerunt ex statutis Generalibus Barcinonensibus Segobiæ revisis, juxta Privilegium a diversis Capitulis Generalibus concessum, desumpta, & Provinciis accommodata, denuo confirmavit, & approbavit. Verum quia in aliis Capitulis Generalibus postmodum habitis plura generaliter observanda innovata fuerunt, quæ licet in commune bonum totius Ordinis acta noscantur, tamen in dicta Natione multo graviori difficultate, quam alibi, & non sine præcipuarum Constitutionum Nationalium, ut præfertur, probatarum perturbatione, quod valde inibi molestum esset, observari nequeunt.

Et insuper tametsi in eisdem statutis sæpedictæ Nationis, ut præfertur, approbatis alias permissum fuerit Commissarium Generalem ejusdem Nationis Germano-Belgicæ ab illius Patribus Vocalibus, simul in Capitulis Generalibus eligi, electumque a Ministro Generali institui debere, ac facta institutione, uti vere Præsulem ordinarium, plenitudine potestatis in utroq. foro, ab eodem Ministro Generali collata, officium suum exercere posse: nihilominus causa bellorum, aliorumque impedimentorum, Vocalibus sæpedictæ Nationis, pro electione hujusmodi sese congregare non valentibus, Ministri Generales pro eorum arbitrio pluries illum elegerunt, electionemque ejusmodi, inconsulta Natione eadem, sensim sibi adsciverunt, ex quo factum est, ut Commissarius a dictis Vocalibus minime electus, dictæ Nationi haud gratus extiterit, & Fratres, ac Conventus per illum plurima incommoda passi fuerint.

Quare dicti Commissarius Generalis Nationalis, & Provinciales Ministri, ac Custodes Fratrum supradictæ Nationis salutare sibi remedium adhiberi cupientes, Nobis per dilectum etiam Filium Joannem Thony Fratrum Ordinis, & Nationis prædictorum in Romana Curia procuratorem, & pro eadem Natione Agentem Generalem, humiliter supplicarunt, quatenus eis in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Commissarium Generalem, Ministros Provinciales, Custodes, ac Joannem prædictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eosque, & eorum quemlibet, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, & pœnis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes. Statuta omnia prædicta, ac si de verbo ad verbum inserta, & causæ, propter quas illa condita fuerunt, enunciatæ forent, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, & informatione super præmissis omnibus a dilectis quoque Filiis Francisco a Sancto Severino Commissario Generali Ordinis, & Josepho Maria ab Ebora Commissario Generali Curiæ requisita, quibus Procurator Generalis Ordinis ejusdem, & alii Patres Definitorii Generalis unanimiter consenserunt, decretum in prædicto Capitulo Segobiæ, ut præfertur, habito, promulgatum, & declarationem, & facultatem in eo contentas, ac statuta peculiaria pro Natione Germano-Belgica in Congregatione Nationali Bruxellis habita, inde, ut præfertur, revisa, etiam quoad Commissarii Generalis electionem dictæ Nationis, quæ tamen, juxta normam inferius describendam, deinceps fieri debeat, & quascumque reformationes, moderationes, innovationes respectu statutorum Generalium totius Or-

dinis

dinis favore Fratrum sæpedictæ Nationis factas, & alia inibi contenta quæcumque, necnon eorumdem statutorum Nationalium confirmationes, & approbationes, primum a Ministro Generali Ordinis, & deinde a Capitulis Generalibus Toleti, & Romæ, ut præfertur, coactis factas Apostolica auctoritate tenore præsentium, dummodo tamen Sacris Canonibus, & Conciliis prædicti Decretis non adversentur, perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & speciales tam juris, quam facti, & solemnitatum de jure, usu, stilo, consuetudine, aut alias quomodocumque requisitarum, & quosvis alios quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, in iisdem supplemus.

Item statuta Nationalia, ut præfertur, Bruxellis revisa, & per Benignum a Genua tunc temporis Ministrum Generalem, auctoritate sibi facta a Capitulo Generali, approbata, & omnia in eis comprehensa, perpetuo a nunc, & pro tempore existentibus Fratribus omnium, quæ modo Nationem Germano-Belgicam constituunt, & aliarum Provinciarum, quæ deinceps eidem Nationi canonice aggregari contigerit, firmiter, & inviolabiliter observari, & adimpleri debere, & ab eis nullo unquam tempore quavis auctoritate, vel quacumque desuper pro tempore quomodolibet superveniente causa, resiliri, vel recedi posse; cum hoc tamen, quod in Casibus, qui in dictis Nationalibus statutis expresse non reperiuntur, præceptis generalium statutorum Ordinis se conformare debeant, nec hujusmodi statutis Nationalibus quævis alia statuta municipalia contraria Provincia ulla condere possit, auctoritate prædicta similiter perpetuo præcipimus, & mandamus.

Insuper, ut Provinciæ supradictæ Nationis a Præsule beneviso directæ perpetua tranquillitate fruantur, Commissario Generali, Ministris Provincialibus, Custodibus, & aliis Vocalibus dictæ Nationis Germano-Belgicæ pro tempore existentibus, ut ipsi in suis Congregationibus Nationalibus, vel Capitulis Generalibus Ordinis congregati, ex nunc, & in perpetuum quatuor ex suis Vocalibus, nempe duos ex Germaniæ, & reliquos duos ex Belgicis Provinciis pro munere sui Commissarii Generalis seligere, & nominare, illosque pro tempore existenti Ministro Generali Ordinis, qui ex eis unum, & nonnisi servata alternativa inter Germanos, & Belgas, facultatibus consuetis, & Commissariis Generalibus Nationalibus juxta statuta Nationalia concedendis, illi collatis, in Commissarii Generalis Nationis Germano-Belgicæ instituere omnino debeat, præsentare, dictumque Commissarium Generalem supradictæ Nationis, ut præfertur, institutum, sui officii expleto triennio, ad aliud triennium dumtaxat, si eidem pro tempore existenti Ministro Generali confirmare ita visum fuerit, libere, & licite possint, & valeant, sicuti, & ipse Minister Generalis alium Commissarium ex integro, & absq. ulla præsentatione instituere, si forte ob bella, vel alia impedimenta, Vocales prædictæ Nationis congregari nequiverint pro quatuor prædictorum Patrum præsentatione.

Utque occurrente obitu ejusdem Commissarii Generalis dictæ Nationis, vel eo in Provincialem Ministrum suæ Nativæ Provinciæ electo, durante suo munere, non desit qui ejus vicesgerat statim antiquior Ex-Commissarius Generalis dictæ Nationis, & in illius defectum, antiquior Pater ex Provincia defuncti Commissarii, in Vice-Commissarium Generalem substitutus intelligatur, qui sigilla retinere, & munia omnia Vice-Commissarii Generalis, donec novus Commissarius Generalis, ut præfertur, electus, & ut supra institutus fuerit, exercere valeat: & tandem, ut quicumque laudabiliter per triennium munus Commissarii Generalis dictæ Nationis sustinuerit, Pater ejusdem Nationis reputetur, & censeatur, & uti talis privilegiis concessis plene fruatur, dicta auctoritate etiam perpetuo concedimus, & indulgemus.

Ulterius ejusdem, & indivisi Ordinis sub unico, & eodem Capite, eademque Regula Domino famulantium unitati, etiam exteriori, quantum in Domino possumus, providere, & propterea quascumque dissensiones, & discrepationes exteriores, quæ non modicum damnum ejusdem intrinsecæ unitati, & Fraternæ charitati afferre solent, prorsus amovere cupientes, omnes, & singulos Fratres dicti Ordinis prædictæ Germano-Belgicæ Nationis denominatione Recollectorum, & Caputio acuminato, ac Mantellorum ligamentis ligneis, sive eburneis, aut alias ab universo more Fratrum Minorum de Observantia discordibus, quibus hactenus usi sunt, rejectis, imposterum perpetuis futuris temporibus, servatis tamen in reliquis dictis statutis Nationalibus, in denominatione, & habitus delatione cæteris Fratribus dicti Ordinis sese omnino conformare præcipimus, & non amplius Recollectos, sed Fratres Regularis Observantiæ Ordinis Sancti Francisci nuncupari, & uti tales ab Universo Ordine, absque alia denominatione, censeri debere, itaut si Fratres dictæ Nationis denominationem Recollectorum, & Caputium acuminatum, ac Mantellorum ligamenta lignea, sive eburnea rejicere, ac Fratrum Regularis Observantiæ nuncupationem, & habitum ab Universo Ordine gestari solitum assumere detrectaverint, illi statim, & ipso facto, & absque Judicis ministerio, fruitione præsentium literarum privati, illæque prorsus abrogatæ censeri debeant, auctoritate prædicta similiter perpetuo volumus, statuimus, & declaramus, & pro firmiori voluntatis nostræ robore, denominationem Recollectorum, & usum Caputii acuminati, & ligamentorum Mantellorum ligneorum, sive eburneorum, aut alias ab universo more Fratrum Minorum de Observantia discordium, hujusmodi motu proprio, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, perpetuo supprimimus, & abrogamus.

Easdem autem has præsentes literas, & in eis contenta quæcumque ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, vel quopiam alio quovis substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, ad viam, vel terminos juris reduci, aut adversus eas quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari unquam ullo modo posse, sed illas semper, & perpetuo validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus in omnibus, & per omnia sortiri, & obtinere, & a nunc, & pro tempore existentibus Fratribus dicti Ordinis omnium, quæ nunc Nationem Germano-Belgicam constituunt, & alias, quas eidem Nationi pro tempore aggregari contigerit, Provinciarum, ac aliis, ad quos nunc spectat, & pertinet, & pro tempore quomodocumque spectabit, & pertinebit, cujuscumque dignitatis, & gradus extiterint, perpetuo, & inviolabiliter observari, nec sub ullis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per Commissarium Generalem, Ministros Provincia-

les, ac Custodes, cæterosque Fratres sæpe dictæ Nationis pro tempore existentes, quandocumque aligenda, concessas, validas, & efficaces fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac eis perpetuo suffragari, sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fulgentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, judicari, & definiri debere, & quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Non obstante, quatenus opus sit, nostra in favorem dicti Ordinis concessa, quæ incipit: *Universalis Ecclesiæ*, aliisque etiam in Synodalibus, Provincialibus, vel Generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dicti Ordinis, etiam in Capitulis Generalibus conditis, & juramento, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis eidem Ordini, ac Nationi prædictæ, illorumque superioribus, & personis, alias in contrarium præmissorum quomodolibet, etiam pluries, concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio, seu quævis alia expressio facienda ad hoc servanda foret, aorum tenores eisdem præsentibus pro plene expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, & plenissime, ac specialiter, & expresse, hac vice dumtaxat, derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque, firmis de cætero remanentibus; quæ per Antecessores nostros circa Conventus Recessus spiritualis ordinata sunt.

Volumus autem, ut earumdem præsentium literararum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel Agentis ejusdem Nationis subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate constitutæ Ecclesiasticæ, aut ejusdem Commissarii Nationalis munitis, eadem prorsus fides in judicio, vel extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, roboris, adjectionis, defectuum suppletionis, mandati, concessionis, abrogationis, Decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1729. Kal. Februarii Pontificatus nostri an. 6.

HÆc cum per Procuratorem Ordinis rescivisset Minister Generalis, non leviter conquæstus est, quod res tanti momenti, eo inconsulto, Romæ peracta fuisset. Quare, priusquam anunciatum Breve executioni demandaretur, novum per suas Patentes literas instituit Commissarium Generalem Nationis, A. R. P. Godifredum Strüve, ex-Provincialem, & tunc Definitorem Generalem, licet paucis ante diebus per alias Patentes literas Antecessorem P. Wernandis in eodem officio confirmasset. Romam porro ad Officiales Generales Curiæ literas misit, quibus injunxit, ut cum noviter electo Pontifice sedulo agerant pro revocatione relatæ Constitutionis *Flagitantium preces* &c. quam nec omnibus PP. Nationis Germano-Belgicæ probatam esse acceperat.

Quod memoratis PP. displicere admodum videbatur, erant nonnullæ in illa apposita conditiones, quibus præcipiebatur, ut deinceps, omisso nomine, & habitu *Recollectorum*, FF. omnes illarum Provinciarum utrumque *Observantium* adhiberent. Erant quoque alii, qui alternativam Germanos inter, & Belgas in Commissariatu Generali Nationis respicerent tanquam libertatis læsivam, & ad commune bonum minus conducentem; ut nihil dicam de iis, qui Ex-Commissario Generali prædicto votum perpetuum in Provinciis, quas administrasset, acriter reprobabant. Nihilominus post varias ex utraque parte adductas rationes, emanavit Breve, quod sequitur.

Revocatur in nonnullis, & in aliis confirmatur Constitutio Flagitantium preces &c.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

APostolici Regiminis cura Nos monet, ut præcipuam de Religiosis viris, assiduos labores pro æterna animarum salute procuranda suscipientibus, solicitudinem habeamus, ne ipsi ab exercitio bonorum operum per animorum dissensiones amoveantur. Quare, si adhibita diligenti consideratione, ea, quæ etiam a Decessoribus nostris prodierunt, aorum tranquillitati aliqua ex parte obesse deprehendimus, moderari non dubitamus quæ in Domino conspicimus convenire.

§. 1. Alias siquidem fel. recordat. Benedictus Papa XIII. Prædecessor noster, animadvertens, quod dilecti Filii Fratres Ordinis Sancti Francisci Regularis Observantiæ, Nationis Germano Belgicæ, passim in tota Germania, Flandria, Hollandia, Anglia Scotia, & Hibernia existentes, ac Conventus, & Hospitia in Hæreticorum regionibus retinentes, magno numero Sacris Missionibus dant operam, proptereaque eorumdem Hæreticorum infestationibus frequenter obnoxii, in omnibus, & ad unguem statutis universi Ordinis prædicti in diversis generalibus Comitiis ejusdem Ordinis conditis, & in commune bonum ipsius Ordinis peractis, ac apud omnes Nationes, & Provincias receptis, sese conformare a longo tempore impediebantur, ideoque nonnulla alia peculiaria, ac pro moribus, & consuetudinibus dictæ Nationis commodiora statuta canonice confecta, ac per Ministrum Generalem totius Ordinis anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, & rursus per unum Romæ anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, & postremo per alterum Toleti anno millesimo sexcentesimo trigesimo tertio, habita Capitula Generalia dicti Ordinis, favore Fratrum Provinciarum Germaniæ, & Belgii, eisque annexarum solemniter confirmata, & approbata, Apostolica auctoritate perpetuo, & amplissima confirmavit, & approbavit; illaque a tunc existentibus, & deinde futuris Fratribus omnium, quæ tunc Nationem Germano-Belgicam constituebant, aliarumque Provinciarum, quas deinceps eidem Nationi canonice aggregari contingeret, firmiter, & inviolabiliter observanda, & adimplenda, etiam perpetuo præcepit, & mandavit.

§. 2. Et insuper, ut Provinciæ sæpedictæ Nationis a Præsule benevisio directæ perpetua tranquillitate fruerentur, Commissario Generali, Ministris Provin-

vincialibus, Custodibus, & aliis Vocalibus dictæ Nationis Germano-Belgicæ pro tempore existentibus, ut ipsi in suis Congregationibus Nationalibus, vel Capitulis Generalibus Ordinis congregati, ex tunc in posterum quatuor ex suis Vocalibus, nempe duos ex Germaniæ, & reliquos duos ex Belgii Provinciis, pro munere sui Commissarii Generalis seligere, & nominare, illosque pro tempore existenti Ministro Generali Ordinis, qui ex eis unum, & nonnisi servata alternative inter Germanos, & Belgas, facultatibus consuetis, & Commissariis Generalibus Nationalibus, juxta statuta Nationalia concedendis, illi collatis, in Commissarium Generalem Nationis Germano-Belgicæ instituere omnino deberet, præsentare: dictumque Commissarium Generalem sæpedictæ Nationis, ut præfertur, institutum, sui officii expleto triennio, ad aliud triennium dumtaxat, si eidem Ministro Generali confirmare ita visum fuisset, libere, & licite possent, & valerent: sicut & ipse Minister Generalis alium Commissarium ex integro, & absque ulla præsentatione, instituere, si forte ob bella, vel alia impedimenta Vocales præfatæ Nationis congregari nequirent pro quatuor prædictorum Patrum, ut ipsi ajunt, præsentatione: atque occurrente obitu ejusdem Commissarii Generalis dictæ Nationis, vel eo in Provincialem Ministrum suæ nativæ Provinciæ electo, durante ipsius munere, statim antiquior Pater ex Provincia defuncti Commissarii in Vice-Commissarium Generalem, qui sigilla retinere, & munia omnia Vice-Commissarii Generalis, donec novus Commissarius Generalis, ut præfertur, electus, & ut supra institueretur, excercere valeret: & tandem, ut quicumque laudabiliter per triennium munus Commissarii Generalis dictæ Nationis sustinuisset, Pater, ut vocant, ejusdem Nationis reputaretur, & censeretur, & uti talis Privilegiis concessis plene frueretur, dicta auctoritate etiam perpetuo concessit, & indulsit. Demum unius, & ejusdem Ordinis indivisi, sub unico, & eodem capite, eademque Regula, Domino famulantium unitati etiam exteriori, quantum in Domino poterat, providere, & propterea quascumque dissensiones, & discrepationes exteriores, quæ ipse Benedictus Prædecessor non modicum damnum ejusdem interiori unitati, & fraternæ charitati afferre solere putabat, prorsus amovere cupiens, omnes, & singulos Fratres dicti Ordinis præfatæ Germano-Belgicæ Nationis, denominatione Recollectorum, & Caputio acuminato, ac Mantellorum ligamentis ligneis, sive eburneis, aut aliis ab universo more Fratrum Minorum de Observantia discordibus, quibus antea utebantur, rejectis, ex tunc imposterum perpetuis futuris temporibus, servatis tamen in reliquis dictis statutis Nationalibus, in denominatione, & habitus delatione cœteris Fratribus dicti Ordinis sese omnino conformare præcepit, & non amplius Recollectos, sed Fratres Ordinis Sancti Francisci Regularis Observantiæ nuncupari, & uti tales ab Universo Ordine, absque alia denominatione, censeri debere: Itaut, si Fratres dictæ Nationis denominationem Recollectorum, & Caputium acuminatum, ac Mantellorum ligamenta lignea, sive eburnea rejicere, ac Fratrum Regularis Observantiæ nuncupationem, & habitum ab universo Ordine gestari solitum, assumere detrectarent, illi statim, & ipso facto, & absque Judicis Ministerio, fruitione literarum per Benedictum Prædecessorem tunc editarum privati, illæque prorsus abrogatæ censeri deberent, auctoritate præfata similiter perpetuo voluit, statuit, & declaravit: & pro firmiori suæ voluntatis robore, denominationem Recollectorum, & usum Caputii acuminati, & ligamentorum Mantellorum lignearum, sive eburneorum, aut alias ab universo more Fratrum Minorum de Observantia discordium, hujusmodi motu proprio, deque Apostolicæ potestatis plenitudine perpetuo suppressit, & abrogavit; ac alias, prout in eisdem literis Benedicti Prædecessoris incipientibus = *Flagitantiam Preces &c.* = sub datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo nono, Kalendis Februarii, Pontificatus sui anno sexto expeditis, plenius, & uberius continetur.

§. 3. Cum autem, sicut accepimus, literæ Benedicti Prædecessoris ea in parte, qua, ut præfertur, dictis Fratribus præfatæ Nationis Germano-Belgicæ, & ei annexarum Provinciarum, denominationem Recollectorum, & usum Caputii acuminati, & ligamentorum ligneorum, sive eburneorum præfatorum, rejicere, & Fratrum Regularis Observantiæ nuncupationem, & habitum ab Universo Ordine gestari solitum, sumere præcipiebatur, utilitatem illam, quam memoratus Benedictus futuram sibi proposuerat, non attulerint; sed potius e converso non modicam perturbationem in præfatis Provinciis, & præcipue in partibus Hollandiæ, aliisque plerumque Hæreticorum regionibus, ubi mos denominationis, & usus habitus hujusmodi inolevit, induxerint, & in posterum inducere possint; propterea Nos, qui dum Cardinalatus honore fungebamur, dicti Ordinis Protectoris munus per plures annos sustinuimus, & ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Regimen, Deo favente, evecti, illud minime dimittendum putavimus, ejusdem Ordinis, quem peculiari dilectione prosequimur, curam præcipuam habere, & interiorem ab Universo Ordine animorum unionem, quæ etiam neglectis aliquibus exterioribus signis foveri potest, nec non eorumdem Fratrum dictæ Nationis, ita ut ipsi, ut antea, consuetis Exercitiis, & Missionibus in Hæreticorum regionibus incumbere valeant, tranquillitatem servare, ac alias in præmissis opportune providere cupientes: nec non Commissarium Generalem, Ministros Provinciales, & Custodes dictæ Nationis specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eosque, & eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium consequendum tantum; harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, dictarumque literarum Benedicti Prædecessoris nostri tenores, etiam veriores, pro plene, & sufficienter insertis, & expressis habentes, motu proprio, & ex certa scientia Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, literas ejusdem Benedicti Prædecessoris in ea parte tantum, qua dictis Fratribus ejusdem Germano-Belgicæ Nationis, illique annexarum Provinciarum, denominationem Recollectorum, & Caputium acuminatum, & mantellorum ligamenta lignea, sive eburnea, aut alias ab universo more Fratrum Minorum de Observantia discordia, rejicere, atque in denominatione, & habitus delatione cœteris Fratribus dicti Ordinis sese omnino conformare, & non amplius Recollectos nuncupari præcipitur, eisdemque Fratribus denominationem, & ligamenta hujusmodi detrectantibus, literarum hujusmodi, & statim, & ipso facto, & absque Judicis ministerio, fruitionis privatio, illarumque abrogatio, ut præfertur, statuitur: & denominatio, & Caputium acuminatum, ac ligamenta præfata, ut præfertur, supprimuntur, Apostolica auctoritate præfata perpetuo revocamus, rescindimus, & abrogamus. Eosdem Fratres Nationis Germano-Belgicæ, & ei annexarum Provin-

vinciatum adversus denominationis, ac habitus delationis hujusmodi suppressionem, per dictum Benedictum Prædecessorem motu ejus proprio, ut præfertur, factam: ac privationem, & fruitionem earumdem litrrarum in eventum, in quem Fratres ejusdem Nationis denominationem, Recollectorum, & Caputii acuminati, ac ligamentorum hujusmodi usum rejicere detrectavissent, per dictum Benedictum Prædecessorem, ut præfertur, inflictam, & incursam, in pristinum, & in eum, in quo ante præmissa erant, statum: itaut, velut si denominationis, ac delationis habitus hujusmodi abrogatio minime facta, ac privationis fruitionis præfatæ incursus unquam inflictus fuissent, Recollectorum denomicatione, atque Caputio acuminato, ac ligamentis ligneis, sive eburneis, ut prius, absque incursu cujusvis pœnæ, uti libere, & licite possint, & valeant, auctoritate præfata motu simili restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus.

§. 4. Ac ad tollendam quamcumque ambiguitatem, & contentionem, quæ super electione Commissarii Generalis tempore procedente exoriri posset; Nos, quotiescumque inposterum Minister Generalis dicti Ordinis, facultate sibi, ut præfertur, reservata uteus, aliquem Commissarium Generalem dictæ Nationis, sui muneris expleto triennio, ad aliud triennium confirmaverit, per confirmationem hujusmodi alternativa inter Germanos, & Belgas in vim dictarum literarum servanda, nullatenus consumpta, & sublata censeatur; sed illa firma, & illæsa subsistat, ita quod sive Germanus, sive Belga in Commissarii munere præsato instituatur, ad quem institutio ante confirmationem spectavisset, videlicet, si Commissarius Generalis ex Germanis confirmari contigerit, post consumptam confirmationem hujusmodi, unus ex duobus nominatis Belgis in munere Commissarii Generalis institui, & ita è converso, favore Germanorum peragi omnino debeat: Quodque insuper Commissarii Generales pro tempore, qui munere Commissariatus hujusmodi per triennium laudabiliter, ut præfertur, functi fuerint, deinceps Patres Nationis præfatæ, ac unius cujusque Provinciæ habeantur, & apud Nationem eamdem, & quamlibet etiam respective Provinciam, habita ratione ad gradum, & antianitatem cujuslibet, etiam in Nationis præfatæ, & cujuslibet Provinciæ Comitiis, seu Congregationibus, vel Definitoriis respective Nationalibus, Privilegio Paternitatis omnino gaudeant, Apostolica auctoritate præfata similiter perpetuo decernimus, & declaramus.

§. 5. Demum literas præfatas ejusdem Benedicti Prædecessoris in omnibus, & singulis, in quibus præsentibus minime adversantur, earumque tenores, & in eis contenta quæcumque, auctoritate præfata etiam perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos tam juris, quam facti, & solemnitatum, de jure, usu, stylo, consuetudine, aut alias quomodolibet requisitarum, & quosvis alias quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, in eisdem supplemus.

§. 6. Ac literas ejusdem Benedicti Prædecessoris, in eis tamen, quæ præsentibus minime adversantur, ac in eis literis contenta quæcumque, semper, & perpetuo validas, & efficaces fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus in omnibus, & per omnia sortiri, & obtinere: & a Commissario Generali, Ministris Provincialibus, Custodibus, cæterisque Fratribus sæpedictæ Nationis Germano-Belgicæ, aliisque quibuscumque, etiam Ministro, & Curiæ Commissario Generalibus, nunc & pro tempore existentibus, aliisque Officialibus dicti Ordinis, & quibuscumque, ad quos nunc quomodolibet pertinet, & imposterum pertinebit, firmiter, & inviolabiliter observari debere, & nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel causa quantumvis legitima, & juridica, etiam ex eo, quod Commissarius Generalis, Ministri Provinciales, & Custodes dictæ Nationis, nec non Minister, & Curiæ Commissarius Generales, & Officiales dicti Ordinis, ac quicumque alii in præmissis interesse habentes, atque illi etiam, qui ex litrris prædictis jus sibi forsan acquisitum esse putarent, his nostris non consenserint, neque ad hoc citati, vocati, & auditi unquam fuerint, & causæ, propter quas eædem præsentes prodierint, adductæ, comprobatæ, & verificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, sive intentionis nostræ, aut quocumque alio quantumvis substantiali, ac specificam, & individuam expressionem requirente defectu, notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam vocari, ad viam, & terminos juris reduci, vel adversus eas restitutionis in integrum, aliudve juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari: sive etiam motu simili concesso, vel impetrato uti, vel juvari unquam posse; neque easdem præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contratriis dispositionibus, etiam per Nos, aut successores nostros Romanos Pontifices, motu etiam pari, & cum quibusvis Clausulis, & Decretis faciendis comprehendi; sed ab illis semper excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, & de novo etiam sub quacumque posteriori data per Commissarium Generalem, Ministros Provinciales, & Custodes, cæterosque Fratres sæpedictæ Nationis pro tempore existentes, quandocumque eligenda, concessas, & efficaces fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, seu delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dicti Ordinis Protectorem, aliosque Cardinales respective pro tempore existentes, etiam de latere Legatos, Vice-Legatos, Sedisque Apostolicæ præfatæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, definiendi, & interpretandi facultate, judicari, ac definiri debere; & quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

§. 7. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, ac dicti Benedicti Prædecessoris in favorem ejusdem Ordinis concessis, quæ incipit: *Universalis Ecclesiæ*: aliisque etiam in Synodalibus, Provincialibus, Universalibus, & Generalibus Conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis, etiam in Capitulis Generalibus conditis, etiam juramento, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, & Nationi præfatæ, illorumque Superioribus, & personis in contrarium præmissorum quomodolibet, etiam pluries concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus, specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio, seu quævis alia expressio facienda,

Chronol. Seraph. * R ad

ad hoc servanda foret, eorum tenores eisdem præsentibus pro plane expressis habentes, illis aliter in suo robore permansuris, latissime, ac plenissime, ac specialiter, & expresse, hac vice dumtaxat derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel Agentis ejusdem Nationis subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, aut ejusdem Commissarii Nationalis, munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, revocationis, rescissionis, abrogationis, restitutionis, repositionis, reintegrationis, declarationis, confirmationis, approbationis, Decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigesimo primo, octavo Kalendas Octobris Pontificatus nostri anno secundo.

A. Card. Pro-Datarius.
F. Card. Oliverius.

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.
Lucas Martinettus.

NEc propterea Controversiæ fuerunt compositæ: nam Breve mox relatum, nec satis promulgatum, nec acceptatum, ac multo minus executioni fuit demandatum. Itaque PP. Germano-Belgici iterum Sanctissimo supplicarunt pro illius exequutione, qui Caussam commisit Sacr. Congregat. a qua, post diuturnum examen, prodiit sequens Decretum.

„ Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, referente Eminentissimo Domino Cardinale Gotti Ponente, re mature discussa, censuit rescribendum prout, rescripsit - Scribatur Nuncio Apostolicio Coloniæ, & Bruxellarum, ut in executionem Bullæ Sanctissimi Domini nostri, & Rescripti hujus Sacræ Congregationis amanati 20. Julii 1733. infra terminum trium mensium, convocare faciant a moderno Patre Commissario Generali Coloniæ, vel Bruxellis, aut ubi magis opportunum videbitur, Capitulum Nationale, in quo nominentur Patres idonei ad officium Commissariatus ad formam dictæ Bullæ. Romæ 19. Februarii 1734.

I. Archiepiscopus Corinthien.
Secretarius.

Cum autem adhuc alia opposita fuissent contra ejusmodi exequutionem, Sacra Congregatio 18. Martii 1734. reposuit: *In decisis, & amplius*. Vigore igitur Constitutionis *Apostolici Regiminis*, & supra memoratorum Sacr. Congregat. Decretorum, habita fuit Congregatio Generalis totius Nationis Germano-Belgicæ, die 24. Maii 1734. cujus Acta infra suo loco dabimus. Interim hæc omnia, licet præter temporum rationem, simul adduximus, ut totius Controversiæ status sub uno veluti conspectu haberetur.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium super augmento Vocalium Provinciæ Sancti Didaci Mexican. Ordinis Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilectorum Filiorum Josaphi de Mesa, & Emmanuelis de Vicuna Fratrum expresse professorum, ac Procuratorum Provinciæ Sancti Didaci Mexican. Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum exposito, quod alias considerata exiguitate numeri Guardianorum dictæ Provinciæ, ne propter paucitatem illius Vocalium, ac divisionem, & alternativam in ea vigentem officiorum, inter duas Nationes Hispaniarum, & Indicam, quibus eadem Provincia constat, libertas in electionibus coarctata foret, vigore facultatis condendi propria, & particularia statuta Fratribus præfatæ Provinciæ a Sede Apostolica attributæ, per quandam Constitutionem ejusdem Provinciæ *cap.* 9. §. 11. *num.* 11. ordinatum fuerat, quod in Capitulis Provincialibus præter, & ultra Vocales Definitorii, & Guardianos, votum, sive suffragium haberent qui fuerat Custos in ultimo Capitulo Generali dicti Ordinis, ac præsidentes Conventuum Sancti Didaci Mexican. Sanctæ Barbaræ *de la Puebla*, Sanctæ Mariæ de Ochalopesco, Secretarius ipsius Provinciæ, si Guardinatu perfunctus fuisset, Concionatores Conventuales præfatorum Mexicanæ, & *de la Puebla*, aliorumque dictæ Provinciæ Conventuum Sancti Francisci de Oaxaca, ejusdem Sancti Francisci de Pachuca, & Sancti Antonii Oppidi Civitatis nuncupat. de Queretaro, ac demum Lector, qui Lecturam quindecim annorum in Capitulo Provinciali pro tempore celebrando explevisset, pro illa vice tantum, & alias, prout in dicta Constitutione uberius dicebatur contineri: & in eadem expositione subjuncto, quod Fratres Provinciæ præfatæ tam enarratam Constitutionem, quam facultatem, quam habebant, quæque in viridi observantia erat, concedendi, ac tribuendi votum, seu suffragium hujusmodi quibusdam ipsius Provinciæ Officiis, ubi id necessitas, aut utilitas dictæ Provinciæ exigeret, illudque revocandi quoties, aucto Guardianorum prædictorum numero, cessaret ratio talia concessionis, voti, seu suffragii, per Sedem Apostolicam confirmari cuperent; quandoquidem causa finalis augmenti Vocalium non alia foret, quam, libertas electionis, quæ deesset, si electio ad paucos Vocales restringeretur, cum juxta alias dictæ Provinciæ Constitutiones, Definitores Provinciales eligendi sint ex gremio ipsius Capituli Provincialis, eo quod electio fieri debeat alternative inter duas memoratas Nationes, inter quas officia, ac vota, servata debita proportione, divisa reperiuntur, itaut quo amplior esset numerus Capitularium, ex quorum gremio, seu corpore electiones faciendæ veniebant, eo major foret libertas electionum, eoque facilius apti, & idonei Officiales deligi, & assumi valerent: Emanavit ad eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur.

§. 2. „ Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reveren-

„ verendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cadinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster instantiam remisit, audita relatione Patris Procuratoris Generalis, & attento suffragin Eminentissimi Corsini ejusdem Ordinis Oratoris apud Sanctam Sedem Protectoris, referente Eminentissimo Belluga Ponente, censuit rescribendum, prout præsentis Decreti vigore rescribit, & decernit, ut imposterum in Capitulis Provincialibus Provinciæ Oratricis, juxta Constitutiones Provinciæ, ultra Definitorium, & Guardianos, habeant jus interveniendi, ac suffragium ferendi Custos, qui fuit in immediato Capitulo Generali, Præsidentes Conventuum Sancti Didaci Mexici, Sanctæ Barbaræ *de la Puebla*, Sanctæ Mariæ de Ochalopofco, Secretarius Provinciæ, qui aliquam Guardianiam exercuit, nec non Concionator Conventualis Mexici, *de la Puebla*, Sancti Francisci de Oaxaes, Sancti Francisci de Paebuca, Sancti Antonii Gueretari, nec non Lector, qui in eo Capitulo complevit quindecim annos Lecturæ, sed pro ea vice tantum: Ita tamen, ut Provincia hunc numerum Vocalium, sub prætextu cujuslibet facultatis, augere non possit, & quoties novi Conventus in ea Provincia fundentur, juxta numerum, quo fundentur, supra relatis novis Vocalibus demantur suffragia, incipiendo a Præsidentibus Conventuum, & deinde a Prædicatoribus, servato inter ipsos ordine inferioritatis. Romæ 30. Septembris 1729.

F. Cardinalis Lercari.

Loco ✠ Sigilli.

A. Archiepiscopus Pehen. Secretarius.

§. 3. Cum autem, sicut prædicti Josephus, & Emmanuel Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ Confirmationis nostræ robore communiri summopere desiderent: Nos ipsos Josephum, & Emmanuelem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Ordinis, Provinciæ, & Conventuum præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 13. Januarii 1730. Pontificatus Nostri anno sexto.

Confirmantur Decreta duo Capituli Generalis Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia super moderatione Brevis Clementis XI. circa præmium conferendum Lectoribus Linguæ Arabicæ, & Controversiarum Familiæ Cismontanæ.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Josephus Maria ab Ebora expresse Professus, ac Commissarius Curiæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod in Capitulo Generali ejusdem Ordinis novissime celebrato duo decreta super moderatione præmii conferendi Lectoribus Linguæ Arabicæ, & Controversiarum Familiæ Cismontanæ dicti Ordinis edita, ac subinde per Nos approbata fuerunt, tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 2. In nupero Capitulo Generali Mediolani celebrato die 4. Junii 1729. inter alia, quæ ibi pro Cismontana Familia statuta sunt, & deinde Romæ a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XIII. confirmata, inveniuntur duo Decreta sub num. 31. & 32. tenoris sequentis.

Proposita ex facultate Sanctissimi Domini Nostri moderatione Brevis Clementis XI. super præmio conferendo Lectoribus Linguæ Arabicæ, Definitorium Generale censuit, si Sanctitati Suæ placuerit, quod si hujusmodi Lectores jam acquisierint graduationem inter ex-Definitores, connumerentur, completo octavo anno, inter ex-Custodes. Si autem alia graduatione non gaudeant, solum inter ex-Definitores locum habeant.

Quantum ad Lectores Controversiarum Definitorium Generale censuit, si Sanctissimo placuerit, quod si non fuerint Lectores Jubilati, legant per duodennium, eoque completo, gaudeant privilegio Lectorum Jubilatorum, si vero fuerint Jubilati, legant per sexennium, & postea connumerentur inter Patres Provinciæ, seu inter Lectores Jubilatos de numero, quo ad præcedentiam dumtaxat, sine jure subrogandi.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ipse Josephus Maria, quo præmissa firmius subsistant, & exactius serventur, opportune a Nobis provideri plurimum desideret: Nos eumdem Josephum Mariam specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, &

absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta præinserta jam per Nos approbata, ut præfertur, auctoritate nostra Apostolica tenore præsentium denuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, dicta auctoritate supplemus.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dicti Ordinis, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 19. Januarii 1730. Pontificatus Nostri anno sexto.

Confirmantur quædam Literæ, sive Constitutiones Apostolicæ pro statu, & bono regimine Provinciæ Mexicanæ Sancti Didaci Regularis Observantiæ Discalceatorum Sancti Francisci in Indiis Occidentalibus.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

DEbitum Pastoralis officii, quo Ecclesiæ Catholicæ adstringimur, Nos admonet, ut paternam Christifidelium divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum curam gerentes, ea, quæ pro felici, prosperoque eorum statu, & regimine a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris providere constituta esse noscuntur, ut firma, & illibata persistant, Apostolici muniminis nostri præsidio libenter, cum id a Nobis petitur, roboremus.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti Filii Josephus de Mesa, & Emmanuel de Vicuña Fratres expresse professi, se Procuratores Provinciæ Sancti Didaci Mexican. in Indiis, sive novæ Hispaniæ, Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Excalceatorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecerunt, plures literæ, sive Constitutiones Apostolicæ diversis temporibus pro salubri præfatorum Ordinis, & Provinciæ directione emanaverint, nempe bonæ felicis recordationis Pauli V. die 19. Aprilis 1618. quarum initium est: *Alias a fel. record.* &c. & *Dudum a fel. recor.* &c. super erectione dictæ Provinciæ, ac respective privilegiis, & statutis Fratrum dicti Ordinis: altera Urbani VIII. die 28. Septembris 1642. incipien. *Alias pro felici* &c. quibus ejusmodi privilegia confirmantur, & statuta declarantur, nec non aliæ Clementis X. die 19. Junii 1674. quæ incipiunt: *Nuper in Congregatione* &c. ac reliquæ Clementis XI. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum die 24. Novembris 1702. quarum pariter initium est: *Alias a fel. recordat.* circa quasdam super præcedentia, aliisque controversiis editæ: Fratres ejusdem Provinciæ magnam difficultatem significantes recurrendi ad hanc Sanctam Sedem, ubi aliqua in dictis Provinciis quæstio, aut controversia incidit, aliave occurrit necessitas, propter nimiam Regni Mexican. a Curia Romana distantiam, simulque exactiorem ejusdem literarum, sive Constitutionum Apostolicarum observantiam enixe exoptantes, ad hoc etiam, ut in posterum tollatur qualibet occasio litium, ac perturbationis in dicta Provinciis, quæ Regularem disciplinam evertere, mutuamque charitatem inter illius Fratres diminuere, ac fervorem spiritus relinquere sæpe solent, literas, seu Constitutiones præfatas Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri, summopere desiderent: Nobis propterea prædicti Josephus, & Emmanuel humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos Josephum, & Emmanuelem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum Filium Procuratorem Generalem dicti Ordinis, nec non Venerabilis Fratris nostri Laurentii Episcopi Tusculani, ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis Corsini nuncupati, ejusdem Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, suffragium desuper audierunt, & ad relationem dilecti Filii nostri Ludovici pariter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis Belluga, & Moncada nuncupati eisdem Cardinalibus factam, rem universam mature discusserunt, consilio, memoratas literas, seu Constitutiones Pauli V. Urbani VIII. Clementis X. Clementis XI. Prædecessorum nostrorum, sicut præmittitur, emanatas, omniaque, & singula in eis contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur, vim, & efficaciam adjungimus.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter, & inconcusse observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere;

se

ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non præfatorum Ordinis, & Provinciæ, illiusque Conventuum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordini, Provinciæ, & Conventibus, illorumque Superioribus, Fratribus, & personis quibuslibet in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 25. Januarii 1730. Pontificatus Nostri anno sexto.

CONGREGATIO

GENERALIS

Habita Romæ in Cœnobio S. Mariæ de Aracœli die 6. Maii Anni 1730.

Erit fortasse qui hoc in loco se lecturum speret Acta Congregationis, quæ ob mortem Reverendissimi Patris Francisci a Sancto Severino Commissarii Generalis hujus Familiæ habita fuit Romæ in Cœnobio Aracœlitano die 6. Maii 1730. Verum is se omni spe excidisse deprehendet, cum nihil minus offendet, quam ejusmodi Acta, quæ equidem jam pridem sedulo, ac diligenter exquisivi; sed nunquam datum fuit illa reperire, aut obtinere. Neminem latet hæc Comitia peracta fuisse dum Commissarii Generalis in Curia Romana munus obiret Reverendissimus Pater Josephus Maria ab Ebora, nunc vigilantissimus Portugallensis Episcopus, qui cum simul gravissimis pertractandis negotiis serenissimi Lusitaniæ Regis apud S. S. esset præpositus, plurimis, iisque difficillimis proinde curis distentus, vix, ac ne vix quidem, tempus illi supererat ad domestica expedienda negotia. Quamobrem ad aliud tempus, quo otio vacasset, distulit confectionem Regesti suæ administrationis, quod pro more fieri solet, servatis interim apud se legitimis documentis, quæ in illo suis in locis exscribenda fuissent. Verum tempus istud nunquam advenit: nam gravioribus semper in dies præpeditus negotiis, donec infulis Portugallensibus, ut dixi, exornatus, illuc antedicta omnia documenta secum tulit, sperans fortasse se ibi otium illud inventurum, quod frustra Romæ speraverat. Hæc dum scribo expectatur adhuc Regestum illud adeo expetitum. Faxit Deus, ut tandem ad nos perveniat, aut saltem ne pereant tot monumenta, quæ ad Ordinis historiam, & utilitatem spectant. Nihil igitur nobis reliquum est, quam de hac Congregatione scribere quæ memoria tunc evenisse recordamur.

Initio hujus anni gravedinis, seu pituitæ morbus plurimos, in Urbe præsertim, affecit, quo senes potissimum haud pauci periere. Ex horum numero fuit fel. record. Pontifex Benedictus XIII. Ordinis nostri vere Pater amantissimus, & munificentissimus Patronus, qui e mortalium numero fuit ereptus, ut immortali vita frueretur, quam castissimis moribus, & innumeris pro Ecclesia exantlatis laboribus sibi comparaverat, die 21. Februarii 1730. Paucis vero ante diebus eodem morbo spiritum ejus obstruente decessit Reverendissimus Pater Frater Franciscus a Sancto Severino Provinciæ Principatus Lector Emeritus, semel atque iterum Minister, olim Procurator Generalis Reformatorum, & tunc Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ, quam octo circiter mensibus sapientissime administraverat. Indicta itaque fuit Congregatio Generalis juxta Ordinis Constitutiones a Reverendissimo Patre Fratre Matthæo a Pareta Ex-Ministro Generali, & primo totius Ordinis Discreto, quæ habita fuit die 6. Maii ejusdem anni in Cœnobio Sanctæ Mariæ de Aracœli, & omnium suffragiis, ac cunctis plaudentibus, Petri sede adhuc vacante, electus fuit Vice-Commissarius Generalis Reverendissimus Pater Frater Crescentius Krisper, Provinciæ Austriæ Lector Emeritus, Ex-Minister, & Definitor Generalis; vir doctrina, & morum suavitate clarissimus.

Nec diu stetit Ecclesia viduata Pastore; nam die undecima Julii ejusdem anni ad supremam Christiani Orbis dignitatem evectus fuit Laurentius Corsinus Clemens XII. nomine, nostri ordinis Protector studiosissimus, qui, ut luculentiora paterni amoris sui erga seraphicum gregem argumenta daret, noluit Protectoris munus dimittere, nonnullorum Prædecessorum suorum exempla imitatus; dimisit, tamen alia, quæ habebat, & precipue eximii Prædicatorum Ordinis, & Ord. Servorum Beatæ Mariæ Virginis.

Constitutio Benedictina Universalis Ecclesiæ &c. *moderatur, & ad terminos juris communis, seu statutorum Generalium Ordinis redigitur.*

CLEMENS PAPA XII.
Ad futuram rei memoriam.

Circumspecta Romani Pontificis providentia Christifidelium, qui e fluctibus sæculi in portum vitæ Religiosæ confugerunt, quieti, & prosperæ directioni jugiter invigilans, ea, quæ certis rationabilibus ex causis a Prædecessoribus suis constituta fuerunt, si quid inde exoriri deprehendit incommodi, interdum moderatur, ac immutat, sicut æquitatis, & justitiæ rationi consentaneum esse in Domino arbitratur.

§. 1. Alias siquidem a piæ memoriæ Benedicto PP. XIII. Prædecessore Nostro emanarunt pro Universo Ordine Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum literæ in simili forma Brevis, tenoris, qui sequitur, videlicet: *Benedictus PP. XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Universalis Ecclesiæ regimini &c. ut supra pag. 37. B.*

§. 2. Cum autem ex ipso literarum præinsertarum tenore satis superque constet, eumdem Benedictum Prædecessorem nihil aliud per literas hujusmodi, ac in eis disposita, intendisse, quam exactæ Regularis disciplinæ in Ordine prædicto observantiæ, felicique illius gubernio prospicere; verum, sicut experientia postmodum docuit, non modo exinde, & præsertim in ea parte, in qua dictæ Literæ statutis, seu Constitutionibus generalibus pro utraque Familia, Cismontana scilicet, & Ultramontana ejusdem Ordinis, editis adversantur, vel minime consonant, optatus ille, & laudabilis finis, quem idem Benedictus Prædecessor sibi proposuerat, nusquam consecutus fuerit; sed majora quam antea prædicto Ordini obvenerint incommoda, atque perturbationes, quod non

solum

solum Nobis, qui dum Cardinalatus honore, dictique Ordinis apud hanc Sanctam Sedem Protectoris munere fungebamur, non semel re ipsa perspectum, exploratumque fuit, & ipsimet quoque Benedicto Prædecessori causam, & occasionem præbuit, literas sic a se conditas quandoque ex parte moderandi, nec non eia derogandi, nonnullisque Fratribus Ordinis prædicti vota perpetua, contra expressam earum dispositionem, concedendi.

§. 3. Quamobrem in Capitulo Generali ejusdem Ordinis anno novissime elapso 1729. in Civitate Mediolanen. celebrato, post actas memorato Benedicto Prædecessori humiles gratias, quod, inter cætera singularis suæ in dictum Ordinem beneficentiæ monumenta, regularem in eo disciplinam per literas suas præinsertas egregie juvisset, prodiit Decretum, quo pro parte præfati Capituli Generalis eidem Benedicto Prædecessori supplicabatur, quatenus enarratas literas juxta dicti Ordinis Constitutiones ab illius Fratribus servari vellet; quæ tamen instantia, ob secutum paulo post ipsius Benedicti Prædecessoris obitum, coram illo deferri, ac promoveri nequivit.

§. 4. Hinc est, quod Nos Ordinis, & Fratrum prædictorum, quos peculiari paternæ charitatis semper complexi fuimus, ac etiam num complectimur affectu, salubri regimini, ac Religiosæ tranquillitati, quantum cum Domino possumus, providere cupientes, dictique nuperi Capitoli Generalis votis benigne in præmissis annuere volentes, motu, scientia, deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine paribus, præinsertas Benedicti Prædecessoris literas, ac in eis sancita, ordinata, & disposita quæcumque, ad formam statutorum, seu Constitutionum Generalium ejusdem Ordinis quoad utramque illius familiam prædictam, servari, harum serie præcipimus, & mandamus, ac respective moderamur, & reducimus.

§. 5. Decernentes pariter ipsas præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis præfatæ Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, præinsertis Benedicti Prædecessoris literis, nec non omnibus, & singulis, quæ in eis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus quoque, ut harum literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius ex Secretariis Ministri, seu Commissarii Generalis dicti Ordinis, aut Notarii publici subscriptis, & sigillo officii ejusdem Ministri, seu Commissarii, aut Procuratoris Generalis ipsius Ordinis, vel alterius Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 14. Octobris 1730. Pontificatus nostri anno Primo.

F. Card. Oliverius.

Declaratur, quod Collegium de Ozzier Fratrum Missionariorum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia in Regno Sardiniæ remaneat sub jurisdictione Superioris Generalis totius Ordinis.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Bernardinus a Sanna Presbyter expresse Professus Conventus Castri *de Ozzier* in Provincia Sardiniæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ac ejusdem Conventus in Curia Romana Procurator, quod erecto ante quadraginta annos dicto Conventu in Collegium, sive Seminarium Missionum sub immediata subjectione, dispositione, & regimine tunc, & pro tempore existentis Ministri Generalis Ordinis præfati, cum facultate eligendi Guardianum, & recipiendi Novitios, ac cum Regulis, Constitutionibus, & Ordinationibus ad præscriptum quarumdam literarum fel. record. Innocentii PP. XI. Prædecessoris nostri incipien. *Catholicæ Ecclesiæ* &c.

§. 1. Novissime, nempe die 6. Septembris 1728. prodiit a Congregatione tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum Decretum, subinde a Ven. mem. Benedicto Papa XIII. Prædecessore etiam nostro per suas in simili forma Brevis literas confirmatum, per quod, exceptis Collegiis, seu Seminariis Fratrum Missionariorum hujusmodi tam erectis, quam erigendis in Regnis Mexicano, & Peruano, aliisque Indiarum Provinciis pro conversione Infidelium, ac demptis duobus in Regno Lusitaniæ existentibus, cætera, quæ in Provinciis Hispaniarum sub dominio Regis Catholici erecta sunt, reducuntur sub obedientia, & regimine Ministrorum Provinciarum, cum iisdem conditionibus præscriptis in alio Decreto Congregationis tunc quoque existentium ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum die 24. Januarii 1727. emanato, & per memoratum Benedictum Prædecessorem etiam approbato, & alias, prout in Decreto primodictæ Congregationis Cardinalium, ac Benedicti Prædecessoris literis prædictis, quorum tenores præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, licet dictum Collegium Castri *de Ozzier* Provinciæ Sardiniæ in istiusmodi Decreto, ac literis comprehensum non videatur, quod ultra quod in Provinciis Hispaniarum sub Dominio Regis Catholici situm non reperitur, rationum momenta, quæ causam præbuerunt enarratæ reductioni, locum sibi non vindicant in Collegio prædicto, utpote in ejus regimine, & gubernio Superiores Ordinis prædicti nullam experti sunt difficultatem, neque ulla inconvenientia enata fuerunt, in detrimentum salutaris Instituti, quod illius Fratres profitentur, aut debitæ, & promissæ obedientiæ aliquid vel minimum detractum, aut imminutum extitit; quinimo cum ingenti Regularis Observantiæ incremento Collegium, ac Fratres præfati uberrimos fructus in Sacris Missionibus quotannis obeundis, vitia extirpando, mores reformando, Cathechismum, & Catholicæ Fidei rudimen-

dimenta edocendo, peccatores ad pœnitentiam, dissidentes ad pacem, & concordiam revocando, pietatem in Deum augendo, non sine magna Christifidelium universi Regni Sardiniæ ædificatione, in vineæ Dominicæ cultura protulerunt, prout plures Venerabiles Fratres Episcopi, ac dilecti filii locorum Ordinarii ejusdem Regni contestantur.

§. 4. Nihilominus dictus Bernardinus, ad omnem dubitationis, ac quæstionis occasionem, quæ suboriri posset, submovendam, Collegium præfatum in primo dictæ Congregationis Decreto, ac Benedicti Prædecessoris literis ejusmodi nequaquam comprehendi, sed sub dispositione priorum literarum Innocentii Prædecessoris remanere in omnibus, & per omnia, non minus ac Regni Lusitaniæ, & alia Indiarum Occidentalium Collegia, sicut præmittitur, excepta, per nos declarari, & ad majorem cautelam, ac, quatenus opus sit, illud in pristinum, ac eum, in quo, antequam hujusmodi Decretum, ac literæ Benedicti Prædecessoris emanarent, erat, statum restitui, & reintegrari summopere desideret; quum æqui, bonique ratio postulet, ea, quæ ab initio provide constituta fuerunt, ubi nihil postmodum contigerit, quod contrarium pendeat, minime immutari; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 5. Nos igitur ipsius Bernardini votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere cupientes, eumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium prædictis negotiis Propagandæ Fidei præpositorum, qui relationem dilecti filii nostri Nicolai ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Cardinalis Spinulæ nuncupati sibi desuper factam audiverunt, remque mature perpenderunt, consilio, præfatum Collegium, sive Seminarium Castri *de Ozzier* sub jurisdictione, obedientia, & regimine Superioris Generalis Ordinis prædicti, juxta formam literarum ipsius Innocentii Prædecessoris, continuandum esse, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & declaramus: salva tamen semper in præmissis auctoritate primodictæ Congregationis Cardinalium.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis, Provinciæ, & Conventus hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Octobris 1730. Pontificatus Nostri anno primo.

F. Card. Oliverius.

Sequuntur Decreta nonnulla Sacrarum Congregationum, & præsertim Sac. Congregat. Concilii circa materias ad perfectum Ordinis regimen pertinentes.

FIRMANA LEGATORUM.

Podamis Mariangeli reliquit Patribus Observantibus Oppidi Murri Vallium domum suam cum perpetuo onere trium Officiorum singulis annis pro ejus anima. Domus divendita fuit a Sindico Conventus, & pretium erogatum pro Fratribus induendis, aliisque tunc urgentibus eorum necessitatibus.

Franciscus Bullius reliquit iisdem Fratribus quatuor Florenos annuos solvendos ab Hærede pro quatuor Officiis singulis annis pro ejus anima recitandis. Hæres solvit pro unica vice pretium in vino valoris 25. Scutorum, Fratresque obstrinxerunt se, eorumque successores in perpetuum, pro memorati oneris adimplemento.

Bradamantes Tancredi reliquit iisdem 90. scuta cum onere duorum officiorum, ut supra, demandata Sindico administratione sortis, & fructuum: pretium postea sortis erogatum fuit in emptionem cujusdam agelli, quod in Clausuram reductum est.

Ludovica Moretti legavit Sindico ejusdem Conventus 50. scuta in Censu investita, ut cum fructibus laqueare Ecclesiæ repararetur, addito onere celebrandi tot Missas ad ratam fructuum, ad rationem unius Julii pro qualibet.

Quæ cum aperte cum Minoritica Paupertate pugnent, proposita fuerunt Sac. Congreg. Conc. infrascripta Dubia.

I. *An Religiosi Sancti Francisci Min. Observ. Murri Vallium sint absolvendi ab onere Missarum pro Legatis relictis a qq. Podamia Mariangeli, & Francisco Bullio?*

II. *An liceat dictis Religiosis retinere petium Terræ emptam cum pecuniis legatis a q. Bradamante Tancredi, & ad quæ onera ipsi teneantur?*

III. *An eisdem liceat retinere Legatum relictum a quondam Ludovica Moretti?*

Sacra Congregatio sub die 31. Maii 1721. Respondit.

Ad primum affirmative, & certioreatur Ministri Fabricæ, & ad D. Secretarium, qui insinuet Fratribus, ut faciant commemorationem aliquando in eorum

pro

pro Animabus Defunctorum Benefactorum.

Ad secundum affirmative, injunctio onere duorum Missarum cantatarum quolibet anno, facto tamen verbo cum Sanctissimo.

Ad tertium, iterum proponatur.

Proposito iterum hoc tertio dubio sub die 2. Octobris ejusdem anni, audito prius Procuratore Generali Ordinis, Sac. Congregatio Respondit. *Negative, & Stadienm teneri Censum dimittere; sed Patres posse recipere fructus ab Hæredibus per modum eleemosynæ.*

LUCANA FUNERUM.

Die 14. Martii 1722. proposita fuerunt S. C. C. sequentia Dubia:

I. A*N Cadavera Defunctorum sepelienda in Ecclesia Patrum Minorum Observantiæ Terræ Petræ Santiæ, antequam ad eorum Ecclesiam deferantur, debeant prius asportari ad Parochialem, & eorum ibi debeat fieri expositio usque ad horam sepulturæ?, & quatenus negative?*

II. *An Parochus teneatur restituere ceram, & alia emolumenta percepta occasione Associationis, & expositionis in sua Ecclesia Cadaverum Angelæ, & Annæ in casu &c?*

Sacra Congregatio Respondit. *Ad primum negative; Ad secundum Affirmative.*

Hic notandum venit, quod Parochus, qui erat simul Vicarius Foraneus Episcopi Lucensis, & cujus informationem Episcopus transmisit ad Sacram Congregationem, pro parte sua adducebat *consuetudinem immemorabilem*: & tamen &c.

ULIXBONEN. OCCIDENTALIS.

Die 17. Septembris 1722. eidem S. C. fuerunt proposita Dubia, quæ sequuntur.

I. A*N liceat Confessariis Regularibus Monialium iisdem subjectarum habitare in Mansionibus sitis in atriis Monasteriorum muro circumvallatis, & quæ sunt contigua Monasteriis, & habent portam, quæ clauditur, in casu &c.?*

II. *An famuli, & famulæ Monialium sæculares in iisdem mansionibus degentes, teneantur recipere Sacramentum Eucharistiæ tempore Paschali a Parochis, in quorum Parochiis Monasterium, & mansiones sitæ sunt, in Casu &c.?*

III. *An ad dictos Parochos spectet Sacramenta dictis Famulis, & Famulabus ministrare in casu ultimæ infirmitatis, in casu &c?* Et responsum fuit. *Ad primum negative. Ad secundum affirmative. Ad tertium affirmative, & amplius in omnibus.*

Notandum quoad primum, id intelligi debere, quando alterutrum Monasteriorum, scilicet, Monialium, aut Regularium non sit extra Civitatem, aut a se invicem non admodum distent, & domus Confessarii non sit a Monasterio penitus disjuncta, non modo per parietes, sed etiam per tecta. In quibus certe casibus non adversatur Bulla Alexandri VII. 153. in qua fundatur hæc resolutio.

Notandum porro, quoad reliqua, ita resolutum fuisse, non obstante speciali privilegio Nicolai V. Confessariis Monialium Ordini subjectarum concesso; quia de ejusmodi Famulis non verificatur, quod commorentur intra septa Monasteria, quæ sunt septa Clausuræ: quemadmodum præscribit Concilium Tridentinum *Sess. 24. de Reform. cap. 11.*

LUNEN. SARZANEN. VISITATIONIS SACRORUM LIMINUM.

Episcopus Sarzanensis occasione visitationis Sacrorum Liminum, in relatione status suæ Ecclesiæ, hæc inter alia, Sacr. Congreg. Concil. exposuit.

„ MAssæ adest domus, quam vocant *il Conservatorio delle Beghine*. De hoc, ut bene novi ex plurium relatione, nulla habetur fundatio facta cum auctoritate, vel Pontificia, vel ordinaria. Quædam mulieres a centum annis, & ultra vitam cælibem, & honestam ducere cupientes ceperunt vivere simul in quadam domo, quam licet ter, aut quater permutaverint, semper tamen honeste, & exemplariter vixerunt cum habitu Tertii Ordinis Sancti Francisci. Non observant clausuram, & sæpe videntur in Ecclesiis, & in viis. Emittunt vota simplicia tantum, & annis præteritis 1718. *1719.* duæ ex his, habita licentia a Sacra Pœnitentiaria, quibusdam viris de loco Carrariæ nupserunt. De his, quia quasdam libertates in principio mei Episcopatus intellexi earum statui improprias, & quod faciliter introducebant tum Regulares Fratres de Observantia, tum sæculares, consulens earum indemnitati, & bono nomini, dedi ipsis in Confessarium Sacerdotem sexagenarium, bonis moribus, & scientia præditum, qui earum saluti spirituali prospiceret, præesset, easque in viam perfectionis dirigeret. Verum P. Provincialis Minorum Observantium, cum advenisset Massam visitaturus suos Fratres mense Octobris proxime præterito, nullo mecum facto verbo, ipsis mulieribus dedit in Confessarium Patrem Julium Ajulam sui Ordinis, easque suæ jurisdictioni subjecit, prætendens ad ipsum in totum spectare dare habitum Puellis, si quæ instant in Conservatorium admitti. Unde quid mihi agendum sit in hoc casu ab EE. VV. exposco.

Hinc proposito dubio: *Quomodo sit respondendum Relationi ad Limina Episcopi Lunen. Sarzanen. circa Conservatorium Massæ?* Sac. Congregat. die 30. Januarii 1723. quæsita, & expectata, sed nondum recepta, informatione Procuratoris Generalis, respondit. *Conservatorium esse subjectum omnimodæ jurisdictioni Episcopi, citra tamen approbationem Sacræ Congregationis quoad dictum Conservatorium.*

Exinde, & ex alia consimili S. C. Decisione *in Laudensi 27. Maii* 1666. quam Cardinal. Petra Tom. IV. *Comment. ad Const. Martini V. num.* 20. sub his terminis exponit. *In hac Causa agebatur de Congregatione 12. Mulierum Tertiariarum in Oppido Cottonei, emittentium quædam vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ, sed non solemnia, & sine clausura, ideoque proposito dubio: An mulieres hujusmodi subsint visitationi, & correctioni Episcopi? Sacra Congregatio censuit, audito Procuratore Generali PP. Reformatorum Sancti Francisci, affirmative, & Sacra Congregatio Episcoporum Decreta Episcopi confirmavit, facta circa dictas mulieres in Lauden 27. Junii 1704. & Sacra Congregatio Concilii in eadem 15. Junii 1709. mandavit,*

dovit, ut Episcopus procederet ad visitationem, & correctionem earum.

Ex his duabus, inquam, Decisionibus colligunt nonnulli probatam, ac firmatam esse opinionem illorum, qui ex Constitutione Sancti Pii V. circa Clausuram Monialium, deducunt omnia Conservatoria, seu Collegia Tertiariarum quarumcumque, sine clausura viventium, subesse jurisdictioni, & visitationi Ordinariorum: non obstante celebri Constitutione Leonis X. *Dum intra mentis arcana &c.* lecta in Concilio Generali Lateranensi, *& Sacro approbante Concilio*, quæ refertur in fine sessionis XI. ejusdem. Sed eos quammaxime hallucinari puto, nisi mea me fallit opinio.

Interea sciendum, quod licet Tertiariæ Oppidi Cottonaci manserint sub Ordinariatii jurisdictione sedem Laudensem tenentibus Illustrissimis, ac Reverendissimis Menato, & Vicecomite ejus successore; tamen Ecclesiam illam administrante Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino Mediobarba, redière ad Ordinis jurisdictionem, sub qua adhuc etiam manent. Idipsum contigit Tertiariis Massauensibus, de quibus in Caussa, & pro quibus scriptæ fuerunt sequentes Epistolæ.

I.

Eminentissimi Cardinalis Paulutii a secretis status ad Episcopum Sarzanensem.

Illmo, e Rmo Signore.

AD effetto, che da per tutto resti puntualmente eseguita la Bolla di Nostro Signore ultimamente emanata per il buon governo del Terz' Ordine di San Francesco, la Santità Sua mi commette di trasmetterne, come fo, a V. S. annesso un' Esemplare.

Perche poi la medesima Santità Sua va ben persuasa, ch' ella non farà per mancare dal canto suo di conformarsi pienamente alle disposizioni della medesima, così attenderà di sentire che, a tenore di quella, lasci in avvenire sotto la libera amministrazione del P. Generale di S. Francesco, e della sua Religione tutti li Conservatorj delle Terziarie esistenti in cotesta Diocesi; e le prego dal Signore ogni bene.

Roma 26. Febbrajo 1726.

Affezionatissimo per servirla
F. Card. Paolucci.

I I.

Ejusdem ad eumdem.

Illmo, e Rmo Signore.

AFfinchè non rimanga in dubio quale sia la precisa mente di Nostro Signore circa l' osservanza dell' ultima Bolla emanata a favore de Terziarj di San Francesco, debbo soggiungere a quanto ho già significato a V. S. su tal particolare, che colle parole: *Nisi aliter ab hac Sancta Sede reperiatur specialiter ordinatum*, poste sul fine del §. 8. non s'intese, e non intende Sua Santità di eccettuare dall' amministrazione de loro Superiori Regolari, se non quei Monasterj, e Conservatorj, li quali sieno stati, o con moto proprio de' suoi Predecessori soggettati agli Ordinarj, o per rinunzia degli stessi Superiori Regolari ceduti alla Santa Sede, e da essa poi con special Breve concessi alla cura degli Ordinarj medesimi. Quando dunque l' unico Conservatorio di Massa, che trovasi in cotesta Diocesi di V. S. non sia stato nelle forme accennate soggettato alla di lei cura, vuole onninamente Sua Beatitudine, che si lasci alla libera amministrazione de' Frati Minori Osservanti, a tenore della medesima Bolla, e le prego dal Signore ogni bene.

Di V. S.

Roma 20. Aprile 1726.

Affezionatissimo per servirla
F. Card. Paolucci.

I I I.

Ejusdem ad Eumdem.

Illmo, e Rmo Signore.

VIen supposto, che non ostante ciò che io scrissi a V. S. sotto li 20. del passato in ordine al Conservatorio delle Terziarie di Massa, venga tuttavia difficoltata la consegna di esso alla libera amministrazione de' loro Superiori Regolari, sul motivo di un Breve, che orrettiziamente, cioè senza farsi menzione dell' ultima Bolla emanata da N. S. sulla direzione, e governo de Terziarj, fu procurato sotto il dì 30. del passato Marzo. Mi comanda perciò la Santità Sua di significare a V. S. che senz' attendere il Breve medesimo, ella rimetta liberamente, e senza ulterior ritardo il Conservatorio suddetto all' amministrazione de' Superiori Regolari; onde V. S. si contenti di adempire io ciò con la dovuta rassegnazione la mente Pontificia; mentre io per fine le auguro dal Cielo compite prosperità.

Di V. S.

Roma 11. Maggio 1726.

Affezionatissimo per servirla
F. Card. Paolucci.

I V.

E P I S T O L A

Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Nicolai Mariæ Lercari a secretis status ad Illustrissimum, ac Reverendissimum D. D. Guinigium Episcopum Lucensem.

Illmo, e Rmo Sig. mio Sig. Osmo.

ESsendo giunto a notizia di Nostro Signore, non senza sua grande ammirazione, che il Conservatorio delle Terziarie di San Francesco esistente in Massa di Carrara, non sia stato per anche consegnato, in virtù della Pontificia Bolla sopra di ciò ultimamente emanata, alla giurisdizione del Provinciale Osservante di Toscana, contuttochè con replicate lettere di questa Segreteria di stato sia stato ordinato a Monsignor Vescovo di Sarzana di così eseguire, la Santità Sua, che onninamente vuole si osservi la suddetta sua Bolla, ad effetto di pte-

precidere ogni altra lunghezza, che poteſſe apportata all' adempimento della ſuprema ſua mente l'aſſenza del preſato Monſignor Veſcovo di Sarzana dalla ſua Chieſa, è venuta in ſentimento di commettere a V. S. Illuſtriſſima, come a Prelato più vicino, l' eſecuzione degli ordini medeſimi; ond' io, che ho l' onore di ſervire Sua Santità nel miniſtero di ſuo Segretario di Stato, debbo di preciſo ſuo ordine Incaricarla, come ſo, a dare ſenza ulteriore indugio il poſſeſſo del ſopr' accennato Conſervatorio al P. Provinciale degl' Oſſervanti, ordinando così all' Abbate di Maſſa, come ad ogni altro, di non più ingerirſi nell' amminiſtrazione, e governo del medeſimo Conſervatorio. Tanto perciò dovrà ella puntualmente eſeguire in virtù dell' ampla facoltà, che le viene ſopra di ciò attribuita da Sua Santità, mentre io poi attenderò, che a ſuo tempo mi dia riſcontro del ſuo operato, acciò poſſa umiliarne la notizia a Sua Beatitudine medeſima, e le bacio divotamente le mani.

Di V. S. Illma.

Roma 22. Giugno 1716.

Dmo e Obmo Servitora
N. M. Arciveſcovo di Nazianzo.

Præmiſſæ quatuor Epiſtolæ fideliter exſcriptæ ſunt e Regeſto Provinciæ Obſervantis Tuſciæ, quod in Archivo ejuſdem Provinciæ in Conventu omnium Sanctorum Florentiæ exiſtente aſſervatur; prout ego infraſcriptus, facta diligenti collatione, de verbo ad verbum concordare inveni. In quorum fidem &c. Datum in præfato Conventu die 7. Februarii Anno 1747.

Loco ✠ Sigilli.

F. Jo. Franciſcus a Florentia
Prov. Obſerv. Tuſciæ Secretarius.

Et ita res ad priſtinum ſtatum redierunt, ſub quo etiam adhuc perſeverant.

Neque dicant, quod in his duobus caſibus evenit, id factum fuiſſe ex aliquo ſpeciali Privilegio: contra tamen ſi illud ad tramites Juris deduceretur. Nam liceat quæſo paullulum hac in re immorari, & utriuſque oppoſitæ ſententiæ fundamenta, ſine ullo partium ſtudio, perpendere, ac ſerio conſiderare.

Unam pro nobis adducimus memoratam *Leonis* Conſtitutionem, quæ ita habet.

„ Fratres, & Sorores Tertii Ordinis, necnon Man-
„ tellati, Corrigiati, Pizochatæ, Cordellati, & alii
„ quocumque nomine nuncupati, in propriis domi-
„ bus habitantes, ſepulturam, ubi voluerint, eli-
„ gere valeant, ſed die Paſchatis tantum Euchari-
„ ſtiam, nec non extremam unctionem, cœteraque
„ Eccleſiaſtica Sacramenta (Pœnitentiæ Sacramento
„ dumtaxat excepto) a proprio Sacerdote recipere,
„ & ad onera, quæ Laicis incumbunt, perferenda
„ teneantur, ac in foro Sæculari coram Judicibus
„ Sæcularibus conveniri poſſint.

„ Et ne cenſura vileſcat Eccleſiaſtica, & mino-
„ ris auctoritatis interdicti ſententia reputetur, ii-
„ dem dicti Tertii Ordinis ad divina audienda in
„ Eccleſiis ſuorum Ordinum tempore interdicti nul-
„ latenus admittantur, ſi cauſam dederint interdi-
„ cto, vel cauſam ipſam nutriant, ſeu foveant, aut
„ dantibus auxilium, conſilium, vel ſavorem quo-
„ quomodo præſtiterint. Collegialiter autem viventes,
„ ſeu cum Clauſtralibus habitantes, ac mulieres vir-
„ ginalem, ſeu cælibem, aut caſtam vidualem, ex-
„ preſſo voto, & ſub dicto habitu, vitam ducentes,
„ Privilegiis, quibus Fratres Ordinis, cujus Tertiæ
„ Regulæ habitum geſtant, gaudere debeant.

Cum autem ſequenti anno dubitatum fuiſſet, quid pro *expreſſo voto* intelligeretur, idem Pontiſex in alia, *Nuper in Sacro Lateranenſi Concilio &c.* declaravit, ut ſequitur: „ Cum, ſicut accepimus, a quibuſdam ni-
„ mium curioſis vertatur in dubium, an votum præ-
„ dictum de voto ſolemni Religionis intelligatur,
„ cum illud tria ſubſtantialia comprehendat, obedien-
„ tiam ſcilicet, paupertatem, & caſtitatem, & circa
„ dictas Mulieres virginalem, ſeu caſtam, & vidua-
„ lem vitam ducentes, de virginitate, & caſtitate tan-
„ tummodo mentio fiat; Nos ad tollendum omne du-
„ bium motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de
„ Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, harum ſerie decer-
„ nimus, & declaramus, quod in præmiſſis *de voto*
„ *ſolemni Religionis* minime intelligi debeat; itaut
„ Mulieres virginalem, aut cælibem vitam ſimpliciter
„ viventes, etiam in conſanguineorum, & affinium
„ ſuorum, aut propriis domibus, vel ſeorſum ha-
„ bitantes, privilegiis, & immunitatibus prædictis
„ in omnibus, & per omnia frui, & gaudere de-
„ beant.

Ex his manifeſte apparet Tertiarias votum ſimplex caſtitatis emittentes, ſive *in Conſanguineorum, & affinium ſuorum, ſive in propriis domibus, ſive SEORSUM HABITANTES*, hoc eſt *COLLEGIALITER VIVENTES* gaudere privilegiis, quibus fruuntur Fratres Tertii Ordinis, qui portantes habitum Tertii Ordinis in noſtris Conventibus degunt, hoc eſt exemptione a juriſdictione Ordinarii, & Parochi. Quod cumulatiſſime declararunt Patres Concilii Tridentini Interpretes ſequenti Decreto 1608.

„ Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tri-
„ dentini Interpretum conſulta reſpondit, Fratres
„ Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, alioſque ſi-
„ miles, ita demum Ordinis, cujus Tertiæ Regulæ
„ habitum aſſumpſerunt, privilegiis potiri, & ab Or-
„ dinarii juriſdictione exemptos eſſe, ſi viri, Collegia-
„ liter vivant, ſeu cum Clauſtralibus habitent, &
„ Mulieres virginalem, ſeu cælibem, aut caſtam vi-
„ dualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu, vitam
„ traduxerint, quemadmodum cavetur Conſtitutione
„ Concilii Lateranenſis ſub Leone, quæ habetur ſeſs.
„ XI. in fine. Hoc autem voto Mulierum alia duo,
„ ſcilicet Paupertatis, & Obedientiæ nequaquam
„ includi, quinimo hujuſmodi mulieres, ſi vitam
„ virginalem, aut Cælibem ſimpliciciter, expreſſe-
„ que voverint, etiam in Conſanguineorum, & affi-
„ nium ſuorum, aut propriis domibus, vel *SEOR-*
„ *SUM HABITANTES*, ſupradictis Privilegiis Or-
„ dinis, cujus Tertiæ Regulæ habitum deferunt,
„ exemptionemque ab Ordinarii juriſdictione frui
„ debere, quemadmodum idem Leo poſtea declara-
„ vit Conſtitutione edita die prima Martii anni
„ 1518. Quod ſi Fratres, Sororeſque Tertii Ordi-
„ nis quid amplius prætendant vigore conſuetudi-
„ nis, poſſe jus ſuum proſequi in judicio ordinario.

Hieronymus Cardinalis Pamphilius.

Locus ✠ Sigilli.

Joannes Franciſcus Fagnanus Sac. Congreg. Conc. Secretarius.

His omnibus derogatum ajunt qui Nobis diſſentiunt, per Pianam Conſtitutionem *Circa Paſtoralis Officii &c.* de qua ſupra, per illa verba: §. III. „ Mulieres quoque, quæ Tertiariæ, ſeu de
„ Pœ-

„ Pœnitentiæ dicuntur, cujuscumque fuerint Ordi- „ nis, in Congregatione viventes, & si ipsæ profes- „ sæ fuerint, itaut solemne votum emiserint, ad „ Clausuram præcise, ut præmittitur, & ipsæ te- „ neantur. Quod si votum solemne non emiserint, „ Ordinarii una cum Superioribus earum hortentur, „ & persuadere studeant, ut illud emittant, & pro- „ fiteantur, ac post emissionem, & professionem ai- „ dem clausuræ se subjiceant; quod si recusaverint, „ & aliquæ ex eis inventæ fuerint scandalose vivere, „ severissime puniantur.

„ Cœteris autem omnibus sic absque emissione „ Professionis, & clausura vivere omnino volenti- „ bus interdicimus, & perpetuo prohibemus, ne in „ futurum ullam aliam prorsus in suum Ordinem, „ Religionem, Congregationemve recipiant. Quod „ si contra hujusmodi hanc nostram prohibitionem, „ & decretum aliquas receperint, eas ad sic viven- „ dum omnino inhabiles reddimus, ac illarum quas- „ libet professiones, & receptiones irritas facimus, „ & annullamus.

At si qua sit ex hujus posterioris §. verbis conse- cutio deducenda, ea certa non esse videtur, quod Tertiariæ collegialiter viventes sine Clausura subsint jurisdictioni Ordinarii, & Parochi; sed potius, quod ejusmodi Collegia non sint permittenda, nec tole- randæ earumdem Mulierum professiones, & rece- ptiones, non minus a Regularibus, quam ab Or- dinariis, quibus præsertim committitur prompta, ac fidelis hujus Constitutionis exequutio. Neque enim Collegia, quæ in hoc loco a Sancto Pontifice re- probantur, ac prohibentur, legitima evadunt, & juxta Pontificiam mentem dici possunt, si jurisdi- ctioni subsint Ordinariorum: quemadmodum legi- tima non evaderent, & juxta Sanctissimam Pontifi- cis intentionem in hac Constitutione expressam, si Monasteria Monialium tria vota solemnia emittentium sine Clausura esse t, & a Superiorum Regularium ju- risdictione ad illam Ordinariorum immediate tran- sirent. Quæ ergo Mulieres, aut earum Collegia hic a Pontifice prohibentur, illa non minus Regu- laribus incumbit, quam Ordinariis, omnino inter- dicere, ac abolere.

Quæ cum ita sint, cur porro tolerantur, & ab Ordinariis, & a Sede Apostolica tot Mulierum Col- legia, quæ in Orbe Christiano sunt, & sine Clau- sura, post Pianam Constitutionem, vitam in illis degunt? Neque id intelligas de Collegiis dumtaxat ante dictam Constitutionem fundatis; nam plurima post illam similiter erecta sunt, atque in dies eri- guntur, in quibus Mulieres Collegialiter vivont sine Clausura. Nec mibi sermo est de iis, quæ ex sin- gulari Sedis Apostolicæ privilegio instituuntur; sed illa potissimum Tertiariarum appello Collegia, quas Pontifices diu ante Pianam sanctionem probaverant. Dicendum est ergo, non quascumq. Mulierum Con- gregationes sine Clausura viventium reprobasse Di- vum Pium.

Quod confirmat celebris ejusdem Pii Constitutio *Etsi Mendicantium*, quam sequenti anno dedit, hoc est 1567. dub die 16. Maii, in qua *Mendicantibus* confirmat „ Omnia, & singula Privilegia, immu- „ nitates... quæ Decretis Concilii Tridentini non „ contrariantur expresse, eisdem Fratribus, & Soro- „ ribus Tertii Ordinis... ac illorum Ecclesiis, do- „ mibus, & Personis; etiam vivæ vocis oraculo, in „ genere, vel in specie, tam per recol. memor. Eu- „ genium IV. Sixtum IV. Leonem X., quam alios „ quoscumque Romanos Pontifices, auctoritate Apo- „ stolica tenore præsentium perpetuo approbamus, „ & confirmamus... nec non Privilegia, immuni- „ nitates... etiam per viam communicationis.... „ de novo concedimus, illaque omnia, & singula „ ad domos, & loca quæcomque dictorum Mendi- „ cantium Ordinum, & Monialium quarumcumque, „ ac Sororum de Tertio Ordine nuncupatarum IN „ CONGREGATIONE VIVENTIUM dictorum Or- „ dinum, ut præfertur, hactenus recepta, & in „ posterum recipienda, extendimus, & ampliamus.

Chronol. Seraph. *

Hic notandum Nos non hujus Constitutionis vim, & valorem contendere; sed in ea solum Pii V. In præmemorata Constitutione *Circa Pastoralis offici* ad rem nostram expiscari mentem, quæ luce cla- rius apparet aliam fuisse ab ea, quam Pontifici San- ctissimo nonnulli assignunt. Non me latet Constitu- tionem illam *Etsi Mendicantium* fuisse a Gregorio XIII. ad terminos juris communis redactam per Bullam *In tanta*, de cujus publicatione, & praxi in præ- senti non dissero: sed illud quoque perspectum ha- beo Urbanum VIII. in sua *In Plenitudine &c.* da- ta 1625. eamdem *Etsi Mendicantium*, non obstante Gregoriana Bulla citata, confirmasse.

Et sane, si lex Piana Tertiariis Leonis adversa- retur, Patres Tridentini Interpretes nequaquam an- no 1608. declarassent ut supra. Iisdem conciunut Purpurati Patres Negotiis Episcoporum, & Regu- larium præpositi, qui 11. Decembris 1615. ita de- creverunt „ Quum inter Fratres Reformatos Ordi- „ nis Minorum Observantiæ Divi Francisci, nec non „ pro tempore existentem Archipresbyterum, & „ Parochum loci Fiani Nepesinæ Diœcesis, in sepe- „ liendis ejusdem Ordinis Tertiariis, diversæ ut „ plurimum oirentur Controversiæ; supplicatum „ fuit nomine Patris Custodis eorumdem Fratrum „ Provinciæ Romanæ ab hac Sacra Congregatione „ Cardinalium negotiis Regularium præpositorum in- „ frascriptam resolvi petitionem. *An Tertiariarum* „ *sui Ordinis Cadavera in Ecclesiis pariter sua Reli-* „ *gionis sint sepelienda?*

„ Illustrissimi ejusdem Sacræ Congregationis Pa- „ tres, Illustrissimo de Aracœli referente, partibu- „ sque auditis, responderunt in hunc, qui sequitur, „ modum.

„ *Tertiarias hujusmodi, si qualitatibus in Bulla fe.* „ *lic. record. Leonis Papæ X. præscriptis sint præ-* „ *diti, videlicet si viri, Collegialiter, aut Claustra-* „ *liter vivant; mulieres vero virginalem, aut cælibem,* „ *aut castam vidualem sub expresso vota, & Tertia-* „ *riarum habitu vitam ducant, posse, & debere, etiam* „ *invito, ac minime requisito Parocho, in supradictis* „ *Fratrum Ecclesiis sepeliri: secus vero si supra-* „ *dictis qualitatibus careant*. Romæ 11. Decembris „ 1615.

Antonius Maria Cardinalis Gallus.

V. Teatin. Secretarius.

Locus ✠ Sigilli.

Verum opponunt aliud ejusdem Congregationis se- quentis anni Decretum, quod ad literam est hujus- modi: „ Sacra Congregatio Cardinalium negotiis „ Episcoporum, & Regularium præpositorum, ad tol- „ lendas omnes contentiones inter Episcopos, & Su- „ periores Regularium super Immunitate, & exem- „ ptione Tertiariarum, quæ in privatis Domibus „ degunt, vulgo *Bizzoche*, seu alio quovis modo, „ & nomine nuncupatarum, in primis, & ante om- „ nia in memoriam revocat ea, quæ Sacra Congre-

„ gatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum
„ in eamdem sententiam respondit, videlicet:

I. „ Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tri-
„ dentini Intepretum sæpius respondit, minime
„ posse Sacerdotes Regulares Mulierum Tertii Ordi-
„ nis, quas da Pœnitentia, vel *Bizocbas* vocant,
„ Confessiones Sacramentales audire; nisi fuerint ab
„ Ordinario approbati ad Confessiones personarum
„ Secularium audiendas.

II. „ Quemadmodum nec posse illis Sacrosanctum
„ Eucharistiæ Sacramentum administrare in die Paf-
„ chatis Resurrectionis Sanctissimi Domini Nostri
„ Jesu Christi.

III. „ Verum qooad Sepulturam, atque alia
„ Privilegia Fratres Tertiarios, Mantellatos, Cor-
„ tiglatos, aliosque similes, ita demum Ordinis, cu-
„ jus Tertiæ Regulæ habitum assumpserunt, Privile-
„ giis potiri, & ab Ordinarii jurisdictione exemptos
„ esse, si viri, Collegialiter vivant, seu cum Clau-
„ stralibus habitent; & Mulieres Virginalem, seu cæ-
„ libem, aut castam vidualem, expresso voto, &
„ sub dicto habitu, vitam traduxerint; quemadmo-
„ dum cavetur Constitutinne Concilii Lateranensis
„ sub Leone X. quæ habetur sess. xi. in fine. Hoc
„ autem voto Mulierum alia duo, scilicet pauperta-
„ tis, & obedientiæ nequaquam inclusi, quinimo
„ hujusmodi Mulieres, si vitam Virginalem, aut cæ-
„ libem simpliciter, expresseque voverint, etiam in
„ consanguineorum, aut affinium suorum, aut pro-
„ priis domibus, vel *seorsum habitantes*, supradictis
„ Privilegiis Ordinis, cujus Tertiæ Regulæ habitum
„ defetunt, exemptionemque ab Ordinarii jurisdi-
„ ctione frui debere, ut idem Leo postea declaravit
„ Constitutione adita die 1. Martii 1518.

IV. An autem prædictæ qualitates in hujusmodi
„ Tertiariis concurrant, Ordinarii loci esse judi-
„ cium.

V. „ Præterea, si contingat aliquas ex prædictis
„ Tertiariis sine sepulturæ electinne decedere, eas
„ sic decedentes ita demom in Ecclesiis Ordinis,
„ cujus habitum assumpserunt, si in ipsis earum
„ communis sepultura reperiatur, sin minus, in Ec-
„ clesiis Parochialibus sepellendas esse decernit.

VI. „ Superioribus autem Regularibus sufficienti
„ facultate ad id a Sede Apostolica suffulris, Capuc-
„ cinis exceptis, licere mulieres ad hujusmodi ha-
„ bitum recipere, atque ad ipsos vestiendi eas offi-
„ cium pertinere; non autem ad habitum admitten-
„ das, & recipiendas esse, nisi probat · vitæ, ac bu-
„ nis moribus præditas, atque in ætate saltem qua-
„ draginta annorum constituras, quæ de proprio ha-
„ beant, unde sufficienter vivere possint, & non cum
„ aliis viris, quam cum Consangoineis, vel affinibus
„ in primo tantom gradu sibi conjunctis cohabitent,
„ & ab Ordinario loci licentia prius impetrata, qui
„ non aliter eam concedat, nisi de prædictis, præ-
„ vio examine diligenti, sibi constiterit.

VII. „ Verum in hujusmodi habitu concedendo,
„ & respective deferendo, omnino a velo supra ca-
„ put, quod *superjectum* vocant, a Pectotali, quod
„ vulgo dicitur *Sattogola*, & a *Patientia* abstinen-
„ dum esse; quinimo eas, quæ supradicta tria, vel
„ aliquod ipsorum deferre deprehensæ fuerint, illa
„ dimittere, etiam per Censuras Ecclesiasticas, ab
„ Ordinariis locorum compellendas esse decernit.

VIII. „ *Supradictis vero Decretis Mulieres Ter-*
„ *tii Ordinis, quæ Collegialiter vivunt, non compre-*
„ *bendi, quinima eas dispositioni Constitutionis Pii Pa-*
„ *pæ V. editæ Romæ anno* 1566. *iv. Kal. Julii*,
„ *quæ incipit*: Circa Pastoralis &c. *penitus subjacere*
„ *expresse declarat, non obstantibus quibuscumque in*
„ *contrarium facientibus. Datum Romæ* 20. *Decem-*
„ *bris anni* 1616.

Antonius Cardinalis Saulius.

Loco ✠ Sigilli.

Episcopus Teatinus Secretarius.

Ex quibus postremi §. verbis *Tertiarias collegia-
liter viventes* non gaudere privilegiis &c. juxta Pia-
nam Sanctionem deducont. Recte quidem, sed, ut
arbitror, non ad rem. Enim vero, nos quoque fa-
temur Mulieres nonnullas, sive Tertiarias, sive Obla-
tas, sive quocumque alio illas voces nomina, subji-
ci dispositioni Pianæ, ac proinde earum Collegia in-
terdici penitus, & aboleri: quod contendimus est,
non omnes Mulieres collegialiter sine clausura viven-
tes sub illa Constitutione comprehendi, cum ex ha-
rum numero illas eximamus, quæ qualitates habent
præscriptas a Leone X. seu Concilio Lateranensi,
illas nimirum, *QUÆ VITAM CAELIBEM SIM-
PLICITER VOVENT*. Quæ igitur a Pio V. prohi-
bentur Collegia sunt illarum Mulierum, quæ vo-
tum simplex castitatis non amittunt, & si illam
vovent, solemniter, & non simpliciter tan-
tum eamdem pollicentur. Quo quidem Decreto sa-
pientissime provisum est, ne scilicet sine clausura
solemnitas voti periclitetur; aut permittantur colle-
gialiter vivere mulieres illæ, quarum animi infirmi-
tatem satis abunde ostendit detrectatio vovendi *saltem
simpliciter* castitatem, quæcumque demum in reli-
quis sint earum professiones. Hæc seduio perpendan-
tur, & simul cum antecedentibus, & subsequenti-
bus Pianam Constitutionem conferantur, apparebit-
que non aliam fuisse Sancti Pontificis mentem, quam
verbis paulo subobscuris expressam fuisse ultro
concedo.

Nec aliter sensisse Purpuratos Patres in mox re-
lato Decreto abunde avincitur ex Pace Jordano Epis-
copo Traguriensi Tom. 2. *Elucubrationum Diversa-
rum* lib. vii. Tit. xiii. pag. 69. ubi, præter recen-
situm Decretum sine ulla limitatione, aliud quoque
adducit ejusdem diei, mensis, & anni, in una *Pi-
storiensi*, cui hæc additur exceptio: *secus, si Castita-
tis votum expresse voverint, & multo minus, si &
alia duo, juxta Decretum Lateranense.*

Idipsum declaravit Sacra Rota ann. 1699. 23. Ja-
nuarii in Caussa Donationis factæ a Maria Cœlesti
quondam Sorore Tertiaria collegiata nostri Ordinis,
hisce clarissimis verbis num. 6. „ Cum Tertiariæ
„ Sancti Spiritus Utini, ubi commorabatur Dona-
„ trix, vivant collegialiter, seu claustraliter, sub
„ obedientia suorum Superiorum, in Religione ap-
„ probata, emittantque votum castitatis, & gestent
„ habitum Religiosum, ac in omnibus profiteantur
„ Regulam Sancti Francisci traditam a Nicolao IV.. „
„ controverti nequit, quin sint Personæ Ecclesiasti-
„ cæ, & gaudeant privilegio fori, atque a statutis
„ Secularibus sint exemptæ, ut expresse habetur in
„ Constit. Leonis X. §. 19. & 20..... Quando
„ juxta declarationem ejusdem Leonis X. de anno
„ 1518. Mulieres Tertiariæ expresse viventes virgi-
„ nalem, seu cælibem, aut castam Vidualem vitam,
„ & gestantes habitum, etiamsi in propriis, vel
„ Consanguineorum domibus habitent, propria
„ possideant, ac de propriis libere disponant, Pri-
„ vilegio fori gaudent, & eximuntur a jurisdictione
„ Ordinarii; uti declaravit etiam Sacra Congregatio
„ Concilii in Decreto relato apud Fagnan. *in cap.*
„ *nullus sub n.* 66. *& seq. de for. compet. Naldus*
„ *in*

„ *in summa V. Clausura num. 7. Camponil. in divers.*
„ *juris Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 174. Cocbier.*
„ *ubi supra num. 16. Novar. de elect. fori quæ 66.*
„ *num. 14. 15. Clonin. Controv. lib. 1. cap. 18. per tot.*
„ *modernus Pignattel. Consult. 119. sub num. 2. §.*
„ *At vero hodie tom.* 4. ubi quod Doctores contrarii
„ loquuntur in terminis, in quibus tales Mulieres
„ *NULLUM VOTUM EMITTUNT*, & in hoc sen-
„ su intelligendæ sunt auctoritates in objecto alle-
„ gatæ; ita *Barbos. de jur. Eccles. lib. 1. cap. 39.*
„ *§. 2. num. 41. in fine, Tamburin. de jure Abbatiss.*
„ *disp. 7. qu. 3. num. 8. V. Præfata Constitu-*
„ *tio* „ Vid. tom. 2. Mantis. Decis. S. Rotæ Romanæ.

Quærenti inquit Lezana Tom. 2. Part. 2. cap. 14. num. 44. *Episcopo Opidano Mense Decembr. 1646. an Tertiariæ, quæ habent requisita, & faciunt votum Castitatis in manu Superiorum Religionis, inconsulto Episcopo, debeant gaudere omnibus Privilegiis, quibus gaudent Tertiariæ admissæ juxta Decreta Generalia; etsi nihil videatur responsum, notatum tamen in margine Memorialis hoc inveni* HABENT PRIVILEGIUM A CONCILIO GENERALI LATERANENSI SUB LEONE X. SESS. XI. IN FINE, CUI DECRETO SACRA CONGREGATIO NON DEROGAT.

Hæc serio cogitanti mirari certe subit illorum sententiam, qui Tertiariis in propriis, aut Consanguineorum, vel Affinium domibus degentibus, si vitam cælibem simpliciter voveant, & habitum respective illius Ordinis induant, cujus tertiam regulam profitentur, non denegari ajunt privilegia a Leone concessa; secus vero si sermo sit de illis, quæ collegialiter vivunt, quasi dicas illas esse his perfectiores, majorisque habendas. Nec defuit qui ut assertionem suam, velis, nolis, qualitercumque tueretur, fidenter nimis, ni dicam temere, pronunciaverit, Mulierum pudicitiam tutius in propriis domibus, quam in Collegiis servari: quod sane nec qui cerebrum in calcaneo habet, aut oculos in occipitio, dixisset

Habes itaque candide Lector plura Tertiariorum, & Tertiariarum genera, præsertim in Ordine nostro, quæ ut probe distinguas necesse est, ne illorum confusione oni concedas, quod illi est denegandum; neges vero alteri, quod sine injuria negari non potest. Primum est illorum, qui cum tria vota solemniter emittant, veris Regularibus adnumerantur, eorumque privilegiis omnibus fruuntur. Ex his sunt etiam mulierum monasteria, quas primum Fulginei instituit, currente sæculo decimo quinto, in monasterio Sanctæ Annæ, nunc Vulgo *Comitissarum*, Beata Angelina Comes de Corbaria, quæque sequentibus annis mirum in modum auctæ, in variis Italiæ Urbibus Cœnobia fundarunt. Harum institutum Visitatricem Generalem admittebat, quæ, pro more, sibi subjecta loca visitabat. Nulla proinde erat his clausura, cujus defectu plura successu temporis inconvenientia exorta sunt, quibus non aliter, quam Clausura poterat parari remedium. Observantes itaque, quorum jurisdictioni subjiciebantur, omnem moverunt lapidem, ut in cunctis ejusmodi Monasteriis servaretur Clausura. Paruerunt aliquæ, præsertim Fulginei, aliæ noluerunt. Ex his nonnullas Observantes rejecere, quæ demum Amadeistarum disciplinæ, & directioni sese manciparunt. Cum autem Religiosæ fere omnes, quæ tria vota solemnia emittebant, paulatim sese Clausuræ voto obstrinxissent, illarum aliquæ, ne pervicaciæ accusarentur, ceperunt quidem Tertii Ordinis Regulam profiteri, nullum tamen votum emittebant. Has potissimum perstringit Pius in supra memorata Constitutione, neque illas unquam probavit deinceps Sedes Apostolica. Ejusmodi Monasteria nunc sub clausura degunt, & vota essentialia solemniter emittunt.

Alterum genus est illorum Tertiariorum, qui habitu Tertii Ordinis induuntur, & in Cœnobiis inservientes Fratribus vitam ducunt. Hujus generis sunt etiam Mulieres, quæ virginalem, aut cælibem vitam simpliciter voventes, & sub dicto habitu vitam ducentes, in consanguineorum, & affinium suorum, aut in propriis domibus, vel collegio, commorantur.

Hujusmodi autem Tertiarii privilegiis gaudent Bullæ Nicolai V. incipientis *Etsi cunctorum*, & Tertiariæ iisdem privilegiis Leonis, juxta Leonis constitutionem, de qua supra, fruuntur.

Tertium genus complectitur illos, qui Regulam quidem Tertii Ordinis profitentur, sed nullum votum emittunt. Ejusmodi Tertiarii, sive viri, sive mulieres, quemcumque demum habitum deferant, a suorum superiorum jurisdictione, sive Ecclesiastica, sive Laica non eximuntur: si tamen teneantur recitare horas canonicas, possunt uti Breviario, quo Fratres Minores utuntur, ex concessione Pauli III. in Bulla incip. *Ad fructus uberes* &c. & ex Decreto S. R. C. die 7. Augusti 1694. edito, & refertur in Rubricis particularibus nostri Breviarii tit. 12. num. 141. Quod si collegialiter vivant immediatæ Ordinarii jurisdictioni subduntur: licet nonnulli oppositum doceant: In mulieribus autem ejusmodi collegia ex Piana Constitutione omnino essent abroganda: Et si tolerantur; non tamen gaudent privilegiis Leonis, seu Concilii Lateranensis.

Postremum est illorum, qui habitum Tertii Ordinis quomodocumque assumentes, nec vota ulla emittunt, nec Regulam ullo modo profitentur. Hi, sive viri, sive mulieres, nomine tantum sunt Tertiarii, non autem re, & vulgo *Eremitæ* dicuntur, nec propterea ullo fruuntur privilegio. Oporteret autem hoc genus hominum, si eos excipias, qui in Eremis, aut locis ab Ordinariis designatis, vitam honeste ducunt, ab orbe terrarum omnino exterminare, ut qui sub ovina pelle mundum pererrantes, non desint plerumque atrocissima quæque scelera perpetrare.

Denique, rem omnem ad oculum ostendit recens juxta, ac legitimum documentum ex Visitationis Pastoralis pro Monialibus libro, qui Bononiæ adservatur, extractum, quod est ut sequitur. „ Licet sub
„ die 28. Maii currentis anni 1744. cum privati
„ Oratorii, tum domus Monialium vulgo: *Terziarie di San Domenico* nuncupatarum facta fuerit
„ Visitatio, in qua nonnulla fuerunt decreta, juxta
„ Ordinationes, & præscripta a Sanctissimo Domi-
„ no nostro Papa BENEDICTO XIV. Ecclesiæ Bo-
„ noniensis regimen adhuc retinente, Romæ data
„ sub die 25. Aprilis 1744. ac subinde Typis Bo-
„ noniæ mandata, quorum titulus sequens est. *Re-*
„ *gole, & Ordini della Santità di Nostro Signore*
„ *Papa BENEDETTO XIV. per le Terziarie, che*
„ *sono in Bologna, e nella Diocesi*; nihilo tamen mi-
„ nus, cum Illustrissimus, & Reverendissimus Do-
„ minus Jacobus Millo Datarius, Sanctissimo an-
„ nuente, Epistolam datam Romæ die 27. Mensis
„ Maii 1744. Illustrissimo, ac Reverendissimo Domi-
„ no Francisco Cotogni Curiæ Archiepiscopalis Bo-
„ noniæ Vicario Generali, & ad hæc Delegato mi-
„ serit, in qua, omissis aliis, hæc habentur: Per
„ dare la risposta &c. IN SECONDO LUOGO OR-
„ DINA, E COMANDA NOSTRO SIGNORE,
„ CHE LE TERZIARIE DI SAN DOMENICO,
„ QUALI HANNO UN ANTICO PRIVILEGIO
„ RICONOSCIUTO DA SUA SANTITA' NELL'
„ ATTO DELLA VISITA, NON DEBBANO IN-

QUIE-

„ QUIETARSI, NE' DEBBA QUANTO AD ES-„ SE INNOVARSI ALCUNA COSA &c.; hinc fit, „ ut quoad hujusmodi Moniales Tertiarias Sancti „ Dominici nihil innovetur; quin in eo potius sta-„ tu, in quo res ipsæ deprehensæ sunt, relinquen-„ tur: quæ omnia ex mandato ipsius Illustrissimi, „ ac Reverendissimi Domini Francisci Cotogni, hic „ per me exarata, transumpta fuere ex libro pe-„ nes me infrascriptum Visitationis a secretis Can-„ cellarium deputatum existente, sub die 7. Junii „ ejusdem anni 1744. Ita est Ego Philippus Cæsar „ Cuppi a secretis Cancellarius Sacræ Visitationis „ Pastoralis pro Monialibus deputatus.

Loco ✠ Sigilli.

Ne putes autem vetustum illud Privilegium a Sanctitate Sua recognitum, fuisse aliquod singulare Indultum pro uno tali Bononiensi Collegio: Nam, præterquam quod nec vola quidem appareat ejusmodi singularis Privilegii, accedit etiam, quod illud *antiquum* vocari nequaquam potuisset, cum relatum Collegium non ante annum 1620. fuerit fundatum. Cæterum qui rei præsentea fuerunt, testantur Privilegium S. S. tunc exhibitum, fuisse Constitutionem Alexandri VI. incipient. *Considerantes uberes fructus*; cui si Piana Sanctione derogatum non fuit, non video eur per eamdem dicamus Conciliari Leonis Constitutioni derogatum: aut saltem illud certe consequitur, quod per communicationem Privilegiorum id nobis denegatum non sit, quod Patribus Prædicatoribus adhuc favere judicavit, non quicumque de grege Doctor, sed BENEDICTUS XIV. nimirum Canonistarum omnium, qui hactenus fuerunt, jubar fulgentissimum, suæque auctoritatis, dum Bononiensem Ecclesiam præsens administraret, Zelator strenuus, ac vindex acerrimus. Vide Librum Italice scriptum, cui titulus: *De' Privilegj delle Terziarie Domenicane, che riguardano l' esenzione dall' Ordinario, e dal Parroco*, suppresso nomine edit. ab erudito P. Josepho Thoma Magistro Tavella, Reverendissimi Patris Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum socio, quem honoris caussa appello.

Hæc scripsi, non quia Regularia, ut pro Regularium juribus, veluti pro aris, & focis dimicarem; quæ enim sunt Regularium Privilegia, ea cordatus quisque novit esse Sedis Apostolicæ jura, quæ ut sarta tectaque serventur, non modo Regularibus, sed cuicumque Catholicam Romanam Fidem profitenti incumbit omnem impendere operam. Hæc itaque scripsi solum ut veritati litarem, & quod ex animo mihi persuaseram, virorum doctorum judicio subjicerem.

NUCERINA PAGANORUM

Dubia, & Resolutiones Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium in Caussa inter Episcopum, & Moniales exemptas Sancti Patris Dominici, quæ Moniales etiam Ordini subjectas afficiunt.

I. AN Episcopus in concernentibus observantiam Clausuræ, toties quoties expedire judicaverit, possit visitare Monasterium Monialium Sanctæ Annæ subjectarum Patrum Ordinis Prædicatorum?

II. An possit visitare earum Ecclesiam, Communicatorium, & Crates Confessionarii quoad concernentia Clausuram?

III. An possit visitare, nedum Crates, & Mœnia exteriora Monasterii, sed etiam Chorum interiorem, Dormitoria, Cellas, aliaque loca pro Clausuræ Custodia?

IV. An possit indutus stola supra Rocchettum, & Mozzettam solum cum suis Convisitatoribus ingredi, & visitare Clausuram Monialium, absque interventu Prioria, & alterius cujusvis Religiosi?

V. An Episcopus volens possit in actu visitationis habere sermonem spiritualem Monialibus tam intra, quam extra septa Monasterii?

VI. An Episcopo sit per Priorissam tradenda notula nominum Monialium, Educandarum, & Ancillarum tempore visitationis?

VII. An possit Episcopus, occasione Visitationis, singulas Moniales, & unamquamque separatim interrogare, & examinare circa observantiam Clausuræ?

VIII. An tam Regulares, quibus subjectæ sunt Moniales, quam etiam sæculares, teneantur ab Episcopo obtinere licentiam alloquendi Moniales?

IX. An possit Episcopus insimul cum Superiore Regulari revidere computa, atque recognoscere statum Œconomicum Monasterii?

X. An Censuræ sustineantur in casu &c.?

XI. An constet de Attentatis, & quomodo sint purganda?

XII. An, & quomodo sit providendum quoad ingressum Conversarum in locum ultimo loco defunctarum in casu &c.?

„ Die 7. Julii 1724. Sacra Congregatio Episco-„ porum, & Regularium dubiis respondit. Ad I. us-„ que ad X. inclusive *Affirmative*. Ad XI. *Ne-„ gative*. Ad XII. Providebitur post revisionem „ status Œconomici.

DECRETA

Sacræ Congregationis

DE PROPAGANDA FIDE

Emanata die 1. Octobris 1720. & admissa, ac publicata in Capitulo Generali anno 1723.

I. LIteræ Patentes indeterminatæ, seu in albo, ut vulgo dicitur, pro Religiosis in Terram Sanctam mittendis, omnino prohibentur.

II. Quæcumque Patentes Literæ recognosci debent a Patre Provinciali cum Definitoribus, quatenus ii apud ipsum inveniantur, & insuper cum Discretis Conventus, in quo moram fecerit ille, cui concessæ sunt, quandoquidem iidem Patres Provinciales, Definitores, & Discreti attestationem facere debent, an Religiosus, pro quo Patentes Literæ sunt expeditæ, moribus iis præditus sit, ut ad bene inserviendum Sanctis Locis capax, & idoneus reputetur.

III. In quibus Patentibus Literis exprimatur hæc conditio: Dummodo antecedenter in servitium Terræ Sanctæ tres Religiosi ejusdem Provinciæ non reperiantur jam destinati, exceptis tamen Missionariis ejusdem Terræ Sanctæ.

IV. Quilibet Religiosus completo triennio in suis literis Patentalibus expresso, ad Christianas Regiones, & ad propriam Provinciam, sub pœna privatio-nis

nis perpetoæ vocis activæ, & passivæ redire debeat, ad nutum P. Guardiani Hierusalem: moram autem ulterius in Locis Sanctis protrahere, quosd illos Religiosos, qui permanere cupient, ac Terræ Sanctæ proficui invenientur, arbitrio Discretorii ejusdem Terræ Sanctæ relinquitur.

V. Nulli Religioso, Missionariis exceptis, & Eleemosynarum Transvectoribus, titulo devotionis ad Terram Sanctam, postquam alias tempore sibi in Literis Patentalibus præscripto ibi moram fecerit, redire permittatur: eo vero Pater Generalis, aut Commissarius Generalis Familiæ tot dumtaxat Religiosos, quot ad servitium Terræ Sanctæ erunt opportuni, dimittat.

DIPLOMA

CHRISTIANISSIMI FRANCORUM REGIS

LUDOVICI XV.

Quo innovantur, & confirmantur Diplomata ab suis Prædecessoribus edita, præsertim a Ludovico XIV. in favorem Familiæ Observantum Terræ Sanctæ.

LOVIS PAR LA GRACE DE DIEU ROY DE FRANCE, ET DE NAVARRE

A tous presens, & á venir, salut.

LEs Gardien, & Religieux de l' Observance de S. François, de la Famille de Terre-Sainte, Nous ont tres-humblement fait representer que le feu Roy, de glorieuse mémoire, nostre tres-honoré Seigneur, & Bis-ayeul, pour marquer sa veneration pour les lieux saints oú le mystere de notre Redemption s' est accompli, avoit par ses Letres Patentes du 4. Fevrier 1649. & du mois d' Octobre de la même année, confirmées par autres Leteres Patentes du mois de Mais 1700. continuè la protection qui avoit etè accordèe par les Rois ses Predecesseors aux Religieux de l' Observance de S. François, de ladite Famille de Terre-Sainte, qui y sont etablis depuis plus de 480. années, sous la conduite d' un Superiur appellé Gardien du Mont de Sion, resident ordinairement en la Ville de Jerusalem, auquel nostres saints Peres les Papea Caliste III. Clement V. Innocent IV. Jean XXII. & divers autres Pontifes, ont, á l' instance, & priere des Rois nos Predecesseurs, accordé plusicurs graces, & privileges, qui ont eté autorisez, & confirmez par lesd. Lettrts Patentea. Mais comme la difference des tema a aporté beaucoup de changement dans un paìs, ou nôtre S. Religion ne subsiste que par les soins que nous prenons de la soutenir, lesdits Gardien, & Religieux nous ont tres-humblement fait supplier de vouloie bien confirmer tout ce qui est contenu dans lesdits Lettres Patentes du feu Roy nôtre Bis-ayeul; & voulant de nôtre part faire connoitre a toos nos sujets l' attention particuliere que nous avons pour le bien, & l' avantage des Saints Lieux, aussi bisn que l' estime que noua faisons de la pietè, & de la devotion du Gardien, & des Religieux de la dite Famille de Terre-Sainte, & les obliger d' autant plus á redoubler les Prieres, & les Saints Sacrifices qu'ils offrent a Dieu pour la prosperité, & les avantages de nôtre Monarchie. POUR CES CAUSES, & autres a ce nous mouvans, de Nôtre grace speciale, pleine puisance, & autorité Royale: Nous, *aprés avoir vu lesdites lettres Patentes ci-attachées sous le contrescel de notre Chancellarie*, avons dit, declaré, & ordonné; & par ces Presentes signées de Notre main disons, declarons, & ordonnons, voulons, & nous plait, que lesdits Gardien, & Religieux de la dite Famille de Terre Saints, soient, & demeurent a perpetuité, comme nous les prenons, & mettons de nouveau en Nôtre protection, & sauve-gard particuliere; ensemble toutes les Paroisses, Chapelles, Couvens, Maisons, & Hospices qu' ils ont, ou auront en Levant, & en Terre Sainte.

VOULONS, & entendons que le dit Superieur ou Gardien de Jerusalem soit reconau par tous ceux qui sont soûmis a Notre obéisance, pour Commissaire Apostolique du Saint Siege, dans le pais de Levant, pour y tenir lieu d' Ordinaire, & y exercer plusieora fonctions Episcopales, qui lui ont ete concedées par les d. Souveains Pontifes, & entr' autrea la Jurisdiction Spirituelle sur tous lea Chretiens de l' Eglise Latine Nos sujets, Reguliers ou Seculiers, avec faculté non seulement d' absoudre par lui les Religieux de la dite Famille de tous les cas reservez au Saint Siege, aux exceptions mentionnées dans lesdites concessions; mais meme de conferer le le Sacrament de Confirmation, Baptiser, & faire exercer par lesd. Religieux de la Famille de Terre Sainte, toutes les fonctions Curiales, & Paroissiales, ainsi qo' ils ont fait de puis leur etablissement.

Permettons à cet effet ausdits Religieux de la Famille de Terre Sainte d'extrcer lesdits Fonctions dans tous les endroits de leur resideuce, audit pais de Levant, meme dans les Chapelles Consulaires, en caa de quelque necessité qui lea empêche de les faire dans les lieux où ils les exercent a present.

Voulons qui ils joüissent de tous les droita, honneurs, & prerogatives, dont ils ont joüi, & usè jusqu' à present, & a cet effet, entant que besoin est, ou serait, noua avons de nouveau concedé, octroyé, validé, & approuvé, concedons, octroyons, validons, & approvons par cesdits presentes, la jouissance de ce qui est porté par les dites Constitutions, & Decrets de nosdita *Saints peres le Papes, & notamant celle d' Urbain VIII. dont copies sont cy-attachees dans ledit contrescel de notre Chancellarie*.

Faisons tres expresses inhibitions, & defenses a tous Ecclesiastiqoes, tant Reguliers, que Seculiers, & a toutes personnes d' entreprendre sur la jurisdiction, & les droits des susdits Gardien, & Religienx de la Famille de Terre-Sainte, ni de faire aucuns fonction Curiale, & Paroissials, a l' exception des Paroisses qui sont actuellement deservies par des Curez, qui ne sont pas de ladite Famille de Terre-Sainte, soit que lesdites fonctions se fassent dans les Eglise où les Paroisses sont etablies, soit qu'elles se fassent dans les Chapelles Consulaires, ou dans tous les autres lieux dudit païs de Levant ou lesdita Religieux ont, ou pourroient avoir cyapres leurs Hospices, Maisons, oú Couvens etablis.

Voulons, & ordonnons que tous ceux qui seront envoiès en Mission dans ledit pais de Levant, soient Ecclesiastiques Seculiers, ou Reguliers, soient tenua de s'y conduire suivant les Constitutiona, & Decrets du S. Siege, a peine de desobbeissance.

Voulons en ootre qoe lea Aumônes, & notament les trois Piastres, qui sont donnez par les Capitsi-

nts

res de Navires, pour le Mont de Sion, en consideration des prieres, qui se font jounellement dans les saints lieux, tant pour Notre peospecité, que pour l' heureux succes de leurs voyages, soient delivrez par lea mêmes Chanceliera qui les reçoivent, entee les mains des Procureura desdits lieux de Teree-Sainte, avec defense aux Consuls, & tous autres de les divertir, ni de les faice delivrer a d'autres personnes; & si aucunes ont etè diveeties ou detournées; Nous voulons qu' elles soient rendues, & restituées aux susdits Peocureurs de Teree-Sainte; a peine contre les contrevenans de desobeisanee, & d'en eepondee en leur propee, & peivé nom; a l' exception toutefois de celles d' Alep, qui feeont remises par lea Marquilliers au Proeureur de Teere-Sainte, qui lea distribuera sue les Billets du Cardien; qu' il ne donnera eependant, qu'aprés en être convenu avec le Consul, que nous avons ou aurons audit lieu d' Alep.

Confirmons, & autoeisons les Religieux de la Famille de Teece-Sainte dans la possession des Chapslles Consulaires de Jerusalem, du Caire, Rousset, Alexandrie, & Alexandrette, qu' ils desservent a present, poue en jouie tant, & si longuement, qu' il nous plaira, sans que les Consuls les puissent changer pour prendre d' autres Religieux qne ceux de ladite Famille de Terre-Sainte, sans en avois reçû nos Ordres; à la Charge neanmoiua qne lea fonctions Cucialea, pour la Nation Feançoise, se feront par eux dans les Chapelles qu' ils desservent a present, & qu' ils poureont desservir cyaprés; & que chacune desditea Chapellea sera la Paroisse nationale, tant qu' elle sera possedeé par leadits Religieux de la Famille de Terre-Sainte.

En cas que nous jugeons á propos dans la suite de prendre d' sutres Religieux, ou Ecclesiastiques, que lesdits Peres de la Famille de Terre-Sainte, pour desservie lesdites Chspelles Consulaires; ceux qui auront eté choisis pour cet effet, n'y pourront faire aucunes fonctions Cuciales, & ils feront obligez de se confoemer *á Lettres Patentes du* 4. *Fevrier* 1649. & du Mois d' *Octobres de la meme annee*, aussi bien qu' *á celles du mois de May* 1700. & a ce qui est prescrit par ces Peesentes.

Dans les occasions oú il sera ordonné de faire chanter le *Te Deum*, cette ceremonie sera faite premierement dans la Paroisse du lieu, où le Consul assistera avec la Nation; pourvu toutefois que les honneues qui sont dus a son caeactere, soient gardez, & observez, & ensuite dana sa Chapelle.

Les Religieux de la Famille de Teree-Sainte qui seront ehiosy pour desservir les Cappelles Consulaires ou Paroisses Nationalea, seront François autant, qu' il se pourra, par rapport au nombre de ceux de la Nation qui sont dans la Terra-Sainte, lesquels ne dependront que du Gnaedien de Jerusalem, poue les fonctions Curiales qu' il leur donnera pouvoir de faice.

Voulons, & entendons que les Capitainea de Navires, & autres Bâtimens Françoie ou Navigans sous nôtre Pavillon, soient tenus, & obligez de recevoir sur leurs Bords les Religieux qui se presenteront, soit poue passer de France dans le Levant, ou pour repasser de Levant en Feanee, & qu' ils ayent le teansport franc des aumones de la Terre-Sainte; le tout en payant dix Piastres pour chacun d' eux, ainsi qu'il se pratiqueit cydevant; sans qu' a l' occasion des debris, ruptures, ou domages des Vaisseaux arrivez par tempêtes, Pirates, Armateurs, ou autres malheurs imprevûs, les sudits Capitsines puissent toucher aux susdites sumônes, ni pretendre plus grosse somme que les dix Piastres. Enjoignons a cet effet aux intendans de Marine departis dans Nos Ports, & aux susdits Consuls de tenir la main a l'execution de ce qui est contenue dans cet article.

Voulons pareillement que les dits Consuls defendent les dirs Religeux de la Famille de Terre-Sainte contre les insultes qu' ils pourroient recevoir des Marehands qu' ils auroient charitablement avertis de leura desordres, & pour telles sutres causes, & pretextes que ce soit.

Et a fin que les dits Consuls, & les dits Religieux de Terre-Sainte puissent conservee ensemble la paix, & l'union qui est neceslaire tant pour l'avantage de la Religion, que pour le bien de Nôtre service, nous voulons, & entendons qu' ils ayent les uns pour les sutres tous les egards, & la veneration qu' ila doivent aux differens caracteres dons ila sont revêtus, & si par malheur quelques-uns desdits Religieux, qui desservent les Chapelles Consulaices en manquoient, & qu' ils donassent quelque sujet de mécontement, les dits Consuls pourront demander au Gaedien de Jerusalem de les ehangee, en lui expliquant les motifs qui ils ont de lui faire cette demande.

Si donnons en mandement a Nos Amez, & Feaux Conseillers, les Gens tenant notre Coue de Parlement a Paris, & a tous antres nos Officiers, & Justiciers qu' il appartiendra, que ces presentes ils ayent a faire lire, publiee, & registee; & du contenu en icellea faire jouir, & user le dita Gardien, & Religieux de ladite Famille de Terre Sainte, pleinement, paisiblement, & perpetuellement; cessant, & faisant cesser tous teoubles, & empechemens; non obstant toutes Ordonnances, Uz, Coutumes, & Lettres a ce conteaires, ausquelles, & aux derogatoires y contenuéa, nous avons derogé, & derogeons par cesdites presentes: mandons au nôtre eher, & bienaimé le S. Vicomte d' Andrezel notre Ambassadeur extraordinaire a la Porte-Ottomane, & a ses Successeurs; ensemble a Nos bien aimez les Consuls qui sont ou feront cy-aprés etablia audit pais du Levant, & a tous auteea, qu'il appartieudea, d' employer efficacement chacun selon l' etendue de son pouvoie, pour protegee les dita Religieux de la Famille de Teere Sainte, & autres Religieux qui dependent d'eux, dans les lieux Saints du Calvaice, & de Bethlem, & autres lieux, qui en toutea leurs anciennes jurisdictions, deoita, fonctioss Curiales, & Paroisiales, & possession desdits fonctions Curisles, & Paroisiales, & possession desdites sumônes. Cae tel est Nôtre plaisir: & d' autant qu' on pourra avoir besoin de ces Peesentes en plusieurs, & divers lieux, noua voulons qu' aux Copics d' icelles, dnëment collstionnées par un de Noa Amez, & Feaux Coaseillers, Secretaires, maison, Coueonne de France, & de Nos Finances, foy soit ajoûté comme au present Original: & a fin que ce soit chose ferme, & stable a toûjours, nous avons fait mettre notre scel à cesdites presentes. Donnè a Fontsnableau au mois de Septembre, an de grace 1725. & de notre Regne le onzieme.

LOVIS

Par le Roy

Fleeriau.

Regisrées, ouy le Procureur General du Roy, pour jouir par lesdites impetrans de leur effet, & contenu & pour etre exécutèes selon leur forme, & teneur, forvant l' Ar-

l' Arrest de ce jour. A Paris en Parlement, le 5. Decembre 1725.

Du FRANC. pro Deo

Visa Fleuriau. Pour confirmation des Privileges des Religieux de la Terre-Sainte.

Signé FLEURIAU.

PISAUREN. HÆREDITATIS.

Lucia Tofani in suo ultimo testamento hæredem universalem scripsit Matthæum filium, cui sine prole decedenti substituit Franciscum alterum filium suum, quo etiam sine filiis abeunte, disposuit, *che detta roba ricadi al Sindico del Convento, e Chiesa suddetta degli Osservanti di Monte Baroccio, con obligo per detto Signore Sindico, sia obligata detta Eredità metterla in esecuzione in beneficio, e bonificamento di detta Chiesa in ogni modo migliore*. Ambo Filii sine liberis decesserunt, & Matthæus, qui postremus fato est functus, prædictam hæreditatem donavit PP. Sancti Marci Congregationis B. Petri de Pisis. Exorta proinde lite propositum fuit S. C. C. dubium.

An hæreditas Luciæ Tofani sit adjudicanda Sindico Apostolico PP. Minorum Observantium Montis Baroccii, vel potius PP. Sancti Marci ejusdem loci in casu &c.?

Cui eadem S. C. 25. Januarii 1727. Respondit.

Ad primam dubii partem negative, ad secundam affirmative, & amplius.

Et quidem jure, ac merito, quia Fratres Minores nec per se, nec per Sindicum, nec pro se ipsis, nec pro eorum Ecclesia adire possunt hæreditates: contra tamen evenisset, si in dicto Testamento scriptus fuisset hæres, non Fratres, nec Sindicus, sed quicumque alius, cum onere, ut per modum eleemosynæ daret pretium Hæreditatis partis divenditæ, quæ ex jure liceret.

MAZZARIEN.

Die 10. Maii 1727. proposita fuerunt S. C. C. sequentia Dubia.

I. „ AN Episcopus habens facultatem dandi benedictionem Apostolicam constitutis in „ Articulo mortis, teneatur quoad Moniales eam „ committere earum Confessario ordinario, vel potius sit in ejus facultate aliquando ingredi Mo„ nasterium, ut eis det benedictionem, & quatenus affirmative quoad secundam partem.

II. „ An, & quibus sociis comitatus Monaste„ rium ingredi debeat?

III. „ An Episcopus, & Confessarii, sive ordinarius, sive extraordinarius ingredi possint Monasterium absque ulla limitatione, quando vocantur „ ab aliqua Moniali infirma, quæ pro sua devo„ tione vult Confessionem explere?

IV. „ Quænam sint Conditiones requisitæ, ut „ Regulares habentes facultatem dandi habitum suæ „ Religionis mulieribus non collegialiter viventi„ bus, dictum habitum dare possint, & an exa„ men dictarum facultatum pertineat ad Episco„ pum?

Quibus ead. Sacra Congreg. respondit.

Ad primum negative quoad primam partem, & ad secundum affirmative, & ad Dominum Secretarium cum Eminentissimo Secretario Brevium.

Ad secundum. Debere ingredi in casu, de quo agitur, cum Confessario Monialium, & uno probo Sacerdote per eum eligendo.

Ad tertium. Ubientur Decreta.

Ad Quartum. Examen facultatum concedendi habitum pertinere ad Sedem Apostolicam, examen conditionum quoad Mulieres vestiendas, & licentiam vestiendi pertinere ad Ordinarium, & Conditiones vestiendarum esse expressas in Decretis generalibus alias editis, & hæc decreta esse omnino servanda.

LUCANA LEGATI PII.

Joannes Baptista Bini testamento cavit, ut ejus hæredes Capellaniam fundarent, & PP. Capuccinis ferculum per unamquamque hebdomadam præstarent. Hac de caussa fuerunt eidem S. C. proposita sequentia dubia 31. Jul. 1728.

I. „ An Legatum unius ferculi singulis hebdo„ madis factum PP. Capuccinis sit perpetuum in „ casu &c. & quatenus affirmative

II. „ An sustineatur in casu &c. & quatenus „ affirmative

III. „ An onus præstationis dicti Legati quali„ bet hebdomada sit transferendum in Capellaniam „ erigendam?

Quibus S. C. respondit.

Ad Primum. Affirmative.

Ad Secundum. Servetur Decretum Rev. Fabricæ anni 1633.

Ad Tertium. Affirmative, juxta votum Episcopi, & firma remanente obligatione Bonorum Hæreditariorum in Casu diminutionis.

ORITANA FUNERUM.

Die 12. Februarii 1729. fuerunt proposita Dubia.

I. „ AN Intorticia, quæ deferuntur accensa per „ viam circa Cadaver, spectent ad Reve„ rendissimum Capitulum Collegiatæ, an vero ad „ PP. Capuccinos?

II. „ An dicti Patres Capuccini teneantur solve„ re dicto Reverendo Capitulo, uti Parocho habitua„ li, quartam funeralem de omnibus Cereis, ad te„ norem Bullæ Sanctissimi Domini Nostri, quæ in„ cipit: *Romanus Pontifex*?

Et Resolutum fuit: *Omnia spectare ad PP. Capuccinos, dempta quarta, & amplius &c.*

Ubi notandum, quod Capitulum vi antiquæ consuetudinis prætendebat omnia Intorticia, quæ per viam circa Cadavera deferebantur. Vi ejusdem consuetudinis celebris est Caussa *Montanen*, in qua Parochi pro quarta medietatem omnium, quæ ratione funerum erogabantur, prætendebant, Sacra Congregatione eis semper consentiente, donec sub die 24. Maii 1727. re maturius examinata, prodiit resolutio *Ad mentem* (approbata subinde vivæ vocis oraculo a Sanctissimo Domino Nostro) quæ fuit.

Ut prævio recessu a decisis sub die 25. Januarii præteriti, Regulares solvant Ecclesiis Parochialibus medietatem Cerearum, quæ deferuntur per viam, & quartam tantum partem Cereorum, quæ in eorum Ecclesiis accenduntur circa Cadavera, Castrum doloris, & Altaria: cujus Resolutionis fundamentum, quoad primam partem, fuit in consuetudine per Parochos plene probata, quæ tamen non aderat quoad secundam.

MEDIOLANEN. QUARTÆ FUNERARIÆ.

DAta Parochis optione a Benedicto XIII. recol. memor. per constitutionem *Pretiosus*, ut Quartam partem eligerent statutam in præcedenti *Romanus Pontifex, aut standum fore Consuetudini, Statuto, Concordiæ, seu Conventioni*: ita tamen, ut semel facta optione, eam amplius immutare nequirent: cum porro optionem ab illis factam assererent Regulares, illi contra negarent, & se stare velle Synodo 22. celebratæ anno 1610. in qua præscribitur medietas, proposita fuerunt Sac. Congregat. sequentia Dubia.

I. „ An, & quomodo sit facienda divisio Intorticiorum, & Candelarum ardentium in die funeria, & Officii, præsente Cadavere, in Altaribus, Columnis, & aliis locis Ecclesiæ Regularis tumulantis?

II. „ An, & quomodo sit facienda divisio earumdem Candelarum, & Intorticiorum, quæ in Ecclesiis tumulantibus accenduntur occasione Officiorum, seu Exequiarum faciendarum in diebus sequentibus post tumulationem Cadaveris?

III. „ An, & quomodo inter Parochos, & Regulares, qui Cadaver per viam uon comitantur, dividenda sint intorticia manualiter gesta accensa in itinere a Sacerdotibus sæcularibus, occasione delationis Cadaveris ad Ecclesiam Regularem tumulantem?

IV. „ An, & quomodo dividendæ sint Candrlæ, quæ manualiter gestantur accensæ a Regularibus intra propriam Ecclesiam tempore funeris, vel Exequiarum, & Officiorum?

V. „ An, & quomodo sit facienda divisio Cenotaphii, Culcitræ, & aliorum ornamentotum in eo existentium?

VI. „ An, & quomodo sint dividendæ pecuniæ in Casu, quo illæ tradantur ab hæredibus Defuncti in locum Ceræ?

VII. „ An Regulares occasione funerum, & Officiorum teneantur accendere omnes Candelas, quas recipiunt ab hæredibus Defuncti, in Altaribus Ecclesiæ in casu &c.?

Sacra autem Congregatio sub die 9. Septembris 1730. Respondit.

Ad Primum, Secundum, Tertium, Quintum, & Sextum, divisionem esse faciendam pro medietate.

Ad quartum dilata.

Ad Septimum. Affirmative.

Cum vero iterum hæc causa proposita fuisset eidem S. C. die 2. Junii 1731. sub his quæsitis.

I. „ An sit standum, vel recedendum a decisis die 9. Septembris 1730.?

II. „ An, & quomodo dividendæ sint candelæ, quæ in manibus gestantur accensæ a Regularibus intra propriam Ecclesiam tempore funeris, vel Exequiarum, & Officiorum?

Sacra Congregatio sub eadem die declaravit.

Ad Primum, in decisis quoad primum, secundum, tertium, sextum, & septimum: Quantum ad quintum in decisis, servata forma Constitutionum Synodalium. Ad secundum, divisionem faciendam esse pro medietate, & amplius.

CUm A. R. P. Thomas a Cento Lector Jubilatus, ex-Minister Provinciæ Observantis Bononiæ, Secretarius Generalis Familiæ, & olim Provisor in Comitiis Mediolanensibus, renunciatus fuisset Brevi Apostolico dat. die 3. Septembris 1729. Definitor Generalis supranumerarius, simili ratione declaratus quoque fuit Definitor Generalis A. R. P. Alexius Romanus, dum actu Provinciam Romanam Reformatam administraret, Pontificiis Literis, quæ sequuntur.

CLEMENS PAPA XII.

Dilecto Filio Alexio a Roma Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam benedictionem.

REligionis Zelus, vitæ &c. Cum itaque, sicut accepimus, fel. record. Benedictus Papa XIII. Prædecessor noster per quasdam suas literas desuper in simili forma Brevis, die 3. Septembris 1729. expeditas, dilectum Filium Thomam a Cento Fratrem expresse professum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, in Definitorem Generalem supranumerarium pro Cismontana dicti Ordinis Familia, usque ad proximum Capitulum Generale ejusdem Ordinis, cum diversis gratiis, sub certis modo, & forma tunc expressis, constituerit, & deputaverit. Hinc est, quod Nos, ne per præfatas Benedicti Prædecessoris literas ullum præjudicium eidem Ordini Reformatorum, cujus Tu, ut pariter accepimus, Frater expresse professus, & Sacræ Theologiæ Lector, ac ex-Commissarius Visitator, nec non Minister Provincialis Provinciæ Romanæ de præsenti existis, illatum intelligatur, Te, de cujus fide, prudentia, integritate, doctrina, charitate, & Religionis Zelo plurimum in Domino confidimus, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis &c. motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te in Definitorem Generalem supranumerarium pro hac Cismontana memorati Ordinis Reformatorum Familia usque ad proxime futurum Capitulum Generale ejusdem Ordinis, cum omnibus, & singulis facultatibus, præcedentiis, præeminentiis, prærogativis, actionibus, auctoritate, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus, perinde ac si in præfato nupero Capitulo Generali in Definitorem de numero electus fuisses, tenore præsentium constituimus, ac deputamus; & si ante celebrationem proximi Capituli Generalis hujusmodi aliquem ex Definitoribus generalibus de numero familiæ præfatæ per cessum, vel decessum, illum de præsenti obtinentis; seu alias quomodolibet ex illius persona vacare contigerit, Te in ejus locum, quoad ipsum definitoratum Generalem sic vacantem, ex nunc pro tunc, & a contra, substituimus, & subrogamus, ac eo ipso, absque alia declaratione, subrogatum fore, & esse declaramus, prohibentes, ne ullus, præter te, quovis colore, prætextu, vel causa ad Definitoratum Generalem sic vacantem assumi possit, & valeat. Si vero nullus ante dictum proximum Capitulum Generale ex istiusmodi Definitoribus vacaverit, tunc, ad servandam inter eamdem Cismontanam, & Ultramontanam Familias Ordinis præfati in Definitorio Generali paritatem, dilecto filio moderno, seu eo tempore existenti Ministro, vel Vicario Generali dicti Ordinis, aliquem illius Fratrem expresse professum habilem, & idoneum, de consilio Discretorum,

in

In Deſinitorem Generalem pariter ſupranumerarium pro ipſa Familia Ultramontana, & actibus Capitularibus tantummodo eligendi, ac deputandi facultatem concedimus: Mandantes propterea &c. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus &c. Volumus autem, ut præſens gratia tam ſupradicto Thomæ ab eodem Benedicto Prædeceſſore, quam a Nobis Tibi reſpective conceſſa, nullo unquam tempore, trahi, & allegari poſſit in exemplum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 2. Januarii 1731. Pontificatus noſtri anno primo.

F. Card. Oliverius.

Viæ Crucis erectæ, vel erigendæ per Fratres Minores in locis ab Ordine non dependentibus, fruantur iiſdem Indulgentiis, quibus cæteræ fruuntur.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Bernardus Monterde, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, tam ſuo, quam dilecti etiam Filii moderni Miniſtri Generalis dicti Ordinis nomine, quod cum antiquus vigeret, ac etiam nunc vigeat in Ordine hujuſmodi conſuetudo erigendi, & inſtituendi per illius Fratres, in vim facultatis ſibi alias a Sede Apoſtolica conceſſæ, pia loca Viæ Crucis, ſeu Calvarii, nedum in ejuſdem Ordinis, ſed etiam in aliis Eccleſiis, ac locis ab eo minime dependentibus, iſque mos in univerſis Regnis Hiſpaniarum, ac plurimis Italiæ Regionibus ſemper antehac retentus fuerit, & adhuc de preſenti ſervetur: Licetque dudum fel. record. Innocentius Papa XII. Prædeceſſor noſter, ad preces tunc in humanis agentis Franciſci Diaz, dum viveret, Commiſſarii Generalis Curiæ pro Ultramontana Familia dicti Ordinis, præfata loca pia Viæ Crucis, ſeu Calvarii ſub quibuſdam recol. memor. Innocentii Papæ XI. Prædeceſſoris quoque noſtri literis in ſimili forma Brevis die 5. Septembris 1686. ſuper confirmatione diverſarum Indulgentiarum, & Privilegiorum ipſius Ordinis, editis, comprehendi, ac proinde frui, & gaudere poſſe Indulgentiis, & privilegiis in literis hujuſmodi conceſſis, & expreſſis, declaraſſet per ſuas itidem in forma Brevis die 5. Decembris 1696. deſuper expeditas literas, idque abſque limitatione, ac reſtrictione dictorum locorum Viæ Crucis, ſeu Calvarii ad Eccleſias, & loca Ordinis præfati factum fuiſſet: nihilominus aliqui exiſtimantes facultatem illam erigendi, & inſtituendi, ad Eccleſias, & loca Ordinis prædicti, Indulgentias vero, & privilegia ejuſmodi ad perſonas obedientiæ, ac directioni pro tempore exiſtentis Miniſtri Generalis ejuſdem Ordinis ſubjectas, reſpective limitata, & reſtricta eſſe: a piæ memor. Benedicto Papa XIII. etiam Prædeceſſore Noſtro Indulgentias, & privilegia præfata ad quoſcumque utriuſque ſexus Chriſtifideles dicto Miniſtro Generali non ſubjectos, qui tamen ejuſmodi loca pia Crucis, ſeu Calvarii penes Fratres ſupradicti Ordinis, privative quoad alios quoslibet, viſitarent, ibique memoriam Dominicæ Paſſionis devote recolerent, aliaque injuncta opera peragerent, extendi, & ampliari obtinuerunt, prout in ipſius Benedicti Prædeceſſoris literis ſub Plumbo, anno Incarnationis milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo ſexto, quinto nonas Martii, Pontificatus ſui anno tertio, emanatis uberius continetur.

Chronol. Seraph.

Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ipſe Bernardus, non minus ratione ſui officii Procuratoris Generalis hujuſmodi, quam de expreſſo mandato dicti moderni Miniſtri Generalis, ad enatam, occaſione præmiſſorum, confuſionem tollendam, remque in ſtatum priſtinum reſtituendam, prædicta loca pia Viæ Crucis, ſeu Calvarii per eoſdem Fratres, etiam in Eccleſiis, & locis, quæ non ſint dicti Ordinis, erecta, & erigenda, eiſdem Indulgentiis, & privilegiis gaudere per Nos declarari ſummopere deſideret, quemadmodum ab ipſo Benedicto Prædeceſſore, poſtquam literæ ſuæ præfatæ prodierant, ad ſupplicationem dilectæ in Chriſto Filiæ noſtræ Mulieris Violantis a Bavaria Principiſſæ Etruriæ Viduæ Fratribus Receſſus Sancti Franciſci ad Montem Florentinum, & *Conventus de Ambroſiana* nuncupat. dicti Ordinis, in vim cujuſdam reſcripti die decima Novembris 1729. ejus juſſu editi, conceſſum fuiſſe memoratur. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis & opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ejuſdem Bernardi votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere cupientes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, nec non utriuſque Innocentii, & Benedicti Prædeceſſorum literarum præfatarum tenores, & alia quæcumque, etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ſpecificatis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, quod prædicta loca pia Viæ Crucis, ſeu Calvarii in Eccleſiis, Oratoriis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, & aliis itidem piis locis ipſi Miniſtro Generali non ſubjectis, nec ab eo dependentibus, per Fratres dicti Ordinis nunc erecta, & in poſterum erigenda, eiſdem Indulgentiis, ac privilegiis fruantur, & gaudeant, quibus fruuntur, & gaudent erecta in Eccleſiis, & locis Ordinis præfati, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium decernimus, & declaramus, ac, quatenus opus ſit, de novo concedimus, & indulgemus; ita tamen, ut quoad illa ſic deinceps erigenda, modus, & forma ſerventur, quibus ejuſmodi erectiones in Eccleſiis, & locis Ordinis prædicti hactenus fieri conſueverunt, & accedat licentia Ordinarii loci, ac conſenſus Parochi, & Superiorum Eccleſiæ, Monaſterii, Hoſpitalis, & loci pii, ubi de eis pro tempore erigendis agi contigerit. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, & aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcum-

que. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Januarii 1731. Pontificatus nostri anno primo.

F. Card. Oliverius.

Loco ✠ Sigilli.

Carolus Franciscus Oddus Not. Apostol.

DECRETUM

Sacr. Congr. Episcop. & Regular.

Quo declaratur confectionem Processuum in Exteros ad Urbem venientes spectare ad Procuratorem Generalem.

„ EX Audientia Sanctissimi habita ab infrascripto Domino Secretario die 17. Februarii 1731. Sanctitas Sua, prævia circumscriptione Decreti Definitorii Provincialis in ea parte, in qua injungitur Provinciali confectio Processus contra Fratrem Joannem ab Aquila, declaravit eamdem causam contra dictum F. Joannem, & alios advenas, & exteros spectare ad Procuratorem Generalem. Romæ 13. Februarii 1731.

Card. Præfectus Barberinus.

F. Archiepiscopus Petraeen. Secretarius.

Conceditur Indulgentia Plenaria, & amplissima facultas absolvendi pro unica vice Fratres omnes, ac Moniales Ministro Generali subjectas.

CLEMENS PAPA XII.

Universis Christifidelibus præsentes literas inspecturis.

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

AD augendam fidelium Religionem, & animarum salutem, cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, ac supplicationibus dilecti Filii Bernardi Monterde Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, tam suo, qua dilecti pariter Filii Joannis de Soto, Ministri Generalis dicti Ordinis nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui Missæ solemni in quacumque Ecclesia, *tam Fratrum*, quam Monialium eidem *Ministro Generali* immediate *subiectorum* die per Ordinarios locorum gratiam, & communionem Sanctæ Sedis habentes, respective specificando, celebrandæ interfuerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, præsentibusque necessitatibus, pias ad Deum preces effuderint, *Plenariam* omnium suorum peccatorum *Indulgentiam*, & remissionem misericorditer in Domino concedimus; præsentibus pro unica vice dumtaxat valituris. Ut autem iidem Fratres, & Moniales hujus pretiosissimi thesauri participes fieri possint, quibusvis Presbyteris dicti Ordinis Regularibus ad Confessiones audiendas a Prælatis ordinariis locorum approbatis, ut Fratres, & Moniales supradictos, eorum confessionibus diligenter auditis, ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris, nec non ab omnibus excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam per literas die Cœna Domini legi solitas, aut alias quascumque nostras, & Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, pœnitentia salutari, aliisque, quæ injungenda fuerint, eis injunctis, in foro conscientiæ, & ea vice tantum absolvere, & liberare valeant, facultatem impartimur.

Cœterum non intendimus per præsentes super aliqua irregularitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ, neque etiam easdem præsentes iis, qui a Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, & interdicti, seu alias in sententias, & censuras incidisse, declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi prius satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præsertim illis, quibus facultas absolvendi in certis ibidem expressis casibus, ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut ne quidem similes, vel dissimiles indulgentiam, & facultatem ejusmodi concessiones spectantes, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, cœterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima Martii 1731. Pontificatus nostri anno primo.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

F. Cardinalis Oliverius.

Vincentius de Castroverde
Notarius Apostolicus.

Monita pro dirigendo, ut par est, pio Viæ Crucis *exercitio, edita jussu Pontificis a Sacr. Congreg. Indulgentiarum.*

AVendo la Santità di Nostro Signore Papa Clemente XII. alle suppliche del Procurator Generale dell' Ordine de' Frati Minori di San Francesco detti dell' Osservanza, tanto a nome suo, come del Ministro Generale dello stess' Ordine, ampliata l' Indulgenza della *Via Crucis* con suo Breve in data delli 16. Gennajo 1731. dal quale restano anche tolti alcuni

cuni dubj, che erano insorti dopo il Breve della Santità Sua, mosso dal paterno suo zelo per la salute delle Anime, si è compiaciuto di ordinare al Cardinal Prefetto della Sagra Congregazione dell' Indulgenze, che nel tempo stesso si fossero stabilite quelle regole, ed avvertimenti, che avessero potuto contribuire, acciocchè un sì Santo, e profittevole Esercizio, in cui deve meditarsi quell' atroce Passione, che il nostro Redentore si umiliò a soffrire *ob nimiam Charitatem, qua nos dilexit*, si faccia da Fedeli con quella divozione, e raccoglimento, ch' è necessario a conseguire quell' effetto, che abbondantemente suol derivarne.

In esecuzione pertanto degli Ordini, e della pia mente di sua Santità si danno, così a quelli, che erigeranno le Vie Crucis, come alle persone, che vorranno approfittarsi di una tal divozione, li Avvertimenti, che sieguono.

I. Ch' essendo stata conceduta la facoltà di erigere le Vie Crucis alli Religiosi soggetti al Ministro Generale de' Frati Minori, si Osservanti, che Riformati *privative quoad alias quoscumque*, non è lecito ad altri di erigerle, ed erigendosi non godono le Indulgenze.

II. Che non possano essere erette, se non da Superiori locali dell' Ordine suddetto, o di loro commissione, da un altro Religioso dello stesso Ordine; il quale però sia o Predicatore, o almeno Confessore approvato.

III. Che debbano erigersi nella forma consueta e sin'ora pratticata nell' Ordine suddetto, cioè che siano quatordici Stazioni, e che le Croci, o Cappellette rappresentino li Misterj della Passione. In quei luoghi poi, ne quali si volesse erigere fuori della Chiesa, come si usa in molti Conventi del dett' Ordine, si procuri sempre di terminare, o di cominciare dalla Chiesa, o luogo Sagro, con avvertire onninamente, che le Cappellette siano chiuse con Cancelli da non potervi entrare nè persone, nè animali, e che tanto esse, quanto le Croci siano collocate in luoghi non soggetti ad irriverenze, ed in caso, che in progresso di tempo i luoghi, ne quali fossero state erette, divenissero indecenti, debbano li Superiori sospenderle, sopra di che s' incaricano strettamente le loro Coscienze.

IV. Che nella stessa Chiesa, o luogo pio, quando sia capace, sarà bene erigere per maggior commodo del Popolo due Vie Crucis, una delle quali serva per li Uomini, e l' altra per le Donne, e quando una si pianti fuora di Chiesa, se ne eriga sempre un' altra nella Chiesa, qual' ora questa sia di tal capacità, che basti per non far confusione, acciò in tempo di pioggia, o d' altro impedimento si possa non ostante pratticar così Santo Esercizio.

V. Che questa prattica sia uniforme in tutti li luoghi, senza alterare punto quella, che a' è osservata sin' ora ne' Conventi dell' Ordine, cioè, o processionalmente da tutto il Popolo sotto la direzione d'uno, o più Sacerdoti, ovvero privatamente da ogn' uno. Quando si faccia la *Via Crucis* nel primo modo, si disponga la Processione in maniera, che gli Uomini vadano separati dalle Donne, cioè quelli prima, e queste dopo, con uno, o più Sacerdoti intermedj, e ad ogni Stazione un Cherico, o Sacerdote legga ad alta voce la considerazione corrispondente ad ogni mistero, e stazione, e dopo recitato un *Pater*, & *Ave*, e fatto un' atto di Contrizione, si tiri innanzi cantandosi trà una Stazione, e l' altra il *Stabat Mater* o altra Orazione, avvertendo tutti di contenersi con somma modestia, silenzio, e raccoglimento, mentre l' esperienza dimostra, che questo Santo esercizio pratticato con pietà, e divozione, introduce a poco a poco ne Fedeli d' ogni condizione l' uso del meditare, e la riforma de' Costumi.

VI. Che pratticandosi privatamente non è necessario recitare sei Pater, & Ave ad ogni stazione, come alcuni suppongono, ma basta meditare benche brevemente la Passione del Signore, ch' è l' opera ingionta per far acquisto delle Sante Indulgenze, e conforme all' uso introdotto, recitare un Pater, & Ave ad ogni Croce, e far un' atto di Contrizione.

VII. Che essendo la Via Crucis nella Chiesa, per quel tempo delli Uffizj Divini, e della Santa Messa, e quando in Chiesa vi sia tal concorso di Popolo, che possa cagionare tumulto, e disturbo, si astengano di pratticarla; tanto maggiormente, che non essendovi impedimento, si debbono visitare ad una ad una tutte le Stazioni.

VIII. Che dovendosi erigere la Via Crucis in qualche Monastero di Monache, o Conservatorio, non è necessario entrare nella Clausura, ma basta, che un Religioso del medesimo Ordine d'età matura, e qualificato, come si è detto nel terzo avvertimento, con licenza dell' Ordinario, benedica le Croci alle Crate, e faccia una breve instruzione alle Monache, ed altre, che si trovassero in tal Monastero, o Conservatorio, circa il modo, con il quale è necessario di visitare le Croci per partecipare delle Indulgenza, e riportarne profitto per l' anima.

IX. Che non si pubblichi da Pulpiti, nè in altra forma, e molto meno si scriva nelle Cappellette, o Stazioni un numero certo, e determinato dell' Indulgenze, che acquistano; poiche si è riconosciuto in più occasioni, che o per inavvertenza, ed equivoco, o per trasporto di devozione, si altera, o si confonde la verità delle Indulgenze; E perciò basti il dire, che chiunque s' impiegherà a meditare la Passione del Signore in questo Santo Esercizio, acquisterà per concessione de' Sommi Pontefici le stesse Indulgenze, che acquistarebbe, se visitasse personalmente le Stazioni della *Via Crucis* di Gerusalemme. Dato li 13. Aprile 1731.

L. Card. Pico Prefetto.

Gio: Arcivescovo di Tiro Segret.

EPISTOLA

ENCYCLICA

Patris Commissarii Generalis circa mox relata monita, aliaque spectantia ad pium Viæ Crucis exercitium.

Fra Crescenzio Krisper dell' Ordine de Frati Minori della più stretta Osservanza Lettur Emerito, Scrittor dell' Ordine, e in questa Cismontana Famiglia Commissario Generale, e Servo.

Alli Molto Diletti in Cristo Padri, e Frati, Superiori, e Sudditi della Famiglia medesima salute, e pace nel Signore.

IL Paterno Zelo, e sollecita vigilanza, con cui Nostro Signore Clemente XII. porge al Mondo Cattolico prove ben chiare dell' animo suo continuamente applicato a spirituali vantaggi dal Popolo Cristiano, avendolo portato ultimamente alla risolluzio-

lnzione di facilitare a fedeli la strada d' esercitarsi nella contemplazione di dolori, e morte del Nostro Redentore, con permettere, che possa erigersi anche nelle Chiese fuori del nostr' Ordine la *Via Crucis* con quello stesso Tesoro d' Indulgenze, ch' era alle sole erette nelle nostre Chiese ampiemente concesso, ed essendone a Noi per somme benignità della Santità Sua recata la notizia, stimiamo incombenza del nostr' officio il trasmetterla alle PP. VV. accompagnata dall' avviso d' alcune circostanze, che debbono inviolabilmente osservarsi, appartenenti al modo, con cui nelle Chiese, o luoghi fuori dell Ordine, potrà la suddetta *Via Crucis* fondarsi.

Posta dunque fu tal particolare la volontà della Santità Sua, dichiarata con Breve Apostolico sotto il di 30. Gennajo dell' anno corrente, e successivamente essendosi degnata d' ascultare le suppliche del Padre Reverendissimo Giuseppe Maria d' Evora Commissario Generale di Curia per la chiarezza d' alcuni dubj insorti su questa materia, ne risultò quella particolare espressione del suo benignissimo sentimento, che vedesi ordinata per varj punti nel foglio stampato sotto il titolo: *Avvertimenti necessarj per regolare il divoto Esercizio della VIA CRUCIS*, che annesso a questa nostra Circolare si trasmette. Ciò non ostante venuti poi fuori altri dubj di non picciola rilevanza, e vedendosi, che lasciati senza il convenevole scioglimento, potevano turbare la divozione de' Popoli, stimò bene il suddetto Padre Reverendissimo Commissario di Curia umiliare a piedi della Santità Sua nuove suppliche premurose, affinche si degnasse venire ad una precisa, ed individuale dichiarazione della sua mente intorno al modo, o circostanze, che possono occorrere nella suddetta erezione della *Via Crucis*. Delle quali umilissime preghiere avendo la Santità Sua ascoltato con egual bontà il contenuto, ad oggetto di mantenere lontani anche i sospetti di confusione, e disturbi, che da queste nuove fondazioni nascer potessero, per mezzo di un suo Rescritto sotto il dì 3. Maggio 1731. venne ad una particolerissima espressione della sua volontà, secondo il tenore de' punti, che sieguono.

Primo. Che i Superiori Generali facciano pubblicare a tutte le Provincie, e Conventi con loro Lettera Circolare la Istruzione con li avvertimenti suddetti del Signor Cardinale Prefetto delle Indulgenze, perche sia a tutti nota la mente della Santità Sua.

Secondo. Che invigilino, ed avvertano li Superiori Locali a non esser tanto facili nell' erigere in ogni luogo questa divozione, ma cautamente, e prudentemente, affinche la moltiplicità non ne rechi confusione, e disprezzo.

Terzo. Che dove sono Conventi dell' Ordine, essendo picciole le Città, e Luoghi, non possano erigersi altre fuori de' medesimi Conventi, e nelle Città grandi si regolino secondo una discreta distanza, e secondo il bisogno: e in caso di controversie spetti al Superior Generale il determinarla.

Quarto. Ne' luoghi, dove non sono nostri Conventi, il Convento più vicino, ed il suo Superiore locale abbia la facoltà solamente per l' erezione, e quando vi sieno due egualmente vicini, il più antico, e se di antichità ambi eguali, l' osservante preceda il Riformato, e così rispettivamente con li Scalzi, per togliere in questa guisa ogni dissensione tra Fratelli del medesimo Instituto.

Quinto. Che in tutti li dubj, li quali per simile materia possono nascere, si ricorra a Superiori Generali per le decisione, e determinazione, sotto la pena ed arbitrio de medesimi.

Essendo poi la volontà di Nostro Signore, che li Superiori locali non siano si facili ad erigere in ogni luogo questa divozione, e che in tutti li dubj si ricorra a Superiori Generali, come appare dal secondo, ed ultimo punto de' sopraddetti, restando per altro fermo il Terzo, cioè, ch' essendo picciole le Città, e Luoghi non possano erigerne altre fuori de' nostri Conventi, stimiamo essere assai a proposito il prescrivere una Regola più esatta, e stimiamo essere assai d' utile prevenire quelle dubiezze, e disordini, che potrebbono accadere in ordine alle Città grandi, e principali. Ritrovandosi adunque per ordinario in queste principali Città più Conventi dell' Ordine, sieno Osservanti, o Riformati, o Scalzi, sarà bene, che per evitare la confusione, e disprezzo, potendo bastare le sole erette nelle nostre Chiese, non se ne permettano altre fuori di queste.

Quando però accader dovesse nelle suddette Città, per calde istanze de Fedeli, qualche nuova erezzione della *Via Crucis* fuori de' nostri Conventi, vogliamo, non v' ha dubio, che si regoli l' affare secondo la già detta discreta distanza; ma determiniamo nel tempo stesso, che il Corso, e termine della medesima sia bene ponderato da Superiori Locali, che dovranno avvisarne il Superior Generale, ed ascoltare da questo le risoluzione, se la distanza da' nostri Conventi sia tale da potersi prudentemente concedere la richiesta fondazione.

Assistendo poi una special ragione per l' interiore de' Monasterj di Monache, sieno o in Città, o in altri luoghi, dovrà servarsi tal regola, che se i Monasterj son soggetti all' Ordine, dovranno farne la richiesta a Superiori respettivamente, ed aspettar da questi le suddetta fondazione, giusta il metodo prescritto nelli avvertimenti dell' Eminentissimo Cardinal Prefetto. Se poi fossero esenti dalla nostra Giurisdizione, ad oggetto di troncare quelle contese, che potrebbono nascere trà Conventi vicini, dovranno recarne a Noi l' avviso, per deputare un Religioso, che stimeremo più a proposito per esemplarità di costume; siccome abbiamo di già cominciato a praticare con sodisfazione di que' Monasterj, che ne han fatta le richiesta.

Ed affinchè specialmente i Padri Superiori Locali non possano allegare scusa, o ignoranza ne casi, che potrebbono accadere, vogliamo, che in ogni Convento si tenga copia, non solo de' suddetti avvertimenti, ed instruzioni dell' Eminentissimo Signor Cardinale Prefetto stese nel foglio annesso, ma ancora di questa nostra Circolare, e particolarmente de punti nella medesima espressi, che portano una dichiarazione più speciale della mente, e volontà di Nostro Signore, per la felicità, e salute del quale, in corrispondenza delle particolari obbligazioni, che gli professa il nostr' Ordine, dovrà ciascuna delle PP. e RR. VV. impiegare calde preghiere all' Altissimo; siccome per il nostro Reverendissimo Ministro Generale, e per Noi finalmente, che salutandole di Cuore diamo a tutti la nostra serafica Benedizione.

Data in Roma in questo Nostro Convento di Santa Maria d' Araceli il dì 26. Maggio 1731.

Loco ✠ Sigilli.

Affezionatissimo Servo nel Signore
Fra Crescenzio Krisper
Commissario Generale.

D' ordine di S. P. Rma
F. Gaetano Seg. Generale.

Con-

Confirmatur Decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, Procuratori Provinciæ Sancti Saturnini Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia concedens Institutionem Collegii Missionariorum ejusdem Ordinis in Conventu S. Luciæ Oppidi Sancti Gavini Usselen. Diœcesis.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti Filii Bonaventuræ a Mirabili, Ministri Provincialis Provinciæ Sancti Saturnini in Sardinia Ordinis Fratrum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Nobis expositum, quod ipse ex unanimi totius Definitorii ejusdem Provinciæ consensu, Conventum Sanctæ Luciæ Oppidi Sancti Gavini Usselen. Diœcesis signandum decreverat, ut, juxta indulta Apostolica, & normam a fel. record. Innocentio Papa XI. Prædecessore Nostro præscriptam, Collegium Missionariorum Fratrum dictæ Provinciæ inibi institueretur, magnum inde sperans animarum fructum, & emolumentum; ideoque tam suo, quam commissæ sibi Provinciæ nomine Nobis supplicato, ut Collegii hujusmodi institutionem permittere, ac desuper beneplacitum Nostrum concedere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos supplicem libellum Nobis super præmissis porrectum, infrascriptæ Congregationi Cardinalium remisimus; Ipsa vero Congregatio Decretum edidit tenoris, qui sequitur, videlicet.

„ Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplices preces benigne remisit, attenta relatione Procuratoris Generalis, ac re undique mature discussa, referente Eminentissimo Cardinali Belluga Ponente, benigne decrevit pro gratia; servatis tamen dispositis in Brevibus Ven. Innoc. XI. super fundatione Collegiorum Missionum, & san. mem. Benedicti XIII. incipien. *Nuper pro parte &c.* die 6. Septembris 1728. & Decreto ipsius Sacræ Congregationis diei 24. Januarii 1727. Romæ die 6. Aprilis 1731.

J. A. Card. Davia.

Loco ✠ Sigilli.

A. Archiepiscopus Petren. Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut dictus Bonaventura Minister Provincialis Nobis denuo exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, pro firmiori illius subsistentia, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret, Nos ipsum Bonaventuram Ministrum Provincialem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 21. Maii 1731. Pontificatus Nostri anno primo.

Ex-Vicarii Provincialibus, qui per biennium inter PP. Discalceatos Provinciam administrarunt, conceduntur ex-Provincialium Privilegia.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Gildardus Dufflos, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci *Excalceatorum, & Recollectorum*, quod in Provinciis *Excalceatorum* dicti Ordinis ad Hispaniam, Lusitaniam, & Indicas Nationes pertinentibus, ii, qui Vicarii Provincialis munere functi sunt, titulo, & præeminentiis Patrum Provinciæ minime gaudent, ideoque felicis recordationis Urbanus Papa VIII. Prædecessor Noster per quasdam suas desuper in simili forma Brevis die 3. Decembris 1633. expeditas literas, quarum initium *Religiosos Viros* &c. nullum in præfatis Provinciis præeminentiis hujusmodi, nisi qui Minister Provincialis fuerit, frui, & gaudere declaravit, & antea dictus Urbanus Prædecessor per alias pariter suas literas in simili forma Brevis die 13. Augusti 1625. emanatas, quæ incipiunt: *Creditum humilitati &c.* facultatem liberam Superioribus Generalibus concessit, ut in casu vacationis Ministeriatus Provincialis in primo anno sui officii, vel iterum convocarent Capitulum pro electione novi Ministri, qui triennium absolverent; vel per deputatos Vocales Vicarium Provincialem eligi curarent, qui pariter per residuum triennii cum omnibus facultatibus, & oneribus Ministri Provincialis, solo nomine deficiente, gubernarent, & hæ secundo dictæ Urbani Prædecessoris literæ, ad evitandas expensas necessario faciendas, si intra annum duo Capitula Provincialia celebrarentur, jam regulariter servantur, & alias

alias, prout in binis ejusdem Urbani Prædecessoris literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Quare præfati Vicarii Provinciales revera onus Ministeriatus portant, non secus, ac si essent Ministri, aliquando per biennium, quinimo & fere per triennium, ut recens in Provincia *Sancti Gabrielis*, *& in illa Sancti Josephi* ejusdem Ordinis accidisse memoratur; decedente in prima Ministro Provinciali infra mensem; & in secunda Provincia infra semestre ab electione respective, quin præmium, ob solum nominis defectum, reportent.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Gildardus considerans congruum esse, ut qui pares sunt onere, pares sint & honore, nomine etiam dictarum Provinciarum, præfatae Urbani Prædecessoris literae, ut, eis non obstantibus, illi tantum Vicarii Provinciales, qui ultra biennium Provinciam gubernarunt, vel imposterum gubernaverint, titulo, & præeminentiis Patrum Provinciæ, post eos vero, qui Ministri Provinciales ante, vel post eorum Vicariatum fecerint, gaudere debeant, per Nos moderari, & concedi summopere desiderent; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur dicti Gildardi votis hac in re, quantum cum Domino possumus, de benignitate apostolica annuere volentes, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui, referente dilecto Filio Nostro *Ludovico*, ejusdem S. R. Ecclesiæ *Cardinale Bellaga* nuncupato, rem undique mature discusserunt, consilio, ut Patres, qui saltem per biennium Provinciam, uti Vicarii Provinciales, gubernarunt, completo officio, *vocentur*, *& Patres Provinciæ* sint, cum prærogativis, quibus isti gaudent, authoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus, & statuimus; salva tamen semper in præmissis authoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Decernentes pariter præsentes Literas validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præfatis Urbani Prædecessoris literis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciarum, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 29. Mensis Maii 1731. Pontificatus Nostri anno Primo.

F. Card. Oliverius.

Abrogatio Decreti, quo PP. Discalceatis præcipiebatur Cantus Gregorianus.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Gildardus Dufflos Procurator Generalis Ord. Fratrum Minorum Sancti Francisci *Excalceatorum & Recollectorum* nuncupatorum Ultramontanæ Familiæ, quod alias, nempe anno 1727. postquam tunc existens Minister Generalis dicti Ordinis per suas Encyclicas ad universum Ordinem directas, de consilio felicis record. Benedicti Papæ XIII. Prædecessoris nostri, ordinaverat, ut Fratres in omnibus Conventibus, & Provinciis totius Ordinis, etiam *Fratrum Discalceatorum*, cantu Gregoriano in Divino Officio, & Missa Conventuali uterentur; subinde Benedictus Prædecessor suo rescripto per Secretarium Status tunc expedito, Capitulo Generali ejusdem Ordinis in Civitate Mediolanensi, sub gravibus pœnis intimaret, & præciperet, in cujus quidem debitam obedientiam Capitulum Generale præfatum die 4. Junii 1729. celebratum, præfati Apostolici mandati mentione, idipsum, sub privationis vocis activæ, & passivæ pœna, a Guardianis contrafacientibus incurrenda, præcepit.

Verum *Provinciæ Hispaniarum, & Indiarum dicti Ordinis a Sancto Petro de Alcantara institutæ*, & ab eo cum cæteris rigidissimis Statutis modum canendi humilem, & simplicem a musicis notis omnino alienum acceperunt, qui modus canendi humiliter, & devote in Statutis earumdem Provinciarum Apostolica authoritate factis, & confirmatis præcipitur, & tùm in honorem præfati S. Petri, tùm quia eorumdem Discalceatorum Strictiori Instituto est conformis, magnamque semper devotionem in Populo excitavit, & per duo, ac amplius integra sæcula in dictis Provinciis servatus fuit.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Religiosi in novo cantu Gregoriano hujusmodi non levia incommoda & difficultates, experiantur, ob defectum peritorum, qui aliis præcepta Musicæ tradant, ejusque Libri pro servitio Chori, & aliorum ad id necessariorum, nonnisi magnis ex ensis comparari possint, ac etiam quia grave nimis sit filiis institutum tam mirabilis Sancti, tanto tempore observatum immutare: Nobis propterea dictus Gildardus, tam suo, *quàm pluriam* ex dictis Provinciis nomine, humiliter supplicari fecit, ut de opportuno remedio in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsum Gildardum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, mandatum à memo-

memorato Benedicto prædeceſſore Capitulo Generali ſuper cantu Gregoriano in Officio Divino, & Miſſa Conventuali, factum, & ab eodem Capitulo ſub gravibus pœnis Guardianis Conventuum Provinciarum hujuſmodi ordinatum, & intimatum, ut præfertur, *pro iis tantùm Provinciis, in quibus totius Diffinitorii Provincialis conſenſus acceſſerit, & in quibus præteritis temporibus fuerit uſus cantu ſimplici, & non Gregoriano canendi*, ita tamen, ut in unaquaque Provincia uniformis ſit cantus in tota Provincia, authoritate Apoſtolica tenore præſentium moderamus.

Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, pleniſſime ſuffragari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non, & quatenus opus ſit, Ordinis, & Provinciarum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cœteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 12. Julii 1731. Pontificatus Noſtri anno Primo.

F. Card. Oliverius.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, quo ſtatuitur ut in Domibus Religioſis Provinciæ Sancti Gregorii in Inſulis Philippinis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum ſervetur Clauſura.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilecti Filii Joſephi a Santa-ella Congregationis Miſſionis, & Procuratoris Provinciæ Sancti Gregorii in Inſulis Philippinis, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium, nomine dilecti etiam Filii moderni Miniſtri Provincialis dictæ Provinciæ, expoſito, quod eadem Provincia, licet pluſquam ſexaginta religioſis Domibus conſtet, Sacraſque Miſſiones in Sinarum Regnis ſedulo conſervet, trecentorum tamen Fratrum Presbyterorum numerum non excedebat, nec omnino excedere valebat; cum illius conſervatio unice penderet a Fratribus dicti Ordinis, qui zelo Dei, & lucri animarum ducti ex Hiſpania, de Superiorum ſuorum licentia, ac Catholicorum Regum ſumptibus, in partes illas remotiſſimas trajiciunt; indeque fiebat, quod tametſi Domus religioſæ prædictæ haberent amplas Eccleſias, & curam animarum, nec non converſionis Infidelium, qui in iis regionibus, præſertim montanis, & locis ſylveſtribus, adhuc ſuperſunt, & capaces forent ſuſtentandi integram Fratrum Familiam; nihilominus, ob deficientiam Religioſorum, nonniſi quatuor, aut quinque, imo quandoque tres, duo, aut etiam unus dumtaxat dictorum Fratrum, quoties nimirum Miſſionarii Hiſpani adventum ſuum diutius remorantur, vel in mari pereunt, ut non ſemel accidit, in unaquaque ex Domibus Religioſis hujuſmodi reſidebant, exceptis dumtaxat Domibus Manilleuſi, ubi integra, & de Dilao, ubi media Familia haberi ſolet; Fratres vero Provinciæ prædictæ jam inde ab illius inſtitutione, ac primordio ſemper voluerant, ac procuraverant, ut in omnibus prædictis Domibus Regularis obſervantia, & alia vitam regularem concernentia, quantum pro numero Fratrum in illis degentium, aliiſque rerum circumſtantiis fieri poſſit, cuſtodirentur, & retinerentur, non ſecus, ac ſi eſſent Conventus formales. Et in eadem expoſitione ſubjuncto, quod cum aliquibus in dubium revocaretur, an prædicta regularis clauſura in iiſdem Domibus obſervanda foret, ipſæque Domus privilegiis Conventuum gaudere deberent, idem Joſephus, pro majori bono dictæ Provinciæ, ac meliori inibi religioſæ diſciplinæ conſervatione, ſingulas Domos prædictas, quamvis nonniſi ſupra expreſſus Fratrum in eis numerus habeatur, privilegiis Conventuum Ordinis prædicti gaudere, & Clauſuræ regulari hujuſmodi, cœteriſque oneribus, quæ ſufferre poſſunt, ſubjacere, concedi, ac decerni ſummopere deſiderabat, emanavit a memorata Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet.

„ Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, ad quam Sanctiſſimus Dominus Noſter Papa ſupplices preces remiſit, attenta relatione Procuratoris Generalis, referente Eminentiſſimo Domino Cardinali Belluga Ponente, ſtatuit, & Decrevit, in Domibus Religioſis Fratrum Minorum Diſcalceatorum Sancti Petri de Alcantara Provinciæ Philippinarum Sancti Gregorii, ſervandam eſſe Clauſuram, utque gaudeant Privilegiis Conventuum; ſine præjudicio tamen jurium Epiſcoporum, Parochorum, & aliorum Regularium, atque Conſtitutionum Apoſtolicarum, & particularium Diſcalceatorum: & quoad acceſſum Religioſorum præfatarum Domorum ad Capitula Provincialia nihil innovetur, ſed ſolitus, & antiquus illius Provinciæ modus ſervetur, ſub pœna nullitatis actorum, ac demum in primodictis Inſulis Philippinis erigere non poſſint Patres Excalceati novas Provincias, niſi cum conſenſu Capituli Generalis.

Romæ 20. Julii 1731.

Card. Barberinus.

A. Archiepiſcopus Petren.

§. 1. Cum autem, ſicut dictus Joſephus Nobis ſubinde exponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret; Nos eumdem Joſephum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a qui-

busvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate supradictæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis prædictorum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 24. Augusti 1731. Pontificatus nostri anno secundo.

F. Card. Oliverius.

SUb die 22. Septembris anni 1731. fel. record. Clemens Papa XII. literis consuetis *Salvatoris, & Domini Nostri*, confirmavit quæ Urbanus VIII. decreverat pro necessitatibus Terræ Sanctæ.

L I T E R Æ

Reverendissimi Patris Ministri Generalis convocatoriæ ad Congregationem Generalem Romæ habendam anno 1732.

FRATER JOANNES DE SOTO

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci Minister Generalis, & Servus.

Universis, & singulis dilectis Nobis in Christo Ultramontanæ nostræ Familiæ Patribus, & Fratribus, Superioribus, & Subditis salutem, & seraphicam benedictionem.

COngregationem generalem intermediam nostræ Ultramotanæ Familiæ, post triennium ab ultimo Capitulo generali decursum, in proximo imminentem, ac in vigilia Pentecostes anni 1732. die 31. mensis Maii Romæ, & in Conventu nostro Sanctæ Mariæ de Aracœli, ad tenorem Apostolicarum, & Generalinm nostri Ordinis Constitutionum, aspirante Patre Luminum, sub nostra assistentia, & præsidentia, vel etiam Delegati nostri, quando legitimo impedimento detenti simus, celebrandam, vobis omnibus per præsentes nostras facimus, & prout pastoralis nostri officii cura exigit, indicimus, & publicamus; atque ad ejus legitimam, & canonicam celebrationem, electionem præsertim Commissarii Generalis, juxta percelebrem *Unionis Bullam*, harum serie, & ad præscriptum Sistuti Generalis Romani de anno 1678. convocamus Patres nostros, quibus jus est in ipsa generali Congregatione suffragium ferre, videlicet Reverendissimum Patrem Commissarium Generalem Familiæ, Rmum Patrem Commissarium Generalem Romanæ Curiæ, Reverendissimos PP. ex Vice-Commissarios Generales, Admodum RR. PP. Procuratorem Generalem Reformatorum, Definitores Generales Ordinis Nationis Italiæ, Germaniæ, & aliarum integrantium nostram Ultramontanam Familiam, tam Observantes, quam Reformatos. Præcipientes omnibus, & singulis per Sanctam obedientiam, & sub pœnis in Constitutionibus Generalibus contentis, quatenus opportuno tempore ad diem præfixam, vigiliam nempe Ascensionis Domini, vigesima prima Maii ejusdem sequentis anni in præfato nostro Conventu personaliter compareant, nisi vera, & realis causa testimoniis fide dignis roborata, & a Definitorii Patribus approbata hujusmodi, stricte mandamus sub pœnis arbitrio nostro infligendis, ut nonnisi dumtaxat unicum socium eorum quisque secum ducat, & si expensa aliqua in itinere ex necessitate facienda sit, Tertiarium etiam deferre possint, qui Sindici Apostolici vices gerat, & ipsius nomine expensas prædictas inevitabiles faciat; supradictosque omnes in Domino monemus, & pro munere nostri debiti hortamur, ut euntes, & redeuntes cum exemplari modestia, religiosa compositione, & gravitate se gerant, sicut decet Seraphici P. N. filios, Sanctæ humilitatis, altissimæque paupertatis Professores: Præcipientes insuper, sub pœna Apostasiæ ipso facto incurrenda, aliisque arbitrariis, ne, præter Patres supradictos cum suis Sociis, & eos, quibus a Nobis, aut Delegato nostro concessa fue-

fuerit licentia specialis, nullus sub quovis prætextu, aut quæsito colore ad præfatam generalem Congregationem accedere, aut ad hunc effectum è propria Provincia exire audeat, vel præsumat; Ministris autem, & Custodibus injungimus, ut si quid dignum, aut commendabile, vel etiam necessario providendum, aut resolvendum cognoverint in propriis respective Provinciis, aut Custodiis, illud Definitoribus suæ Nationis commendent, vel ad generalem Congregationem transmittant. Denique, ut a Deo Optimo Maximo honorum omnium largitore actionum nostrarum directionem, & felicem agendorum successum impetrare valeamus, iis nostris encyclicis literis acceptis, & in singulis Provinciis præfatæ Ultramontanæ Familiæ, earumque Communitatibus solemniter promulgatis, preces ad Deum fervide, & incessanter fundantur, & a Paschate Resurrectionis Domini supradicti anni, usque ad diem electionis faciendæ, qualibet quinta feria solemni festo non impedita, in singulis Conventibus decantetur Missa de Spiritu Sancto, ac de eodem in Missa privatis a Sacerdotibus Collecta recitetur, in Choro post Matutinum, Vesperas, & Missam Conventualem, seu majorem, dicatur hymnus *Veni Creator Spiritus* cum Antiphonis, & Orationibus de Spiritu Sancto, de Immaculata Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, & de Seraphico P. N. Francisco. Ab Ascensione autem Domini, usque ad prædictum Pentecostes festum exclusive, per Ecclesias, & Claustra solemnes fiant Processiones, in quibus Litaniæ Sanctorum cum precibus, & Orationibus decantentur: in ipsaque Vigilia Pentecostes Religiosi omnes peccata sua devote confiteantur, quos Patres Confessarii auctoritate nostra ipsis per præsentes concessa, ab omnibus Casibus, & Censuris Nobis reservatis absolvere valeant, Sacerdotes celebrent, & alii sacrosanctam Synaxim devote sumant; Summo mane Sacrum etiam de Spiritu Sancto solemniter decantetur, fiatque Processio, ut supra; in quibus omnibus Religiosi singuli ad Deum pias preces effundere curent pro incolumitate Sanctissimi Domini Nostri Domini Clementis PP. XII. S. R. E. exaltatione, hæresum extirpatione, & Christianorum Principum pace, & illorum insuper, quibus Nos, & Nostra Religio patrocinii, munificentiæ, & beneficii jure adstringimur; summam item, atque infinitam bonitatem enixe, & devote exorantes, ut quæ agenda sunt, ad sui laudem, & honorem, ad Nostri Ordinis incrementum, animarum salutem, totiusque suæ Ecclesiæ Sanctæ utilitatem, & profectum cedant, & ea præveniendo aspiret, & adjuvando prosequatur. Valete Fratres charissimi, Denuoque pro Nobis ferventissime exorate.

Datum Matriti die 13. Octobris 1731.

F. Joannes de Soto
Minister Generalis.

De mandato P. S. Rmæ.

F. Joannes Franciscus de Sorexina
Secret. Generalis Ordinis.

Indulgentia Plenaria Perpetua in Festo Sacrorum Stigmatum S. P. N. Francisci.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CŒlestium munerum Thesauros, quorum dispensationem fidei nostræ credidit Divina dignatio, libenter erogamus, cum ad fovendam, incitandamque fidelium devotionem salubriter expedire in Domino arbitramur. Supplicationibus itaque dilecti Filii Josephi Mariæ ab Ebora Commissarii Generalis Curiæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ac etiam totius Ordinis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis favorabiliter assensum præbere cupientes, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Domorum, tam Fratrum, quam Monialium ubique existentium, dilecto pariter filio Ministro Generali ejusdem Ordinis immediate subjectorum, die festo Commemorationis impressionis Sacrorum Stigmatum, quibus dictus Sanctus Franciscus in Monte Alverniæ Redemptionis nostræ signis mira Dei gratia decoratus fuit, a primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 30. Augusti 1732. Pontificatus nostri anno secundo.

F. Card. Oliverius.

A. R. P. Philippus Ripert loco Patris Chrysogoni de Chastain demortui Diffinitor Generalis pro Recollectis Galliæ constituitur.

CLEMENS PAPA XII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

REligionis Zelus &c. Cum itaque, sicut dilectus filius Gildardus Dufflos Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Discalceatorum, & Recollectorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, officium Definitoris Generalis pro Recollectis Franciæ, quod quondam Chrysogonus de Chastain Frater expresse professus dicti Ordinis, dum viveret, obtinebat, per obitum ejusdem Chrysogoni vacaverit, & vacet de præsenti; verum inter Recollectos Galliæ nullus de

præsenti reperiatur, qui eidem Chrysogono de jure subrogari debeat, cum juxta Statuta Ordinis caveatur expresse, ut eantum, illi qui aut Procuratores generalis, aut Commissarii Curiæ, seu Definitores Generalis fuerint, subrogari queant: ipse Gildardus Procurator Generalis Te, qui, ut ipse asserit, Frater expresse professus Ordinis hujusmodi, ac Definitor, & Ex-Provincialis Provinciæ Sancti Bernardini in Gallia existis, nec non in novissimo Capitulo Generali dicti Ordinis Mediolani celebrato, Commissarii Provincialis, sive Pro-Ministri officio functus fuisti, in Definitorem Generalem, in locum præfati Chrysogoni defuncti, constitui plurimum desideret: Nos te, ac præfatum Gildardum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; supplicationibus ipsius Gildardi Procuratoris Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de tua Fide, prudentia, Doctrina, charitate, integritate, vigilantia, ac Religionis Zelo plurimum in Domino confisi, Te in Definitorem Generalem pro Recollectis Franciæ, in locum memorati Chrysogoni defuncti, pro residuo temporis, ad quod idem Chrysogonus in officio Definitoris Generalis hujusmodi durare debebat, cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, auctoritate, Privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, auctoritate Apostolica tenore præsentium constituimus, & deputamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis præfati Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut Te ad demandatum tibi per præsentes Definitoris Generalis hujusmodi officium, illiusque exercitium, juxta earumdem tenorem præsentium, recipiant, & admittant, teque recognoscant, & tibi in omnibus idem officium concernentibus faveant, & assistant, ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quâvis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam majorem sub Annulo Piscatoris, die 25. Septembris 1731. Pontificatus Nostri anno tertio.

F. Card. Oliverius.

VALENTINA FUNERUM

7. *Decembris* 1731.

CHristi nomine invocato pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quam de juris peritorum consilio in his scriptis ferimus, in causa, & causis, quæ primo, & in prima, seu alia veriori, coram nobis versæ fuerunt, & vertuntur instantia inter V. Conventum, & RR. PP. Sancti Francisci Strictioris Observantiæ Discalceatorum Villæ Liriæ, Regni Valentiæ ex una, & RR. Parochum, & Beneficiatos Ecclesiæ Parochialis dictæ Villæ Liriæ partibus ex altera, de, & super observatione, & executione infrascriptorum Decretorum S. Congregation., & Constitutionum Apostolicarum, videlicet, S. Rituum Congregationis. *An liceat Curatis, salvis eorum juribus Parochialibus, impedire contra voluntatem hæredum defunctorum, ne Regulares non Curati ad suam Corpora ad quasvis Ecclesias deferenda, non cum Parochis, & Clericis processionaliter associent?* Et respondit: *Regulares in casu proposito non posse impediri*: Secundo. *An prædicti Curati possint cogere hæredes, seu executores testamentarios ut solvant pro Defunctis, qui tumulantur in Ecclesiis Regularium, in quibus Cadavera sepeliuntur?* Et respondit: *Non posse cogere*; die 13. Aprilis 1633. confirmat. *a Sanctæ mem. Urbano* VIII. in ejus Constitutione incipiente; *Nuper* dat. 25. Junii 1603. inter impress. in Bull. Rom. 188. & penes Romanguer *Ad constitutionem earumdem lib. 3. tit. 9. & p. 3. num.* 24. Item Constitutione Sanctæ memoriæ Urbani VIII. impress. *in Bull. Rom. in ordin.* 244. *incipiente: Cum sicut &c.* 11. *Martii* 1638. ac penes Romanguer *loc. cit. num.* 26. In qua de consilio Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium demandatur Ordinariis locorum, ut provideant omnino, ne diutius hujusmodi abusus tolerentur, & decernant, ne Parochi plus percipere possint in sepulturis, quæ fiunt in Ecclesiis Regularium, quam in propriis, seu aliorum Clericorum, non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Item Sacra Congregatio Rituum juxta alias resoluta respondit: *Officium super Cadaveribus in Ecclesiis Regularium spectare, & pertinere ad ipsos Regulares, non autem ad Curatos defunctorum, & ita in posterum servari mandavit, non obstante contraria consuetudine*: die 27. Novembris 1628. Ejus Sacræ Congregationis ibi, Juxta resoluta respondit: *Electionem, & numerum Religiosorum pro associandis Cadaveribus ad libitum hæredum defunctorum spectare, & pertinere, & ita ubique servari debere declaravit*. Et Die 4. Januarii 1640. confirmatur per Sanctæ memoriæ Alexandrum VII. in Constitutione impress. in Bull. Rom. La 95. & penes Romanguer loc. citato num 21. incipiant. *Alias*: sub die 30. Aprilis 1660. Item Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium *censuit Oratoribus dandam esse infrascriptam declarationem, alias editam, nempe: Parochis in associatione, sive occasione associationis Cadaverum, non licere ingredi Ecclesias Regularium, sed teneri dimittere eadem Cadavera ad Januam Ecclesiarum, ibique solum posse benedicere, & dare ultimum vale. Officia vero, & alia munera, quæ hujusmodi ministeriis adhiberi soleat, ab ipsis Regularibus peragi debere, non autem a Parochis, atque ita in præmissis omnino*

na drin-

no deinceps fieri, & exequi præsentium vigore mandat, & præcipit, contrariis quibuscumque non obstantibus: die 27. Novembris 1651. Confirmatus a Sanctæ mem. Clemente X. in ejus Constitutione 57. Bull. Rom., incipiente: *Nuper*; sub die 18. Januarii 1622. ejus S. Cong., Ad tollendas indebitas exactiones, quæ, ut proponitur, in tumulandis defunctorum corporibus fieri solent, Censuit injungendum, prout præsentis decreti tenore injunxit, Archiepiscopo Brundusino, cœterisque locorum Ordinariis, ne permittant, ut Parochi, aliique de Clero Sæculari, majorem post hac eleemosinam sibi attribui faciant ab hæredibus defunctorum, qui in Ecclesiis Regularium prædictorum sepulturam sibi elegerint, quam percipere possunt, si in Parochiali, seu alia ipsius Cleri Secularis Ecclesia sepeliri voluissent, contrariis quibuscumque non obstantibus; Die 7. Novembris 1640. Ex cujus Sacr. Congregat. attentis narratis, juxta alias resoluta, censuit, functiones funebres super Cadavera defunctorum, quæ in Ecclesiis Regularium contingit sepeliri, post quam ad suas Ecclesias pervenerint, ad ipsos Regulares, non ad Parochos, pertinere, & proinde ita in eorum Ecclesiis circa præmissa servandum esse, prout servari mandat, & præcipit, non obstantibus quibuscumque, die 31. Augusti 1657. Confirmat. v. g. san. mem. Clement. X. in ejus Constitutione 58. Bull. Rom. incipient. *Alias, sub die* 18. Januarii 1672. & penes Romanguer *loco citato num.* 28. *& respective super restitutione Cadaveris q. Victoriæ Mai, una cum omnibus emolumentis, & funerali pompa in sequelam etiam resolutionum* S. Cong. relat. in dicta Constitutione f. m. Alexandri VII. incipient. *Alias*. Nec non super exemptione à solutione quartæ funeralis toti Ordini Sancti Francisci concessa a diversis Summis Pontificibus, & signanter ex Constitutione Alexandri IV. de anno 1260. *quæ est la* 129. *apud Vadding. tom.* 2. *quarta Clement. IV. de anno* 1265. *in Bull. Cherubin confirmat. per alias Eugenii IV. ann.* 1439. *impress. penes. Vadding., ubi super tom.* 5. *in Ordine la* 166. 7. *Gregor. XI. de ann.* 1374. *apud Cherubin.* 9. *Joan. XII. de ann.* 1410. *apud Vadding. tom.* 5. 8. *Leonis X. anno* 1524. *apud Rodrig.* in collect. privileg. 6. *Sixti IV. penes Cherubin. ann.* 1474. 1. *Pauli IV.* 1555. 51. *Clement. VIII. anno* 1597. 4. *Pauli V. ann.* 1609. *Urbani VIII. anno* 1624. *in Bull. Cherubin. rebusque aliis &c.* „ Prævia,
„ quatenus opus sit, reintegratione nostri monito-
„ rii, dicimus, pronunciamus, decernimus, decla-
„ ramus, & definitive sententiamus, supra recen-
„ sita decreta dictarum Sacrarum Congregationum,
„ una cum dictis Constitutionibus confirmatoriis di-
„ ctorum Decretorum, omnesque recensitas Con-
„ stitutiones concernentes exemptionem Ordinis San-
„ cti Francisci a solutione quartæ funeralis, ob-
„ servanda, & exequenda fore, & esse, prout
„ observari, & exequi volumus, & mandamus,
„ nullumque jus, nullamque actionem dictis Pa-
„ rocho, & Beneficiatis competiisse, competere,
„ tam circa jus ingrediendi in dictam Ecclesiam dicti
„ Conventus, & inexplendi functiones funebres, con-
„ tra formam supradictam Decretorum, ac Consti-
„ tutionum Apostolicarum, quam etiam circa exa-
„ ctionem quartæ funeralis, quæcumque desuper ne-
„ cessaria, & opportuna decernenda, & relaxanda
„ fore, & esse, prout decernimus, & relaxamus,
„ & pro decretis, & relaxatis haberi volumus, & man-
„ damus, dictosque RR. Patres ab indebita petitione
„ absolvendos, & liberandos fore, & esse, prout
„ absolvimus, & liberamus, & pro absolutis, &
„ liberatis haberi volumus, & mandamus.

„ Item pari nostra sententia, dicimus, pronun-
„ ciamus, & definitive sententiamus fore, & esse
„ per dict. RR. Parochum, & Beneficiatos restituen-
„ dum Ecclesiæ, & Conventui Cadaver prædictæ
„ Victoriæ Mai, una cum funerali pompa, ac om-
„ nibus, & singulis emolumentis, in eaque fore,
„ & esse tumulandum, ad formam illius testamenti,
„ & interim de restituendo, seu aliud quodcumque
„ desuper necessarium, & opportunum decernen-
„ dum, & relaxandum fore, & esse, prout decer-
„ nimus, & relaxamus, & pro decreto, & relaxa-
„ to haberi volumus, & mandamus, perpetuum-
„ que silentium super omnibus premissis dictis RR.
„ Parocho, & Beneficiatis imponendum fore, & esse,
„ prout imponimus, & pro imposito haberi volu-
„ mus, & mandamus, victosque pro victoribus in
„ expensis condemnamus, quarum taxationem no-
„ bis, vel cui de jure, imposterum reservamus, &
„ ita dicimus, pronunciamus, decernimus, de-
„ claramus, & definitive sententiamus, non solum
„ &c. sed, & omni &c.

Revocentur diversæ facultates a Romanis Pontificibus per eorum vivæ vocis oraculum, vel rescripta, concessæ.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex gregis Dominici curæ, sibi divinitus commissæ, more seduli Pastoris, jugiter advigilans, nonnulla, quæ a Prædecessoribus suis concessa noscuntur, justis interdum suadentibus causis, quibus præsertim Ecclesiasticæ disciplinæ conservationi, animarum Christifidelium saluti, ac recto rerum ordini consulitur, pro Apostolici muneris sui solicitudine moderatur, revocat, & immutat, sicuti, omnibus debitæ considerationis trutina perpensis, conspicit in Domino salubriter expedire.

§. 1. Itaque de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula infrascripta indulta, facultates, & gratias, quæ tam ad supplicationem partium, quam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, vivæ eorum vocis oraculo, vel per rescripta propria illorum, aut de eorum mandato cujusvis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatæ Cardinalis, alteriusve ipsorum Prædecessorum, vel Sedis Apostolicæ Officialis, & Ministri, manu signata, quibuscumque utriusque sexus personis Secularibus, & Regularibus cujuslibet status, gradus, conditionis, præeminentiæ, ac dignitatis, sive Ecclesiasticæ, sive temporalis existentibus, etiamsi de iis specialis, ac individua mentio, & expressio necessario facienda foret; Communitatibus quoque, Universitatibus, Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Conventibus, & Monasteriis cujusvis Ordinis, Congregationis, Militiæ, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, ac Instituti, & Societatis, etiam Jesu, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, exemptorum, & non exemptorum, ac quovis tandem privilegio suffultorum, nullis prorsus exceptis, quandocumque, & qualitercumque concessa fuerunt, tenore præsentium revocamus, cassamus, tollimus, abroga-

abrogamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac revocata, cassata, sublata, abrogata, irrita, & annullata, viribusque, & effectu vacua esse, ac perpetuo fore, neque de cætero cuiquam suffragari posse, vel debere, decernimus, & declaramus.

§. 2. Indulta autem, Facultates, & Gratiæ hujusmodi sunt, quæ sequuntur, videlicet:

I. Excipiendi Confessiones sive Sæcularium, sive Regularium, etiam Monialium, aut aliarum quarumvis personarum, in Conventibus, Monasteriis, seu Conservatoriis degentium, absque expressa Ordinariorum, ac Superiorum illorum, ad quos pertinet, facultate; nec non eligendi sibi Confessarium ab iis respective non approbatum.

II. Absolvendi quoscumque sive Sæculares, sive Regulares utriusque sexus a peccatis, pœnis, & censuris, in literis die Cœnæ Domini quotannis legi, & publicari consuetis, vel alias Sedi Apostolicæ, locorumve Ordinariis, aut Superioribus Regularibus quoquo modo reservatis: prout quoque eligendi Confessarium etiam ex legitime ad audiendas Confessiones approbatis, qui a peccatis, pœnis, ac censuris sic reservatis absolvat.

III. Eximendi, seu absolvendi quemlibet ab obligatione denunciandi in casibus, quibus denunciatio, juxta præscriptum Constitutionum Apostolicarum, seu alias, fieri debet.

IV. Utendi quibuscumque facultatibus, etiam generaliter concessis, quoad alitercumque dictæ Sedi, vel etiam ipsi Romano Pontifici reservata: sive per eos majori, vel minori Pœnitentiariis attributis, durante jubilæo, vel Missionum, Exercitiorum Spiritualium, Quadragesimæ, Adventus, aut alio quovis anni tempore; sicuti etiam utendi facultatibus, quæ ab officio Pœnitentiariæ Apostolicæ aliquando impertiri solent.

V. Relaxandi juramenta qualibet, etiamsi de nullo cujusquam agatur damno, seu præjudicio.

VI. Dispensandi, sive commutandi vota quæcumque, licet simplicis dumtaxat, ac juramento minime confirmata.

VII. Dispensandi cum quibusvis personis Sæcularibus pariter, vel Regularibus super qualibet irregularitate, & inhabilitate quomodocumque, ex delicto, vel defectu, etiam prorsus occultis, proveniente, tam pro exercendis susceptis, quam suscipiendis quibusvis Ordinibus, ac retinendis, & assequendis quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis.

VIII. Dispensandi super quocumque impedimento, quantumvis occulto, Matrimonium dirimente, sive agatur de Matrimonio contrahendo, sive de convalidando jam contracto.

IX. Convalidandi titulos Beneficiorum Ecclesiasticorum simoniace, vel ex alio quovis capite invalide obtentorum: ac condonandi fructus qualitercumque indebite perceptos; aut componendi super iisdem fructibus.

X. Celebrandi Missam, itineris, aliave occasione, in quocumque loco super Altari portatili, sive extra tempus ab Ecclesia definitum: vel non servandi omnia, & singula ab ipsa Ecclesia præcepta, & ordinata circa celebrationem Missæ, & administrationem Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti.

XI. Officium Divinum absque legitima causa non recitandi, illudve commutandi in alias preces, vel opera pia, sive recitandi unum officium pro alio, aut extra tempus ab Ecclesia statutum: vel super præmissis cum aliis dispensandi.

XII. Indulta quæcumque a Regularibus utriusque itidem sexus obtenta, votum paupertatis quomodolibet lædentia, aut Regulari Observantiæ, Apostolicis Constitutionibus, propriique Ordinis, seu Instituti Statutis contraria, vel adversantia.

XIII. Facultas Regularibus alloquendi Moniales, etiam Consanguineas, aliasque personas intra Clausuram degentes, absque peculiari Superiorum, ad quos quomodocumque spectat, licentia.

XIV. Indulta, Facultates, & Gratias mox relata, eorumve aliqua in toto, vel in parte, indefinite, vel ad tempus, & in casu particulari, seu alio quovis modo aliis communicandi.

§. 3. Quæ quidem omnia, & singula, etiamsi sub quibuslibet aliis, quantumvis amplis verborum formis, & tenoribus concessa, & impetrata fuerint, quoad utrumque forum, ac generaliter, sive res sit de casu occulto, sive de publico, revocata, & abrogata esse, ac intelligi, & censeri debere statuimus.

§. 4. Districte propterea prohibemus, ne quisquam deinceps indultis, facultatibus, & gratiis sic per Nos revocatis, & abrogatis, ullatenus uti audeat seu præsumat, sub pœna excommunicationis, ac privationis Officiorum, Dignitatum, & quorumvis Beneficiorum obtentorum, vocis activæ & passivæ, nec non inhabilitatis ad audiendas Confessiones, & ad officia, Dignitates, & Beneficia hujusmodi in futurum obtinenda, ipso facto, absque ulla alia declaratione per transgressores respective incurrenda, a qua nonnisi a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam quoad excommunicationem præfatam in mortis articulo constituti, absolutionis, dispensationis, seu rehabilitationis beneficium valeant obtinere.

§. 5. Noverint insuper Pœnitentes, & alii Fideles, absolutiones, dispensationes, relaxationes, commutationes, convalidationes, compositiones, & alia hujusmodi, si quæ in posterum contra hanc nostram prohibitionem obtinuerint, nulla fore, nulliusque roboris, ac momenti.

§. 6. Cæterum per præsentes non intendimus revocare supradicta indulta, facultates, gratias, quæ per quasvis literas Apostolicas, etiam in simili forma Brevis expeditas, vel rescripta a S. R. E. præfatæ Cardinalium, aut Romanæ Curiæ Prælatorum, aliisve Almæ Urbis Congregationibus edita, & ab eisdem Prædecessoribus approbata; necnon per dictum officium Pœnitentiariæ Apostolicæ quandocumque concessa fuerint, seu emanaverint: quæ salva, ac firma remanere volumus.

§. 7. Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta, etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, ad ea vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, seu alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, in controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse; sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, & alios quoslibet quavis præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctorita-

ritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis; necnon, quatenus opus sit, quarumlibet Ecclesiarum, Ordinum, Congregationum, Militiarum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Institutorum, Societatum, etiam Jesu, Commmunitatum, Universitatum, Capitulorum, Collegiorum, Confraternitatum, Conventuum, & Monasteriorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac Consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantiscumque vicibus innovatis.

§. 9. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & inserentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse, ac plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Ut autem eædem præsentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, seu earum exempla, ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, & Aciei Campi Floræ de Urbe præfata, ut moris est, affigi, & publicari; sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent. Utque ipsarum literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 12. Februarii 1731. Pontificatus Nostri anno secundo.

F. Card. Oliverius.

Plura Privilegia a Benedicto XIII. Mendicantibus concessa revocantur, & ad terminos juris communis reducuntur.

CLEMENS

EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex, quem Cœlestis Pater Familias vineæ suæ custodiendæ præposuit, die, noctuque Operarios impigre in ea laborantes circumspicit, congruam, imo amplam mercedem eis largiturus, ut vinea probis Agricolis, hoc pacto, ad eam alacrius excolendam, incumbentibus uberiori proventu fructificare possit.

Sane felicis recordationis Prædecessor noster Benedictus Papa XIII. strenuas Ordinum Regularium, & Mendicantium Cohortes hanc Domini vineam, atque agrum Ecclesiæ indesinenter colere conspicatus, ac paterno erga eos animo affectus, *quo etiam nos ipsi utique afficimur*, plura eis privilegia concessit; ratus ea pari voluntate universim excipienda: quod tamen secus evenisse nos ad Supremi Sacerdotii apicem, disponente Domino, evecti ægre intelleximus; inde nimirum, præter omnem expectationem nostram, variis litibus, & controversiis exortis, ac nisi opportune occurratur, fortasse imposterum exorituris. Quare nonnullis ex hujusmodi literis, & Constitutionibus Apostolicis mature perpensis, ad sedandos rumores propterea excitatos, mutuamque, & vere Christianam inter Episcopos, & Regulares Familias, ac etiam Seculares Ordines, & sodalitates, publicasque Universitates, benevolentiam, & pacem ubique in Ecclesia servandam, de consilio nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in hanc sententiam devenimus, ut subsequentibus literis, & Constitutionibus Apostolicis, eodem Pontifice Benedicto sedente, vulgatis, aliquam moderationem auctoritate nostra adhibendam esse decerneremus. Literæ vero ipsæ, & Constitutiones Ordinibus Regularibus pridem concessæ, hæ sunt.

„ Editæ quarto Idus Decembris Anno Domini
„ 1725. quæ incipiunt: *Paterna*. Aliæ nono Kalen-
„ das Junias 1726. quæ incipiunt: *Ratio Apostoli-*
„ *ci Ministerii*. Aliæ, tertio nonas Julias ejusdem an-
„ ni, quæ incipiunt: *Singularis devotio*. Aliæ octa-
„ va Augusti ejusdem anni, quæ incipiunt: *Exponi*
„ *nobis nuper fecerunt*. Aliæ Kalendis Septembris
„ ejusdem anni, quæ incipiunt: *Vitæ, & morum*
„ *integritas*. Aliæ, Kalendis Januarii anni 1727.
„ quæ incipiunt: *Libenter*. Aliæ quinto nonas Mar-
„ tias ejusdem anni, quæ incipiunt: *Loca Sancta*.
„ Aliæ Kalendis Aprilis ejusdem anni, quæ inci-
„ piunt: *Ex quo Sedes*. Aliæ, quinto nonas Aprilis
„ ejusdem anni, quæ incipiunt: *Summe decet*. Aliæ,
„ septimo Kalendas Junias ejusdem anni, quæ incipiunt:
„ *Pretiosus*; una cum declarationibus sub die 28.
„ Septembris anni 1728. ab eodem Pontifice factis
„ super quibusdam dubiis, circa intelligentiam re-
„ rum in ipsa Constitutione contentarum, exor-
„ tis. Aliæ, vigesima prima Martii anni 1729. quæ
„ incipiunt: *Exponi nobis fecit*. Aliæ demum se-
„ ptimo Kalendas Aprilis ejusdem anni 1729. quæ
„ incipiunt: *In Sede*. Quam-

Quamvis autem hæc omnia, & singula ex ejusdem recolendæ memoriæ Benedicti, pia, & laudabili erga Regularium Familias voluntate, profecta fuerint, quos ipse ob eorum Zelum de salute animarum, Religionis fervorem, doctrinam, & regularis disciplinæ observantiam, magna, ac vere paterna dilectione prosequebatur (Nosque ipsi æque prosequimur) concessa, extensa, decreta, confirmata, & declarata fuerint; Nos tamen, qui post varias altercationes, & difficultates de iisdem literis, & Constitutionibus excitatas, optatam Sanctæ Dei Ecclesiæ tranquillitatem præ oculis habemus, volentes, ut universis Dominici Gregis Pastoribus, ac præsertim Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in partem solicitudinis nostræ vocatis liberum jurium suorum, quæ summi Dei gloriam, & animarum salutem respiciunt, in illorum Diœcesibus exercitium servetur; quæque illud quomodocumque impedire, & lædere fortassis possunt, pro virili nostra penitus amovere cupientes, quemadmodum alias Romani Pontifices Antecessores nostri sæpius egerunt: Nos quoque ad præservandum iisdem Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac quibuscumque aliis ordinibus, ac cœtibus Ecclesiasticis, & Sæcularibus suorum jurium exercitium, & possessionem, amovendamque quarumcumque dissensionum, & litium occasionem, ex concessa nobis divinitus Apostolicæ potestatis plenitudine, eorumdem Antecessorum nostrorum Pontificum Romanorum vestigiis inhærendo, statuimus, & decernimus, de omnibus, & singulis prædictis literis, & Constitutionibus, quæ ab eodem Antecessore nostro Benedicto prodierunt; nec non de omnibus privilegiis, gratiis, favoribus, Indultis, exemptionibus, facultatibus, & declarationibus in iisdem contentis, eam deinceps decisionem, ac judicium, etiam in foro conscientiæ habendum, quod sive ex jure communi, sive ex Concilio Tridentino, sive ex Decretis, & Constitutionibus Apostolicis, sive alias legitime habeatur, antequam eædem literæ, & declarationes ab eodem Benedicto concessæ fuissent; perinde scilicet, ac si illæ non emanassent: ad quam dispositionem, ejusque pristinum statum, ac terminum omnia superius enunciata omnino reducimus, & reducta esse volumus, ita ut imposterum supradicti Ordines Regulares earumdem literarum, & Constitutionum usu, commodo, & effectu penitus carere debere intelligantur.

Hinc ad præmissorum effectum, pro nullis, & infectis haberi volumus omnia decreta irritantia, prohibitiones, declarationes, mandata, & quæcumque in literis, & Constitutionibus prædictis quomodolibet apposita, atque alia earumdem occasione facta, huic reductioni, decreto, & voluntati nostræ quomodocumque adversantia, quibuscumque ea essent concepta formulis, ac præservationibus, declarationibus, modificationibus, restrictionibus, explicationibus, derogatoriarum derogatoriis, aliisque validissimis, efficacissimis, & inviolabilibus clausulis, præsertim, quod semper in data cuicumque Constitutioni illarum revocatoriæ imposterum edendæ, posteriores censeantur: etiam motu proprio, & potestatis pari plenitudine, ac ex certa scientia, etiam consistorialiter, etiam pro conservatione status Regularis; etiam in vim contractus, & stipulationis inter Sedem Apostolicam, & Ordines prædictos initæ, quam ad hujusmodi effectum rescindimus, & ex nunc rescissam, nulliusque roboris, & momenti esse volumus, & decernimus: ideoque omnes dissensiones, Altercationes, & Lites coram quibuscumque Judicibus ordinariis, extraordinariis, & commissariis, etiam Causarum Palatii nostri Auditoribus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, etiam de Latere Legatis, necnon quacumque eorumdem Cardinalium Congregatione, prædictarum literarum, & Constitutionum occasione etiam motas, needum decisas, aut finitas, vel etiam quæ jam decisæ essent, si modo tractum habeant successivum, easque rursus imposterum excitari contingat, *juxta Juris Communis Concilii Tridentini Decretorum, & Constitutionum Apostolicarum, ac præsentem hanc nostram dispositionem, nec aliter decidendas esse præcipimus*. Futura vero dubia, & difficultates ubicumque, & quandocumque oriantur, ad Nos, & Sedem Apostolicam, ad quam Pontificiarum Constitutionum, atque Ecclesiasticarum Sanctionum interpretatio pertinet, referenda esse decernimus.

Itaque omnia, & singula hactenus memorata, necnon præsentes, etiam ex eo, quod causæ, ob quas emanaverint, comprobatæ, expressæ, & verificatæ, aut in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes, ad hoc vocati, citati, & auditi non fuerint, neque iisdem consenserint, vel alias ex quocumque capite, prætextu, colore, ingenio, vel causa, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, sive alio quovis defectu notari, & impugnari, argui, infringi, retractari, in jus, vel controversiam vocari, ad terminos juris reduci, aut contra eas quodvis gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu concedi, nullatenus posse; sed eas, ac omnia, & singula in eis contenta, semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari omnino statuimus: sicque, & non alias, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii nostri Auditores, ac prædictæ S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, quavis auctoritate, & facultate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri, & interpretari debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & decretum esse volumus. Non obstantibus præmissis, necnon nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, necnon omnibus, & singulis prædicti Benedicti Prædecessoris decisionibus, ac declarationibus super dubiis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnium, & singulorum Ordinum prædictorum, ac eorum cuilibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, etiam mare magnum, vel alias quomodocumque nuncupatis, literisque Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, aliisque decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis; quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum omnium, & singulorum tenores iisdem præsentibus pro plene,

& suf-

& sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, & plenissime, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque quomodolibet contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut eædem præsentes in Valvis Basilicarum S. Joannis in Laterano, & Principis Apostolorum de Urbe, ac in Acie Campi Floræ, ut moris est, affixæ quoscumque illæ respicient, arctent, & afficiant perindè, ac si unicuique coram, & personaliter intimatæ fuissent, utque earumdem transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ etiam præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, decreti, voluntatis, moderationis, & reductionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigesimo secundo, tertio Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

A. Card. Prodatarius.

F. Card. Oliverius.

CUM tempus accederet celebrandi Romæ Congregationem Generalem, & Reverendissimus P. N. Minister gravibus distentus curis eidem præsens adesse non posset, ut habebat in votis, Præsidem illius constituit Adm. R. P. Bernardum Monterde Procuratorem Generalem Ordinis per sequentes literas, quæ lectæ fuerunt in plena Communitate Fratrum de Aracœli.

FR. JOANNES DE SOTO

Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Senatu pro Immaculata Conceptione Theologus, & totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus.

Dilecto plurimum a Nobis in Christo Admodum R. P. F. Bernardo Monterde Provinciæ nostræ Aragoniæ Lectori Jubilato, & ex-Ministro, & Ordinis Nostri apud Romanam Curiam Procuratori Generali salutem in Domino sempiternam.

IMminente jam tempore, quo ex generalibus nostris, & Apostolicæ Sedis Constitutionibus, Reverendissimo Patre Fratre Crescentio Krisper, Commissario Generali nostræ Familiæ Ultramontanæ explente officium suum, prudentissimo, fidelissimo, & sincerissimo Zelo administratum, Congregatio Generalis dudum a Nobis jam intimata, ad eligendum successorem ipsius demum habenda est, ad momentosum illud negotium totam intendimus mentem nostram, assiduisque precibus ad Auctorem omnis dati optimi, omnisque doni perfecti, ut prospere illud, atque utiliter in Domino cedat sollicitamus. Optavimus quidem ad eamdem Congregationem adducere præsentiam nostram, & Præsidentiam in ipsa exercere Nobis a Jure datam, ut nimirum, quem profectum publicum, splendoremque Ordinis in votis habemus, Deo adjuvante conatus nostros, opera etiam promoveremus. Sed cum immediati gubernii nostri gravissimæ Nos curæ urgeant, quæ tantam nostram absentiam pati nequaquam possunt, muneri sque Nobis crediti sollicitudo eo potius flectenda sit, quo pressius major necessitas expostulat ipsam ut sibi debitam; temperandum est desiderio accedendi ad Congregationem Generalem prædictam, & alteri Præsidentia ipsius facienda vices nostras optime impleturo. Cum igitur Tu ea maturitate, prudentia, & doctrina, rerumque probe agendarum dexteritate sis, de qua pro hujus rei gravitate, ac dignitate satis confidere valeamus, vigore præsentium auctoritatem nostram in Te transferimus, ad effectum celebrandi Generalem prædictam Congregationem, & in eo nostro loco, & nomine præsidendi, atque ad id tibi communicamus votum consultivum, electivum, & decisivum, ut scilicet omnia, & singula, quæ ad eamdem, & in eadem agenda sunt, & Zelo, & Jure, quo convenit, coordines, & exequaris. Proinde in nostro Romano Conventu Sanctæ Mariæ de Aracœli, quem tali Congregationi præfiximus, & Electoribus intimavimus, ipsis primum consultis, & auditis, ubi de jure præstandum est, in proxima Vigilia Pentecostes devenies consueta methodo ad ejus celebrationem, assumptisque tecum de Primorum consilio duobus Disquisitoribus, cum quibus aperias, & examines schedulas, quibus electio secreta facienda est, quæque a singulis Electoribus supradictis juramentum præstantibus coram Imagine Sanctissimi Crucifixi de meliori eligendo in urnam de more sunt inferendæ, ubi rite, ac canonice, Deo adjuvante, electio secuta fuerit, auctoritatem Tibi quoque concedimus Commissarium Generalem recens electum in suo munere confirmandi, & in possessionem omnium jurium spectantium ad suum novum officium immittendi. Quoad alia vero, quæ in ejusmodi Congregationibus tractari possunt, etsi rebus urgentibus aptum remedium apponi debeat, jusistas tamen, ut statuta potius vetera instaurentur, quam ut non duratura, nisi ad triennium, denuo proponantur: atque ubi auspice Deo ille in Superiorem electus fuerit, uti de tuo, & Electorum perspecto Zelo Nobis omnino sperandum est, qui verbo, & opere assertor futurus sit Generalium nostrarum Constitutionum, in hoc uno ita se reputent tanquam si leges fortissimas condidissent. Macte igitur animis, & implorata perpetim divina ope, omnem tuam exere sedulitatem: sicuti enim Tibi fidimus ductum rei Ordini nostro, si feliciter cesserit, multum commodi allaturæ, ita præcipimus, ut eam rite prosequi, & dirigere valeas, omnibus, & singulis Superioribus, & Subditis nostræ Jurisdictioni subjectis, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ut te in Præsidentem præfatæ Generalis Congregationis, a Nobis per istas literas nominatum, institutum, & declaratum, subordinatione, qua convenit, suscipiant, & recognoscant, atque Tibi in omnibus ad Præsidentiam hujusmodi quomodolibet pertinentibus obediant, & obsequantur.

Datum Matriti apud Sanctum Franciscum, die 26. Januarii anni 1732.

F. Joannes de Soto
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato P. S. Revmæ.
F. Joannes Franciscus a Sorexina
Secret. Generalis Ordinis.

A C T A

CELEBERRIMÆ CONGREGATIONIS GENERALIS ROMANÆ

Habita in Aula Consistoriali Secreta Palatii Quirinalis.

PRÆSIDENTE SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

CLEMENTE XII.

PONTIFICE MAXIMO,

ET ORDINIS PROTECTORE,

Non in Vigilia Pentecostes,

Sed ex dispositione Apostolica die immediadiate præcedenti, scilicet

30. Maii 1732.

PRodierat, ut diximus, Breve Pontificium, quo A. R. P. Thomas a Cento Definitor Generalis supranumerarius fuerat institutus; cum hac tamen clausula, ut adveniente casu vacantiæ per mortem, aut renunciationem alicujus Definitoris Generalis de numero, ipse statim cederet in locum ipsius. Contigit autem, ut moreretur A. R. P. Joannes Maria ab Augusta Siculus, cujus proinde locus occupandus videbatur a memorato Patre Thoma a Cento. Verum non ita factum est, nec fieri poterat. Siquidem Patres utriusque Siciliæ opposuerunt Constitutiones Ordinis, quibus eorum Nationi, ex qua dictus P. Thomas non erat, tres præscribuntur Definitores Generales. Itaque loco demortui subrogatus fuit A. R. P. Cajetanus a Laurino, Lector Jubilatus Provinciæ Principatus, & tunc P. Commissario Generali Familiæ a Secretis. Sed neque propterea satis fuerat provisum: PP. namque Observantes septem habuissent Definitores Generales, & PP. Reformati quatuor, juxta Ordinis statuta. Necesse igitur fuit alter quoque ex Reformatis ad idem munus assumi, fuitque A. R. P. Felix Romanus ex-Procurator Generalis.

Cum porro videretur electio Commissarii Generalis Familiæ probabiliter cessura in Reverendissimum Patrem Josephum Mariam Eborensem, qui tunc erat Commissarius Generalis Romanæ Curiæ, cumque aliunde videretur etiam sublata P. Generali facultate eligendi illius loco quemcumque voluisset, juxta Apostolicum Benedicti XIII. Rescriptum, quo derogabatur Constitutioni Innocentii XII. qua in casu vacantiæ Officialium Generalium Curiæ statuitur recurrendum esse ad Summum Pontificem, ex quo ipse Clemens XII. Constitut. incipient. *Romanus Pontifex Gregis Dominici &c.* dat. 22. Februarii 1732. revocaverat, ac cassaverat, *Indulta quæcumque a Regularibus utriusque Sexus obtenta, votum paupertatis quomodolibet lædentia, aut Regulari Observantiæ, Apostolicis Constitutionibus, propriisque Ordinis, seu Instituti statutis contraria, vel adversantia &c.* & a rec. mem. Benedicto XIII. concessa; Supplex proinde libellus S. S. fuit oblatus, quo expostulabatur, ut in Casu prædictæ vacantiæ dignaretur relinquere P. Generali facultatem eligendi, juxta memoratum Benedictinum Rescriptum. Verum petitis non annuit Pontifex, qui ita jussit rescribi: *Ex audientia Sanctissimi, Sanctissimus mandavit pro nunc servari brevia san. mem. Innocentii XII.*

Marcellus Archiepiscopus Nazianzenus Auditor.

Quibus Pontificis auctoritate ita compositis, habita fuit.

Sessio Prima die 25. Maii.

REverendissimus Pater Crescentius Krisper Commissarius Generalis, assumptis Patribus Definitorii Generalis, Cellam A. R. P. Bernardi Monterde adivit, & repetita literarum Patentalium lectura, quibus Præses Congregationis Generalis a Reverendissimo Patre nostro Joanne de Soto Ministro, Generali instituebatur, omnes Definitorii Patres eumdem in tali caractere institutum debitis obsequiis, & gratulationis argumentis agnoverunt.

Eadem die.

In Secretarium Definitorii Generalis assumptus fuit Adm. Rev. Pater Cajetanus a Laurino Provinciæ Principatus Alumnus, Cismontanæ Familiæ Secretarius Generalis, & Definitor Generalis subrogatus pro Natione utriusque Siciliæ, ob mortem Adm. R. P. Joannis Mariæ ab Augusta, idque speciali Summi Pontificis deliberatione.

Die 26. Maii.

In solita Camera Residentiæ congregatis Patribus, ut Sindicatum Reverendissimi Patris Crescentii Krisper, eo tamen a Congressu absente, exciperent, cum nulli adversus ejusdem gubernium producti fuerint conquestus, quinimo voce, scriptoque, dexteritatis, Prudentiæ, & Fraternæ charitatis Titulis fuerit commendatum, eodem Reverendissimo per Secretarium accersito, almique congressus cellam ingresso, post quamplurima plausus, & gratulationis officia, ut in ejus laudem hujusmodi Sindicatus Testimonium relaxaretur, Secretario Definitorii generalis Adm. R. P. Præses imposuit.

Eadem die.

Auditores Causarum pro Observantibus deputati sunt, Adm. RR. PP. Clemens, & Pacificus de Roma. Pro Reformatis vero Adm. RR. PP. Deodatus a Mompeo, & Franciscus Maria ab Albano.

Libri exhibentes Terræ Sanctæ computus per Adm RR. PP. Jacobum de Luca, & Antonium Mariam de Mediolano examinentur.

Die 27. Maii.

Patri Hyacintho de Murano, eo, quod alii fuæ Provinciæ Observantis Calabriæ, ut in supplici libello asse-

asseverat, in Capitulis Generalibus Romano, & Mediolanensi inter Patres aggregationem obtinuerunt, & ipsi horum exemplo aggregari postulanti, Congregatio Generalis respondet, Patrum aggregationem limites suæ facultatis, quinimò, & ejusdem Capituli Generalis excedere; quapropter relata exempla in facto nequaquam subsistere existimans, Reverendissimo Superiori Generali committit, ut a Patre Provinciali Calabriæ authenticas copias Aggregationis duorum Patrum, quos Orator in exemplum vocavit, exquirat, & juxta Ordinis Constitutiones provideat.

Adm. R. P. Carolo de Como Definitore Generali Reformatorum adhuc minime comparente, ne Congressus generalis unius destituatur consilio, & voto, cum ob temporis angustiam alios, quibus de jure, vocare impossibile sit, juxta Ordinis Constitutiones, Adm. R. P. Gaudentius de Genua pro parte Reformatorum Secretarius Generalis ejusdem loco interim sufficitur:

Eadem die.

Provincia Genuæ Observantium pro Alternativa in tres Custodias instante, Congregatio Generalis postulatis annuens, Officiali Curiæ, ut supplicetur Sanctissimo, committit, dummodo prima electio Ministri Provincialis post obtentam alternativam, a Custodia incipiat, quæ nec in immediato, nec in antecedenti Provinciali Capitulo, Provincialem obtinuit.

Ad effectum perducta divisione Lithuaniæ a Polonia Minori in ultimo Generali Capitulo demandata, orto dubio, an Conventus Tykocinicensis ad Lithuanos, vel Polonos pertineat, Reverendissimo Superiori Generali relinquitur illi Provinciæ Conventum in controversiam adductum incorporare, in cujus districtu, vel Territorio existere constiterit.

Instantia Provinciæ Bosnæ divisionem quo ad aliquot Conventus Dalmatiæ expostulantis futuro Capitulo Generali remittitur.

Congregatio Generalis, quantum in se est, consensum exhibet Provinciæ Russiæ, ut aliquas Residentias in Conventus erigere possit, servata in reliquis conditionum serie per Constitutiones Ordinis, & Apostolica præscripta.

Cum nonnulli Commissarii Terræ Sanctæ, præsertim Neapolis, & Siciliæ, facultatem in scriptis petere, & nomina mittendorum occasione Missionis, vulgo *Condotta*, Superioribus Generalibus aperire, etsi moniti, negligant, Reverendissimo Superiori Generali strenue commendatur, ut perspecta injuria ejus auctoritati in hac parte irrogata, iterum moneantur, & si monita spreverint, juris remediis cogantur.

Die 28. Maii.

Lectis Epistola Adm. Rev. Patris Caroli de Novocomo Definitoris Generalis, atque attestationibus Definitorii Provinciæ Reformatæ Mediolanensis Reverendissimo Patri Crescentio Krisper transmissis, ejusdem inhabilitatem ad iter prosequendum pro accessu ad Urbem, ob Podagram, qua laborat, apertientibus, ob temporis angustiam, qua alium digniorem, juxta Ordinis Constitutiones, vocare non permittitur, in ejus locum Adm. Rev. Pater Gaudentius de Genua Secretarius generalis Reformatorum, in eadem forma substitutus, qua antea declaratus fuerat, confirmatur.

Cum Commissarii Terræ Sanctæ eleemosynarum computum transmittere neglexerint, nec statutis generalibus id præcipientibus, in hac parte paruerint, omnino Reverendissimus Commissarius Generalis strictissimam hujusce rei rationem exquirat, corrigat, puniat, cogatque ad computus hujusmodi continuo transmittendos, ordine quidem, & methodo in Constitutionibus præfixo, minime tamen retardata Computuum exhibitione Patris Commissarii Terræ Sanctæ Romæ existentis, cui talis obligatio una ex his diebus, nomine Congregationis Generalis, intimetur.

Statutum, quo præcipitur, ut Commissarii Terræ Sanctæ non deputent proprio arbitratu Fratres ad quæstuandum, sed si quos adinvenerint, moribus, vitaque probatos, in hujusmodi adhibeant servitium, approbantibus tamen Provinciarum Ministris, & Definitorio earumdem, prorsus executioni mandetur.

Uniformiter præscripto in Capitulo Generali Romano de anno 1723. Pater Guardianus Hierosolymitanus omnino se abstineat a vocandis Fratribus in Terram Sanctam suis literis obedientialibus, aut facultativis, sub pœna Apostasiæ cum hujusmodi literis discedentibus.

Familiæ Conventus Sancti Secundi Provinciæ Observantis Bononiæ ab onere recitandi viginti octo Defunctorum Officia annuatim exonerari exposcenti, auditis Patribus pro negotiis Observantium a Congregatione generali deputatis, respondetur memoratam suffragiorum recitationem sustinendam esse, ne Benefactorum Animabus præjudicium inferatur, & etiam, quia Congregatio generalis hanc sibi non potest attribuere facultatem.

Constito aliquot Jubilatos Provinciæ Observantis Marchiæ nolle præcedentiam cedere Patri Joanni Antonio de Muro Vallium, olim in Provincia Albaniæ Ministro Provinciali, quamquam in Capitulo Generali Mediolanensi in favorem ejusdem adjudicatum fuerit, Congregatio generalis commendat Reverendissimo Commissario Generali, ut acriter reprehendantur, & ad obtemperandum jussibus præfati Generalis Capituli cogantur.

Excitatis clamoribus de nimium laxata vivendi licentia Fratrum apud Conventus Minoricæ degentium, occasione deputationis novi Commissarii Provincialis pro iisdem Conventibus, Congregatio Generalis enixè commendat Reverendissimo Superiori Generali, ut de Superiore provideat zelo, charitate, prudentia prædito, accepta prius a Discretis, vel Fratribus eorumdem Conventuum fideli notula quoad subjectorum merita, & aptitudinem pro sustinendo præfatum Commissarii Provincialis onus ad Regulæ nostræ tramitem.

Cum pusilla Provincia Albaniæ, ex relatione Patris Ministri Provincialis, pro Novitiorum instructione aliquo indigeat harum Provinciarum Sacerdote sufficienti doctrina, moribus, & prudentia probato, Reverendissimus Superior Generalis, pro sui providentia, studeat, aut viros aliquot probos ex his Provinciis illuc mittere, aut alio, ut in Domino videbitur, medio huic indigentiæ paterne occurrere.

Sequuntur subscriptiones Definitorum Generalium, & Patrum Ordinis.

F. Cajetanus a Laurino.
Definitorii Generalis Secretarius.

Die 30. Maii.

Statuta hac die pro Congregatione Generali coram Sanctissimo celebranda, omnes Fratres mane ex aliis quoque Urbis Cœnobiis, scilicet Sancti Bartholomæi ad Insulam, Sancti Francisci ad Ripam, Sancti Petri in Monte Aureo, Sancti Bonaventuræ, & Sancti Isidori, in templum Aracœlitanum præmoniti convenerunt, ibique facto ordine dispositi processionaliter ad Palatium Quirinale, canentes Litanias Sanctorum, se contulerunt, & persolutis consuetis orationibus in Sacello Pontificio, in eodem cuncti remanserunt, vocatis interim Electoribus ad Aulam consistorialem. In hujus fronte erat Thronus Pontificius, in medio Aulæ Mensa pro Disquisitoribus, & ex utroque latere scamna pannis elatis aulæis Belgicis cooperta, una cum carta, atramentariis, thecisque arenariis ad Electorum commodum. Venit itaque Pontifex, qui omnibus benedictionem impertitus, solium conscendit; ac jussis egredi cœteris nullam in re peragenda partem habentibus, remanserunt Cardinales Disquisitores, Præfectus Palatio Apostolico, Auditor Sanctissimi, & Magister Cœremoniarum, Cardinales Disquisitores a Sanctitate Sua delecti, fuerunt Eminentissimi, & Reverendissimi Domini F. Joannes Antonius Guadagni, Pontificis ex Sorore Nepos, Antonius Xaverius Gentilis, Fabius Oliverius, & Bartholomæus Ruspoli.

Actis de more ante electionem agendis, tria Auditor Sanctissimi publicavit Decreta, quorum primo significavit auctoritate Apostolica anticipari per diem Congregationem Generalem; altero, mentem Pontificis esse sibi reservare electionem, casu, quo in primo Scrutinio illa non concluderetur; postremo denique Pontificem plenissimam relinquere Electoribus libertatem eligendi quemcumque voluissent. Quibus peractis deventum est ad electionem, & omnium suffragiis electus est in Commissarium Generalem Familiæ Cismontanæ Reverendissimus Pater Josephus Maria ab Ebora, Almæ Observantis Provinciæ Romanæ Filius, Lector Jubilatus, Discretus Perpetuus Ordinis, Ex-Procurator Generalis ejusdem, Votans Consistorialis, Sanctæ, & Universalis Inquisitionis Consultor, Episcoporum Examinator, negotiis apud Sanctam Sedem pro Rege Lusitaniæ tractandis præpositus, & actu in Romana Curia Commissarius Generalis.

Vacante per hanc electionem officio Commissarii Generalis Curiæ Pontifex statim huic muneri suffecit Adm. R. P. Gajetanum a Laurino literis, quas jam paratas habebat, quasque propria Manu ipsi tradidit, & sunt tenoris sequentis.

CLEMENS PAPA XII.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Religionis Zelus &c. Volentes igitur Tibi, qui (ut accepimus) Lector Jubilatus existis, & officium Secretarii Generalis Familiæ Cismontanæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum sedulo, & fideliter de præsenti exerces, gratiam facere specialem, ac de spectata tua fide, prudentia, dexteritate, integritate, vigilantia, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi, Teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te Commissarium Generalem in Romana Curia Ordinis præfati, in locum dilecti Filii Josephi Mariæ ab Ebora hodie in Commissarium Generalem Familiæ Cismontanæ Ordinis hujusmodi electi, ad tempus solitum a Constitutionibus dicti Ordinis præscriptum, cum omnibus, & singulis præeminentiis, prærogativis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & Indultis, ac honoribus & oneribus solitis, & consuetis, auctoritate Apostolica tenore præsentium constituimus, & deputamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis omnibus, & singulis Ordinis præfati Superioribus, Fratribus, & Personis, cœterisque, ad quos pro tempore spectabit, ut Te ad demandatum Tibi per præsentes Commissariatus Generalis in Romana Curia hujusmodi officium, illiusque liberum exercitium, juxta earumdem tenorem præsentium recipiant, & admittant, Teque recognoscant, & Tibi in omnibus idem officium concernentibus pareant, & obediant, faveantque, & assistant respective. Ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 30. Maii 1732. Pontificatus Nostri anno secundo.

Fabius Cardinalis Oliverius.

HAC de caussa cessavit Definitor Generalis supranumerarius ex parte Observantium, cessavitque ob eamdem rationem etiam apud PP. Reformatos: ob defectum tamen P. Caroli de Novocomo substitutus subinde fuit P. Felix Romanus, cassata substitutione Patris Gaudentii de Genua.

ACTA

ACTA SUBSEQUENTIA

Electionem Reverendissimi Patris Commissarii Generalis.

Die 2. Junii.

ADm. Rev. Patre Cajetano a Laurino ad Commissariatum Generalem Romanæ Curiæ promoto, in hac Sessione Adm. Rev. Pater Thomas a Cento in Secretarium Congregationis Generalis assumptus fuit, ab officio Secretarii eodem Adm. Rev. P. Cajetano a Laurino cessante.

Dubio proposito per supplicem libellum a R. P. Emmanuele Fernandez *del Rio*, olim Ordinis Secretario Generali; An videlicet Secretario Generali actuali relate ad Ex-Secretarios Generales præcedentia debeatur? Congregatio Generalis unanimi suffragio respondet, quod eum in Cismontana Familia nulla extet circa hoc expressa Constitutionum decisio, quamquam decisum reperiatur Secretarios Generales præcedentiam Ex-Ministris Provincialibus cedere debere, ex earumdem Constitutionum regula, ad Ultramontana Statuta recurrendum est. Cumque hæc Secretariis Generalibus actu tale munus exercentibus præcedentiam, relate ad Ex-Secretarios generales tribuant, ita in Cismontana Familia servandum esse eadem Congregatio Generalis eadem regula declaravit.

Postulans Reverendissimus Pater Commissarius Generalis, ut ad praxim ducatur Statutum Consultationis Generalis in Camera Residentiæ quolibet Mense, & pluries, si opus fuerit, faciendæ, Congregatio Generalis ejusdem zelum commendavit, approbavitque, & pro eadem Consultatione generali deputati sunt Reverendissimi Patres, & A. RR. Officiales Curiæ, ac Definitores Generales ex hac Familia Romæ existentes.

Statutum, quo præcipitur ne Lectores Artium, aut Theologiæ ad exercitium docendi promoveantur, nisi *indispensabiliter* prævia oppositio, sive concursus præcedat, ut omnino executioni tradatur, declarat Congregatio Generalis particulam illam *indispensabiliter*, tanquam clausulam actum irritantem se habere.

Cum in Capitulo Generali Toletano de anno 1633. statutum fuerit Magistris Novitiorum, qui per continuum duodennium ejusmodi officio funguntur, locum inter Provinciæ Patres deberi, declarat Congregatio Generalis, particulas illas *inter Provinciæ Patres*, de primo loco inter Ex-Definitores Provinciæ intelligendas esse.

Monentur Officiales Curiæ, ne favorabilia vota exhibeant pro Guardianis in Guardianatus munere ultra triennium prosequi intendentibus, non obstante, quod hæ supplicationes nomine Sindici, Communitatis, aut alterius, Sacræ Congregationi porrigantur, nisi prius expeditis testimonialibus a Ministris Provincialibus, & saltem a majori parte Definitorii, utilitatem, & necessitatem hujusmodi continuationis referentibus.

Eademque prorsus cautela incedendum est circa Fratres, qui prætextu assistentiam præbendi Pauperibus, vel Infirmis Consanguineis, petunt a Sacra Congregatione deputari in Conventibus eisdem Consanguineis vicinioribus, aut alibi. Quod si vera, & probata necessitas id aliquo casu expostularet, nullimode in Secularium Domo pernoctare permittatur, juxta præscripta a Constitutionibus Ordinis, & Apostolicis, præsertim Sanctæ memoriæ Benedicti XIII. incipient. *Universalis Ecclesiæ*.

Inhærendo Constitutionibus Ordinis, & ad tollendam nimiam Fratrum evagationem, etiam sub devotionis prætextu, Congregatio Generalis Reverendissimo Patri id serio commendat, ut parce, & nonnisi probata, ac legitima Causa, facultatem Fratribus faciat ab una ad aliam Provinciam transeundi; quemadmodum ab eodem petit, ne Provincialibus Ministris mittere ad contiguas Provincias permittat, nisi probata caussa utilitatem, ac Provinciæ indigentiam concernente, ut alias in Constitutionibus Ordinis cautum est.

Mandatum Sanctissimi Domini nostri ultimo Reverendissimo Patri Crescentio Krisper expressum, & circularibus Epistolis ejusdem Reverendissimi Provinciis Cismontanæ sub certis pœnis intimatum, de erigendis, videlicet, Communitatibus Laneis, Lineis &c. pro Fratrum indigentiis in Provinciis, in quibus erectæ non sunt, & augendis ubi necessitas expostulat, omnifariam executioni tradatur, sub pœnis in iisdem literis de mente Sanctissimi taxatis.

Libri eleemosinas Terræ Sanctæ referentes tempore administrationis Rev. Patris Emmanuelis Fernandez *del Rio*, cum ob temporis angustiam, per Congregationem generalem, qua par est diligentia, examinari nequaquam possint, relinquuntur examinandi per Patres deputatos una cum cœteris aliorum Commissariorum Terræ Sanctæ hujus Familiæ, quod quidem examen Consultationi Generali exhibeatur, cui Congregatio Generalis sese remittit.

Cum Admodum Rev. Pater Joannes Jacobus de Vallico aliis negotiis impeditus Compilationem statutorum prosequi non possit, ejus loco ad tale munus peragendum Reverendus Pater Novatus de Parma Lector Jubilatus sufficitur, nisi aliter visum fuerit Reverendissimo Patri Ministro Generali.

Dissolvitur Generalis Congressus hac die 3. Junii 1732.

ITa est Frater Felix a Roma, Definitor Generalis substitutus.

Ita est Frater Alexius a Roma, Definitor Generalis.

Ita est Frater Americus Meldschaker, Definitor Generalis.

Ita est Frater Camillus de Breno, Definitor Generalis.

Ita est Frater Joannes Capistranus Jovsuski, Definitor Generalis.

Ita est Frater Matthæus ab Atina, Definitor Generalis.

Ita est Frater Cherubinus a Capriata, Definitor Generalis.

Ita est Frater Joannes Jacobus de Vallico, Definitor Generalis.

Ita est Frater Bernardus de Pisticio, Definitor Generalis.

Ita est Frater Fulvius de Bononia; Procurator Generalis Reformatorum.

Ita est Frater Cajetanus a Laurino, Commissarius Generalis Curiæ.

Ita est Frater Joannes a Petrafitta, ex Vice-Commissarius Generalis.

Ita est Frater Cosmas a Monteminiano, ex Vice-Commissarius Generalis.

Ita

Ita est Frater Crescentius Krispet, Commissarius Generalis immediatus.

Ita est Frater Joseph Matia ab Ebora Commissarius Generalis Ordinis.

Ego Fratet Bernardus Monterde Procurator Generalis Ordinis, Et Præses Congregationis confirmo.

Frater Thomas a Cento, Definitor Generalis, & Secretarius.

Declaratur, quod Provinciæ Galliæ, ac Conventus Beatæ Mariæ Miraculorum de Urbe Tertii Ordinis Sancti Francisci comprehendantur in Litteris Sanctissimi Domini Nostri circa VIAS CRUCIS &c.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

ALias Nos supplicationibus dilecti Filii Bernardi Monterde, Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, decrevimus, ac indulsimus, ut loca pia, Via Crucis, seu Calvarii nuncupata, ad instar Stationum Montis Calvarii, in Ecclesiis, ac Locis Piis Ministro Generali pro tempore existenti dicti Ordinis non subjectis, nec ab eo dependen. per Fratres Ordinis præfati tunc erecta, & imposterum erigenda, eisdem indulgentiis, ac privilegiis fruerentur, & gauderent, quibus fruebantur, & gaudebant erecta in Ecclesiis, & locis Ordinis prædicti: ita tamen, ut quoad deinceps erigenda modus, & forma servarentur, quibus ejusmodi erectiones in Ecclesiis, & locis dicti Ordinis eatenus fieri consueverant; & accederet licentia Ordinarii loci, ac consensus Parochi, & Superioris Ecclesiæ, & Loci Pii, ubi de eis erigendis agi contingeret, & alias, prout uberius continetur in nostris desuper in simili forma Brevis expeditis Literis, tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. Clemens Papa XII. *Ad futuram rei memoriam:* Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Bernardus Monterde &c. *reliqua vide supra pag.* 147. *A.*

§. 6. Cum autem, sicut pro parte dilectorum filiorum Procuratorum Provinciarum Galliæ Fratrum Tertii Ordinis ejusdem Sancti Francisci, ac Guardiani Conventus Beatæ Mariæ Miraculorum nuncupat. de Urbe ipsius Tertii Ordinis, Nobis nuper expositum fuit, tametsi Fratres Tertii Ordinis hujusmodi, utpote supradicto Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, ejusque jurisdictioni subjecti, pro certo habeant, se in literis nostris præinsertis comprehensos esse, quia tamen expressa, ac individua eorum in dictis literis mentio facta non fuit, vereantur, ne hoc prætextu aliqua forsan sibi desuper moveatur difficultas, aut impediantur, quominus earumdem literarum commodo, & effectu pacifice potiri valeant: Nobis propterea Exponentes præfati humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati Fratres Tertii Ordinis Provinciarum Galliæ, ac Conventus Beatæ Mariæ Miraculorum de Urbe, in præinsertis literis nostris ad omnes effectus inibi expressos comprehendi, easdemque literas Fratribus prædictis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari debere, perinde, ac si de ipsis Fratribus individua mentio in eis facta fuisset, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus quoque, & declaramus.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 10. Junii 1732. Pontificatus Nostri anno secundo.

F. Card. Oliverius.

Confirmatur Decretum Definitorii, & Vocalium Capituli Provincialis Provinciæ Sanctæ Mariæ Ungariæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, super acceptatione alternativæ tripartitæ in eadem Provincia, & distributione officiorum inter Fratres Nationis Ungaricæ, Germanicæ, Slavonicæ.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Fulvius a Bononia, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantis Reformatorum nuncupatorum, quod cum alias Venerabilis Frater Matthæus Archiepiscopus Panormitanus, qui tunc temporis Ministri Generalis dicti Ordinis muners fungebatur, per quasdam suas Patentes literas die 21. Martii 1727. emanatas, in Provincia Ungariæ eorumdem Fratrum Reformatorum tripartitam alternativam in omnibus electionibus, officiorum distributionibus inter Fratres totidem Nationum, nempe, Hungaricæ, Germanicæ, & Slavonicæ, Novitiorum vestitionibus, Conventuum partitionibus, aliisque dispositionibus, quæ distributivam justitiam inter Nationes hujusmodi inducere, & fovere valeant, perpetuis futuris temporibus adamussim servandam esse sanxisset; idque etiam a felic. record. Benedicto Papa XIII. Prædecessore nostro per quasdam suas literas die 4. Aprilis ejusdem anni expeditas confirmasset: verum nonnullis Fratribus contradicentibus, aliisque annuentibus, literæ prædictæ executioni demandatæ fuerint, ideo ut dissensione animorum penitus evulsa, ad concordiam omnes partes reducerentur, de speciali mandato Superioris Generalis ejusdem, & ad instantiam partium coram Commissario Visitatore Generali, tum omnes Religiosi emeriti Provinciæ, qui præsertim Prælaturarum officium gesserant, tum actuales Minister Provincialis, nec non Custos, atque Definitores una cum Ex-Definitore Generali insimul congregati, matura præmissa consultatione, prædictis Benedicti Prædecessoris literis earumdem literarum Patentium confirmatoriis unanimiter die 7. Martii 1730. assensum præstiterunt, sponte, ac libere id ipsum acceptarunt, futuris quoque temporibus inviolabiliter observare spoponderunt, perpetuumque silentium demandarunt, & alias, prout uberius continetur in Decreto acceptationis hujusmodi desuper facto, tenoris, qui sequitur, videlicet:

FR.

FR. SIGISMUNDUS SKERPIN

Ordinis Minorum strictioris Observantiæ Sancti Patris Nostri Francisci Concionator, Sacræ Theologiæ Lector, & Custos actualis, ac Almæ itidem Provinciæ Sanctæ Mariæ Hungariæ Commissarius Visitator Generalis.

Omnibus, & singulis hujus Almæ Provinciæ dilectissimis Patribus, & Fratribus Salutem, & Sanctam Pacem.

§. 1. QUemadmodum Seraphici Spiritus amorem Dei, ita, & Corporis nostri membra dilectionem proximi significant, edocentque: *Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Quapropter sicut membrum unum ab altero separari quam maxime reformidat, pari modo & nos omnem divisionem, omnem dissensionem, omnem charitatis læsionem vehementissime timere nos necesse est, soliciti semper servare unitatem spiritus, & fraternæ charitatis. Caput nostrum Christus est, & Nos membra ejus, Christum non diligit qui ejus membra negligit. *Tanta in humani corporis membris inest copula, tantus amor, tamque inseparabilis, & insuperabilis dilectionis unitas, ut unum sine aliis non valeat gaudere.* Lætitia illis communis est, pœna æqualis, ita quod uni tribuitur cætera se recepisse gratulentur, ait Laurentius Justinianus de Ligno vitæ. Ita etiam Christo fit, quod corpori Christi irrogatur, dicente illo: *Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex* Fratribus *meis minimis, mihi fecistis*; & ad Saulum: *Saule, Saule quid me persequeris?* Bene hic advertit Augustinus, quod Saulus non Christum, sed membra, hoc est fideles ejus sit persecutus: *Noluit tamen dicere Sanctos meos, Servos meos, postremo honorabilius, Fratres meos, sed me, hoc est membra mea, quibus ego sum caput.* Dignum est, ut Nos membra sequamur, quo caput nostrum præivit, præivit Christus, & præcepit; *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.* Dilexit Nos Christus dulciter, absque amaritudine, sed ex benevola affectione, bonum Nobis volens, fovens, favens, & faciens: Dilexit Nos efficaciter absque fictione, sed opere, & veritate, omnibus benefaciendo, docendo universos; sic ergo & Nos diligamus invicem, Fratres enim sumus: *Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare Fratres in unum.* Nihil æque oblectat animum, quam hæc fraterna charitas, nullum habet laborem, ingentem vero voluptatem. Ablata unione, corpus corruat necesse est, & extincta charitate dissolvitur omnis Religio. Contra vero, quemadmodum corpus nostrum per unionem partium suarum bene dispositarum, sibique invicem succurrentium, subsistit; sic similiter Congregatio Religiosa firmatur, & formatur in suo esse corporis moralis, si singula membra strictam unionem habeant, sibique invicem per vinculum mutuæ charitatis firmiter cohæreant.

O ter quaterve beatam Religionem, cujus membra fraternæ dilectionis Spiritu compaginantur. Eugenius PP. IV. in literis datis ad Fratrem Albertum de Sarthiano, tunc Vicarium Generalem, Seraphico Nostro Ordini sequens præclarum dedit elogium: „ Ordo tuus, inquit, in Seraphicæ Charitatis ardore „ in principio fundatus, tamquam fœcundus plantatio„ num hortulus uberrimos hucusque protulit fructus; „ Dum enim plantati ex prima Beati Francisci vite „ palmites in Religione, honestate, Sanctimonia, in „ primis ipsa charitate exculti fuerunt, in tantum est „ ea plantatio propagata, ut per Universum Orbem „ diffusa maximis Sacrarum literarum veritatibus, hu„ militatis, & patientiæ divitiis abundans, populos „ repleat, saginetque divini eloquii pabulo, &, pul„ sis ignorantiæ tenebris, Sanctæ conversationis amo„ re, desiderioque inebriet. Et Orbis Terrarum, in „ cujus singulas pene particulas penetrastis, illa ipsa, „ quam in vobis viderit, senserit, adoraverit, ardeat „ charitate, faciatque exemplum a vestra vita sump„ tum, & quod vobis maximum, & intentione pri„ marium esse debet, animas vestras vel ea ratione „ salvas faciatis, qui proximas inde curabitis lucri fa„ cere „. Hæc Pontifex.

§. 2. In cujus argumentatione hoc mihi notare fas est, quod, sicut speravit exemplum fraternæ charitatis profuturum aliis ad ædificationem, & vobis ad salutem, ita exemplum discordiæ futurum sit mundo in scandalum, & vobis ipsis in damnationem sempiternam; Inde profecto lacrimæ, inde dolor sensibilis sauciavit animam, dum ingressus hanc almam Provinciam audivi, & experimento proprio didici, miras fore, & augeri in dies animorum scissiones, discordias, & contentiones, Fratribus in diversos sensus abeuntibus, quibusdam nempe laudantibus, & obedienter acceptantibus, aliis vero sub prætextu enormis læsionis, & gravis illatæ injuriæ, multifarie modis, & mediis impugnantibus decretum Reveren. Patris Ministri Generalis a Sanctissimo Domino Nostro PP. Benedicto XIII. in forma Brevis confirmatum, ac ante triennium in Conventu Suproniensi publicatum, vi cujus tripartita electio, & officiorum distributio, sub diversis pœnis, futuris temporibus observanda præcipitur. Quia vero hæc animorum dissensio & Sacris Canonibus, Ordinisque Constitutionibus vetita oppositis, præter pusillorum scandalum, & sæculi admirationem, magnum almæ Provinciæ, majusque in futurum minatur detrimentum; Officii mei ratio exigebat, opportunum tanto malo adferre remedium. Quapropter in hunc finem ad Partium Instantiam, & de speciali facultate Reverendissimi Patris Commissarii Generalis, Superioris nostri longe colendissimi, invocavi ad Metropolitanum Posoniensem Divæ Virginis Annunciatæ Conventum Patres A. RR. Ministrum Provincialem, totumque Venerabile Definitorium, & Adm. Rev. P. Ordinis Ex-Definitorem Generalem, cæterosque emeritos Provinciæ Patres olim Ministeriatu functos, & præmissa privata cum iisdem consultatione, & animorum compositione, tandem septima Martii ad Cellam meæ Residentiæ omnes congregavi, ac habita prius ad eos de pace, & fraterna charitate adhortatione, singuli prævia fraterna deprecatione ex laudabili publici boni, ac Provinciæ tranquillitatis Zelo, omnes offensas, atque quascumque injurias directe, aut indirecte illatas sibi mutuo sincere condonarunt ac desuper sponte, & libere consenserunt, & acceptarunt Constitutionem Sanctissimi Domini Nostri PP. Benedicti XIII. incipien. *Ex quo Nobis &c.* sub datum Beneventi 4. Aprilis 1727. & Decreta Reverendissimi Patris Ministri Generalis de tripartita electione in Provinciam introducta, & futuris semper temporibus inviolate observare spoponderunt.

§. 3. Porrò, pro perpetua pace, & animorum concordia tanto fortius, & firmius stabilienda, statuit Venerabile Definitorium, & AA. RR. Ordinis respective, & Provinciæ Patres Emeriti, ut in ensua acce-

ceptatæ, vel recusatæ hucusque Apostolicæ Constitutionis, tripartitam electionem præcipientis, perpetuum omnibus silentium imponatur, itaut nullo unquam tempore quis gloriari, aut conqueri audeat, se in causa vicisse, aut succubuisse: pariter, ne quis jactare audeat, aut gloriari, se ex sua Natione habere Superiorem, minus in suo patrocinio sese fundare, cum Superior omnium subjectarum sibi Nationum æqualem curam, & paternam solicitudinem gerere, omnesque pari sinceritate, & amoris exhibitione prosequi teneatur, quod Fratribus Laicis peculiariter simul, & nervose a Superioribus inculcandum, atque a suis Confessariis efficaciter sæpius suggerendum erit. Si quis vero in præmissis contravenerit, illi indilate de solo Patrum Discretorum Conventus consilio ad domum disciplinæ includantur, inibi per triduum in pane, & aqua jejunaturi; quibus pœnis etiam subjiciantur Socii, si has publicæ pacis perniciosas transgressiones non revelaverint. Superiores vero Locales, statutas hasce pœnas non infligentes, ipso facto ab officio suspendantur, aut gravius etiam arbitrii Venerabilis Definitorii puniantur. In cujus rei fidem, majusque robur propria manu subscripserunt, & majus Provinciæ sigillum apposuerunt.

ITA EST.

Frater Matthias Thnm, Provinciæ Definitor Slavus.
Frater Ludovicus Purmare, Provinciæ Definitor Hungar.
Frater Gaspar Szente, Provinciæ Custos Hungar.
Frater Bernardus Ramocsahszii, Provinciæ Pater Hungar.
Ita est Fr. Joannes Capistranus Sebach, Germanus Minister.
Frater Carpatus Nukeries, Provinciæ Difinitor Croata.
Frater Josephus Boiger, P. Definitor German.
Frater Antonius Posomp, Provinciæ P. Hungar.
Frater Andreas Pordamp, Hungariæ Provinciæ Pater, & ex-Definitor Generalis.

Loco ✠ Sigilli Magni.

§. 4. Quoniam vero in votis habeo, ut & cæteri Patres, & Fratres preclàro hoc exemplo commoti sibi invicem cohæreant, singulos verbis D. D. Pauli Apostoli ad Coloss. 3. paterne exhortor, *Super omnia autem charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, & pax Christi exultet in cordibus vestris, in quo & vocati estis in uno Corpore.* Sicut anima non vivificat, nisi conjuncta membra, ita nec Spiritus Sanctus Religiosos per discordias & & scissuras separatos. Meminerint itaque serio dilectissimi Patres, & Fratres, quod ubi charitas est, ibi Deus sit. Dei provide eritis, si unum fueritis, sit in vobis proinde unio intellectus, & judicii, ut idem cum superioribus, & majoribus vestris sapiatis, sit unio affectionis, & dilectionis, ut confratres vestros tamquam omnes genuinos hujus Provinciæ Filios, non carnaliter, sed spiritualiter per Deum, secundum Deum, & in Deo diligatis, ac omnes particulares amicitias, quas maledicta olim a S. Patriarcha nostro Francisco nationalitas dictaret, penitus abscindatis: sit tandem unio voluntatum, & cordium, ut unanimes idem, & spontanee acceptetis, & prompte subscribatis, quod sicut pro communi hujus almæ Provinciæ bono desidero, ita omnibus ex animo benedico: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Datum in nostro Possoniensi dictæ Virginis Annunciatæ, die 7. Martii 1730. Fr. Sigismundus Sterpin Commissarius Visitator Generalis.

Et postmodum, cum prædicta Provincia Mariana ex tercentis septuaginta octo Sacerdotibus, & Clericis componatur, et singuli a supradicto Visitatore Generali interrogati, memorati Benedicti Prædecessoris literis, uno excepto, videlicet dilecto Filio Provinciali, omnes Vocales, nemine prorsus discrepante, non modo prædictas literas iterum habentes, capitulariter acceptarunt, verum etiam concorditer statuerunt tripartitam Alternativam in eis contentam, pariter extendendam esse ad subrogationes, & substitutiones perpetuis futuris temporibus, sub nullitatis pœna omnino servandam, & alias, prout etiam continetur in decreto Capitulari tenoris sequentis, nempe: " Ad stabiliendam in hac Alma Beatissimæ Virginis Mariæ Hungariæ Prov. perpetuam pacem, & tranquillitatem, Nos infrascripti in Capitulo Provinciali Possonii legitime congregati Vocales uno ore, & corde acceptamus, atque ut veros, & obedientes Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Sancti Patris Nostri Francisci Filios decet, perpetuis futuris temporibus observari desideramus, & volumus Breve Sanctissimi Domini Nostri Benedicti XIII. san. mem. vi cujus tripartita electio, & officiorum distributio præcipitur. Quia vero in prædicto Pontificio Brevi in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis majoris latæ sententiæ pœna, in hac Mariana Provincia observari, & executionis demandari præcipitur, expressum non est, utrum præfata Alternativa servanda sit, non solum in electionibus, sed etiam in subrogationibus, & substitutionibus, ea propter negotium istud adamussim expendens Venerabile Definitorium, & totum Provinciæ Capitulum in Conventu Posoniensi congregatum, unanimi omnium Nationum consensu determinavit, quod suprafacta Alternativa intelligi, sumi, & perpetuis futuris temporibus observari debeat, non solum in Electionibus Capitularibus, sed etiam in quibuscumque subrogationibus, substitutionibus, ita quidem, ut si intra Capitulare triennium contingat eligendum esse Vicarium, vel Commissarium Provincialem, aut Pro-Ministrum, vel Custodem, talis eligatur ex ea Natione, ex qua fuit ille, loco cujus ille subrogandus, vel substituendus manet. Hanc autem præsentem, & ultimam determinationem Capitularem Venerabile Definitorium, & totum Provinciæ Capitulum in perpetuum observari, ac manuteneri mandat, & alio modo secus futuras electiones, subrogationes, aut substitutiones pro nullis, & irritis haberi statuit, & præcepit. Desiderat quoque hanc Provinciæ determinationem circa subrogationes, aut substitutiones pro nullis, & irritis haberi statuit, & præcepit. Desiderat quoque hanc Provinciæ determinationem circa subrogationes, aut substitutiones a Reverendissimo Patre Vice-Commissario Generali, aut, si opus fuerit, etiam a Sacra Congregatione confirmandam ". Desuper duo instrumenta confecta, & conscripta sunt, unum Romam mittendum, alterum in Archivo Provinciæ servandum, quibus omnes, & singuli de corpore Capituli subscripserunt in Conventu Nostro Possoniensi Beatissimæ Virginis Annunciatæ die 23. Junii 1730.

Frater Hieronymus Lukafil, Guardianus Posonien.
Frater Bernardus Imnerk, Guardianus Sopron.
Frater Blasius Miartan, Guardianus S. Catharinæ.
Frater Franciscus Xelutnix, Guardianus Nitrien.
Frater Arsenius Kosller, Guardianus Ersekvivak.
Frater Henricus Klikovics, Guardianus Neemeth.

Fra-

Frater Gabriel Gsjan, Guardianus Malauken.
Frater Severinus Podhradgyai, Guardianus Sancti Antonii.
Frater Florianus Ozoleii, Guardianus Janriman.
Frater Athanasius Vuenninger, Guardianus Kissmastonien.
Frater Benignus Kaafai, Guardianus Sabarien.
Frater Michael Gombosa, Guardianus P:pen.
Frater Zacharias Pussai, Guardianus Gomaron.
Frater Sebastianus Hoini, Guardianus Strigon.
Frater Antonius Szumiogg, Guardianus Pestien.
Frater Leo Orehorski, Guardianus Sancti Ladislai.
Frater Hyacinthus Klanihons, Præsidens Strigon.
Frater Christophorus Sehiesci, Præsidens Alben.
Frater Crescentius Paur, Guardianus S. Montis Calvarii.
Frater Matthias Fsum Præsidens Kesthelien. & Prov. immediatus ex-Definitor.
Frater Joseph Boyger, Præsidens Budensis, & immediatus Ex-Definitor.
Frater Carparus Szente, Præsidens Resprim. & immediatus Ex-Custos.
Frater Ægidius Hisa, Guardianus Sumeghiens. & Definitor actualis.
Frater Marianus Vysallchs, Ex-Guardianus Andocsien. & Definitor actualis.
Frater Gasparus Vuketits, Provinciæ immediatus Ex-Definitor.
Frater Petrus Heineg, Provinciæ Definitor actualis.
Frater Demetrius Heim, Ex-Guardianus Praten. Provinciæ Definitor, & Secretarius.
Frater Sebastianus Pansl, Provinciæ Custos.
Frater Antonius Posonii, Provinciæ Pater..
Frater Bernardinus Karbsi Pater.
Frater Capistranus Ebeca, Ex-Minister Provincialis.
Frater Andreas Pordanr, Ex-Definitor gratis iterato, & Minister Provincialis actualis.

Loco ✠ Sigilli.

Sequuntur nomina aliorum Vocalium.

§. 5. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, firmiora sint, & serventur exactius illa, quæ Apostolici muniminis præsidio roborantur; Nobis propterea dictus Fulvius Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Fulvium Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum acceptationis alternativæ tripartitæ, hujusmodi præinsertum, tam a Definitorio, quam a Vocalibus Capituli Provincialis prædictæ Provinciæ in vim supradictarum literarum factum, & deinde ad subrogationes, & substitutiones extensum, ut præfertur, cum omnibus, & singulis in eo contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium pariter confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quo-

Chronol. Seraph. *

modolibet intervenerint, supplemus.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon prædictorum Ordinis, & Provinciæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 26. Junii 1732. Pontificatus nostri anno secundo.

F. Card. Oliverius.

Supr. & Universal. Inquisit. Rom.

DECRETUM

Fratres Minores de Observantia, Reformati, & Capuccini declarantur exempti a solutione alimentorum pro iis, qui in dicto Tribunali Carceri sunt mancipati.

Feria 3. die 15. Julii 1732.

Lectis Literis P. Inquisitoris Regii datis die 13. Junii proximi, quibus significat PP. Ordinis Min. Observ. dictæ Civitatis recusare solutionem alimentorum, quæ ab illa Inquisitione præstantur P...... in Carceribus dicti Sancti Officii detento, & ad Carceres arbitrio Sacræ Congregationis, ob prætensam sollicitationem in Confessione, damnato, cum perpetua inhabilitatione ad audiendas Confessiones Sacramentales; & ideo supplicat ei rescribi, quomodo se gerere debeat, & relato Decreto edito die 3. Augusti 1707. & Epistola illius vigore scripta P. Inquisitori Arimini in simili casu, nempe Capuccinos, Fratres Ordin. Min. Observ. & Min. Observ. Reformat. aliosque Regulares, qui dietim vivunt ex eleemosynis, non teneri ad solutionem expensarum cibariarum.

Eminentissimi dixerunt SERVANDUM DECRETUM EDITUM DIE III. AUGUSTI MDCCVII.

Declaratur Constitutionem Circumspecta, *qua moderatur altera Benedicti XIII.* Universalis Ecclesiæ, *comprehendere etiam FF. Reformatos, Discalceatos, & Recollectos.*

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilecti filii Fulvii a Bononia Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum Nobis exposito, quod cum Nos per quasdam nostras desuper sub plumbo expeditas literas, quarum initium est -- *Circumspecta* -- Constitutionem felic. record. Benedicti Papæ XIII. Prædecessoris nostri, favore Fratrum de Observantia ejusdem Ordinis editam, moderati fuerimus, eædem vero rationes pro Fratribus Reformatis Ordinis hujusmodi, qui cum distinctis Constitutionibus vivere, & cum quibus a rec. mem. Urbano Papa VIII. Prædecessore pariter nostro, per quasdam etiam suas die 22. Maii 1639. expeditas literas specifice confirmatas, omnino dirigi solent, habeantur, ipseque Fulvius Procurator Generalis præfatam Benedicti Constitutionem etiam pro Fratribus Reformatis moderari, & ad terminos literarum piæ memoriæ Alexandri Papæ VII. itidem Prædecessoris nostri die 4. Decembris 1661. Pontificatus sui anno sexto amanatarum, quæ incipiunt -- *Ratio Justitiæ* -- per quas votum perpetuum in propria Provincia ex-Procuratoribus Generalibus Reformatis conceditur, reduci plurimum cupiebat, emanavit a Nobis Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: „ Ex audientia Sanctissimi habita a Domino Secretario de tempore Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium sub „ die 20. Julii 1731. Sanctissimus benigne annuit, decrevitque Constitutionem Sanctitatis Suæ incipien. „ *Circumspecta* - comprehendere Excalceatos, Recollectos, Reformatos, & quoad istos, etiam quoad votum Officialium Curiæ, juxta Constitutionem Alexandri VII. incip. *Ratio Justitiæ* -- Recollectos vero, „ & Excalceatos quoad votum Officialium remanere „ in statu, quo erant, ante Constitutionem Benedicti XIII. Romæ &c.

Card. Franciscus Barbarinus.

Loco ✠ Sigilli.

I. Arch. Corinth. Secretarius.

Cum autem, sicut dilectus Fulvius Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, pro firmiori illius subsistentia, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos ipsum Fulvium Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis &c. supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Decernentes &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 4. Augusti 1732. Pontificatus nostri anno tertio.

F. Card. Oliverius.

CUm Pater Josephus de Fundis Reformatæ Provinciæ Romanæ Alumnus inter Ex Provinciales per Breve annumeratus fuisset, ac præcedentiam supra ex-Secretarios Generales prætenderet, emanavit sequens Decretum.

Die 17. Augusti anni 1732.

AUditis interesse habentibus, decretum fuit præcedentiam deberi Ex-Secretariis Generalibus supra omnes Ex-Provinciales Indulto Apostolico, tanquam Ex-Ministris proprio, & in rigore sumptis; Quod quidem Decretum hac ipsa die, me referente, Sanctissimus approbavit, & executioni mandari jussit, acceptante Patre de Fundis supplicante.

F. Joseph Maria ab Ebora Commiss. Gen. Ordinis.

Patres Observantes declarantur exempti ab Epistolarum solutione in Ditione Pontificia, non obstante &c.

20. Agosto 1732.

AVendo fatto reiterato ricorso a Monsignor Illustrissimo Tesoriere Generale il Padre Commissario Generale de Minori Osservanti sopra la molestie, che ricevono quotidianamente i Religiosi de' Conventi dello Stato Ecclesiastico da i Postieri per il pagamento delle Lettere, dal quale essi debbono esser esenti, in conformità delle Costituzioni Apostoliche; perciò lo stesso Monsignor Tesoriere ne porge al Signor Marchese Patrizj Generale delle Poste la presente notizia, affinche in esecuzione anche di quanto ha convenuto colla R. C. nell' Istrumento del suo Generalato, possa compiacersi di provedere all' indennità, e quiete de' suddetti Religiosi con scriverne Lettera Circolare ai Subappaltatori, ed altri Ministri dello Stato Ecclesiastico, perche non venghino i mentovati Religiosi più ulteriormente molestati per il pagamento di dette lettera.

E P I S T O L A

Thesaurarii Generalis R.C.A. ad subalternos circa exemptionem Fratrum Minorum a vectigalium solutione.

HAnno fatto a Me ricorso li Padri Minori Osservanti, Riformati, e Capuccini rappresentandomi, che, dopo la pubblicazione della Bolla rivocatoria di qualunque esenzione della Santità di Nostro Signore, si pretende dalle Signorie Vostre, e dagl' altri Appaltatori Camerali il pagamento delle Gabelle spettanti alla R. C. per quelle robe, che servono per uso proprio de' medesimi Religiosi di San Francesco, i quali non possedendo cosa veruna, nè in particolare, nè in commune, nè avendo l' uso del Denaro, sono veri Mendicanti, professando una perfetta Povertà: e siccome gl' accennati Religiosi in vigore delle Costituzioni Apostoliche, delle sentenze ottenute passate in Giudicato, e degl' Ordini reiterati dati, tanto da Signori Cardinali Camerlenghi, quanto da miei Antecessori, hanno sempre goduta per il passato una plenaria esenzione del pagamento di dette Gaballe, specialmente del macinato, e del-

la

le altre per le robe d'uso proprio, non ostante qualunque abuso, che si fosse introdotto ne' tempi passati, o per negligenza de' Superiori, o per violenza de Gabellieri, così incrando anche al §. 7. della suddetta Bolla rivocatoria della Santità di Nostro Signore, debbono esser esenti dal pagamento della Gabella del Macinato, e dell'altre per le robe, che introducono per loro uso, e servizio; con questo però, che per la quantità del Grano, che si dovrà Maciuare per loro uso, dovrà esser accompagnato colla Fede giurata del Padre Superiore di quel Convento, nella quale si dichiari la quantità del Grano, e che sia veramente per solo servizio, ed uso di detto Convento, ed altresì dovranno prendere la solita Bolletta, che se li concederà prontamente senza veruo pagamento, e lo stesso dovrà praticarsi in ordine alle Grascie, ed altre robe, che serviranno per il loro vitto, e servizio, e senza i quali attestati non saranno tenuti i Gabellieri, ed altri Ministri di fargliene godere l'esenzione. Si contenteranno dunque le Signorie Vostre di darne in tal forma gl'ordini opportuni a chi spetta, per i luoghi compresi nel loro appalto, e Tesoreria, con darmene riscontro del seguito, e resto.

Roma 17. Settembre 1732.

C. M. Sacripante Tesoriere Generale.

Quibus cum non obtemperassent nonnulli subalterni, sequentes urgentiores literæ, præcipue in Observantium favorem, datæ fuit ab eodem Illustrissimo, ac Reverendissimo D. D. Thesaurario Geuarali R. C. A.

22. Ottobre 1732.

Avendo tutti gl'altri Signori Tesorieri prontamente eseguito i miei ordini dati con lettera Circolare dei 17. Settembre passato a favore de Padri Minori Osservanti, Riformati, e Capuccini, a proposito dell'esenzione delle Gabelle per quelle robe, che servono per uso proprio, e specialmente del Macinato, godute per lo passato anche in vigore delle Costituzioni Apostol che, delle sentenze ottenute, e passate in giudicato, e degl' ordini reiterati dati tanto dai Signori Cardinali Camerlenghi, quanto da miei Antecessori; mi ha recata perciò non poca maraviglia il sentire, che le Signorie Vostre abbiano ritardata la esecuzione di quanto loro ordinai, col pretesto, che quantunque i Riformati, e Capuccini dovessero godere detta esenzione, contutto ciò non si dovesse stendere a Minori Osservanti: onde sul riflesso, che in detta mia Lettera, nella quale si enunciano tanto i PP. Minori Osservanti, quanto li Riformati, e Capuccini, non vi fosse apposta la virgola dopo le parole *Minori Osservanti*, per verità è tropo frivola una simile riflessione, non possedendo nè i Minori Osservanti, nè i Riformati, nè i Capuccini cosa veruna, nè in particolare, nè in commune, e professando altresì i medesimi una perfetta povertà, debbono dirsi tutti Mendicanti, ed egualmente debbono godere la stessa esenzione, com'hanno goduta per lo passato. Se poi le Signorie Vostre, in vigore del Capitolo 113. del loro Istromento, pretendono d'aver qualche ragione in conto mio, lo che è affatto insussistente, potranno dedurla avanti di Me &c.

C. M. Sacripante Tesoriere Generale.

Chronol. Seraph.

Statuitur Alternativa in Provincia Observanti Genuensi.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Minister Provincialis, Custos, & Definitores Provinciæ Januensis, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum dicta Provincia in tres Custodias, nimirum Januensem, Orientalem, & Occidentalem divisa reperiatur, jamque inde ab anno 1672. pro parte tunc existentium Fratrum ejusdem Provinciæ fel. rec. Clementi Papæ X. Prædecessori Nostro supplicatum fuisset, ut ad tollenda dissidia, quæ tempore celebrationis Capituli Provincialis dictæ Provinciæ, non sine fidelium scandalo, inter ejusmodi Custodias oriri consueverant, Alternativam inter eas electione Ministri Provincialis, Custodis, & Definitorum Provinciæ præfatæ demandare vellet, quemadmodum in altera Provincia Januen. Fratrum ejusmodi Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, per quasdam felic. record. Urbani PP. VIII. Prædecessoris quoque nostri in simili forma Brevis die 29. Maii 1645. expeditas literas præscripta, & ordinata fuerat; ac idem Clemens Prædecessor instantiam ejusmodi tunc pariter existentis prædicti Ordinis apud Sedem Apostolicam Cardinalis Protectoris arbitrio remisisset, ipse Cardinalis Protector Decretum edidit, per quod sub certis modo, & forma in eo expressis concessit, ut petita Alternativa electio imposterum servari posset, quatenus primodictæ Provinciæ consensus in tunc proximo Capitulo Provinciali desuper accederet, & alias, prout in Decreto præfato, cujus tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Decretum hujusmodi hactenus executioni demandatum minime fuerit, ac interea dissidia prædicta in Capitulo Provinciali perduraverint, Ipsi Exponentes, pro publica tranquillitate suæ Provinciæ, dictam Alternativam electionem inibi stabiliri summopere desiderant; Nobis propterea humillime supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas &c. hujusmodi supplicationibus inclinati, audito per Nos super præmissis voto Congregationis Generalis dicti Ordinis, quod deinceps in Capitulo Provinciali primodictæ Provinciæ duo Vocales Definitorii Provincialis eligantur, & sint ex singulis tribus Custodiis præfatis, ex una scilicet Minister Provincialis, & Definitor; ex altera Custos, & Definitor; & ex reliqua duo Definitores alternis, vicibus, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, ita ut ejusmodi Alternativa electio quoad Ministrum Provincialem, & Custodem prædictos incipere debeat ab iis Custodiis, quæ in duabus Capitulis Provincialibus proxime celebratis dictos Ministrum Provincialem, & Custodem respective non habuerunt.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 21. Augusti 1732. Pontificatus nostri anno tertio.

F. Card. Oliverius.

Rmus P. Antonius a Mazaria, Provinciæ Terræ Laboris Lector Jubilatus, & Ex-Secretarius Generalis Ordinis, inter Ex-Commissarios Generales, sine voto tamen in Capitulo Generali, recensetur.

Dilecto Filio Antonio a Mazaria Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum.

CLEMENS PAPA XII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Religionis Zelus &c. Volentes itaque Tibi, qui Frater expresse professus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, & in provecta ætate constitutus, ac Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum a Sede Apostolica deputatorum Qualificator, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationis Sacris Ritibus præpositorum Consultor existis, præmissorum meritorum tuorum, & obsequiorum, quæ diu dictæ Sedi hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, intuitu, gratiam facere specialem, Teque a quibusvis excommunicationis &c. motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Tibi, ut excepto dumtaxat voto in Capitulo generali dicti Ordinis, omnibus, & singulis juribus, Privilegiis, prærogativis, præeminentiis, antelationibus, exemptionibus, honoribus, gratiis, & Indultis, quibus Fratres Ordinis prædicti, qui Triennii spatio Commissarii Generalis Familiæ Cismontanæ ejusdem Ordinis munere functi fuerunt, tam de jure, usu, & consuetudine, quam aliis quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia, uti, frui, & gaudere libere, & licite possis, & valeas in omnibus, & per omnia, perinde, ac si Commissarii Generalis hujusmodi munera per triennium functus fuisses, tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ita tamen, ut ultimum locum inter illos, qui Commissarii Generalis hujusmodi munus exercuerunt, tenere debeas.

Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus rec. mem. Benedicti XIII. Prædecessoris Nostri literis super abolitione, & revocatione privilegiorum personalium editis, aliisque Constitutionibus &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Augusti 1732. Pontificatus Nostri anno tertio.

F. Cardinal. Oliverius.

Confirmantur nonnulla statuta pro meliori regimine Studentium Provinciæ Granaten. Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Joannes de Soto, Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod juxta mentem hujus Sanctæ Sedis, ac resolutionem novissimi Capituli Generalis ejusdem Ordinis in Civitate Mediolanen. anno 1729. celebrati, in Capitulo Provinciali Provinciæ Granaten. dicti Ordinis habito die 20. Maii 1730. communi consensu Vocalium, nemineque discrepante, inter alia statutum fuit, ut omnes Conventus Provinciæ præfatæ, nullo excepto, non nisi Cantu Gregoriano uterentur in divinis Officiis, & Missæ Sacrificiis solemniter celebrandis, duoque erigerentur, aut destinarentur Conventus ipsius Provinciæ, in quibus Religiosi studentes, post emensum fructuose triennium studii Theologiæ Moralis Practicæ, sicuti jam ab eadem Sede in Regnis Hispaniarum dispositum, & Ven. Fratre Archiepiscopo Panormitan. tunc temporis Ministro Generali prædicti Ordinis die 29. Februarii 1727. palam indictum fuerat, sicque, & non aliter iidem Studentes in Provinciali, vel intermedio Capitulo dictæ Provinciæ, prævio accurato examine, verbi Dei Prædicatores, & Sæcularium Confessarii institui valerent: in unoquoque vero e præfatis duobus Conventibus hujusmodi studiis destinatis, constitui nequiret nisi unus Lector, qui antea per aliquot annos Theologiam Scholasticam publice, ac laudabiliter legisset, vel saltem integrum Philosophiæ cursum perfecisset; Ac Lectores ejusmodi pro tempore existentes, qui literarias exercitationes præscriptas adimplerent, frui deberent privilegiis, & exemptionibus, quibus ipsius Theologiæ Scholasticæ Lectores gaudent, non secus, ac si eamdem Theologiam Scholasticam toto tempore ad id definito legissent. Præterea in Congregatione, seu Capitulo Provinciali intermedio supradictæ Provinciæ in Civitate Granaten. die 24. Mensis Novembris proxime præteriti peracto, omnium itidem Vocalium consensu, & suffragio, ordinatum fuit, ut unus ejusdem Provinciæ Conventus in Seminarium, sive Professoriorum institueretur, ac deputaretur, quo Clerici dictæ Provinciæ, immediate post emissam ab eis regu-

larem

suam professionem, irremissibiliter mitterentur, ibique per unum saltem annum permanerent, linguæ Latinæ, & cantu Gregoriano præfato operam navaturi, & interim omnia, quæ, durante anno probationis observaverant in Clausura, tum privatis, cum publicis in Communitate exercitiis vacando, eodem modo facere tenerentur; atque Magister Alumnorum dicti Seminarii, seu Professorii, qui rite illos docuisset, privilegiis quoque, & exemptionibus Magistris Novitiorum Ordinis prædicti attributis poti-retur.

§. 1. Cum itaque, sicut eadem expositio subjungebat, præmissa ad majorem Dei gloriam, ac doctrinæ, & regularis disciplinæ in Ordine præfato incrementum tendere dignoscantur, Nobis propterea ipse Joannes Minister Generalis humiliter supplicari fecit, ut illa Apostolicæ confirmationis nostræ præsidio communire, perpetuæque eorum observantiæ providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ejusdem Joannis Ministri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationem venerabilis Fratris Nostri Episcopi Ostien. & Veliternen. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatæ Cardinalis Barberini nuncupati sibi super præmissis factam, nec non dilectum filium Procuratorem Generalem Ordinis prædicti audiverunt, consilio, enunciata statuta, & ordinationes auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ Sedis Nuncios, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, præfatorum Ordinis, ac Provinciæ, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Septembris 1732. Pontificatus Nostri anno tertio.

F. Cardinalis Oliverius.

Confirmantur Statuta nonnulla super distributione officiorum Provinciæ Terræ laboris Ordinis Fratrum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Pastoralis officii, quod auctore Deo gerimus, cura animum nostrum sollicitat ad ea peculiari paternæ charitatis studio statuenda, per quæ Christifidelium divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum quieti, & felici regimini opportunis rationibus salubriter consulatur.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Maria ab Ebora Commissarius Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupat. quod, ad sedandas graves molestias, imo scandalosas controversias in Provincia Fratrum Reformatorum dicti Ordinis Terræ Laboris in Regno Neapolis inter Fratres Neapolitanos, adhærentes, & exteros, super distributione officiorum, quæ in tres partes ab aliquibus, & ab aliis in duas partes dividi prætenduntur, vigentes, post maturam considerationem, auditamque super præmissis Fratrum graviorum, & peritorum ejusdem Reformationis, sententiam, ad occurrendum ejusmodi inordinationibus expedire existimat: Primo, ut Natio Neapolitana deinceps non solum Civitatem Neapolitanam, sed totam illius Diœcesim complectatur; & semel Provincialatum, incipiendo a proxime futuro Capitulo Provinciali, ac semper duo vota in Definitorio habeat: secundo, quod omnes alii Religiosi extra dictam Diœcesim, suppresso nomine *Adhærentium*, unum Corpus exterorum constituant & per duas vices continuas Provincialatum hujusmodi, & quatuor vota, sive suffragia in Definitorio, attento quod duas ex tribus partibus ejusdem Provinciæ componunt, habere debeant: Tertio, ut Custodis officium, etiam per turnum, bis ad exteros, & semel ad Neapolitanos pertineat; ex sexdecim vero Conventibus, quibus dicta Provincia de præsenti constat, decem prædictis exteris, quinque Neapolitanis, & reliquus dispositioni Ministri Provincialis pro tempore existentis attribuantur, ita tamen, ut Conventus Neapolitani pariter per suum turnum respective provideantur.

§. 2. Quare dictus Josephus Maria Commissarius Generalis nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Josephi Mariæ Commissarii Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac etiam motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut imposterum supranarrata dispositio fideli-

tur

ter observetur, servata tamen semper canonicæ electionis forma, tenore præsentium statuimus, & ordinamus; mandantes propterea, & districte præcipientes Superiori Generali pro tempore existanti Ordinis hujusmodi, ut prædictam dispositionem executioni demandet, & ab iis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, observari faciat, sub excommunicationis, privationis officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis, nec non nullitatis omnium actuum Capitularium, quos contra prædictam dispositionem fieri contigerit, adversus contrafacientes infligendis pœnis. Ac decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 10. Septembris 1732. Pontificatus nostri anno Tertio.

Fabius Cardinalis Oliverius.

Provinciæ S. Gabrielis Discalceatorum jus suffragandi in electionibus Vicarii, vel Vice-Commissarii Generalis faciendis asseritur.

Decretum, & Sententia S. C. specialiter a Sanctiss:mo D. N. deputatæ.

IN electionibus Vicarii, vel Vice-Commissarii Generalium explendis per obitum, vel per promotionem Patris Ministri Generalis, & respective Commissarii, provisum fuit in statutis Generalibus Seraphicæ Religionis esse convocandos sex Ministros Provinciales, & sex Custodes Provinciarum, ex Provinciis vicinioribus respectu illius Provinciæ, in qua moratur Pater dignior, cui competit habere sigilla Ordinis; cum hac tamen specifica distinctione, quod ubi Pater dignior non sit ejusdem Provinciæ, in qua retinet domicilium, decernuntur congregandæ Provinciæ, quæ sint viciniores loco sui habitualis, & permanentis domicilii: ubi autem Pater dignior sit ejusdem Provinciæ, in qua moram trahit, præfinitur vocari debere sex Provincias proximiores Provinciæ, in qua degit dictus Pater dignior.

Tota proinde controversia inter Provinciam S. Gabrielis Patrum Discalceatorum, & Provinciam Sanctorum Angelorum Patrum Minorum de Observantia Sancti Francisci, super jure interveniendi inter sex viciniores Provincias, & votandi in præfatis electionibus, casu nempe, quo Pater dignior suum haberet domicilium in Provincia Castellæ, & esset ejusdem Provinciæ, attenta proximioritate, quam unaquæque Provincia sibi adscribebat, relate ad dictam Provinciam Castellæ, juxta vacationum contingentiam, diversis temporibus nonnulla emanarunt decreta favore Provinciæ Angelorum, quorum vigore admissa fuit ad suffragandum, semper tamen reluctante, & contradicente Provincia Sancti Gabrielis, donec causa delata ad Capitulum Generale Romæ celebratum de anno millesimo septingentesimo vigesimo tertio, idem Capitulum decrevit, ibi: *Provinciam Angelorum manutenendam esse in possessione, quam advocari pro Congressibus istis obtinuit hucusque, atque interea partes ante Generale Capitulum immediate futurum, ostensionem facere satagant prætensæ majoris proximitatis*. Et habita successive de anno millesimo septingentesimo vigesimo octavo legali mensura, modo præire, quo eam haberi præscripsit Provincia Angelorum, intervenientibus Patribus utriusque Provinciæ ad illum actum specialiter deputatis, qui deinde mensuras, tamquam legaliter factas, approbarunt, & subscripserunt: *Provincia Sancti Gabrielis, ratione Conventus del Berrocal, reperta fuit vicinior in cannis Castellanis sexcentum quadraginta Provincia Angelorum, seu Conventu de Pœnitentia.* Cumque post mensuras taliter factas, causa devenerit ad Capitulum Generale Mediolani celebratum de anno millesimo septingentesimo vigesimo nono, & in eo, non obstante memorata proximioritate, Provinciæ Sancti Gabrielis definitive decretum fuerit, ibi: *Provinciam Angelorum manuteneri debere in sua possessione, & Provinciam S. Gabrielis super hac re non esse amplius audiendam*. Eadem Provincia Sancti Gabrielis appellavit a dicto Decreto ad Sanctam Sedem, & recursum habuit ad Sanctissimum Dominum nostrum Clement. XII. feliciter regnantem, pro deputatione Congregationis particularis, ad effectum habendi finalem decisionem in causa, omni appellatione remota; & cum idem Sanctissimus precibus dictæ Provinciæ benigne annuerit, ac deputaverit sub die vigesima nona Octobris millesimi septingentesimi trigesimi primi Congregationem particularem Eminentissimorum, & Reverendissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium Barberini, Petra, & Porzia, nec non infrascripti Secretarii Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, hinc

Eadem Congregatio deputata habita sub die decima sexta Septembris anni millesimi septingentesimi trigesimi secundi, pluries in scriptis, & in voce partibus auditis, ac re undique mature discussa, censuit rescribendum, prout rescripsit, & declaravit *Constare de bono jure Provinciæ Sancti Gabrielis ad effectum, ut convocetur, & suffragium præstet in Congregatione, & Capitulis, de quibus agitur, & amplius &c.* Romæ die decima sexta Septembris millesimi septingentesimi trigesimi secundi.

Cardinalis Antonius Barberinus Præfectus.

V. Cardinalis Petra.

D. E. Cardinalis de Porzia.

Loco ✠ Sigilli.

Archiepiscopus Corinthi Secretarius.

Mo-

Moderantur statuta Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Discalceatorum in Lusitania.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Michael a Jesu Maria Minister Provincialis Provinciæ Conceptionis B. Virginis Mariæ Immaculatæ, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, Regni Portugalliæ, quod alias, pro conservatione pacis, justitiæque distributivæ, & ad arcendum ambitum, eadem Provincia divisa est in duo Territoria, alterum *Beira*, & alterum *Minium* respective nuncupata, e quibus par numerus Diffinitorum, Guardianorum, aliorumque Officialium in Capitulis, & Congregationibus dictæ Provinciæ constitueretur; Minister vero Provincialis, & Custos alternatim eligerentur, & inter alia Decretum, stabilitumque fuit, quod si munus pro tempore existentis Ministri Provincialis Provinciæ præfatæ intra triennium, quo illud durare consuevit, per decessum, seu aliter vacare contingeret, dignior Pater totius Provinciæ illius sigillum assumeret, & Capitulum pro electione Vicarii Provincialis convocaret; item, quod si in uno ex dictis duobus Territoriis aliqui de novo erigerentur Conventus, seu Hospitia, eorum Superiores in Capitulo ejusdem Provinciæ suffragari nequirent, donec in altero Territorio totidem Conventus, seu Hospitia pariter erigerentur: idque ad servandam æqualitatem votorum, sive suffragiorum in utroque Territorio: quæ omnia subinde per quasdam fel. rec. Clement. PP. XI. Prædecessoris nostri desuper in simili forma Brevis die 25. Februarii 1719. expeditas literas, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, approbata, & confirmata fuerunt.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, experientia postmodum edocuerit bono regimini, & tranquillitati ipsius Provinciæ expedire, ut enarrata duo Decreta reformarentur, ac immutarentur, atque in Capitulo Provinciali dictæ Provinciæ, anno 1726. celebrato, unanimis prodierit resolutio, quatenus Minister Provincialis apud hanc Sanctam Sedem pro congrua eorum moderatione obtinenda instaret; quare prædictus Michael Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsum Michaelem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui rem mature discusserunt, consilio, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, ut deinceps occurrente officii Ministri Provincialis supradictæ Provinciæ intra tempus, quo durare solet, per decessum, seu alias, vacatione, *sigillum ejusdem Provinciæ assumat*, Capitulumque pro electione Vicarii Provincialis convocet, *dignior Pater Provinciæ ejus Territorii*, cujus erat *Minister Provincialis*; deficiente vero Patre Provinciæ hujusmodi, Diffinitor, seu Custos antiquior in electione, hisque pariter deficientibus in dicto Territorio, illius Guardianus habitu antiquior, quo semper idem suffragiorum, sive votorum numerus ex utroque Territorio habeatur in quacumque electione; *atque erecto uno Conventu, aut Hospitio in aliquo ex Territoriis præfatis, ejus Superior statim suffragari possit in Capitulo prædicto, ditiusque Superior sit per unum triennium ex uno, & per aliud triennium ex altero Territoriis*: salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, supradictis Clementis Prædecessoris literis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciæ hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 17. Novembris 1732. Pontificatus Nostri anno tertio.

E P I S T O L A

Eminentissimi a Secretis Status, qua Reverendissimo P. Josepho Mariæ ab Ebora significatur ejus in Cismontanæ Familiæ Commissarium, Reformatorem, ut Visitatorem Apostolicum a Sanctissimo facta deputatio.

Foris.

Al Reverendissimo Padre

Il P. Commissario Generale dell' Ordine di San Francesco.

Araceli.

Intus.

REVERENDISSIMO PADRE

VOlendo la Santità di Nostro Signore dare un nuovo contrasegno del suo Paterno amore all' Ordine Serafico; di cui si è degnata ritenere la Protezzione, e fare godere insieme alla P. V. le cle-

clementissime sue beneficenze, per le continue ri prove, ed esperienza, che ha del di lei particolar zelo iu benefizio pubblico della Religione, si è determinata a dichiararla, come in virtù della presente la dichiara, Commissario Apostolico, Visitatore, e Riformatore specialmente Delegato in tutta la Famiglia Cismontana a lei soggetta, si in riguardo agl' Osservanti, che a i Riformati, e Scalzi, e Chiostri di Monache annessi, compartendole tutte le facoltà necessarie, suddelegabili anche ad altri Religiosi, o in tutto, o in parte, ad effetto, che possa esercitarle ella, e i Suddelegati in ciò, che si giudicherà espediente da Lei, e dalla Consulta sua Generale, per il buon Governo, Riforma, e perfetta Osservanza dell' Ordine, e per la pace, e consolazione delle Provincie, e de' Religiosi, e Religiose tutte, che è l' unico scopo della santa mente di Nostro Signore. Si vaglia ella dunque di quest' amplissima concessione Pontificia colla solita sua Religiosa prudenza; e senza più, la auguro dal Cielo ogni bene.

Roma 22. Novembre 1732.

D. V. P.

Affezzionatissimo
Antonio Card. Banchieri.

Consimilis Apostolica facultas pro Ultramontana Familia, & Universo Ordine missa quoque fuit, cura ejusdem Patris Josephi Mariæ Eborensis, ad Reverendissimum Patrem Ministrum Generalem totius Ordinis.

Innovatur prohibitio Locorum Ordinariis, ne, inconsulta Sac. Congregat. omnibus cujuscumque Cœnobii Regularibus facultatem adimant Sacramentales Confessiones excipiendi.

SAcra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium præposita, quamvis plurica, atque sæpius, inhærendo Apostolicis Constitutionibus, signanter fel. record. Clementis Papæ XI. incipien: *Superno &c.* decreverit, & declaraverit, Ordinarios Locorum non posse, nec debere facultatem audiendi Sacramentales Confessiones omnibus simul unius Conventus Regularibus adimere, ipsa Sacra Congregatione inconsulta, & ademptam passim restitui jusserit; attamen, quia experimento compertum fuit, quod hujusmodi saluberrimæ determinationes a quamplurimis Locorum Ordinariis nuperrime violatæ fuerint, in maximum quidem Communitatum Regularium præjudicium, idcirco, ad petitionem R. P. Cajetani a Laurino moderni Commissarii Generalis Curiæ Minorum Observantium Sancti Francisci, censuit esse danda Decreta alias desuper edita, tenoris sequentis, videlicet:

CUm Sacræ Congregationi Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ innotuerit, Confessarios Regulares graviter conqueri, quod ab Archiepiscopis, Episcopis, & Locorum Ordinariis ab audiendis Confessionibus, quavis de causa, indiscriminatim suspendantur, ac præterea sæpe contingere, ut ab iisdem Archiepiscopis, Episcopis, & Locorum Ordinariis, omnibus simul unius Conventus Confessariis, Confessiones audiendi facultas adimatur; Eminentissimi ejusdem Sacræ Congregationis Patres rati vix fieri posse, ut hæc sine scandalo, magnaque animarum pernicie contigant, re mature perpensa, ad omnem scandali materiem submovendam, quo magis spirituali piarum mentium consolationi consulatur, statuunt, ac decernunt, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis, ad quos Confessarios approbandi jus spectat, Confessarios Regulares alias ab ipsis libere approbatos, ab audiendis Confessionibus suspendere posthac minime licere, nisi ex nova causa, eaque ad Confessiones pertinente, aut ob non servatum interdictum ab ipsis Ordinariis positum. Statuunt insuper eosdem Archiepiscopos, Episcopos, Locorum Ordinarios Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessariis, eadem Sacra Congregatione inconsulta, nullo pacto adimere posse. Quod quidem Decretum, ut iidem Eminentissimi Patres opportunum, & necessarium duxerunt, ita inviolabiliter jubent observari.

Romæ 20. Novembris 1615.

Sequuntur alia Decreta per Epistolas expedita, nempe.

AL VESCOVO DI SARNO.

Illustre, e molto Reverendo Monsignore come Fratello.

LI Frati Minori Osservanti di San Francesco di cotesta Città hanno rappresentato in Sagra Congregazione, come da V. S. sono stati sospesi tutti li Confessori, con ammirazione de' Secolari, dall'udire le Confessioni, onde supplicavano di qualche opportuna provisione. Questi Eminentissimi miei Signori, a relazione di Monsignor mio Eminentissimo Cibo, inerendo alle dichiarazioni altre volte fatte in tal materia, che proibiscono agli Ordinarj de' Luoghi il poter sospendere tutti li Confessori Regolari di un Convento dall' esercizio della Confessione, hanno comandato ingiungersi a V. S. che restituisca a detti Frati la facoltà d' udire le Confessioni, e da avendo cosa rilevante in contrario, ne dia parte alla Sagra Congregazione. Glie lo significo, e Dio la prosperi.

Roma 24. Aprile 1671.

Come Fratello
Il Card. Brancaccio.

AL VESCOVO D' UGENTO

Illustre, e molto Reverendo Monsignore come Fratello.

TRasmetto a V. S. per comandamento di questi Emiuentissimi miei Signori l' annesso Memoriale dato a nome del Padre Commissario Generale di Curia de' Minori Osservanti, affinchè distintamente riferisca alla Sagra Congregazione quant' occorre sopra l' esposto in esso. Vogliono però fra tanto l' EE. loro, che quando sussista ciocchè viene rappresentato, ella debba reintegrar al ministero di Confessore due, o tre Religiosi più degni in cotesto Convento di dett' Ordine esistenti di Famiglia. Così eseguirà colla dovuta prontezza, e Dio la prosperi.

Roma 22. Agosto 1732.

Come Fratello
Il Card. Francesco Barberini.
Giuseppe Arcivescovo di Corinto
Secretario.

Cum-

Cumque Ugsntinua Autistea Supremi Sacræ Congregationis mandati adimplementum distulisset, illius omnimoda executio delegata fuit Archiepiscopo Hidruntino ejus Metropolitano, ut liquet ex sequentibus literis.

A MONSIGNOR ARCIVESCOVO D'OTRANTO

Illustre, e Reverendissimo Monsignore, come Fratello.

Vedrà V. S. nell' annesso Memoriale dato a nome del Padre Commissario Geneeale di Curia de' Minori Osservanti di San Francesco quanto per parte del medesimo è stato rappresentato alla Sagra Congregazione. Questi Eminentissimi Signori pertanto mi hanno comandato ingiungerle, come faccio, che quando veramente costi a lei della ripugnanza di Monsignor Vescovo d' Ugento in eseguire il Decreto della medesima Sagea Congregazione, significatoli con lettera de' 22. del prossimo passato Agosto, cioè di dover restituire la facoltà di confessare à due de' più provetti Religiosi, che dimorano di Famiglia in quel Convento delle Grazie degli Osservanti, ella gli dia esecuzione, abilitando, come si è detto, anche a nome della stessa Sagra Congregazione, due Religiosi ad udire le Confessioni. Così sarà contenta eseguire, e le prego da Dio prosperità. Roma 21. Novembre 1732.

Come Fratello affezionatissimo
Il Cardinal Francesco Barberini.

Giuseppe Arcivescovo di Corinto Segretario.

Quorum quidem Decretorum tenorem, ac aliorum plurium in subjecta materia sæpissime emanatorum, ab omnibus quibuscumque Archiepiscopis, Episcopis, Locorumque Ordinariis eadem Sacra Congregatio præcipit, atque mandat adamussim servari.

Romæ 28. Novembris 1732.

Cardinalis Franciscus Barberinus.
J. Archiepiscopus Corinth. Secretarius.

LITERÆ

ENCYCLICÆ

Nuper electi Commissarii Generalis, quibus plura decernuntur Apostolica, qua pollebat, authoritate, pro bono regimine Familiæ Cismontanæ.

FR. JOSEPH MARIA AB EBORA

Lector Jubilatus, & in hac Cismontana Familia Ordinis Minorum Auctoritate Ordinaria, & Apostolica Commissarius Generalis, & Servus.

Dilectis plurimum in Christo Superioribus, ac subditis quibuscumque curæ nostræ subjectis salutem & Seraphicam benedictionem.

Religiosa pietas, quæ erga Seraphicum Ordinem in ipsa ineunte ætate, maxime vero ab emissa professione, in imis visceribus nostris exarsit; ex quo divina miseratione ad hujus Cismontanæ Familiæ regimen evecti sumus, acriori quodam studio urget nos, impellitque, ut quantum in nobis est, amantissimi pectoris solicitudinem novis, & quidem illustrioribus argumentis, vobis omnibus testatam faciamus. Cum itaque in aliis literis nostris, ad Regularis disciplinæ vigorem, & incrementum, selecta quædam monita emittere decreverimus, neque deinceps, ob assiduas, gravissimasque curas, quibus in obsequium Sanctæ Sedis hactenus distenti fuimus, paterna voce alloqui datum sit, nunc demum impedimenta omnia superantes, quæ cæteroqui novam tarditatem afferre possent, piissimis auribus vestris vigilantiæ nostræ partes deferimus; animi alacritatem augante Sanctissimo Pontifice, & Protectore nostro CLEMENTE XII. qui tenuitatem nostram novo robore, & ornamento munire, Nosque in hac Cismontana Familia Commissarium Apostolicum creare, & constituere dignatus est. Et siquidem in iis, quæ puram, nitidamq. Seraphicæ Regulæ observationem respiciunt, de religione, fideque vestra plurimum in Domino confidimus, ideo, quod ad publicæ rei nostræ rationem pertinere videbamus, nonnulla tantum adminicula, & sanctioris disciplinæ adjumenta proponere placuit, & pia, faciliori, clarioriqne methodo ad sequentia capita revocare.

Chronol. Seraph.

§. I.

De Prælatis Provincialibus, & Localibus.

Ut illæsa undique, & illibata vigeat altissima paupertas, quam veluti gemmam præclarissimam, ac præcipuam tesseram Ordinis nostri singulari studio colere, & observare debemus, caveant Ministri, & Guardiani, ne quam possessionem, vel usum fructum, aut aliud quidpiam admittant, quo ejusdem altissimæ paupertatis puritas, & quotidianæ mendicationis meritum labefactari possit. Qua in re Fratrum omnium conscientiam oneramus, ut si quam hujusmodi corruptelam Superiorum incuria, vel alio quovis modo tolerari viderint, id nobis significari curant, qui & de ipsorum indemnitate soliciti erimus, & pro ratione mali opportunis remediis utemur. Serventur omnino Constitutiones Ordinis quantum ad eleemosynas pecuniarias, quæ a Fratribus quibuscumque, sive prædicationis, sive laboritii, sive alio quovis titulo acquiruntur, itaut in usum Communitatis, non aliter, quam per Sindicos Apostolicos, convertantur. Atque ut in re tanti momenti omnis fraus e medio tollatur, Ministri Provinciales, quo tempore visitationem Conventuum obibunt, eorum Sindicos plane, ac diligenter instruent de modo, ac ratione, qua Sindicationis munere fungi debent; maxime vero, ne cuiquam Fratri quovis prætextu pecuniam in propria specie tribuant. Non impari solertia se gerant iidem Provinciales Præsules in explorandis oneribus Missarum, eorumque solutionibus; præ oculis idcirco habentes generales, & Apostolicas Constitutiones, unaque encyclicas literas hac de re editas a felic. record. Eminentissimo Laurentio Cozza prædecessore nostro; agantque, ut in consuetis libris pro quolibet Sacro Celebrantium subscriptio propria cujusque manu appareat.

Sint in unoquoque Conventu particulares cellæ, sive officinæ, in quibus pro numero Fratrum panni linei, & lanei custodiantur per Officiales idoneos, & pios, quorum opera, atque Zelo communes, & privatæ cujuslibet indigentiæ sublevari possint. Nemo sibi aliunde, quam de communi Provinciæ panno

vestimentum assumat, neque de pannis, aut staminibus, quæ in Lanificiis nostris construuntur, quidquam Secularibus vendere liceat; sed eadem lanificia, & lanificiorum opera integre, atque unice Provinciarum, & Fratrum usibus addicta sint.

In corrigendis, puniendisque Subditis respiciant Prælati humanissima viscera Seraphici P. Nostri, ejusque benignitatem, & clementiam imitari studeant; ne scilicet paterni erga filios amoris obliviscantur, ne cum ipsis durius agant, vel eos coram Secularibus indecenter objurgent; sed absque ullo privatæ affectionis motu, cum lenitate, & mansuetudine defectuosos moneant, obstinatiores plectant, &, dum opus fuerit, juridicis processibus, pœnisque subjiciant. Hunc vero benignitatis instinctum maxime adhiberi cupimus erga oves errantes, seu Apostatas, qui in se reversi, sponte sua ad ovile redibunt: eodemque Nos mansuetudinis affectu eos omnes ad Seraphicæ Matris gremium revocamus, plenariam ipsis veniam harum serie impertientes, dummodo vocem Pastoris audiant, ac infra semestre ad suas respective Provincias se recipiant. Cæterum, si quem deinceps ab Ordine deficere contingat, ejus desertionem Provinciales Ministri quam diligentissime in tabulas referri faciant, atque hujus Curiæ Officialibus significari, ut, dum opus fuerit ad effectum expulsionis, juxta facultates Ordini concessas, de cujusque incorrigibilitate judicari possit.

Seraphici Patris exemplum denuo ad imitandum proponimus in charitate erga infirmos: curentque ideo Superiores Provinciarum, ut in Conventibus, quos opportuniores viderint, Aromatariæ, & Valetudinaria, quod fieri potest, necessariis rebus, ac diligentissimis Officialibus instructa sint: pro quolibet Fratre, dum e vivis excesserit, consueta suffragia quam citissime fiant; eodemq. pietatis titulo ubique locorum laudabilem morem admitti cupimus, ut adhibito campanarum pulsu defunctorum Fratrum exequiæ celebrentur.

Nullo pacto permittant Superiores a Subditis suis fraudolenta commercia adversus jura Principum exerceri: quinimo flagitiis istis viam omnem eripiant, justoque supplicio delinquentes coerceant.

Cum otiosæ Fratrum evagationes maxime regulari disciplinæ detrimento sint; caveant in primis Provinciales Ministri, ne cuiquam ex subditis suis obedientiales literas concedant ad agenda itinera extra fines Provinciæ suæ; intra vero ejusdem limites, neminem inutilibus, aut levibus causis de urbe in urbem, de Conventu in Conventum, divagari permittant. Atque ut pro viribus hunc abusum eradicemus, obedientiales quascumque a Nobis, & Prædecessoribus nostris concessas, extinguimus, mandantes omnibus, & singulis, qui in alienis Provinciis degunt, sub Apostasiæ, suspensionis, aliisq. arbitrio nostro infligendis pœnis, ut infra mensem a publicatione præsentium, ad propriam redeant, nisi missionibus, prædicationi, lecturæ, vel similibus exercitiis, cum facultatibus opportunis, addicti sint: Guardiani vero sciant se eisdem pœnis subjiciendos fore, si adversus declarationem hanc nostram quempiam hospitem in suis familiis manere patiantur; quos etiam sobrios esse cupimus in concedenda subditis suis facultate excundi è Conventu, maxime diebus festis, in quibus Religiosos viros a commercio Sæculi abstinere decet, ac majori studio divinis rebus incumbere.

Insuper, ne claustralis quies, ac solitudo Secularium frequentia turbetur, quam rarissime Seculares homines communi mensæ accumbere, rarius autem in Conventibus noctes transigere permittant: perfugis vero nonnisi in exterioribus Ecclesiarum, vel Domorum atriis receptum tribuant: unusquis sit in quolibet Conventu Janitor, ut sedula, & nunquam intermissa valvarum custodia, religiosæ tranquillitati, & silentio plenius provideatur.

Quantum ad Chorum, meditationem, mensam cæterasq. conventuales exercitationes, caveant Prælati, ne communes regulæ, & Constitutiones Ordinis in desuetudinem abeant, neve eorum culpa neglectui habeantur. In quolibet Conventu Immaculatæ Conceptionis, & Beatissimi Patris Nostri Francisci cultum pro viribus augeri studeant: Nobisque gratissimum accidet quolibet Sabbato, ac diebus Festis Immaculatæ Deiparæ in honorem ejus Litanias cani cum Antiphona *Tota pulchra*, & semel saltem in hebdomada cani similiter Antiphona *Salve Sancte Pater* in honorem Seraphici Fundatoris, ejusque Altari, & Sacello unam minimum interdiu, noctuque ardere Lampadem, neque ullum Sacri ornatus accurationem desiderari.

Siquidem consilium cœpimus designandi in qualibet Provincia Fratrem aliquem idoneum, qui Provinciæ Chronica perficiat, & in unum colligat monumenta omnia, quæ ad prosecutionem Annalium totius Ordinis necessaria sunt, ut ejusmodi opus, bonis avibus ceptum, non impari cursu procedat, Ministri Provinciales, pro suo publicæ rei Zelo, ejusmodi Chronologis favorem suum, atque operam commodabunt. Iidem Ministri ex Bibliothecis singulorum Conventuum confici curent, & ad Nos transmitti, elenchum omnium librorum, qui ab Auctoribus Ordinis Nostri editi unquam fuerunt; ut hisce documentis, celeberrimum opus de Scriptoribus Ordinis, quod ad præsens urgemus, eruditi viri labore, atque industria facilius, & exquisitius ad umbilicum deduci, & prælo mandari possit. Denique pro usu, & documento Curiæ nostræ Tabulam mittent Religiosorum omnium, expressis eorum gradibus, oneribus, officiisque, addjectis insuper nominibus, & exercitiis Fratrum exterorum, qui in qualibet respective Provincia commorantur.

§. II.

De Domibus Novitiatus, Recollectionis, & Recessus.

NE unquam imminui, vel ullo modo relaxari contingat severiorem disciplinam, quæ in Domibus probationis servari debet, firma, & rata esse volumus, quæ alias hac de re a Prædecessoribus nostris constituta sunt; mandantes præterea, ne quis Provincialis, aut Guardianus a Novitiis, vel eorum parentibus eleemosynam ullam pecuniariam exigat pro eorum annua sustentatione, quos ad instar aliorum Fratrum unico Seraphicæ paupertatis, & quotidianæ mendicationis patrimonio ali decet. Quod si communes eleemosynæ ad id minime sufficiant, in aliis aptioribus locis Novitiatus erigantur: Sin autem (quod vix evenire posse credimus) omnes omnino Conventus iisdem annonæ difficultatibus, & angustiis laborent: eo casu, juxta dispositionem Tridentinæ Synodi, pro necessitatis modo, a Definitorii Patribus, & Provinciæ Discretis alicujus eleemosynæ taxam fieri permittimus, quam Syndici Apostolici Conventuum a Novitiis, vel eorum Actoribus accipere possint.

Cum interdum Fratres aliqui veris, vel (quod frequentius accidit) falsis, fictisque titulis professionem

sionem suam irritam esse velint, quæ res Ordini molestiam, sæculo scandalum afferre solet: Nos huic malo viam omnem obstruere cupientes, mandamus, ne Provinciales Ministri quemquam ad Ordinem recipiant, nisi prius indubitatis, certisque signis de expressa, & liberrima ejus voluntate, & electione constet. Tum neminem ad habitum admittant, nisi prius coram duobus Testibus formalem, & juridicam attestationem ediderit propria manu subscriptam, quatenus nulla vi, nullo metu, sed libere, ac sponte Religiosum Institutum amplectitur, quam quidem attestationem in Archivo Provinciæ, ejus vero exemplum in ipsa probationis Domo servari volumus; Tum a Novitio ante solemnem professionem recognosci, &, ut supra, coram Testibus confirmari.

Provinciales, & Guardiani Conventuum, in quibus Novitii sunt, nihil omittant, quod ad liberalem, & Religiosam eorum educationem aptum esse judicaverint; agantque ideo, ut Novitii Dormitorium, & cellas habeant in loco separato, pietati, ac spiritualibus exercitiis maxime opportuno; ut semper sub Magistrorum cura sint; ut ipsis nunquam sine Magistro comite a Conventu egredi, nullo autem pacto extra Conventum pernoctare liceat: ipsi vero Magistri considerati sint, & prudentes; cantus Gregoriani, Sacrarum Cœremoniarum, & ejusmodi rerum scientia optime instructi, tales, qui virtutum omnium exemplo Novitiis prælucere possint.

In qualibet Observantium Provincia sint omnino Conventus aliqui Recollectionis, vel Professorii, in quibus rigidior observatio vigeat Regulæ nostræ, & præcipuo quodam studio executioni mandentur regularis Disciplinæ Canones, præsertim, qui altissimam paupertatem, Chori frequentiam, & Orationis assiduitatem respiciunt; quibus propterea in locis Fratres esse debent timorati, & morigeri; Juvenes autem a probatis vitis Provincialium arbitrio eligendis, Christianæ, & Religiosæ Vitæ præceptis, Sacris Ritibus, atque etiam humanioribus literis imbuantur.

Denique, ut consulamus desiderio piorum Fratrum, qui rigidioris vitæ genus inire cupiunt, quemadmodum in plerisque Italiæ Provinciis factum est, in reliquis omnibus designentur Conventus aliqui ad spiritualem recessum Italice di *Ritiro*: quod ut facilius, & fructuosius fiat, ipsi, de consilio Patrum apud Nos existentium, & auctoritate Apostolica Nobis concessa, modum, ac rationem dabimus communis disciplinæ, quæ in ejusmodi recessibus servari debeat.

§. III.

De studiis, & de re Literaria.

Ne pereat unquam, vel detrimentum patiatur eximia doctrinæ, & eruditionis opinio, quam illustrium Scriptorum laboribus, ac monumentis universus Ordo percepit: nemini cujuscumque tenoris librum, dissertationem, vel tractatum, nobis inconsultis, prælo mandare liceat; volentes, ut omnia, & singula opera, quæ deinceps imprimenda sunt, in Urbe per Viros arbitrio nostro designandos examinentur; & ad effectum impressionis facultate nostra muniantur.

Curent Provinciales Ministri, ut Juvenes, qui ad Ordinem recipiuntur, mediocri saltem latinæ linguæ peritia ornati sint: deinde provideant, ut Clerici in domibus Recollectionis, & Professoriis in Arte Rethorica, & Grammatica exerceantur per idoneos Magistros, qui eisdem favoribus, & præeminentiis gaudeant, quibus Lectores artium frui solent.

Philosophiæ Studia, quoad fieri potest, in iisdem sint Conventibus, in quibus vel publicæ Accademiæ sunt, vel aliorum Ordinum Regulares domos ad studendum habent, ut hoc literario commercio qui studiis incumbunt, privatis, publicisque disputationibus exerceri possint.

Si quidem ad erudiendos in Theologia Scholastica Juvenes in Provinciis Observantium sufficere videntur studia generalia, seu quæ ad jubilationem destinata sunt; in reliquis minoribus, seu Provincialibus studiis, salvis Lectorum juribus, ac prærogativis, in posterum Moralis Theologiæ præcepta more scholastico tradantur.

Provideant Guardiani, ne Sæculares in gymnasiis nostris, vel etiam privatim a Fratribus edoceantur: Nos equidem facultates hactenus a Nobis, & Prædecessoribus nostris hac de re concessas, tollemus, neque dabimus ultra, nisi validæ rationes accesserint, & certa scientia comprobatæ fuerint.

Lectoribus ex utraque Observantium, & Reformatorum familia, quo tempore legere tenentur, minime liceat prædicationi, sive aliis officiis, & negotiis incumbere, quorum causa a legendi munere cessare debeant. Impressio Thesium, quæ a nostris publice defendi solent, Conventuum sumptibus fiat: omittantur autem dedicationes, & Icones, nisi aliter suadeant particulares causæ a nobis, vel a Ministris Provincialibus approbandæ. Studentes, qui Clerici sunt, bis intra mensem, qui vero Sacerdotes, semel in hebdomada, recreationis titulo, è Conventu egredi permittantur.

In Studiis generalibus Observantium unus sit Lector Jubilatus, qui Præfecti munus adimpleat, cum exemptionibus, quæ Theologiæ Lectoribus conceduntur: ejusdem verò sit exercitationibus Scholasticis præsidere, Theses, quæ imprimi debent, recognoscere, atque imprimis curare, ut Lectores rationem habeant elenchi nostri, quo, ut res literaria majori fructu, & diligentia procedat, vacationum dies, ordinemque, ac seriem dissertationum, & tractatuum ex scholastica, & polemica Theologia, atque item ex jure canonico præscribemus.

Ministri Provinciales, adhibitis studiorum Præfectis, tempore sibi beneviso, studentium examen instituent, & singulorum progressus, & ingenia explorent. Qui expleto Theologici studii triennio ad propugnandas publice Theses, & regendas Cathedras, inhabiles inventi fuerint, dimitti poterunt ad studia moralis Theologiæ, ut hujus facultatis usu ad excipiendas confessiones idonei reddantur.

Lectores, & Præfecti non concedant studentibus consuetas attestationes, nisi religiosæ vitæ specimen dederint, suoque muneri laudabiliter, ac strenue satisfecerint. Quamobrem in ipsis attestationum literis de cujusque moribus, sedulitate in studiis, & progressu, actisque literariis, sincere, & interposito jurejurando, Testimonium ferant.

Ne patentes literæ, seu institutiones Lectorum, & Concionatorum pretio careant suo, expedire credimus neminem Lectorum artium institui, nisi propugnatis publice thesibus, ad oppositionis aleam pro consequenda lectura idoneus reputetur: neminem similiter institui Concionatorem, nisi triennio studuerit Theologiæ, Theses publice defenderit, & in cœnaculo, vel alias coram Communitate sex minimum Conciones habuerit. Cum autem institutio-

nes non sint, nisi præparatoriæ quædam facultates ad concionandum, & legendum; nemo earum vigore Concionatoris, Lectoris, vel Theologi titulum sibi arroget; sed appellationes istæ ad eos tantum pertineant, qui, vel actu prædicant, aut legunt, vel prædicandi, aut respective legendi munere functi sunt.

Hortamur denique Provinciales Ministros, nequem, nisi per oppositionem, vel concursum, ad legendi officium assumant; quod & nos omnino præstabimus quantum ad Lectores in studiis generalibus literis nostris instituendos: imo, quod attinet ad Provincias Italiæ, oppositiones istas in Alma Urbe coram nobis haberi volumus, servatis ad perpendiculum exquisitioribus quibusdam regulis, quas aliis encyclicis nostris dudum apponi fecimus, & per Italiam evulgari.

§. IV.

De quibusdam ad Subditos monitis.

FRatres omnes etiam, atque etiam sibi caveant, ne ad obtinendos Ordinis gradus, administrationes, officia, obedientiales literas, vel quid simile, Personarum extra Ordinem favoribus apud Nos utantur; procul enim dubio damnabilibus hisce mediis non flectent auctoritatem nostram ad indulgendum sibi, sed eam provocabunt ad infligendas pœnas, quæ nostris, & Apostolicis Constitutionibus adversus hujusmodi flagitia decretæ sunt; eodemque pœnarum rigore agemus adversus eos, qui domesticas res, & arcana Ordinis temere detegentes, nominis Nostri existimationem, atque decus in discrimen adducent.

Pertinere credimus ad dignitatem conditionis Nostræ, ut Epistolæ, quæ a Fratribus invicem scribi solent, minime careant lumine, atque modo Seraphicæ humilitatis, quam omnium actionum Nostrarum comitem esse decet. Procul itaque sit ab earum inscriptione longa, & morosa titulorum sunmeratio; sed inhærendo Constitutionibus Ordinis, satis fuerit, unius, vel alterius, & quantum ad præcipuos Patres, ad summum tertii tituli mentionem fecisse: Neque interim a Nomine Religiosi Viri, ad quem literæ mittuntur, Sanctæ Fraternitatis symbolum, *Fratris* videlicet appellatio, sejungatur.

Quantum ad Epistolas, quæ a Nobis mittentur, sequentis œconomiæ rationem servari volumus. Officiosæ perfunctionis causa, sive recurrentibus Natalitiis diebus, sive alio quovis tempore, nemo scribat, literæ semifolio ad summum constent, & Conventus sigillo munitæ sint. Observantes ad hunc Conventum de *Aracœli*, Reformati *ad Sanctum Franciscum ad Ripam* eas dirigant. Clerici, Laici, Tertiarii, dum opus habuerint, Superiorum Localium, vel Provincialium literis rerum suarum rationem Nobis exponant. Non instent pro facultatibus circumeundi ad invisenda Sanctuaria. Aggregationis ad Ordinem, sive Fraternitatis literas, quæ jam, quia facillime impetrari consuevarunt, non tanti æstimantur, quanti sunt, nisi pro piis, & emeritis Benefactoribus non requirant. In leviusculis rebus non interpellent auctoritatem nostram; neque adversus inferiores Prælatos querelas ad Nos deferant, quatenus inviti in uno, vel altero Conventu de Familia collocati fuerint, vel paternaliter moniti, correcti, aut etiam puniti; in majoribus autem causis, in quibus appellationi locum esse decet, ad Nos provocare non audeant, nisi prius attenta rei conditione, & juris ordine servato, ad Superiores Locales, vel Provinciales recursum habuerint.

Præsentes literæ in publica Mensa, vel alias coram Communitate capitulariter congregata bis in anno in quolibet Conventu legantur. Vos autem Dilectissimi Nobis in Domino, has vigilantiæ Nostræ voces æquo, lubentique animo accipite; &, quod reliquum est, assiduas preces effundite pro diutina incolumitate Sanctissimi Pontificis, & Protectoris Nostri Clementis XII. pro Principibus Orthodoxis, pro Reverendissimo Patre Nostro Ministro Generali, & Nobis, qui orationum vestrarum præsidio præ cœteris indigemus, quique Seraphici Patris Nostri Francisci benedictionem Vobis amantissime impertimur.

Romæ ex Aracœli 19. Decembris 1732.

PP. & RR. VV.

Studiosissimus in Domino Servus
Fr. Joseph Maria ab Ebora
Com. Generalis Ordinis.

De Mandato Suæ P. Rmæ

F. Vincentius Antonius de Caprarola
Secretarius Generalis.

Decernitur, ut Fratres Provinciæ Portugalliæ Tertii Ordinis Sancti Francisci ad studia extra illam se conferre nequeant, sine licentia Provincialis, ejusque Definitorii, vel sine facultate Ministri Generalis cum consilio ejusdem Definitorii &c.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius a Conceptione Minister Provincialis Tertii Ordinis Sancti Francisci Provinciæ Portugalliæ, quod, licet in eadem Provincia studia propriis Religiosis, qui illis operam dare velint, non deficiant, plures tamen ex eis fugam arripiunt, ac in Hispanias proficiscuntur, sub prætextu ibidem incumbendi literariis exercitationibus in aliquo ex Conventibus dicti Tertii Ordinis, vel Fratrum de Observantia, quo dum perveniunt, ut plurimum contingit, eos majorem laborem in addiscenda musica, quam in literis consequendis impendere.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Antonius Minister Provincialis, quo talis Inordinatio, cum disciplinæ regularis detrimento, imposterum tollatur, opportune in præmissis a Nobis provideri, &, ut infra, indulgeri plurimum desideret; Nos ipsum Antonium Ministrum Provincialem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Ven. Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, consilio, ut Fratres memorati Tertii Ordinis Provinciæ Portugal-

gelliæ, ad studia extra dictam Provinciam sine licentia Provincialis ejusque Definitorii, vel sine facultate Ministri Generalis, cum consilio ejusdem Definitorii Provincialis, sub pœnis fugitivorum a jure, & statutis Religionis se conferre nequeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 3. Decernentes pariter, easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 20. Decembris 1732. Pontificatus Nostri anno tertio.

F. Card. Oliverius.

Eminentissimus Trajanus de Aquaviva instituitur Protector Ordinis, ita tamen, ut tale munus dumtaxat post Pontificis obitum exercere valeat.

Dilecto Filio Nostro Trojano Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali de Aquaviva nuncupato.

CLEMENS PAPA XII.

Dilecte Fili Noster Salutem, & Apostolicam benedictionem.

CUM Ordo Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, cujus Nos, dum Cardinalatus honore fungebamur, Protectores Apostolica auctoritate deputati eramus, per Nostram ad summi Apostolatus apicem assumptionem Protectore destitutus minime reperiatur; nunc Nos eidem Ordini, quem in visceribus gerimus charitatis, de idoneo Protectore, postquam viam universæ carnis ingressi fuerimus, providere volentes, ac de tuæ circumspectionis singulari prudentia, doctrina, integritate, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi; motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, Te, ex cujus Protectione, ob tuas eximias virtutes, Ordinem hujusmodi plurimum commodi, & ornamenti suscepturum esse confidimus, præfati Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, illiusque Religiosorum, & Domorum, ac Locorum Regularium quorumcumque apud Sedem Apostolicam, Nobis vita functis, ut præfertur, Successorem Protectorem cum omnibus honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, servata tamen forma constitutionis fel. record. Innocentii XII. Prædecessoris nostri, super moderatione facultatum Protectorum Ordinum Regularium editæ, ad Tui vitam, auctoritate Apostolica, tenore præsentium facimus, ac deputamus. Mandantes propterea dilectis filiis Superioribus, & aliis Religiosis quibuscumque dicti Ordinis, in virtute Sanctæ Obedientiæ, ut Te in eorum Protectorem, juxta tenorem præsentium recipientes, & qua decet reverentia prosequantur, contrariis non obstantibus quibuscumque. Cæterum Te in Domino hortamur, ut hujusmodi Protectoris munus ita obire studeas, ut apud Deum, bonorum operum retributorem, æternum præmium, & a Sede præfata condignam laudem valeas promereri.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 18. Januarii 1733. Pontificatus nostri anno tertio.

Fabius Cardinalis Oliverius.

QUibus acceptis, die demum 6. Februarii ejusdem anni, E. S. Reverendissima ad nostrum se contulit Aracœlitanum Cœnobium, ubi coram PP. Ordinis in Aula ad id decenter parata, memoratum Breve lectum fuit, ingentesque gratiæ redditæ Eminentissimo Principi, quod clementissime dignatus esset pauperculum seraphicum gregem sub ejus protectione suscipere.

Confirmatur Decretum Capituli Provincialis Provinciæ Sancti Elzearii, seu Aquitaniæ, Tertii Ordinis Sancti Francisci, circa electionem Custodis pro Capitulo Generali.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. NUper pro parte dilectorum Filiorum, Commissarii Generalis, Provincialis, Custodis, quatuor Definitorum, Ex-Provincialis, Guardianorum, & Discretorum Provinciæ Sancti Elzearii, seu Aquitaniæ Tertii Ordinis Sancti Francisci, pro Comitiis Provincialibus canonice, & legitime congregatorum, Nobis expositum fuit, quod ipsi, ad evitandas deinceps lites, & dissensiones super Custodiatu dictæ Provinciæ, ediderunt Decretum tenoris sequentis, videlicet.

§. 2. Ne imposterum circa Custodiatum jurgia, lites, controversiæ, aut cavillationes in longius protrahantur, vel de novo nascantur, Religiosi pœnitentes Tertii Ordinis Sancti Francisci Provinciæ Sancti Elzearii, seu Aquitaniæ, canonice, ac legitime congregati, pro Comitiorum Provincialium celebratione, Regiis mandatis obtemperantes, quibus in ordine ad Capitulum Generale Christianissimus Princeps jubet, nos ita esse paratos, ut omnes ad præfatum Capitulum mittendi semper comparati sint ad iter, & suo tempore proficisci teneantur: ne mora sit nobis in ruinam, juxta statutorum nostrorum præscriptum, quod maxime jacet Cap. V. Part. VIII. Decretum nostrum inter Comitiorum solemnia actum Tolosæ in Conventu nostro Beatæ Mariæ de Pace, die 22. Junii 1724. iterum confirmando

ac

ac roborando circa ejuſmodi Electionem de novo ſtatuimus, quolibet triennio, poſt electionem Patris Provincialis, eligendum fore Cuſtodem Provinciæ juxta formam ſtatutorum noſtrorum, ac ſacrorum Canonum ſtatuta, qui ſocius Patris Provincialis ad præfatum Capitulum Generale ſimul una, aut cum illius Pro-Miniſtro, ſe conferre, ac intreſſe poſſit, & debeat. Quoniam vero hæc noſtra Provincia pro ſtatutorum determinatione eo uſque nondum diffuſa ſit, quin Pater Provincialis ſufficientem per ſe illi opem infundere poſſit; nec aliunde, niſi in ordine ad Capitulum Generale, Cuſtos eligatur, ut omnes declinemus juriſdictionis conflictus, quibus Religionis decus, & ordo alterari ſolent, omnibus, & ſingulis ſtatutorum privilegiis, quibus juriſdictioni Patris Provincialis æquari videtur, expreſſe renunciamus, ut ſunt Sigillorum jura, Conventus viſitandi privilegia, Fratres excommunicandi, incarcerandi, necnon Clericos ad Sacros Ordines mittendi poteſtas, aut juriſdictio, præſertim præcedentia illa, qua vi ſtatutorum Cap. VI. part. X. poteſt, ac debet, circa quæ aſſenſionem noſtram, qua in præfato Decreto ſub die 12. Junii 1724. ejuſmodi privilegiis, ac præcedentiis ſubſcripſimus, ex æquo retractamus; nolentes, præter ſupra memorata, Cuſtodem omnibus frui juribus, ac privilegiis, quæ ſparſim in ſui favorem in Conſtitutionibus noſtris continentur. Quod ſi in dies Deo favente noſtrorum augeatur Conventuum numerus, Cuſtodi aſſignari poterint Cuſtodiæ: quo eveniente, omnibus, & ſingulis in ſua Cuſtodia juribus, ac privilegiis gaudebit Cuſtos, quæ ipſi in tali caſu jure, ac merito competunt. Ut autem iſta firma ſint in futurum, prima data occaſione ad Sanctam Sedem erit recurſus, quatenus Summus Pontifex pro ſua bonitate, ac benignitate præſens iſtud noſtrum Decretum approbare, confirmare, ac roborare dignetur. Actum unanimi conſenſo in Capitulo Provinciali in Conventu noſtro Sanctæ Mariæ de Bono Occurſu, die 22. Maii 1730.

Frater Damaſius, Commiſſarius Generalis.
Frater Copeſius, Miniſter Provincialis.
Frater Fulgentius, Cuſtos Provinciæ.
Frater Victor, Definitor.
Frater Philippus, Definitor.
Frater Ferdinandus, Definitor.
Frater Joachim, Definitor.
Frater Leo, Ex-Provincialis.
Frater Caſimirus, Guardianus Conventus Beatæ Mariæ de Bono Occurſu.
Frater Eliſeus, Guardianus Conventus Toloſani.
Frater Joſeph, Guardianus Conventus Inſulæ Jordanis.
Frater Dominicus, Guardianus Conventus Aſericenſis.
Frater Hyacinthus, Guardianus Conventus Miramontani.
Frater Jacobus, Guardianus Conventus Colonienſis.
Frater Paulus, Guardianus Conventus Tonnenſis.
Frater Candidus, Guardianus Conventus Turnonenſis.
Frater Exuperius, Guardianus Conventus Barbaſtenſis.
Frater Hilario, Superior Hoſpitii Aginnenſis.
Frater Bernardinus, Diſcretus Capituli.
Frater Fabianus, Diſcretus.
Frater Martialis, Diſcretus.
Frater Guillelmus, Diſcretus.
Frater Theodorus, Diſcretus.
Frater Michael, Diſcretus.
Frater Ciprianus, Diſcretus.
Frater Joannes Franciſcus, Diſcretus.
Frater Bruno, Diſcretus.
Frater Julianus, Secretarius Provincialis.
Præſens Decretum concordat cum originali.
Frater Caſimirus Andrieu, prædictæ Provinciæ Procurator in Curia Romana.

§. 3. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ipſi Exponentes Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſiderent; Nos dictos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, præinſertum Decretum Capituli Provincialis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

§. 4. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab illis reſpective inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus, ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 27. Februarii 1733. Pontificatus noſtri anno tertio.

F. Cardinalis Olivcrius.

Sanctiones nonnullæ Superiorum Generalium circa Provinciam Sancti Gregorii in Insulis Philippinis confirmantur.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Vincentius Inglee, Minister Provincialis Provinciæ Sancti Gregorii in Insulis Philippinis, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum, quod dilecti Filii Joannes de Soto, & Dominicus Lossada ultimus, ac modernus respective Commissarii Generales Indiarum dicti Ordinis, quædam decreta pro bono dictæ Provinciæ regimine ediderunt, quibus Commissariorum Generalium hujusmodi Antecessorum suorum ordinationes confirmando, mandarunt Commissario Generali novæ Hispaniæ Ordinis prædicti pro tempore existenti, ut nullatenus mittere audeat ad dictam Provinciam Visitatorem ex aliena Provincia, neque eligat, vel nominet ex eadem Provincia alium, præter tres a suo Diffinitorio propositos ad visitationem: similiter ne detineat Vocales, & Procuratores missos ab eadem Provincia, neve se intromittat in eorum eleemosynis, neque in negotiis sibi commissis, & alias, prout uberius continetur in ipsorum Joannis, & Dominici Commissariorum hujusmodi patentibus litteris desuper confectis, ac de Hispanico idiomate in Latinum versis, tenoris, qui sequitur, videlicet.

FRATER JOANNES DE SOTO

Lector Jubilatus, Theologus Regius pro Congressu Immaculatæ Conceptionis, & in hac Familia Cismontana totius Ordinis Sancti P. N. Francisci Commissarius Generalis, & Indiarum, & Servus &c.

RR. PP. Provinciali; ac Venerando Diffinitorio Provinciæ nostræ Sancti Gregorii Philippinarum salutem in Christo Jesu Domino Nostro.

QUoniam nobis constat, Rev. Patrem Joannem Luengo Antecessorem nostrum Commissarium Generalem Indiarum, perpendendo inconvenientia gravia, quæ oriebantur ex generali regula mittendo ad eam nostram Provinciam Commissarium Visitatorem ex aliena; & quia magis proportionata ad mittendum ex ea Visitatorem, erat Provincia nostra Excalceatorum Sancti Didaci in Mexico, quæ est adeo distans, & remota, ut est notorium, & præter quamquod Visitatores gravissimo vitæ periculo debeant exponi, non poterant Provinciam adire absque gravissimis expensis, parum conformibus paupertati, quam, juxta regulam nostram, professi sumus, & quia Provincia exhausta maneat ad succurendum variis necessitatibus suorum Fratrum, si expensas faciat Visitatoribus in eundo, & redeundo: His omnibus attentis, Paternitas sua Reverendissima utens facultate a lege concessa, ut possit eligi Visitator ex eademmet Provincia visitanda, quando ita fuerit expediens, vel adsit grave aliquod impedimentum, ut ex alia mittatur, & cupiens occurrere supra expressis inconvenientibus, disposuit, ordinavit, & præcepit suis litteris Patentibus, ut imposterum Visitator nostræ Provinciæ Philippinarum eligatur ex Patribus benemeritis ejusdem Provinciæ, & quod non admitteretur ex ulla alia Provincia. Propterea, cum pro parte ejusdem nostræ Provinciæ eadem Nobis fuerit facta repræsentatio, & supplicatum, ut dignaremur præfata omnia confirmare nostris litteris Patentibus, & pariter alias litteras Patentes circa idem, & in quibus etiam cavetur, ne Commissarii Generales Novæ Hispaniæ detineant Vocales, seu Procuratores a dicta Provincia missos, nec se intromittant in eleemosynis ad eamdem pertinentibus, neque in negotiis, & dependentiis, quarum causa veniunt, emanatas a Prædecessoribus nostris Reverendissimis Patribus Juliano Chumillas, sub die 29. Septembris anni præteriti 1688. & Joseph Sanz sub vigesima sexta die Aprilis 1713. confirmando antecedentes; & etiam a dicto Reverendissimo Chumillas expeditam die 28. Maii 1689. in qua ordinat, & præcipit dictis Reverendis Patribus Commissariis Generalibus Novæ Hispaniæ, pro tempore, ne possint mittere, nec nominare in Visitatorem dictæ Provinciæ, nisi unum ex tribus ad hunc effectum præsentatis a Rev. Diffinitorio ejusdem Provinciæ; igitur conformando Nos dictamini dictorum trium Antecessorum nostrorum fundato in Sancto Zelo, prudentia, & æquitate, virtute præsentium, & in hac parte utentes nostræ potestatis plenitudine, confirmamus omnes patentes, & supra expressas determinationes, his nostris pro insertis habentes, & denuo ordinamus, & præcipimus per Sanctam Obedientiam in virtute Spiritus Sancti, & sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ ipso facto incurrenda, Rev. Patri Commissario Generali moderno, & pro tempore, ut nullatenus mittere audeant ad dictam Provinciam Philippinarum Visitatorem ex aliena, *neque eligant, vel nominent ex eadem alium, præter tres a suo Diffinitorio propositos ad visitationem, eo modo, quo præceptum, & confirmatum fuit* a dictis Reverendissimis prædecessoribus nostris Commissariis Generalibus Indiarum; & similiter præcipimus, ne detineant Vocales, & Procuratores missos a dicta Provincia, neve se intromittant in eorum eleemosynis, neque in negotiis sibi commissis; sed potius ordinamus, & monemus, ut cum omni benignitate, charitate, & religiosa affabilitate ipsos recipiant, & tractent, eisdem assistant, & faveant in omnibus necessariis ad eorum expeditionem, & conductionem, in his, quæ ipsis exposuerint; quoniam ita convenit ad bonum gubernium dictæ Provinciæ nostræ, quin in omnibus hic expressis, & in aliis patentibus Prædecessorum nostrorum, ac nostra, ut dictum est, confirmatis, possit, nec debeat esse aliqua tergiversatio. Et vestris Paternitatibus Reverendis ordinamus, & præcipimus, ut adimpleant, adimplereque faciant, in quantum ad ipsos attinet, omnia his nostris literis contenta, ipsasque notificent per originalem, vel authenticam copiam Rev. Pat. Commissario Generali moderno, vel pro tempore respective Provinciarum novæ Hispaniæ, ut ipsis constet de hac Nostra dispositione, & ipsam ad literam observent, uti præceptum, & determinatum est. Datum in hoc Nostro Convento S. Patris Nostri Francisci Matritensi die tertia Januarii 1724.

Frater Joannes de Soto Commissarius Generalis, & Indiarum.

Frater Didacus de Espinosa Secretarius Generalis Indiarum.

FRA-

FRATER DOMINICUS LOSSADA

Regularis Observantiæ S. P. N. Francisci, Lector Jubilatus Complutensis, Catholicæ Majestatis pro Immaculatæ Conceptionis Regali Congressu Theologus, Ex-Provincialis Provinciæ Castellæ, Pater illius Sancti Jacobi, Ex-Secretarius Generalis, & Commissarius Generalis omnium Indiarum Occidentalium, & Servus &c.

R. P. Provinciali, ac Venerab. Diffinitorio Provinciæ Sancti Gregorii Philippinarum salutem, & pacem in Christo Jesu Domino Nostro.

QUoniam Rev. Pater Frater Joseph a Sanctaella, Prædicator, ex-Pro-Minister, Pater, & Procurator prædictæ Nostræ Provinciæ Sancti Gregorii, Nobis præsentavit memoriale quoddam nomine dictæ Provinciæ, per quod confirmari supplicat literas patentes expeditas die tertia Januarii 1724. a Reverendissimo Patre Nostro Fratre Joanne de Soto, Lectore Jubilato, Catholicæ Majestatis pro Beatæ Virginis Immaculatæ Conceptionis Regali Congressu Theologo, & Ministro Generali totius Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci, cum esset Commissarius Generalis Indiarum, in quibus confirmat, & sub gravibus pœnis observare præcipit patentes Reverendissimorum Commissariorum Generalium Indiarum antecessorum ipsius, ad eamdem Provinciam Sancti Gregorii Philippinarum, ipsiusque salubrius gubernium attinentes: Propterea virtute præsentium manu propria subscriptarum, majori sigillo Nostri officii munitarum, & per Secretarium Nostrum referendatarum, *conformando Nos cum maturo dictamine, & sensu dictorum nostrorum Antecessorum*, uti indixis justo, ac sancto Zelo, prudentia, & æquitate, *confirmamus Patentes omnes, & decreta* super expressa, quæ hic pro insertis, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, habemus, & denuo præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ ipso facto incurrenda, Admodum R. P. Commissario Generali novæ Hispaniæ moderno, ac pro tempore, ut nullatenus audeat mittere ad dictam Nostram Provinciam Sancti Gregorii Philippinarum Commissarium Visitatorem alienæ Provinciæ, neque eligant, vel nominent ex eadem Provincia aliquem, nisi unum ex tribus ab eadem Provincia, vel ipsius Diffinitorio propositis, & præsentatis; & pariter, ut nullatenus detineant Vocales, & Procuratores ab eadem Provincia missos, nec se intromittant in eleemosynis, & negotiis hujusmodi Procuratorum curæ commissis, & quod observent omnia contenta, & expressa in dictis literis patentibus Reverendissimi Patris Nostri Joannis de Soto, & aliorum Commissariorum Indiarum in ipsis confirmatis, quas notificari faciant in originali, vel copia authentica Rev. Admodum Pat. Commissario Generali novæ Hispaniæ moderno, vel pro tempore, ut ipsis constet de hac nostra ordinatione, ipsamque ad literam, uti præceptum est, observent. Datum in hoc Conventu Sancti Patris Nostri Francisci Matritensi, die 28. Martii 1738.

Frater Dominicus de Lossada Commissarius Generalis Indiarum.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato suæ Rmæ Paternitatis
Fr. Sebastianus de Encinas Secret. Gen. Indiarum.

„ SAcra Cogregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium negotiis, „ & consultationibus Episcoporum, & Regularium præ- „ posita, referente Eminentissimo Domino Cardinali „ Gentili Ponente, audito P. Procuratore Generali, „ *censuit*, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit, pos- „ se per suas literas Apostolicas in forma brevis, *ap-* „ *probationem* decretorum enunciatorum Commissario- „ rum Indiarum, de quibus agitur, *benignè concedi*. Romæ die vigesima tertia Januarii 1733.

Cardin. Fraciscus Barberinus.

Loco ✠ Sigilli.

I. Archiepiscopus Corinthi, Secretarius.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, prædictus Vincentius præmissa, quo firmius subsistant, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Vincentium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consulationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, consilio, *præinserta* decreta, expeditasque desuper *patentes literas* prædictas, auctoritate Apostolica tenore præsentium *confirmamus*, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui in præmissis quomodolibet intervenerunt, supplemus: salva tamen semper in eisdem præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Decernentes præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 17. Martii 1733. Pontificatus Nostri anno tertio.

Sumptum ex minuta originali Brevium Secretorum, san. memoriæ Clementis Papæ XII. collatum concordat.

D. Cardinalis Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

Præ-

Præscribitur modus deinceps servandus in deputatione Officialium Generalium Ordinis in Curia Romana in casu vacantiæ.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

CUm sicut pro partem dilecti Filii Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum nobis nuper expositum fuit, inter alias ordinationes, communi totius Ordinis prædicti consensu editas in novissimo Capitulo Generali Mediolani habito, decretum fuerit, supplicandum Sedi Apostolicæ pro reductiona in antiquum statum deputationis Officialium Curiæ dicti Ordinis in locum eorum, qui durante tempore ejusmodi Officiorum illic cesserint, vel ab humanis decesserint; idem Minister Generalis nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos, ipsum Ministrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis axcommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audito prius per Nos super præmissis voto Congregationis generalis Ordinis prædicti, modum infrascriptum in deputatione dictorum Officialium Curiæ cedentium, vel decedentium, deinceps post proxime futurum Capitulum Generale ejusdem Ordinis, servari, auctoritate Apostolica tenore præsentium præcipimus, & mandamus, nempe: Quod secuta electione Officialium Curiæ prædictæ, pro tempore existens Minister Generalis dicti Ordinis Fratribus Diffinitorii Generalis sex saltem Religiosos debitis qualitatibus præditos illius Nationis, ex qua fuerit Officialis electus, proponere debeat, & ex iis tres ab ipso Diffinitorio seligantur, e quibus, in eventum vacationis ejus Officii, idem Minister Generalis unum ad sui libitum deputare teneatur; & si contigerit alterum ex tribus Religiosis sic a Diffinitorio delectis decedere, aut inhabilem fore, facultas Ministri Generalis deputandi dictum Officialem ad duos reliquos; quatenus vero duo mortui, aut inhabiles fuerint, ad unicum superstitem limitata sit, & esse intelligatur; sin autem omnes tres obierint, aut inhabiles reperiantur, tunc deputatur Religiosus dignior illius Nationis, de qua erat Officialis electus in Capitulo Generali, demandato, in casu absentiæ Religiosi ita deputati, exercitio Officii Secretario Officialis cadentis, vel decedentis, quodque delectus trium Religiosorum prædictorum pro Fratribus *de Observantia*, *Reformatis*, *Excalceatis*, *& Recollectis Franciæ* nuncupatis dicti Ordinis, ab eorum respective Diffinitorio Generali perficiatur.

Decernentes easdem præsentes Literae firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Aprilis 1733. Pontificatus Nostri anno tertio.

F. Cardinalis Oliverius.

Provincia Sancti Nicolai Barensis de Observantia dividitur, & altera Sancti Antonii Liciensis erigitur.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX injuncto Nobis divinitus Apostolicæ servitutis munere, illa, quæ a Superioribus Regularibus pro felici, prosperoque Religiosorum virorum regimine, & tranquillitate, per novarum Provinciarum institutionem provide facta, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, Apostolici muniminis nostri præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Maria ab Ebora Commissarius Generalis pro Cismontana Familia Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum Provincia Barensis, quæ Sancti Nicolai appellatur, ejusdem Ordinis, adeo ampla foret, ut ambitu ad quingenta, longitudine vero ad centum, & sexaginta circiter millia passuum pateret, & in duas regiones, Baren. scilicet, viginti octo Conventus complectentem, ac Licien. respective nuncupatas, duodecim Conventus, ducentisqua, & ultra Fratribus constantem divideretur, ipse Joseph Maria variis incommodis, quæ ex amplitudine Provinciæ, ac diversitate Regionum hujusmodi oriebantur, occurrendi, perpetuamque pacem inter Fratres utriusque Regionis præfatæ fovendi studio, re prius cum Visitatore Provinciæ, nec non Definitoribus Generalibus Ordinis prædictorum communicata, vigore specialis facultatis sibi ad id a nobis attributæ, supradictam Provinciam Baren. in duas divisit, atque ex memoratis duodecim Conventibus Regionis Liciensis novam dicti Ordinis Provinciam Licien. nuncupandam, cum omnibus privilegiis, præeminentiis, & honoribus, quibus cœteræ Provinciæ ipsius Ordinis fruuntur, erexit, reservatis Provinciæ Baren. tum antiqua denominatione, tum prærogativis, quibus hactenus gavisa fuerat, & alias, prout uberius continetur in ejusdem Josephi Mariæ Patentibus literis desuper expeditis, tenoris, qui sequitur, videlicet:

Cum Sanctissimus Dominus Noster Dominus Clemens Divina Providentia Papa XII. pro sua in Ordinem nostrum benevolentia, & in nos propensione voluntatis, munus Apostolici Commissarii in hac Familia Cismontana nobis mandaverit, adeoque inter cœ-

cœtera idem arbitrium, ac potestatem contulerit, quæ penes Capitula, & Congregationes generales ipsius Ordinis summa est: Nos ejusmodi potestate muniti, & in commune Familiæ bonum excubantes animo, ut Provinciarum, quæ nobis parent, quietem, otium, tranquillitatem ab omni molestia incolumem tueamur, omni ope contendimus; Cumque ad eam rem duo potissimum conferant, quorum alterum in usu justitiæ distributivæ consistit, alterum in eo, ut qui Provinciis præfecti sunt, eas prompte, ac celeriter obire, cœnobia singula invisere, Fratrum mores, ac disciplinam cognoscere, & confirmare possint: Nos propterea, quibus hæc curæ, cordique sunt, ea ne in desuetudinem sensim abeant, cavere debemus, Barensem nostram Provinciam Fratrum Minorum de Observantia, quæ Sancti Nicolai appellatur, ejusmodi incommodis laborare compertum est, ut in eadem, longo temporis intervallo, neque justitia, quæ desiderabatur, distributiva servata sit, neque Ministri Provinciales eam commode obire potuerint, nec vero in præsentis possint; ipsa siquidem, cum latissime pateat, & tam ample per tractus Terræ protrahatur, ut quingenta passuum millia circuitu, centum ac sexaginta longitudine contineat, & insuper in Regiones duas divisa sit, altera, quæ Barensis vocatur, habeat Cœnobia viginti, & octo; Liciensis altera, quæ Cœnobiis constat omninò duodecim, & Fratribus ultra ducentum, proinde fit, ut Barensium, ac Liciensium nulla propemodum sit communio, atque Societas. Minister enim Provincialis, ubi ex Barensibus assumitur, itineris longitudine prohibetur, hyeme præsertim, quominus, ubi necessitas postulet, ad Liciensium Cœnobia, fratresque visandos se conferat, id, quod maximo detrimento Provinciæ præfatæ consuevit esse; cui malo utcumque occurrere Provincia ipsa cum vellet, jam pridem supra hominum memoriam instituit, ut Ministri Provincialis auctoritate Commissarius delegaretur, qui Cœnobia Liciensium gubernaret, si ex Barensibus Minister esset, vel Baren. Regionem procuraret, ubi Licienses haberent Ministrum. Sed hac ratione cum non satis utrique provisum sit; sæpe enim Fratrum dissidia hujus rei causa, magnique motus extiterunt, negantium, videlicet, parere se velle Præfectis duobus, quorum alter Ministri, & alter Commissarii appellatione rem communem administraret. Nos propterea hujusmodi incommodis occurrere, perpetuamque pacem inter Nationem utramque fovere volentes, communicato etiam consilio cum ejusdem Provinciæ Visitatore, & Patribus nostri Definitorii generalis, secuti etiam exemplum Capituli Generalis Mediolanensis, quod iisdem de causis Lithuaniæ Provinciam novissime instituit, atque fundavit, in hanc sententiam adducti sumus, quam Sanctissimus Dominus Noster Clemens XII. dignatus est comprobare: ut Liciensis Regionis, ac Territorii Cœnobia duodecim in novam Provinciam erigeremus, ut reipsa per hasce literas Apostolicæ auctoritatis munere utentes erigimus, & constituimus, eum omnibus privilegiis, prærogativis, & honoribus, quibus aliæ Provinciæ Ordinis nostri de jure, vel consuetudine gaudere solent, reservato antiquæ Provinciæ Sancti Nicolai præcedentiæ honore, aliisque prærogativis, quibus ad hæc usque tempora ornata est. Mandantes Provinciali Ministro hujus Provinciæ, quam Liciensem appellari volumus, ut in sigilli majoris usum, effigiem Divi Antonii Patavini, minoris vero D. Orontii Liciensium Episcopi, atque Patroni, imaginem adhibeat. Præcipimus etiam omnibus, & singulis Fratribus tam Liciensis, quam Barensis Provinciarum in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub pœnis excommunicationis ipso facto incurrenda, ut hujusmodi divisionem, novæque Provinciæ fundationem approbent, ratamque habeant; obnunciantes præterea nos tamquam in rebellem, ac pertinacem, pœnarum severitate animadversuros, si quis nostræ huic voluntati, atque sanctioni quovis modo intercesserit. Datum Romæ ex Aracœli 28. Februarii 1733.

F. Joseph Maria ab Ebora Commissarius Generalis Ordinis, & Apostolicus

Ego F. Vincentius Antonius de Caprarola Secretarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli

Cum itaque, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Josephus Maria præmissa, quo firmius subsistant, ac serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos eumdem Josephum Mariam specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis &c. supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, divisionem Provinciæ Barensis in duas, atque erectionem novæ Provinciæ Liciensis ab eodem Josepho Maria factas, sicut præmittitur, expeditasque desuper Patentes ejus literas præinsertas cum omnibus in eis contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque perpetuæ ac inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, nec non omnes singulos juris, & facti defectus, si qui in præmissis quomodolibet intervenerint, supplemus.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inconcusse observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 28. Maii 1733. Pontificatus nostri anno tertio.

F. Card. Oliverius.

Statuitur nullam imposterum relate ad Officia generalia Ordinis requiri vacationem in ascensu ab inferiori ad superiorem gradum, sed solum in descensu, vel in transitu ad æqualem.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod in ultimo Capitulo generali ejusdem Ordinis Mediolani celebrato, inter alia, totius Ordinis præfati consensu, decretum fuit, huic Sanctæ Sedi supplicandum fore pro moderatione vacationis, quæ juxta Constitutiones Apostolicas interdicere deberet a minoribus ad majora Officia generalia dicti Ordi-

diois assequenda. Quare ipse Minister Generalis hujusmodi Decreto inhaerens opportune in praemissis a Nobis provideri, &, ut infra, indulgeri summopere desiderat. Nos eumdem Ministrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, auditoque prius voto Congregationis Generalis Ordinis praedicti, quod imposterum in gradibus, sive officiis generalibus ejusdem Ordinis nulla temporis vacatio requiratur, & attendi debeat in ascensu ab inferiori ad superiorem gradum: in descensu vero a Superiori ad inferiorem, vel transitu ad aequalem gradum, duplex vacatio, id est per tempus duorum Capitulorum generalium, sive duodecim annorum, intercedere debeat, auctoritate Apostolica tenore praesentium statuimus, & ordinamus.

Decernentes praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime, & inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus &c. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 19. Maii 1733. Pontificatus Nostri anno tertio.

F. Card. Oliverius.

Confirmatur sententia Ministri Generalis circa numerum Vocalium Definitorii Provinciae Lugdunensis Tertii Ordinis Congregationis Gallicanae.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Vincentius Delphinas Minister Provincialis Provinciae Lugdunen. Congregationis Gallicanae Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci de Poenitentia nuncupatorum, quod intra tempus effluxum a postremo Capitulo Provinciali dictae Provinciae Mense Majo anni proxime elapsi celebrato, duplex ortum sit dubium circa intelligentiam statutorum generalium ejusdem Ordinis, respiciens praecipue numerum Vocalium, qui juxta statuta hujusmodi in Definitorio Provinciali Provinciae praefatae sunt cooptandi. Cum enim statuta praefata disponant Definitorium Provinciale componendum esse actuali Ministro Provinciali absoluto, quorum Vocalium numerus, ne unquam deficiat, tam multiplex extra Capitula Provincialia subrogandi modus per eadem statuta, ac diversas literas Apostolicas desuper emanatas, decretus est, ut eveniente etiam alicujus dictorum Vocalium obitu, nullatenus deesse possit in Provincia praedicta Religiosus capax istiusmodi subrogationis; his tamen non obstan. defuncto nupero Ex-Ministro Provinciali ipsius Provinciae, qui procul dubio, jure, atque sub titulo ultimi absoluti Ministri Provincialis, voce activa in hodierno Definitorio potitus fuisset, nullus alius Ex-Minister Provincialis subrogatus fuit, qui defuncti locum in eodem Definitorio teneret; ac insuper, licet Custos, qui est Vocalis natus pro Capitulo Generali, per statuta supradictae Congregationis Gallicanae clare permissus, videretur creari debere sub titulo, ac juribus propriis Custodiis, & per electionem diversam ab electione, & personis Definitorum, sicuti ordinationes praefatae Congregationis Gallicanae innuunt; attamen major pars dicti postremi Capituli Provincialis censuit, ipsum Custodem ex solo Deputati nomine ab iis distinguendum esse, contra usum a pluribus annis vigentem in altera Provincia Sancti Elzearii ejusdem Congregationis Gallicanae, in qua Custos distinctim a quatuor Definitoribus deligitur; & quia Definitorium ipsius Provinciae Lugdunen, duobus Vocalibus, nempe Ex-Ministro Provinciali & Custode distincto a quatuor Definitoribus, contra jus exinde privari credebatur, illudque tribus dumtaxat Definitoribus, contra dispositionem dictorum statutorum, constabat, si Custos quatuor Definitoribus adnumerandus erat; idem Vincentius horum dubiorum solvendorum Causa ad dilectum filium Ministrum Generalem Ordinis Fratrum Minorum ipsius Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ad praescriptum constitutionum dicti Ordinis, occurrente occasione alicujus dubitationis, recursum habuit, qui respondit ad primum. Quod moriente ultimo Ex-Ministro Provinciali subrogari debeat alter, qui antea fuerit immediate Minister itidem Provincialis, habeatque votum consultivum, decisivum, atque electivum, in omnibus Congressibus Definitorii; & si aliquis è quatuor Definitoribus decedat, subrogetur unus pariter ex Ministrorum Provincialium, quatenus jam non habeat vocem in Definitorio, & si habeat, vel desint Patres hujusmodi, tunc subrogetur antiquior ex Definitoribus habitualibus; atque si eatenus nulla facta fuerit subrogatio, imposterum hoc modo facienda, & observanda esset: Ad secundum vero, quod quamvis liberum sit eligere, vel non eligere Custodem, conveniat tamen eum deinceps eligi distinctum a quatuor Definitoribus; isque juribus, & privilegiis coeteris Custodibus concedi solitis, frui debeat votum habens in congressibus Provincialibus, & in Capitulo Generali, ut Vocalis admissibilis sit cum Ministro Provinciali, & non unus ex quatuor Definitoribus, qui locum Custodis tenere possit, quemadmodum deliberatum fuerat.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ipse Vincentius plurimum cupiat enarratam Ministri Generalis sententiam, pro firmiori illius subsistentia, & exactiori observantia, Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri, & opportune in praemissis, ut infra, a Nobis provideri; Nos dictum Vincentium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui relationem dilecti etiam filii Procuratoris Generalis secundo dicti Ordinis sibi super praemissis factam attenderunt, consilio, praefatam Ministri Ge-

neralis sententiam super duplici dubio hujusmodi, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis, ac interpretationis prædictorum statutorum vim, & efficaciam injungimus; necnon Definitorium Provinciale ejusdem Provinciæ Lugdunen. ad septenarium numerum Vocalium, ei, sicut præmittitur, convenientem, harum serie restituimus, & reintegramus. Præterea auctoritate, & tenore præfatis volumus, & statuimus, ut defuncto ultimo Ministro Provinciali in dicta Provincia Lugdunen. ex tunc, & usque ad proximum futurum Capitulum Provinciale inclusive, subrogatus censeatur sub titulo, & juribus Ex-Ministri Provincialis, is, qui immediate ante defunctum, ab Officio Provincialatus absolutus, & extra Definitorium Provinciale reperitur; quo vero ad Custodem præfatum, servata imposterum in electione eorum, qui ad Capitulum generale deputandi erunt, dicti Ministri Generalis sententia, deputatio facta a postremo Capitulo Provinciali vim habeat pro hac vice tantum, in iis, quæ eidem sententiæ non adversantur; itaquod sic deputatus, aut in ejus locum subrogatus, in sua deputatione, vel subrogatione valide, sed cum titulo Custodis, & saltem juribus Definitorum, usque ad proximum Capitulum Provinciale permaneat: utque numerus quatuor Definitorum a Custode distinctorum ex nunc, usque ad dictum proximum Capitulum Provinciale inclusive, compleatur, adjungatur pro hac vice quartus Definitor tribus aliis jam ab ipso postremo Capitulo Provinciali electis, præter eumdem Custodem, sive deputatum, secundum leges subrogationis, per literas Apostolicas in suo vigore persistentes, in casu obitus Definitorum præscriptas, perinde ac si quartus Definitor ad Capitulum Generale deputatus decessisset.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia inconcusse observari, illisque respective plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciæ Lugdunen. hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

§. 5. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 22. Junii 1733. Pontificatus Nostri anno tertio.

F. Card. Oliverius.

Conventus Sancti Francisci de Pachuca Provinciæ Sancti Didaci de Mexico Discalceatorum confirmatur in Collegium Missionariorum in Montibus de Cimapan.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Emanavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præposita, ad supplicationem dilectorum Filiorum Diffinitorum *Provinciæ Sancti Didaci in Mexico, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Discalceatorum* nuncupatorum, decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

DECRETUM.

Sacræ Congregationis Generalis

DE PROPAGANDA FIDE

Habitæ die 6. Julii 1733.

Referente Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinale Nicolao Spinola libellum supplicem porrectum pro parte Diffinitorii Provinciæ Fratrum Minorum Discalceatorum Sancti Didaci in Mexico, supplicantis, ut Collegium, seu Seminarium Missionum erectum vigore facultatis sibi concessæ per Breve Apostolicum sanctæ memoriæ Benedicti XIII. sub datum die 3. Aprilis 1727. & cum consensu Ordinarii, in Conventu ejusdem Provinciæ Sancti Francisci de Pachuca, deputetur pro conversione Infidelium, signanter existentium in Montibus de Cimapan, locisque conterminis, in quibus usque adhuc nulla alia Missio fundata reperitur, cum potestate Sacras Missiones in prædictis Montibus erigendi ab eodem Collegio dependentes, utque omnibus ipsius Provinciæ Sancti Didaci Fratribus districte prohibeatur transitus, nedum ad alias Provincias, & Collegia Missionum Regularis Observantiæ, verum etiam ad *Missiones Provinciæ Discalceatorum Sancti Gregorii* in Insulis Philippinis, absque peculiari, & expressa hujus Sacræ Congregationis licentia: Eminentissimi Patres, audito super expositis Patre Procuratore Generali *Discalceatorum, & Recollectorum, in utroque benigne annuerunt*, mandaruntque, ut Religiosi ad Missionariorum munera in præfatis Locis obeunda destinati, pro necessariis facultatibus Dominum Archiepiscopum Mexicanum Ordinarium adire teneantur. Datum Romæ die, & anno, quibus supra.

V. Cardin. Petra Præfectus.
Loco ✠ Sigilli.
F. M. Riccardi Pro-Secretarius.

Cum autem, sicut pro parte eorumdem Diffinitorum Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, qua-

quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Julii 1733. Pontificatus nostri anno quarto.

Fabius Cardinalis Oliverius.

QUas Apostolicas Literas Regius Indiarum in Hispaniis Senatus sub die 17. Septembris 1739. executioni demandari præcepit, imo illas Regiis Privilegiis ampliare dignatus est Rex ipse 23. Aprilis 1741. ut constat ex Bullar. Discalceator. Tom. 4. pag. 89. & sequentibus.

Confirmatur Decretum Congreg. Episc. & Regul. qua prohibetur Superioribus Generalibus extrahere Religiosos ex Provincia Sancti Didaci Discalceatorum in Mexico, sine consensu Capituli Provincialis, aut saltem Diffinitorii.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilecti Filii Josephi de Herice, Vicarii Provincialis Provinciæ Sancti Didaci in Mexico, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, ac consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, expositο, quod licet inter alias ordinationes Apostolicas pro felici, prosperoque regimine Provinciarum eorumdem Fratrum Discalceatorum editas, sæpius, ac districte vetitum, ac decretum fuisset, ne ulli Commissarii Generales, nec etiam Minister Generalis Ordinis prædicti, aliquem Religiosum è dictis Provinciis extrahere præsumerent, nisi prævio consensu Capituli Provincialis, vel Diffinitorii pleni uniuscujusque Provinciæ hujusmodi respective: ac id ipsum expresse quoque sancitum reperiretur in statutis Generalibus Familiæ Ultramontanæ Ordinis prædicti; nihilominus, quia Commissarii Generales Novæ Hispaniæ ejusdem Ordinis, contra præscriptum Apostolicorum Decretorum, atque statutorum prædictorum, Religiosos e supradicta Provincia Sancti Didaci extrahere attentabant, dilectus Filius Joannes de Soto Minister Generalis totius Ordinis præfati, per suas patentes literas die 21. Julii 1730. desuper editas, præceperat tunc, & pro tempore existenti Commissario Generali Novæ Hispaniæ prædictæ, ut ab ejusmodi extractione, & incorporatione omnino abstineret, declarando nullum, & attentatum quidquid secus factum fuisset, & in eadem expositione subjuncto, quod modernus Commissarius Generalis omnium Indiarum Occidentalium, nulla præmissorum, ac enarrati præcepti Ministri Generalis habita ratione, Religiosos e Provincia præfata extrahere, & alio transferre adhuc pergeret; ac proinde pro parte prædicti Josephi eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut opportunum huic rei remedium adhibere vellent: emanavit a dicta Congregatione Cardinalium Decretum, tenoris, qui sequitur.

„ Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attenta relatione P. Procuratoris Generalis, benigne commisit Archiepiscopo Mexicano, ut veris existentibus narratis, nomine, & auctoritate ipsius Sacræ Congregationis, mandet omnino exequi, remediis sibi benevisis, *Decreta Apostolica, nec non Decretum Patris Generalis* emanatum sub die 21. Mensis Julii 1730. *& pro hujusmodi effectu revocari ad suas Provincias quotquot ab eisdem excorporati fuerint post editum enunciatum Decretum Patris Generalis.* Romæ 15. Maii „ 1733.

A. Card. Sancti Clementis.

J. Archiepisc. Corinthien. Secretarius.

Cum autem, sicut prædictus Josephus Nobis subinde exponi fecit, ipse decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, ac servetur exactius, confirmationis nostræ præsidio communiri summopere desideret: Nos eumdem Josephum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere,

bere, ec irritum, & inane, si secue super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter conrigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibue Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, eliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alis roboratis, staturis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertie habentes, illis slias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hec vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contreriis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatorie, die 7. Augusti 1733. Pontificatue nostri anno quarto.

F. Card. Oliverius.

Divisio Provinciæ Poloniæ Minoris, & Lithuaniæ facta in Comitiis Mediolanensibus confirmatur.

„ Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplicem libellum remisit, attenta relatione Patris Commissariis Generalis Curiæ, præfatum Capituli Decretum, pro supre expressa divisione Provinciarum, benigne approbavit, & confirmavit. Romæ 4. Septembris 1733.

Card. Franciscus Barberinus.

Loco ✠ Sigilli.

I. Archiepiscopus Corinth. Secret.

Declaratio super jurisdictione Protectorum Ordinis circa Religiosos deputatos pro cura, & regimine Monialium Sanctæ Claræ, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ Neapolis.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Dudum, postquam fel. record. Clemens VIII. & Urbanus eriam VIII. aliique forsan Romani Pontifices Prædecessores Nostri, per suas in simili forma Bravis, seu etiam sub plumbo expeditas literas, tunc, & pro tempore existentibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observentia nuncupatorum apud Sedem Apostolicam Protectoribus diversas facultates, quoad Religiosos ex certis Provinciis Reformatie ejusdem Ordinis, pro servitio Ecclesiarum Monesteriorum Monialium Sanctæ Claræ, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ Civitatis Neapolitan. ipsarumque Monialium spirituali regimine, & cure, pro tempore deputatos, sub certis modo, & forma tunc expressis, concesserant, & attribuerant; dictique Protectores abinde faculretibus hujusmodi libere usi fnerunt, a recol. mem. Innocentio Papa XII. Prædecessore etiem Nostro emanavit Constitutio super moderatione jurisdictionis, & auctoritatis Protectorum quorumvis Ordinum Regularium anno 1693. edita, ac successive anno 1694. prodierunt literæ in pari forma Brevis, per quas idem Innocentius Prædecessor Ministro, seu alteri Superiori Generali Familiæ Reformatæ Cismontanæ dicti Ordinis, pro tempore quoque existenti, facultatee quascumque Protectoribus memorati Ordinis, quoed Religiosos præfatos sic concessas, & attributas, servata cœteroquin in omnibus, & per omnia supradictorum Clementie, & Urbani, aliorumque prædecessorum literarum forme, & dispositione, restituit, &, quatenus opus esset, de novo impartitus fuit, & alies, prout in ejusmodi Literis, & Constitutione, quarum tenores præsentibue pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius respective continetur.

§. 2. Cum autem, sicut accepimus, tempore ipsius Innocentii Prædecessoris adhuc vigerent peculiares illæ causæ, & rationes, quibus dicti Clemene, & Urbanus, ac alii Prædecessores adducti fuerant ed enarratas facultates Protectoribus Ordinis hujusmodi, respectu dictorum Religiosorum, concedendas, reintegratio ad illas Ministro, seu Superiori Generali Ordinis prædicti, sicut præmittitur, facta effectum suum sortiri nequivit; unde idem Innocentius Prædecessur dictorum Monasteriorum, ac Religiosorum illic existentium regimen suscepit, etque gessit; sicuti quoque a similis memor. Clemente Papa XI. Prædecessore etiam Nostro petitum fuit. Verum fel. itidem record. Innocentius Papa XIII. pariter Prædecessor Noster, per Nos, qui Ordinis prædicti Protectoris munere epud hanc Sanctam Sedem tunc fungebamur, de omnibus præmissis, aliisque totius rei, nec non Monasteriorum præfatorum statum concernentibus certior redditue, eb ejusmodi regimine abstinuit: Nobisque permisit ibidem exercere eam, quam olim dicti Ordinis Protectores exercuerant, jurisdictionem, & auctoritatem, quemadmodum re ipsa fecimus, ac etiam post Nostram assumptionem ad Summi Apostolatus apicem, ratione Protectionis hujusmodi, quam retinuimus, facere porreximus. Hinc, est, quod Nos omnem dubitationie, & controversiæ, quæ circa auctoritatem Protectorum dicti Ordinis quoad Religiosos præfatos, temporis progressu postquam viam universæ carnis ingressi fuerimus, facile oriri possent, occasionem amovere, felicique dictorum Monasteriorum directioni, ac paci, & tranquillitati, quantum cum Domino possumue, prospicere cupientes: simulque considerantes vix sperari posse prædictas Innocentii XII. Prædecessoris literas, atque Constitutionem, propter easdem causas, & rationes, quæ etiam num durant, ob quas hactenue in Monasteriie præfatis observeri nequiverunt, nec in posterum quoque executioni demandatum, ac observatum iri; motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberetione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut dilectus filius Noster Trojenus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Acquaviva nuncupatus, quem in futurum successorem Nostrum in Protectione hujusmodi deputavimus, aliique deinceps pro tempore existentes Ordinis Nostri Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum apud eamdem Sedem Protectores, quoad Religiosos pro Ecclesiarum, & Monasteriorum præfatorum servitio, ipsarumque Monialium spirituali regimine, & cura pro tempore etiem deputatos, omnibus, & singulis facultatibus per dictos Clementem VIII. ec Urbanum, aliosque Prædecessores, ejusdem Ordinis Protectoribus concessis, & attributis: nec non auctoritate, & jurisdictione, quibus usi fuerint,

Nos-

Nosque tamquam Protectores hujusmodi usi fuimus, & utimur, similiter uti, ac potiri, & gaudere libere, licite, & valide possint, & valeant, harum serie declaramus, statuimus, atque indulgemus; sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis, Ecclesiarum, & Monasteriorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 25. Septembris 1733. Pontificatus Nostri anno quarto.

F. Card. Oliverius.

Cum ex hac vita migrasset A. R. P. Fulvius Benoniensis Procurator Generalis Reformatorum, refficitur in ejus locum A. R. P. Petrus Paulus a Cirignola per Breve Pontificis, quod sequitur.

CLEMENS PAPA XII.

Dilecto Filio Petro Paulo a Cirignola Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum professori.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Religionis Zelus &c. Cum itaque, sicut accepimus, quondam Fulvius a Bononia, dum vixit, Procurator Generalis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum Familiæ Cismontanæ, non expleto officii sui sexennio, ad quod in proxime præterito Capitulo Generali dicti Ordinis electus fuerat, diem nuper obierit extremum: Hinc est, quod Nos de tua fide, prudentia, charitate, integritate, vigilantia, & Religionis Zelo plurimum in Domino confisi, Teque a quibusvis &c., motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te in locum memorati Fulvii Procuratorem Generalem Fratrum dictorum Ordinis, & Familiæ, usque ad Capitulum Generale ipsius Ordinis, juxta illius Constitutiones, proxime celebrandum, cum omnibus, & singulis præeminentiis, prærogativis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, tenore præsentium constituimus, & deputamus. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 15. Octobris 1733. Pontificatus nostri anno quarto.

Pro D. Card. Olivario.

C. Archiepiscopus Emissenus.

Confirmatur Decretum Sacræ Congregationis in Causa Præcedentiæ inter Patres Dominicanos, cæterosque Patres Mendicantes.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Emanavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negociis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, in causa præcedentiæ inter dilectos Fratres Ordinum Mendicantium ex una, & Fratres Ordinum Prædicatorum ex altera partibus vertente, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: In causa Ordinum Mendicantium Præcedentiæ vertente inter Patres Ordinum Prædicatorum ex una, & Patres aliorum Ordinum Mendicantium ex altera partibus, propositum fuit infrascriptum dubium, nempe: An, & quibus debeatur præcedentia in publicis Processionibus? Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negociis Episcoporum, & Regularium præposita, referente pro Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali Barberino Ponente, Eminentissimo Domino Cardinali Gentili, Partibus hinc inde auditis, visisque juribus ab utraque parte deductis, ac re undique mature perpensa, censuit, respondendum, prout respondit, ac decrevit, & declaravit deberi præcedentiam in Processionibus juxta Constitutiones Gregorii XIII. & Urbani VIII. ac juxta consuetudinem in singulis locis servatam a te promulgationem Bullæ *Pretiosus*. Romæ 4. Septembris 1733.

Cardinalis Barberinus Relator.

I. Archiepiscopus Corinthiensis Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Cum autem, sicut dicti Fratres Mendicantes Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulos personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque

que plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Ordinum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 5. Januarii 1734. Pontificatus nostri anno quarto.

F. Card. Oliverius.

Statuitur Patrem Petrum Paulum a Cirignola in officio Procuratoris generalis usque ad biennium completum, & triennium inceptum, remanere debere, non obstante quod celebretur Capitulum Generale, & in eo fiat electio alterius Procuratoris Generalis.

Dilecto Filio Petro Paulo a Cirignola Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum Professori.

CLEMENS PAPA XII.

Dilecte Fili, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

REligionis zelus &c. Cum itaque Nos nuper Te in Procuratorem Generalem Provinciarum Familiæ Cismontanæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum usque ad Capitulum Generale dicti Ordinis constituerimus, & deputaverimus, & alias, prout in nostris literis desuper in simili forma Brevis die 25. Octobris anni proxime præteriti expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur; & sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, prædictum Capitulum generale, juxta dispositionem cujusdam Statuti ejusdem Ordinis, die 25. Maii anni proxime venturi, nempe octodecim circiter Mensibus ab illius publicatione, celebrandum sit, tu vero, dictis Mensibus elapsis, & biennio tui Officii a te tunc minime absoluto, a præeminentiis per Apostolicas, & dicti Ordinis Constitutiones, earum declarationes, ac præsertim quasdam felic. record. Alexandri Papæ VII. Prædecessoris nostri literas præscriptis, exclusus reperiaris, Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut tibi in præmissis opportune providere, & , ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur Te amplioris favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis &c. hujusmodi supplicationibus inclinati, ut ad biennium completum, & triennium inceptum, non impedita electione Procuratoris generalis a dicto Capitulo generali facienda, & si justis de causis idem Capitulum prorogari contingat, usque ad illius celebrationem deputatio tua in Procuratorem generalem hujusmodi durare, & firma, ac salva remanere debeat, auctoritate, & tenore præfatis statuimus, & declaramus.

Decernentes easdem præsentes literas &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 10. Februarii 1734. Pontificatus nostri anno quarto.

Fabius Cardinalis Oliverius.

Confirmantur Literæ Ministri Generalis circa nonnullos Religiosos Excalceatos deputandos Quæstuatores pro conservatione Locorum Terræ Sanctæ.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecit dilectus filius modernus Commissarius Generalis Terræ Sanctæ in Romana Curia, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod dilectus pariter Filius Joannes de Soto Minister Generalis dicti Ordinis, per suas literas Patentes Ministris Provincialibus Provinciarum Arabidæ, Sancti Antonii Caputiorum, Pietatis, & Conceptionis *de la Beira*, & Alynho directas, eos rogavit, monuit, & hortatus fuit, ut pro conservatione Locorum ejusdem Terræ Sanctæ, Commissario dictæ Terræ Sanctæ Matriti residenti, Religiosos uniuscujusque Provinciæ, qui qualitatibus ad id necessariis præditi sint, super quæstuatione eleemosinarum pro eisdem locis deputent, & deputare teneantur; & alias, prout uberius continetur in ipsius Joannis Ministri Generalis literis patentibus desuper emanatis ex idiomate Hispanico in latinum versis, tenoris, qui sequitur, videlicet:

FRATER JOANNES DE SOTO,

Lector Jubilatus, Theologus Majestatis Suæ in Congressu Immaculatæ Conceptionis, & Minister Generalis totius Ordinis S. P. N. Francisci, & Servus &c.

RR. PP. Provincialibus præsentibus, & futuris Provinciarum nostrorum Arabidæ, Sancti Antonii Caputiarum, Pietatis, & Conceptionis de la Beira, *& Alynha salutem, & pacem in Domino Nostro Jesu Christo.*

QUoniam inter ea, quibus nostra Seraphica Religio curam, & solicitudinem majori vigilantia impendere debet, potissima est conservatio Sanctorum Locorum Terræ Sanctæ, major cultus, & assistentia Religiosorum in illis residentium

ctum, in cujus finem opus est deputare Religiosos, qui curam assumant, & habeant eleemosynas in hisce Regnis, nec non in Brasilia quæstuandi, & eas a Fidelibus, ut moris est, colligendi, & quia æquum, ac justum est, ut omnes, & singulæ Provinciæ in tam Sanctum opus concurrant, cunctarum quidem honor est, sacræ Custodiæ, atque Sanctorum Locorum manutentio, in quibus Redemptio nostra operata est. Inde præsentium vigore rogamus, monemus, & exhortamur RR. PP. VV. in visceribus Jesu Christi, ne se excusent, ac retrahant in cooperando quantum valent ad præfatum effectum, concedentes, ac designantes R. P. Commissario Terræ Sanctæ Religiosos uniuscujusque Provinciæ nostræ, ad instantiam, & *beneplacitum* ejusdem P. Commissarii, in Quæstores eleemosynarum, tam in eo Regno, quam Brasilia, aliisque ditionibus, & quidem eos, qui qualitatibus ad id necessariis, & opportunis sint præditi, uti de zelo, & religiositate PP. VV. confidere debemus, quibus paternam nostram benedictionem impertimur. Datum in hoc nostro Conventu Sancti Francisci Matriti, die 18. Septembris 1733.

Frater Joannes de Soto
Minister Generalis Ordinis.

De mandato suæ P. Rmæ.

Frater Didacus Spinosa,
Secret. Gener. Ordibis.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, prædictus modernus Commissarius Generalis exponens, præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ Patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsius moderni Commissarii Generalis exponentis votis, hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas ejusdem Joannis Ministri Generalis literas Patentes, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 13. Februarii 1734. Pontificatus nostri anno quarto.

F. Card. Oliverius.

Declaretur Officialibus Generalibus Curiæ Romanæ sufficere triennium inceptum, ut in Ordine gaudeant Privilegiis sibi concessis a legibus.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Cajetanus a Laurino Commissarius Generalis Curiæ Fratrum Minorum de Observantia, ac Petrus Paulus a Cerignola Procurator Generalis eorumdem Fratrum Reformatorum respective nuncupatorum pro Familia Cismontana Ordinis Sancti Francisci, quod dudum fel. rec. Alexander Papa VII. Prædecessor Noster, per quasdam suas in simili forma Brevis die 4 Decembris 1662. expeditas literas, omnibus, & singulis Commissariis Curiæ, ac Procuratoribus Generalibus Fratrum Minorum tam de Observantia, quam Reformatorum Familiæ Cismontanæ, ac Ordinis hujusmodi, qui sua respective officia triennii continui spatio gessissent, indulsit, ut depositis eisdem officiis, suffragium, sive votum perpetuum consultivum, ac decisivum, in quibusvis Capitulis, & Congregationibus suæ cujusque Provinciæ dicti Ordinis habere, & ferre possent: Cumque subinde tunc in humanis agenti Antonio a Campobasso Fratri expresse professo dicti Ordinis Minorum de Observantia, qui officio Procuratoris Generalis in Curia Romana functus fuerat, mota fuisset quæstio super fruitione ejusdem voti perpetui, eo quod officium præfatum triennii completi spatio minime gessisset habito pro parte ipsius Antonii recursu ad bon. mem. Alderanum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Cybo nuncupatum, dum viveret, prædicti Ordinis apud Sedem Apostolicam Protectorem, pro opportuna declaratione obtinenda, negotioque per ipsum Alderanum Cardinalem Protectorem Petro Marino tunc temporis Ministro Generali dicti Ordinis remisso, ut pro munere suo desuper provideret, idem Petrus Minister Generalis, consultis prius aliquot ex gravioribus Patribus de Observantia, ac Reformatis præfati Ordinis, ac ponderatis eorum allegationibus, die 19. Aprilis 1687. de illorum consilio, ac voto, Decretum edidit, quo declaravit, & definivit, supradictum Antonium, etsi per spatium continui triennii completi officium Procuratoris Generalis istiusmodi non obiisset, nihilominus vere, & ad sensum præfatarum literarum Alexandri Prædecessoris, tempus in eis præscriptum explevisse, adeoque ei competere, ac deberi votum perpetuum ad formam earumdem literarum, ac super ejusmodi controversia silentium imposuit, & alias, prout in Decreto præfato, cujus perinde, ac dictarum Alexandri Prædecessoris literarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, uberius continetur. *Litteræ Alexandri VII.* Ratio Justitiæ &c. *Referuntur supra Part. I. pag. 114. A. & laudatum Decretum ibidem pag. 306. B.*

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat,

nonnulli postmodum Commissarii, & Procuratores Generales dicti Ordinis respective, qui triennium perfectum non absolverant, ignari Decreti hujusmodi, aut ad majorem, & abundantiorem cautelam, gratias identidem a Sede Apostolica impetrarint cum clausula, perinde, ac si integrum triennium functi fuissent, ipsi Exponentes quamcumque dubitationis, & contentionis, quæ exinde, aut alias quomodolibet super intelligentia, & interpretatione dictarum Alexandri Prædecessoris literarum enasci possent, occasionem submoveri plurimum desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut opportune in præmissis providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis &c. hujusmodi supplicationibus inclinati, enarratas Alexandri Prædecessoris literas, quibus prædictis Commissariis Curiæ, & Procuratoribus Generalibus Familiæ Cismontanæ, qui sua respective officia triennii continui spatio gesserunt, suffragium, sive votum perpetuum attribuitur, sicut præmittitur, juxta Decretum a memorato Petro Ministro Generali editum de triennio incepto, dummodo tamen ipsum triennium inceptum, sit continuum, & non interpolatum per notabile temporis spatium, Intelligendas esse, & fore, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & declaramus, sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non &c. Datum Romæ apud Sanctam Majorem sub Annulo Piscatoris, 13. Aprilis 1734. Pontificatus nostri anno quarto.

F. Card. Oliverius.

ACTA, ET ORDINATIONES

Congregationis Nationalis Inclytæ Nationis Germano-Belgicæ, ac Provinciarum eidem annexarum, scilicet Hiberniæ, Angliæ, Scotiæ, Daciæ, Ordinis Sancti Francisci Seraphici Fratrum Minorum Recollectorum, sive Strictioris Observantiæ nuncupatorum, cum præscripto, & beneplacito

Rmi in Christo P. F. Joannis de Soto totius Ordinis S. P. N. Francisci Ministri Generalis actualis, Præside Reverendissimo Patre

P. F. Godefrido Stüve Sacræ Theologiæ Lectore Jubilato, Provinciæ Saxoniæ Sanctæ Crucis Ex-Ministro Provinciali, ac Patre perpetuo, totius Ordinis Definitore, nec non supradictæ Nationis Commissario Generali actuali, celebratæ per Adm. RR. Patres ejusdem Nationis, scilicet Definitores Generales, Ministros Provinciales, primos Provinciarum Patres, ac Custodes Actuales infrascriptos, in Conventu Monasteriensi ad S. Antonium de Padua, die 25. Mensis Maii 1734.

SESSIO PRIMA.

Habita die 24. ejusdem mensis Maii hora quarta pomeridiana.

I. IMplorata Spiritus Sancti gratia, Rmus P. Præses proposuit finem, ob quem præsens Congregatio fuerit convocata.

II. Instituta est Secretarius Congregationis R. P. Fr. Godefridus Schiveren Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, Provinciæ Saxoniæ Sanctæ Crucis Custos actualis.

III. Impositum, & acceptatum est mandatum Sanctæ obedientiæ de non revelandis iis, quorum revelatio directe, vel indirecte posset cedere in præjudicium hujus Congregationis, sive collectim, sive divisim sumptæ.

IV. Prælectæ sunt literæ aliquorum Patrum legitime Citatorum ad hanc Congregationem, quibus se partim excusant, partim se adfuturos esse promittunt.

V. Propositum est Adm. RR. Patribus congregatis: An non semper inhærendum sit Apostolicæ Constitutioni Urbani VIII. quæ incipit: *In his auctoritatis nostræ* relatæ a P. Kerckhoven in Statuta nostra Generalia cap. 7. §. 20. num. 18. quo dictus Sanctissimus dignatus est confirmare eadem Statuta nostra, ita ut hæc Natio novis, & extraordinariis statutis, seu ordinationibus Capitulorum Generalium gravari non possit?

VI. Cum in ultima Congregatione Nationali Brulensi acceptata fuerit Sanctissimi Benedicti XIII. Constitutio incipiens *Universalis Ecclesiæ*, quæ postmodum moderata fuit per aliud ejusdem Pontificis rescriptum incipiens *Alias Nos per quamdam*, & tandem totaliter est reducta per Clementem XII. feliciter regnantem, per Constitutionem, quæ incipit: *Circumspecta*, ad tenorem precise Constitutionum nostrarum Generalium; Quæritur an omnes Patres Ex-Provinciales sint restituti Vocalitati perpetuæ, ac perfectæ, quæ omnibus Ex-Ministris erat adempta, sicut a Lectoribus Jubilatis per dictam Bullam *Universalis*, nisi per præfatam pariter Constitutionem *Alias Nos per quamdam* Senior Ex-Provincialis, ac moderuior tantum eidem pristinæ Vocalitati restituti fuerint: An, inquam, nunc per postremam Bullam *Circumspecta* non sint restituti omnes Ex-Provinciales suis Officiis laudabiliter functi, sicut & Patres Lectores Jubilati eidem pristinæ suæ Vocalitati? Et consequenter per hoc non censeatur nunc cessare Bulla Urbani VIII. quæ incipit *Onerosa*, itaut ea cessante, per universam Nationem habeatur perfecta conformitas in dictis Vocalitatibus, secundum tenorem statutorum nostrorum Generalium?

SESSIO SECUNDA.

Habita die 25. Maii hora nona Matutina.

I. IN qua prosecuta sunt Acta Sessionis præcedentis.

II. Ad numerum quintum Sessionis præcedentis, omnes RR. PP. congregati unanimiter censuerunt, ac resolverunt, *quod sane* continuo novis statutis, seu Ordinationibus Capitulorum Generalium Nationi nostræ minus accomodatis, totam Nationem turbari contingat.

III. Ad numerum sextum Sessionis præcedentis, omnes Patres Congregati unanimiter resolverunt admittendam esse Constitutionem Clementis XII. quæ incipit, *Circumspecta*, qua moderante Constitutionem *Universalis*, omnes Ex-Ministri Provinciales, Lectores proprie Jubilati, ac cœteri Vocales perpetui, ex privilegio non personali, sed reali, secundum tenorem Statutorum nostrorum Generalium, pristinæ vocalitati restituuntur.

Et hinc regulariter in omnibus Provinciis nostris dicti Patres censentur vere Vocales: dicitur autem *regulariter in omnibus Provinciis*, quia, quantum ad Pro-

Provinciam Flandriæ, cum hæc alternationem pontificie obtinuerit, ob tranquillitatem in ea perpetuam stabiliendam, in ordine ad eumdam finem, præstat, ut se conformet immemoriali suæ laudabili consuetudini, tam quoad Patres Ex-Provinciales, quam quoad Patres Lectores jubilatos, & sic benevisum est omnibus Patribus congregatis, tamquam eidem Provinciæ proficuum, & expediens.

IV. Propositum est, an si adhuc existant in hac Natione Ex-Agentes Generales Romani, qui alias, scilicet ante publicationem *Universalis*, gavisi fuerint vocalitate perpetua, iidem etiam, sicut alii superius enumerati, censeantur restituti dictæ vocalitati? *Et resolutum est negative*, quia nulla censentur privilegia resuscitata, nisi realia, & in statutis fundata.

V. Propositum est, an Ex-Agenti Romano per sex annos officio suo laudabiliter functo, in stipendium laborum, suppositis supponendis, vocalitas perpetua in Discretorio suæ Provinciæ debeatur? Si non, quale stipendium ei assignandum sit a Natione?

VI. Prælectæ sunt Bullæ Apostolicæ *Flagitantium preces*, uti & *Apostolici Regiminis*, & Patres Congregati resolverunt, utraque prælecta, admittendam in primis esse Bullam *Flagitantium preces*, sed in quantum hæc moderata est per rescriptum Clementis XII. quod incipit: *Apostolici Regiminis*, quod rescriptum, scilicet *Apostolici Regiminis*, qua motum proprium Pontificium, cum debita reverentia, & gratiarum actione erga Sanctissimum Dominum nostrum Clementem XII. feliciter regnantem, & dignatissimum Ordinis Seraphici Protectorem, tota inclyta Natio gratanter recipit, eique executioni adequatæ dandæ, quantum in se est, unanimiter allaborabit.

VII. Ex dicta proinde utraque Bulla constat, quod Statuta Generalia Nationi nostræ alias accomodata, denuo confirmata, & iis contraria sint annullata, tamquam non obligantia.

Deinde ex iis constat qualiter imposterum Commissarius Generalis Nationalis a Reverendissimo Patre Ministro Generali debeat institui, scilicet ex quatuor subjectis eidem ab hac Natione præsentandis. Denique ex iis dilucidatur quid agendum ipsi Commissario Generali Nationali actuali physice, vel moraliter defungente, & quis defungentis sit ipso facto Successor, usque dum novus instituatur.

VIII. Propositum est, si ob Bella, aut alias, Congregatio Nationalis, sive etiam Capitulum Generale, ad faciendam præsentationem dictorum quatuor subjectorum, convocari non possent, aut ex ipsis subjectis præsentatis nullus amplius existeret pro illo tempore ad præfatum Commissariatum qualificatus, an non inhærendum esset Constitutioni Capituli Generalis Mediolanensis ultimi, ubi statutum, quod Minister Generalis in institutione Commissarii debeat consulere utrumque Definitorem Generalem in dicta nostra Natione existentem? & resolutum est *quod sic*; cum clausula tamen, ut ipsi Definitores Generales desuper consulant primarios Patres Nationis, ut sic uno animo, unoque labore colliment in præsentationem dignissimorum subjectorum, tantisque difficultatibus occursuris parium.

SESSIO TERTIA.

I. HAbita die 25. Maii hora circiter quarta pomeridiana, in qua prælecta sunt Acta Sessionis immediate præcedentis.

II. Resolvitur ad quintum ejusdem, scilicet, quale stipendium debeatur Ex-Agenti Romano sexennali, prout ibidem? & resolutum est, ad evitandas varias lites, & contentiones circa hoc negotium, etiam coram ipso Sanctissimo ventilatas, quod ipsis Patribus Ex-Agentibus non competat perpetua Vocalitas in Discretorio suarum Provinciarum respective: sed ne labor ipsorum videatur stipendio carere, ipsis pro stipendio assignatur præcedentia perpetua post Lectores Jubilatos, sine vocalitate activa, quod stipendium nec ipsis communicabitur, si convicti fuerint sinistre egisse, moliendo contra Provincias, aut Nationem, & se negotiis immiscuisse concernentibus Ordinem, Nationem, aut Provincias, sine auctoritate Reverendissimi Patris Commissarii, aut Congregationis Nationalis; quin si hoc fecerint, loco stipendiorum, subeant pœnam assignatam a Capitulo Generali celebrato Romæ anno 1700. ubi in statutis pro utraque Familia num. 10. in taliter Romæ Agentes lata est privatio vocis activæ, & passivæ per triennium.

III. Quæsitum est, qualiter debeat procedi ad propositionem quatuor subjectorum præsentandorum ad Commissariatum Nationalem? An debeat procedi propositione vocali? An debeant proponi a Præside Congregationis, ut eligantur per Ballottationem, prout eligitur Procurator Generalis, & Pater Commissarius Curiæ, & cœteræ fiunt electiones in Definitoriis? An vero propositio debeat fieri per scrutinium schedulis clausis? Et resolutum est; videri expeditius illam propositionem fieri per schedulas secretas in scrutinio, nominibus eligentium, sive proponentium, nunquam revelandis.

IV. Quinam censeantur esse proponibiles? Et resolutum est, quod ipsi soli sint proponibiles, qui habent conditiones assignatas in Statutis generalibus.

V. Propositum est quales Patres habeant propositionem activam dictorum quatuor subjectorum? An soli Vocales in Capitulo Generali tales? An Vocales Nationales, scilicet admitti soliti ad Congregationem Nationalem, licet hi ad Congregationem Nationalem admissi, non sint Vocales in Capitulo generali? & resolutum est ex dicta Constitutione, sub disjunctione, nimirum si propositio fiat in Congregatione Nationali, quod sufficiant Vocales Nationales, quamvis non sint Vocales Ordinis. Si vero illa propositio fieret in Capitulo generali, quod videatur tunc requiri, quod Patres proponentes, non tantum sint Vocales Nationis, sed etiam Ordinis.

VI. Cum Constitutio *Apostolici regiminis* declaret ipsos *Patres Nationis*, qui laudabiliter per triennium Commissariatu Nationali functi fuerint, quærebatur quid *Paternitas Nationalis* debeat importare? An talis debeat esse Vocalis in tota Natione in omnibus Provinciis? An sufficiat quod sit Vocalis, vel Pater Provinciæ in sua Provincia tantum, ita tamen, ut debeat convocari ad Congregationes Nationales, & in iisdem sit Vocalis perpetuus? Et resolutum est, quod Paternitas Nationalis eam dicat Vocalitatem, scilicet, in sua nativa Provincia tantum, tamquam Patris Provinciæ, licet non fuisset Minister Provincialis: ita tamen, quod sit etiam Pater Vocalis perpetuus in quavis Congregatione Nationali.

VII. Quærebatur quam præcedentiam debeat habere dictus Pater Nationalis perpetuus, an talem respective in Natione, qualem respectiva in Familia habet Pater Familiæ, qui tamquam Pater Familiæ antecedit omnes in Familia, excepto Commissario Familiæ actuali, & consequenter, an Pater Nationis debeat, qua talis, antecedere Definitores, & ex-Definitores Generales, omnes Patres Ministros Provinciales actuales, excepto illo Provinciali, sub quo habitat? deinde, an, qua Pater Nationis, non subsit im-

immediate Commissario Nationali actuali, & non subsit amplius Ministro Provinciali suæ Provinciæ, quatenus hic non subest Guardiano, sub quo habitat, saltem Coactive?

VIII. Cum habeatur in Constitutione *Apostolici Regiminis*, quod illi Patres, qui triennio fuerunt functi laudabiliter illo officio, deinceps sint Patres Nationis, quæsitum fuit, an etiam Patres, qui antehac fuerunt laudabiliter functi illo officio per triennium, possint declarari Patres Nationis? An vero ad hanc declarationem debito modo faciendam, requiratur, quod a facta publicatione fuerint functi dicto officio?

IX. Cum in Constitutione *Apostolici Regiminis* habeatur, quod in Casu obitus Commissarii Generalis, Pater antiquior ipsius Provinciæ debeat esse Vice-Commissarius: Jam vero in Bulla *Flagitantium preces* habeatur, quod in tali casu antiquior Ex-Commissarius Generalis debeat esse Vice-Commissarius, quæsitum fuit: cujus Bullæ tenori sit insistendum, cum singulæ diversum assignent Vice-Commissarium?

SESSIO QUARTA.

Habita 26. Maii hora 9. Matutina, in qua.

I. PRælecta sunt Acta Sessionis præcedentis.

II. Ad septimum ex integro resolutum est ab omnibus Patribus, quod dicto Patri Nationis debeatur præcedentia ante omnes Patres Provinciæ, qui actu non sunt Definitores Generales. Deinde quod talis Pater Nationis censeatur immediate subjectus actuali Commissario Generali, licet amore exercitii obedientiæ directivæ se subjiciet Provinciali, sub quo habitat, vel suæ nativæ Provinciæ.

III. Ad octavum resolvitur, quod sic, & consequenter taliter privilegiati censeantur Reverendissimi Patres Ex-Commissarii Generales, scilicet Reverendissimus Pater Frater *Benedictus Verhoeven*, & Reverendissimus Pater Frater *Wilhelmus Weraands*, ac postquam absolverit Commissariatum modernus Reverendissimus Pater Commissarius Generalis, hujus Congregationis Præses, pari fruetur Privilegio.

IV. Ad nonum resolutum: uterque terminus quasi oppositus reconciliandus venit in Patre Antiquiore, sive digniore, ut si antiquior Ex-Commissarius non sit, in ejus locum habeatur Pater dignior Provinciæ, in qua vacantia contigerit.

V. Propositum, an ad Congregationes Nationales non sunt vocandi Ex-Definitores Generales, quia sunt inter digniores Patres in Natione, & digniores Patres Provinciarum? Et responsum est *quod sic*.

VI. Quæsitum: si ergo ex aliqua Provincia veniat Ex-Definitor Generalis, & antiquior Ex-Provincialis ejusdem Provinciæ, an propterea esset arcendus Ex-Provincialis a vocalitate activa in Congregatione Nationali? Et responsum est pluribus votis *quod non*.

VII. An si Pater antiquior ex aliqua Provincia venire non possit, tunc loco ipsius possit mitti substitutus? Et si hic compareat, an censeatur Vocalis in ordine ad propositionem quatuor subjectorum pro Commissariatu? Par quæstio est de Patribus Hibernis, & Anglicanis solitis comparere in suis, ut vocant, Deputatis: & resolutum est ad omnia *affirmative*.

VIII. Demum quæsitum est ab omnibus Patribus præsentibus, an adhuc aliqua monenda sint, quo minus procedatur ad scrutinium, & electionem proponendorum? An judicent, quod omnes præsentes tamquam Vocales sint admittendi? & omnes responderunt, quod nihil monendum, & quod omnes præsentes tamquam Vocales sint admittendi.

IX. Denique processum est ad propositionem quatuor subjectorum per schedulas clausas, observato stricto scrutinio a Sac. Congreg. Concil. Trident. gravissime inculcato: Præside eodem Reverendissimo P. Fratre Godefrido Stuve; existentibus Disquisitoribus A. R. P. F. Ildephonso Stumpft, Provinciæ Thuringiæ Sanctæ Elisabeth Ex-Ministro Provinciali, ac Patre perpetuo, & V. P. F. Jacobo Zolet Lect. Jubil. & Provinciæ Flandriæ Custode actuali. Et electi sunt pro Germania Superiore A. R. P. F. Beda Wiederholt Sac. Theol. Lect. Jub. & almæ Provinciæ Saxoniæ Sanctæ Crucis actualis Minister Provincialis, & A. R. P. F. Godefridus Heinen. Sac. Theol. Lector Jubil. ac Almæ Provinciæ Coloniæ Ex-Minister Provincialis, & Pater perpetuus: ex parte vero Germaniæ Inferioris electi sunt Adm. R. P. F. Simon Josephus Tibesart Sacr. Theol. Lector Jubilatus, ac Almæ Provinciæ Flandriæ actualis Minister Provincialis, & Rev. Pater Frater Martinus Puteanus Sacræ Thologiæ Lector Jubilatus, ac Almæ Provinciæ Germaniæ Inferioris Custos actualis.

X. Quæsitum est ex omnibus Patribus præsentibus, an quid obmonendum habeant contra dictam electionem, aut contra subjecta electa? & unanimiter responderunt *quod non*, & quod actum electionis, & electos rata habeant.

XI. Conclusum est, ut proxime scribatur Reverendissimo Patri Ministro Generali, literis ab omnibus Patribus congregatis subsignandis, in quibus dicta quatuor subjecta proponantur, ut pro tempore vacationis Commissariatus Generalis, unum ex dictis quatuor Patribus, secundum tenorem Constitutionis Apostolicæ, quæ incipit *Apostolici Regiminis*, in Commissarium Generalem instituat, quæ literæ perlectæ sunt, & approbatæ.

SESSIO QUINTA, ET ULTIMA

Habita 26. Maii circa quartam pomeridianam, in qua

I. PRælecta sunt Acta præcedentis Sessionis.

II. Prælecta est supplica ex parte Almæ Provinciæ Argentinensis, petentis, ut hæc Congregatio omnem assistentiam dictæ Provinciæ præstet contra Patres Alsatos, divisionem sui tam a Provincia Argentinensi, quam consecutive a Natione meditantes, dictaque supplica ad Protocollum adjuncta, spondetur ex parte Nationis, quod (quantum possibile est) velit conatibus ipsorum Patrum Alsatorum resistere tam Matriti apud Reverendissimum Patrem Ministrum Generalem, quam in futuro Capitulo generali, &, si opus sit, in Curia Romana.

III. Iterato prælectæ sunt literæ destinandæ ad Reverendissimum Ministrum Generalem, & ab omnibus subscriptæ, clausæ, sigillo minori Commissariatus Generalis signatæ, ac in plena Congregatione extraditæ ad manus A. R. P. Godefridi Heinen Provinciæ Coloniensis ex-Ministri, ut Colonia proximo Cursore destinentur Matritum.

IV. Quæsitum fuit; an adhuc aliqua desint circa executionem factam quoad Bullam *Apostolici Regiminis*, quæ nondum, quantum est ex parte hujus Congregationis, sint peracta? & responsum est ab omnibus, *quod nihil desit*.

V. Conditiones proponendæ vestiendis, & professutis observentur, prout in Kerckoven supra statu-

ta

ta Generalia cap. 1. §. 1. n. 3., deinde quoad numerum Fratrum in Conventibus, & Provinciia, præfigatur certus numerus, qui non facile axcedatur, conformiter ad Sac. Conc. Triden. sess. 25. cap. 3. de Regularibua.

Comnia Provinciarum, & Conventuum, præsertim quoad terminos, & quæstuationea, stricte observentur, juxta Capitulum Generale Mediolanensa de anno 1729. in statutis pro utraque Familia num. 4.

Ideoque meditantibua divisionem Provinciarum ab omnibus unanimiter rigide contraeatur: quoad eligendos Superiorea Localea, eosque deponendos, rigide observentur Innocentianæ, scilicet Constitutio Innocentii XI. die 20. Novembria 1679. & incipiena *Sollicitudo Pastoralis officii*, confirmata, & declarata ab Innocentio XII. Constitutione, quæ incipit: *Alias a fel. rec.* Dat. Romæ 5. Julii 1695. quæ per universam Nationem publicatæ, & acceptatæ fuerunt.

Ne negotia Nationia urgeantur in Curia Romana, nisi unanimi consilio, & consensu, conformiter ad Capitulum Generale Romanum de anno 1700. loco citato supra Sessione tertia num. 2.

Demum intra quinque vulnera Christi recomendatur perpetua tranquillitaa in Natione, mutua pax, & Charitas inter omnia Nationis membra, & anathema esto, qui frivole vinculum pacis, charitatis, & unionia intra eam tollere machinaretur.

VI. Ordinationes, alias in Spiritu Sancto conditæ in prioribua Congregationibus Nationalibua, renovantur, & confirmantur.

VII. Quibua omnibus ita rite peractis, relectis, & ratificatia, omnes Congregationis Patres manu propria subsignaverunt &c. Signatum erat sigillo majori Commissariatus Generalia Nationalis 26. Maii anno, & loco, quibus supra. *Sequuntur subscriptiones.*

ROMANA LANARUM &c.

CUM Roma Lanarum copia abundet, plures Franciscanæ Provinciæ, non modo PP. Observantium, & Reformatorum, sed etiam Capuccinorum, magnam earumdem quantitatem pro Fratribus induendis ibi singulis annis coemere solent. Volens itaqua Commissarius Rev. Cameræ Apostolicæ, hujua jura, & Proventus, pro sui officii debito, quoad fieri posset, augere, & ampliare, tentavit jugum imponere Franciscania omnibua solvendi vectigal, seu gabellam statutam pru lanarum ab Urbe extractione. Facile fuit ab hoc onere absolvere subditoa Pontificioa; non ita tamen contigit respectu illorum, qui ex ditione Pontificis non erant. Acta proinde est Caussa coram Thesaurario Generali Cameræ Apostolicæ, qui utriusque partis lectis, auditia, & perpensis rationibua, sententiam tulit in favorem Ordinis, prout ex sequenti legitimo documento constat.

Sententia circa exemptionem Fratrum Minorum a vectigalium solutione pro lanis ab Urbe extrahendis.

FIdem facio per presentes Ego Rev. Cameræ Apostolicæ Secretariua, & Cancellarina infrascriptua, qualiter in actia mei &c. Pro Illustrissimis DD. Carolo Ferretti Sindico RR. PP. Minorum Observ. ac RR. PP. Capuccinorum, nec non Hieronymo Bellono Sindico RR. PP. Reformatorum Urbis, Principalibua, sive &c. unus ex Sanctissimi D. N. PP. Cursoribus retulit in scriptis se dis 6. Septembris 1734. Domi dimissa copia citasse coram Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Thesaurario Generali, R. P. D. Nicolaum Lans Commissarium Generalem Rev. Cam. Apostolicæ, & D. Paulum Danielli ax adverso Procuratorem assertum R. C. A. & Dohanarum ax adverso Principalium, ad videndum reiterari omnea, & singulos terminos substantiales male forsan, nulliter, & inculcate tentos, atque servatos in vim quarumcumque facultatum, instantes absolvi a censuris ad effectum &c. deferri juramentum in supplementum plenæ probationia, quatenus opus sit, concludendum, concludique mandari videndum in causa, & audien. sententiam desinitivam ad 2. diem.

Ex adverso Illustrissimus, & Reverendissimua D. Commissarius Generalis Rev. Cam. alias de nullitate &c. hac die 6. Septembris 1734.

N. Lana Commissarius Generalis.

Joannea Berardus substitutus Commissarius:

Qua quidem dia, horaque nostræ solitæ audientiæ adventia, relationa facta, comparuit coram eodem R. P. D. Thesaurario D. Joannea Chiarinus Procurator, & medio juramento tactis &c. Juravit de calumnia in forma, & prævia reiterationa terminorum substantialium, petiit, & obtinuit ad illorum reiterationem admitti, instantes absolvi a censuris, ac pronunciari, & sententiari in causa, prout in cedula, quam dictua Illustrissimua D. præ manibus habena, vidit, legit, inscripsit, & postea mihi consignavit ad effectum publicandi, prout publicavi, tenoria sequentis, videlicet:

Christi nomine invocato, pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculia habentea, per hanc nostram definitivam sententiam, quam de juris peritorum consilio, in his scriptia ferimus in causa, & causis, quæ primo, & in prima, seu alia veriori, coram Nobia versæ fuerunt, & vertuntur instantiæ inter Illustrissimos DD. Carolum Farretti Sindicum substitutum per obitum bon. mem. Epiphanii Ferretti RR. PP. Minorum Observantiom, Hieronymum Belloni Sindicum RR. PP. Reformatorum, ac dictum Carolum Ferretti Sindicum RR. PP. Capuccinorum, nomine eorumdem Patrum, Actores ex ona, & Rev. Cam. Apost. nec non Dohanas Generales Urbis reaa Conventaa partibus ax altera, de, & super manutentiona in possessiona, seu quasi libertatis, non solvendi Gabellas omnes extractionis lanarom albarum, & cujuscumque alteriua coloris concernentes, tam per aquam, quam per Terram, inservientium tantum pro usu Religiosorum degentium tam in statu Ecclesiastico, quam extra statum Ecclesiasticum, nimirum Gabellam juliorum quatuor, seu quinque pro qualibet sarcina lanarum, aliam Gabellam duarum librarum pro quolibet centenario, & tertiam Gabellam pro sigillo, rebusque aliis &c. in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis, ad quæ &c. dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac definitiva sententiamus constitisse, & constare de exemptione aorumdem Patrum eisdem impartita per Constitotionea Apostolicaa, ab onere solutionis trium præfatarum Gabellarum, & quorumcumque aliorum onerum, occasione extractionis lanarum cujuscumque coloris, tam per aquam, quam per terram, dummodo tamen lanæ extrahendæ inserviant pro usu dictorom Religiosorum Minorum Observantium, nec non Reformatorum, atque Capuccinorum commorantium tam in statu Ecclesiastico, quam extra statum Ecclesiasticum, ideoque manutenendos fore, & esse in possessione, seu quasi libertate non

solvendi præfatas Gabellas, juxta Constitutiones Apostolicas, prout manuteneri volumus, & mandamus, & mandatum de manutenendo desuper necessarium, & opportunum decernendum, & relaxandum, seu aliud quodcumque relaxandum fore, & esse, prout decernimus, & relaxamus, ac non obstitisse, neque obstare ad impediendam manutentionem prædictam, exceptiones ex adverso datas, sed uti insubsistentes, & inanes rejiciendas fore, & esse, prout rejicimus, & pro rejectis haberi volumus, & mandamus, de, & super præmissis perpetuum silentium imponimus, & ita dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, & definitive sententiamus, non solum &c. sed & omni &c.

Ita pronunciavi Ego Dominicus Colmeta Auditor.

Super quibus omnibus, & singulis petitum fuit a Me Secretario, & Cancellario infrascripto, ut unum, seu plura, publicum, seu publica conficerem, atque traderem Instrumentum, seu Instrumenta, prout fuerit, & requisitus ero. Actum Romæ ad Tribunal juris ibidem, præsentibus DD. Gregorio Castellano, & Silvestro Cenellio Testibus constitutis. Datum Romæ hac die decima Septembris 1734. quoad publicationem sententiæ -- Et quoad expeditionem præsentis fidei, hac die 18. Octobris 1734.

Ita est Felix Angelus Pauletttus R. C. A. Secr.

Loco ✠ Sigilli.

Ab hac sententia in plenam Cameram, ut dicitur, fuit appellatum; sed nihil in ea subinde actum. Excogitatus tamen fuit modus subdendi Fratres huic solutioni, quin viderentur habere quod jure opponerent: nimirum anno 1739. exiit edictum, ut deinceps Venditores dumtaxat tenerentur solvere quæ R. C. A. debentur vectigalia. Diu conclamatum fuit contra hoc, a Venditoribus non minus, quam ab Emptoribus; constantissime renuentes Franciscani huic oneri subjacere, quorum Lanificia ob temporum calamitates pene omnia ære alieno laborant. Sed de hoc iterum suo loco redibit sermo.

Literæ Ministri Generalis, quibus significatur prorogatio Capituli Generalis, & confirmatio ejusdem Ministri, aliorumque PP. Definitorii Generalis, usque ad beneplacitum Sedis Apostolicæ.

FR. JOANNES DE SOTO

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis pro Regali Immaculatæ Conceptionis Congressu Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus.

Dilectis Nobis in Christo universis, & singulis Superioribus, & Subditis nostræ Curæ subjectis, salutem, & plenam in Sancto Spiritu consolationem.

Comitia Universæ nostræ Familiæ, quæ literis dat. die 16. Martii anni 1734. Vobis denunciavimus, & indiximus, ob bellorum motus nunc, & de præsenti vigentes, minimè celebrari posse in Vigilia Festi Pentecostes anni proxima venturi 1735. animadvertens Sanctissimus Dominus Noster Clemens Divina Providentia Papa XII. atque a re nostra futurum existimans, si prorogentur, & differantur, ea prorogavit, & differri voluit, & mandavit. Nec non Superiores omnes, aliosque Officiales Generales in eorum respectiva officia ad suum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, confirmavit. Susceptam hac in re a Beatissimo Domino Nostro deliberationem vobis omnibus, sed potissimum quibus jus est ferendi suffragium in Capitulo Generali, absque mora significandam duximus, ut Supremi Ecclesiæ Pastoris jussis obtemperemus, atque animum vestrum solicitudinibus diligentissime liberemus. Id autem eo libentius, ac jucundius peragimus, quod videmus a Summo Pontifice Nostro clementissimo Protectore paternæ Charitatis, qua Seraphicum Ordinem semper est prosequutus, recens ac insigne admodum testimonium hoc salutari consilio datum esse, ejusdemque rebus, compendio, & decori, quantum licuit in hac temporum asperitate, opportune prospectum, atque consultum. Ut vero mentem Sanctitatis suæ melius intelligatis, exemplum Brevis ex authentico fidelissime transcriptum hic subnectimus, prout sequitur.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Cum, sicut accepimus, Capitulum Generale Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, & Reformatorum nuncupatorum, quod juxta ipsius Ordinis Constitutiones, & Statuta, Auctoritate Apostolica confirmata, in vigilia Pentecostes anni proxime venturi 1735. celebrandum esset, ob bella de præsenti vigentia, ac itinerum interclusionem, celebrari impossibile sit, Nos, qui, pro Nostri Pastoralis officii debito, eorumdem Religiosorum statui, ac felici gubernio, directioni, & indemnitati consulere tenemur, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, celebrationem dicti Capituli Generalis, quæ Sabbato immediate antecedenti festum Pentecostes hujusmodi fieri deberet, ut præfertur, ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, tenore præsentium prorogamus, ac differri volumus, & mandamus; nec non Dilectos Filios omnes Superiores, aliosque Officiales, tam eorumdem Fratrum de Observantia quam Reformatorum dicti Ordinis, in eorum respectiva officiis, cum omnibus, & singulis facultatibus, authoritatibus, prærogativis, præeminentiis, honoribus, gratiis, & indultis, quibus hactenus eorumdem officiorum ratione usi, & gavisi sunt, ac uti, & gaudere potuerunt, ad idem pariter beneplacitum confirmamus. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate munitis constitutæ, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem

jorem, sub Annulo Piscatoris, die 15. Septembris 1734. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

F. Cardinalis Oliverius.

Loco ✠ Sigilli.

Non tristetur autem cor vestrum, PP. & FF. dilectissimi, neque formidet, tametsi nostra satis feliciter, & ex voto minime succedere conspiciatis; ad rationem quippe temporis consilia accomodare debemus, & placata ferre, quemadmodum decet sapientes, quod neque accusare, neque vitare possumus. Adest, & aderit sodalitati nostræ Sanctissimus Pontifex, qui sicut eam suo benignissimo Patrocinio hucusque complexus est, eamdem, adjuvante bonorum omnium largitore Deo, fovere perget. Jubemus igitur dolorem vestrum moderari, bono animo esse, bene sperare, & Deum Patrem Domini Nostri Jesu Christi, Patrem misericordiarum, Deum totius consolationis enixe precari, ut quemadmodum mœstis rebus nostris quædam jucunda permiscuit, præficiens Ecclesiæ Sanctæ suæ in præsenti Ordinis nostri statu, eum, qui ejusdem protectiona fungi non dedignatur, & notum faciens nobis, illo ipso Interprete, Sacramentum voluntatis suæ, ita consoletur nos in omni tribulatione nostra, quæ Comitiis nostria impedimento sunt, ac noxia cuncta, quam primum submoveat, & omnia nobis profutura concedat.

Et quia placuit Sanctitati suæ tenuitatem nostram, nullis nostris suffragantibus meritis, in officio confirmare, pro solicitudine, quam gerere debemus, Seraphici Gregis Nobis commissi, vos in primis Superiores vehementer hortamur, & obsecramus, ut omnes muneris vestri partes verbo, & exemplo adimplere studeatis, ac attente sæpenumero consideretis, quod judicium durissimum de Nobis, qui præsumus, fiet: Siquidem pervigilare debemus, quasi rationem pro animabus nostræ curæ concreditis redditurі: Universos autem vos, & singulos Fratres etiam atque etiam rogamus, & obtestamur, *ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia supportantes invicem in charitate, soliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis; odientes malum, adhærentes bono, spiritu ferventes, orationi instantes.*

Præterea, crebras fundite preces pro sospitate, & felici conservatione Sanctissimi Domini Nostri Clementis PP. XII. ut eum Deus ad totius Christianæ Reipublicæ, & Ordinis nostri bonum diutissime servet, & tueatur; pro Christianorum Principum unione, pace, & concordia. Pro Eminentissimo Domino Cardinali Vice-Protectore nostro, & pro Nobis etiam, qui vobis Seraphicam benedictionem amantissime impertimur.

Præsentes literas, ubi primum acceperint Provinciarum, & Custodiarum Prælati, publicari faciant in omnibus, & singulis Conventibus, atque scribi, & in Archivis exemplar earumdem collocari, de quibus Superiores in Transmontana Familia existentes, Reverendissimum P. Commissarium Generalem; Nos vero, qui ad hanc Cismontanam pertinent, certiores reddent: & Deus pacis sit cum omnibus vobis. Dat. in hoc nostro Seraphici S. P. N. Francisci Curiæ Matritensis Conventu hac die 19. Mensis Octobris 1734.

Fr. Joannes de Soto Minister Generalis.

De mandato Pat. suæ Rmæ

Fr. Didacus de Spinosa Secr. Gen. Ord.

Loco ✠ Sigilli.

Reverendissimus Pater Joannes Antonius a Sancta Cruce Vice-Commissarius Generalis Observantium instituitur.

Dilecto Filio Joanni Antonio de Sancta Cruce Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Professori.

CLEMENS PAPA XII.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Religionis Zelus &c. Cum itaque Nos nuper Capituli generalis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci tam de Observantia, quam Reformatorum nuncupatorum celebrationem, quæ Sabbato immediate antecedenti festum Pentecostes anni proxime venturi fieri debuisset, ad Nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum prorogaverimus, & differri voluerimus, ac mandaverimus, nec non omnes Superiores, & Officiales ejusdem Ordinis in eorum respective officiis confirmaverimus, prout in Nostris desuper in simili forma Brevis die 15. currentis mensis Septembris motu proprio expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, uberius continetur. Et (sicut accepimus) dilectus filius Josephus Maria ab Ebora Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ dicti Ordinis in officio Commissarii Generalis hujusmodi, uti unus ex Superioribus ejusdem Ordinis per dictas Nostras literas confirmatus, perseverare, illudque, completo ejus triennio, deinceps exercere minime intendat, ideoque ad electionem duorum Vice-Commissariorum Generalium Familiæ Cismontanæ præfatæ, quemadmodum, juxta alternativam inter Fratres de Observantia, & Reformatos anno 1706. servatum fuit, devenire opus sit. Hinc est, quod Nos felici, prosperoque ejusdem Familiæ regimini, & gubernio, atque religiosæ tranquillitati, pro commissa Nobis divinitus Pastorali solicitudine, salubriter providere, ac specialem Tibi, qui, ut pariter accepimus, frater expresse professus ejusdem Ordinis Sancti Francisci de Observantia, ac Lector jubilatus, & Provinciæ Tusciæ ex-Provincialis existis, & de cujus fide, prudentia, rerum usu, dexteritate, charitate, integritate, vigilantia, & Religionis zelo plurimum in Domino confidimus, gratiam facere volentes, Teque a quibusvis &c. motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te Fratrum Minorum de Observantia memoratæ Familiæ Cismontanæ Vice-Commissarium Generalem a die, quo idem Josephus Maria ab Ebora officium Commissarii Generalis compleverit, cum omnibus, & singulis facultatibus, prærogativis, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, ac quibusvis similes Vice-Commissarii Generales, juxta Apostolicas, & dicti Ordinis Constitutiones, uti, frui, & gaudere possunt, & debent, ad Nostrum pariter, & dictæ Sedis beneplacitum, tenore præsentium creamus, facimus, ac constituimus, & declaramus. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis præfatorum Ordinis, & Familiæ Superioribus, Fratribus, & personis, cœterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut Te ad demandatum tibi per præ-

mus,

santra Vice-Commissariatus Generalis officium, juxta earumdem tenorem præsentium, recipiant, & admittant, Teque recognoscant, ac tibi in omnibus officium hujusmodi concernentibus respective pareant, & obedient, faveantque, & assistant. Ac decenentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, ejusque Ministro Generali, & aliis Superioribus, Fratribus, & Personis quibuslibet, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, & aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Septembris 1734. Pontificatus Nostri anno quinto.

F. Card. Oliverius.

Eadem die Reverendissimus P. Joannes a Petrasitta, alias itidem Vice-Commissarius Generalis, ut videre est supra par. 1 pag. 585. A. datis similibus Apostolicis literis, deputatus fuit Vice-Commissarius Generalis Reformatorum.

Concordia inter Patres Commissarium Generalem, & Procuratorem Generalem Discalceatorum.

IN causa jurisdictionali inter Patrem Commissarium Generalem Familiæ Cismontanæ ex una, & Patrem Procuratorem Generalem Discalceatorum, & Recollectorum ex altera partibus, proposita in Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium die 22. Januarii 1734. Ponente Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali Petra, in qua rescriptum fuit: *Dilata, & concordetur factum coram eadem Eminentissimo Ponente*: ad extinguendam ulteriorem controversiam, pro religiosa quiete, & pace, quæ sequuntur capita unanimiter inter easdem Partes concordantur, reservata Sacræ Congregationis approbatione.

Primo, Pater Commissarius Generalis Cismontanus, qui nunquam sibi assumpsisse declarat jurisdictionem activam in P. Procuratorem Generalem, aliosque Patres, Conventus, & Provincias Discalceatorum, & Recollectorum Ultramontanæ Familiæ, juxta Apostolicas Constitutiones, protestatur etiam se neque controvertisse, neque controvertere intendere imposterum, imo illæsam, & integram relinquere velle jurisdictionem immediatam Patris Procuratoris Generalis Discalceatorum, & Recollectorum, tam in his, quæ ad mores, & disciplinam regularem pertinent, quam judicialem in suos Regulares Forenses, sive Discalceatos, sive Recollectos Ultramontanos, prout disponunt Constitutiones Ordinis, & Apostolicæ.

Secundo: Pater Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum declarat seipsum, omnesque suos regulares Forenses Discalceatos, & Recollectos, sive transeunter, sive permanenter commorantes in Conventu Aracœlitano, vel in aliis quibuscumque Conventibus *subjectis Familiæ Cismontanæ*, sub jurisdictione esse, & fore, durante ipsorum permanentia in dictis Conventibus, tam circa mores, & disciplinam regularem, juxta eorum particulares Constitutiones respective, quam judicaria P. Commissarii Generalis Cismontani, tamquam Superioris Generalis in sua jurisdictione; sicuti ipsi subsunt alii Officiales Curiæ, & Forenses, præsertim Ultramontani, interim, quo sub jurisdictione Familiæ Cismontanæ ubicumque commorentur, juxta terminos Constitutionum Ordinis, & Apostolicarum.

Tertio: Pater Commissarius Generalis, & P. Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum pro bono pacis unanimiter renunciant omnibus actis, instantiis, & protestationibus invicem factis super hac controversia, quinimo, ut ipsius nulla supersit memoria, omnia prædicta acta originalia remittere conveniunt ad Eminentissimum Ponentem: Quo vero ad causam Patris Thomæ Diaz, quæ motivum dedit præsenti liti, quamque Pater Procurator Generalis S. Congregationi renunciavit, nec Pater Commissarius Generalis, nec Pater Procurator Generalis ullimode manus ipsi apponant. Et ut tandem hæc transactio, sive concordia perpetuum robur accipiat, Partes ipsæ unanimi consensu conveniunt reverenter, ut decet, eam exhibere, manu utriusque subscriptam, Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali Ponenti, ut Sacræ Congregationis approbatio, & confirmatio accedat, pro qua demisse supplicant &c. In quorum fidem &c. In Conventu Aracœlitano, die 30. Augusti 1734.

Fr. Joseph Maria ab Ebora
Commissarius Generalis Ordinis.

Loco ✠ Sigilli.

F. Gildardus Dufflos Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum.

DECRETUM S. C. EPISC. ET REG.

Et confirmatio prædictæ Concordiæ,

„ SAcra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, „ & consultationibus Episcoporum, & Regularium „ præposita, referente Eminentissimo Domino Cardinali Petra Ponente, Partibus auditis, ac re „ matura perpensa, *enunciatam concordiam* censuit „ appro-

„ approbandam esse, prout præsentis Decreti vigore
„ benigne approbat, atque confirmat: & ad mentem
„ Eminentissimi Ponentis, quæ mens est, ut Pater
„ Diaz pro præteritis non molestetur. Romæ 24.
„ Octobris 1734.

Card. Franciscus Barberinus.

Loco ✠ Sigilli.

J. A. Corinth. Sac. Cong.
Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Confirmatur Decretum Reverendissimi Patris Commissarii Generalis Familiæ; & Delegati Apostolici, circa præcedentiam Lectorum Generalium supra Ex-Custodes, & Ex-Definitores.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Cajetanus a Laurino Commissarius Generalis Curiæ Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod dilectus pariter filius Josephus Maria ab Ebora Commissarius Generalis Cismontanæ Familiæ dicti Ordinis, in generali consultatione Fratrum Ordinis hujusmodi per eum indicta, præcedentiam ad Lectores generales, & Jubilatos supra Patres aggregatos, atque etiam Ex-Definitores, & Ex-Custodes ejusdem Ordinis pertinere decrevit, pronunciavit, & declaravit, omnemque contrariam consuetudinem omnino extinxit, & abolevit per suum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Decretum: Ex quo in generalibus Capitulis dispositum fuit, ut Sacræ Theologiæ Lectores Generales, & Jubilat. supra numerum Patres aggregatos, Ex-Definitores, Custodesque habituales præcederent, Provinciæ quidem fere omnes honestam hanc, & laudabilem dispositionem humiliter, & reverenter admiserunt; tum, ut indiscriminatim ubique locorum admitteretur, Prælati Generales omni Studio curarunt.

Cum tamen ad hæc usque tempora in aliquibus Provinciis nonnulli ex dictis Patribus aggregatis, & habitualibus sint, quos huic tam expressæ Ordinis voluntati repugnare minime pudet; Nos, qui ex muneris nostri debito legum a majoribus nostris conditarum Custodes, & Vindices esse tenemur, rem hanc minime negligendam rati, Patrum apud Nos existentium generalem Consultationem indiximus, ut in ea causæ momentis æquissimo pondere, & absque partium affectione libratis, ex optima ratione ad opportuna remedia procederemus: Iidem vero Patres uno ore, unoque animo censuerunt, insimulque hortati sunt, Apostolica Nobis, ad salubre Familiæ nostræ gubernium, ex benignissima Sanctæ Sedis dispensatione commissa, Lectoribus Generalibus, & Jubilatis, ad hujusmodi præcedentiæ possessionem ineundam, præsidio essemus, & ab adversæ partis conatibus viridem ejus observantiam tueremur.

Nos itaque auctoritate prædicta capitularem illam Sanctionem, quod Lectores Generales, & Jubilati præ Patribus aggregatis, atque etiam Definitoribus, & Custodibus habitualibus digniorem locum habeant, ratam habemus, & plenissime confirmamus, sive ad eosdem Lectores ejusdem antelationis jus, & prærogativam pertinere decernimus, pronuntiamus, & declaramus, omnemque contrariam consuetudinem, quæ nullo jam bonæ fidei titulo niti potest, & quatenus extitisset, sublata penitus, & legitime obrogata censeri debet, omnino extinguimus, & abolemus; Tum prædictos Patres aggregatos, Ex-Definitores, & Ex-Custodes quoscumque serio monemus, iisdemque mandamus, atque præcipimus, ut, post hujus Decreti publicationem, sine mora, sine tergiversatione Lectoribus Generalibus, & Jubilatis loco cedant, neve amplius cum eis de hac re contendere præsumant. Denique Provinciarum, & Conventuum Prælatis sub pœna privationis officiorum suorum ipso facto incurrenda injungimus, & hujus Decreti, mandatique Nostri executionem sollicite curent, factiosos homines, qui refragari auderent, in officio contineant, Lectoribus, ut quamprimum præcedentiam capiant, & pacifice fruantur, studium suum, atque operam præstent.

Datum Romæ ex Aracœli 5. Januarii 1735.

F. Joseph Maria ab Ebora Commissarius Generalis Ordinis, & Apostolicus.

F. Ludovicus a Carcano
Secret. Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Cajetanus Commissarius Generalis præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri plurimum desideret; Nos specialem ipsi Cajetano Commissario Generali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis &c., supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Decretum præinsertum, cum omnibus, & singulis in eo contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur addjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 31. Januarii 1735. Pontificatus Nostri anno quinto.

F. Card. Olivetius.

Indulgentia Plenaria Perpetua pro iis Religiosis, qui die 16. Aprilis iterum Professionem suam emittunt.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

CUm, sicut dilectus filius Josephus Maria ab Ebora *Commissarius Generalis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci* de Observantia nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, Fratres quorumcumque Conventuum dicti Ordinis professionem Regularem die 16. mensis Aprilis, qua die Sanctus Franciscus de Assisio ejusdem Ordinis Fundator, una cum suis Sociis professionem hujusmodi in manibus fel. rec. Innocentii III. Prædecessoris nostri, ut fertur, emisit, quomodolibet singulis annis renovare consueverint, Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, & ad augendam eorumdem Fratrum devotionem, & animarum salutem, cœlestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti, omnibus, & singulis quorumcumque Conventuum Fratribus Ordinis præfati præsentibus, & futuris vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui prædicta die 16. mensis Aprilis professionem præfatam quomodolibet renovaverint, ut præfertur, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 30. Martii 1735. Pontificatus Nostri anno quinto.

F. Card. Oliverius.

Divisio Observantis Provinciæ Bosnæ Argentinæ, & erectio Provinciæ Sancti Caii in Dalmatia.

DECRETUM.

Reverendissimi P. Commissarii Generalis, & Apostolici.

INter gravissimas muneris nostri solicitudines ea semper maxima, & præcipua fuit, ut in Provinciis curæ nostræ commissis Regularem disciplinam, juxta generales, & Apostolicas Ordinis Constitutiones, & Canones, firmaremus, impedimenta omnia, quæ hujus disciplinæ vigorem debilitare, vel quoquomodo impedire possent, omni virium consensione submoveremus, &, si opus esset, ad hanc rem utilius, & efficacius promovendam, Commissarii Apostolici auctoritate Nobis a Sanctissimo Domino Nostro Clemente Papa XII. pro sua in Ordinem Nostrum benevolentia, & in Nos propensione voluntatis, liberaliter, & benigne concredita, uteremur.

Cum autem ad salubertimam, & ex ejusdem disciplinæ præscripto rite formatam, Provinciarum administrationem plurimum intersit, ut qui Provinciis præfecti sunt, eas prompte, & celeriter adire, Cœnobia singula invisere, Fratrum mores, & ingenia cognoscere, publicisque, & privatis necessitatibus occurrere possint: Nos idcirco, quibus hæc curæ, cordique sunt, & ne in desuetudinem sensim abeant, cavere, omnique studio providere debemus. Sane Provinciam nostram Bosniæ Argentinæ Observantium tot incommodis, & difficultatibus irretitam esse comperimus, ut cum ab uno, eodemque Provinciali Ministro rite, atque utiliter regi minime possit, iis fructibus carere debeat, ad quos procurandos, ab ipsa Ordinis origine, tum Provinciarum suscepta est divisio, tum in unaquaque Provincia proprii, atque immediati Præsules designati fuerunt.

Cum enim latissime pateat, utpote quæ per Bosniam, Illyrium, Hungariam, Slavoniam, finitimasque Regiones ita protenditur, ut longitudo ejus, & latitudo quingentis, & ultra milliaribus constet, atque hinc montium jugis, inde torrentium concursu, & Fluminum alveis itinera passim vel intercepta, vel maxime difficilia sunt; laboris verò, & molestiæ plena, qua parte Gentes incolunt moribus feræ, & Christiani nominis inimicæ; fit proinde, ut Prælati Provinciales pro tempore Conventuum, & Fratrum visitationem, ad statutorum Generalium, & Sacrorum Canonum amussim, vix, ac ne vix quidem, implere possint, non omnino cognoscere valeant quid Provinciæ intersit, non subditorum necessitatibus prospicere, non quoties, & quando opus esset, eos per literas, nedum ipsa præsentia, consolari, hoc est, nequeat Pastor Gregi suo providere, vel Caput salutarem perfectionis, & religiosæ vitæ spiritum in subjecta sibi membra influere; atque eadem impedimenta prohibeant, ne sine gravi incommodo, multisque sumptibus, Definitorii Patres, quoties expedit, insimul convenire, magisque ne Prælati Locales Comitiorum tempore ex universa Provincia congregari possint. Quæ res quantum publico bono contraria sit nemo non videt.

Nos itaque ejusdem Provinciæ incolumitati consulere, quantum cum Domino possumus, ex animo cupientes, omnibus paterna sollicitudine, & diurno examine libratis, acceptoque per literas judicio R. P. F. Cajetani ab Interaquis nostri, & Sanctæ Sedis in eadem Provincia Commissarii, in eam denique sententiam adducti sumus, ut exemplum sequeremur Capituli Generalis Mediolanensis, quod iisdem ferme de causis Provinciam Minoris Poloniæ dividendam, & novam in Lithuania Provinciam erigendam censuit, prout reipsa divisit, & respective erexit; magisque animo sedit hæc deliberatio, ubi eam ab augustissimo Imperatore laudatam esse recepimus, atque idem placere intelleximus Sanctissimo Domino Nostro Papæ, & Protectori, qui mentem hanc suam per organum Eminentissimi a Secretis Status Nobis significare dignatus est Epistolio sub dat. die 22. Augusti 1734.

Cum itaque nihil ultra desit ad rem auspicato suscipiendam, harum literarum vigore, utentes facultatibus Nobis a Sancta Sede concessis, in Nomine Domini, Bosniæ Argentinæ Provinciam in duas dividimus, seu ex ea duas Provincias constituimus, ac primam in Bosnia, Slavonia, Hungaria, Sirmio, Servia, & Baunatu Temesvariensi: Alteram in Dalmatia erigimus, & fundamus. Ex his priorem Provinciam, veluti hujus Matrem, antiquam Bosnæ Argentinæ denominationem, & locum, quem hucusque obtinuit in serie Provinciarum Ordinis, retinere

volu-

volumus, eodemque uti sigillo, quo hactenus usa est, atque ad eam pertinere Conventus Sancti Joannis Baptistæ Sutischæ, Sancti Spiritus Foinizæ, Sanctæ Catharinæ Crescevi, Sancti Augustini Vellicæ, Sancti Antonii Hafficearum, Sancti Spiritus Posseghæ, Sanctissimæ Trinitatis Bradii, Sancti Michaelis Gradiscæ, Sanctorum Petri, & Pauli Crenikini, Immaculatæ Conceptionis Diacovæ, Sanctæ Crucis Essekini, Sancti Francisci Budæ, Sancti Antonii Bajæ, Sanctæ Mariæ Buesini, Sancti Antonii Tolnæ, Sancti Francisci Aracbini, Sanctæ Mariæ Gratiarum Radnæ, Sanctorum Philippi, & Jacobi Valcovarini, Sanctorum Petri, & Pauli Sarengradini, Sancti Patris Nostri Francisci Varadini, Sancti Joannis a Capistrano Ilisini ejusdem Belgradi; tum Residentias Sancti Antonii Csumik, Sancti Joannis Nepomuceni Themesvarini, Sancti Stephani Regis Moacktini, Sancti Emerici Poscæ, Sanctæ in Cœlum assumptæ Foelduarini, & Sanctissimæ Trinitatis Szomborini. Provinciæ vero in Dalmatia positæ concedimus Sancti Caii Papæ, & Martyris titulum, seu appellari volumus Provinciam S. Caii Papæ, & Martyris in Dalmatia, & sigillo uti, cum schemate ejusdem Sancti, ad eamque spectare decernimus Conventus Sanctæ Mariæ Gratiarum Vissovani, Sancti Laurentii Martyris Sebenici, Sanctæ Mariæ Macarschæ, Sanctæ Mariæ Zaostrovii, Sancti Antonii Tinæ, Sanctæ Crucis Zivogosnæ, Sanctæ Mariæ Gratiarum Signii, Sancti Patris Nostri Francisci Almisii, & Immaculatæ Conceptionis Carini, cum Residentiis Sanctissimæ Annunciationis Spalati, Sancti Antonii Sheniuræ, & Sancti Martini Brachiæ. Has itaque Provincias hoc modo erectas, & constitutas haberi reipsa volumus in classe Provinciarum Ordinis, cum omnibus privilegiis, prærogativis, & honoribus, quibus aliæ Provinciæ de jure, vel consuetudine gaudere solent. Omnibusque, & singulis earum Fratribus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, præcipimus, ne quid adversus hujusmodi divisionem, & Provinciarum fundationem attentare præsumant, sed eam reverenter admittant, & ratam habeant. Obnuntiantes Nos propterea tamquam rebellem, & pertinacem pœnarum severitate animadversuros, si quis nostræ huic voluntati, Sanctioni, Decreto, divisioni, & fundationi quovis modo intercesserit.

Datum Romæ ex Aracœli, die 26. Maii 1735.

Fr. Joseph Maria ab Ebora Commissarius Generalis Ordinis, & Apostolicus.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Ludovicus de Careano Secretarius Generalis.

Placentina in Hispaniis.

IN oppido Truxilli Diœcesis Placentinæ in Hispaniis, ubi adsunt quatuor Religiosorum Conventus, nempe PP. Ordinis Prædicatorum, Observantium Sancti Francisci, Discalceatorum strictioris Observantiæ, & B. M. V. de Mercede, occasione associationis cujusdam Cadaveris de anno 1728. inter PP. Excalceatos strictioris Observantiæ ex una, & PP. Sanctæ Mariæ de Mercede partibus ex altera, super jure præcedendi controversiis exortis, illisque in Tribunali Nunciaturæ Hispaniarum discussis, ac favore Mercenariorum resolutis, postmodum ex parte Religiosorum Excalceatorum strictioris Observantiæ, oppidi prædicti, ad Sacram Rituum Congregationem delatæ fuerunt hujusmodi controversiæ, super quibus Eminentissimus, & Reverendissimus Dominus Cardinalis Georgius Spinola, infrascripta dubia inter partes concordata declaranda proposuit.

Primum: An Fratribus Discalceatis strictioris Observantiæ Sancti Francisci Conventus Sanctæ Mariæ Magdalenæ oppidi de Truxillo accedentibus ad Processiones, Funeralia, & alias publicas functiones, sive unitim, sive separatim a Fratribus Observantiæ ejusdem Sancti Francisci, competat præcedentia supra Patres Conventus B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum dicti oppidi in casu? & quatenus affirmative

Secundum: An, & quomodo sit regulanda præcedentia, concurrentibus ad dictas Processiones, Funeralia, aliasque publicas functiones cum supradictis Religiosis, & Patribus Dominicanis, in casu? Et Sacra eadem Congregatio, utraque parte in scriptis, & in voce informante prius audita, rescribendum censuit: Ad primum: Competere præcedentiam PP. Discalceatis, dummodo incedant sub una Cruce, & faciant unum Corpus cum Patribus Observantibus. Ad secundum: servetur solitum. Supradicti vero Patres Excalceati strictioris Observantiæ existimantes vigore præfatæ resolutionis primi dubii per illa verba: dummodo incedant sub una Cruce, & faciant unum Corpus cum Patribus Observantibus, controversias penitus minime sublatas esse, dum non raro eveniant casus, in quibus ad particulares Processiones, Funeralia, aliasque Sacras Functiones Patres Observantes, vel nolint, vel nequeant accedere, & hujusmodi actus expleudi fiant cum solo interventu Patrum Excalceatorum, pro meliori declaratione dicti primi dubii in casibus supra enunciatis, Sacræ Rituum Congregationi humillime supplicarunt: & Sacra eadem Congregatio, Patribus Mercenariis quamvis pluries citatis, & intimatis, sed nequaquam comparentibus, ad relationem dicti Eminentissimi Ponentis, sub die 14 Maii proximi rescripsit, *dilata*. Tandem re proposita per ipsum Eminentissimum Ponentem hujusmodi instantia, Sacra eadem Rituum Congregatio, Procuratore PP. Excalceatorum strictioris Observantiæ tantum in scriptis, & in voce informante, audito, rescribendum censuit. Præcedentiam competere PP. Discalceatis, sive soli de per se sub propria Cruce incedant, sive incedant sub Cruce, & cum Patribus de Observantia, & ita declaravit, ac servari mandavit, die 25. Junii 1735.

Fr. A. Card. Zondodarius Præfectus.

Nicolaus Maria Thedeschi Archiepiscopus Apamenus S. R. C. Secretarius.

Statuitur, ut deficientibus Definitoribus, in recipiendis Novitiis apud Reformatos subrogentur ex-Provinciales, & non Guardiani.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Paulus a Ceriguola Procurator Generalis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, quod aliqui Ministri Provinciales libertatem sibi interdum arrogant recipiendi Novitios cum sola præsentia alicujus Definitoris Provinciæ, tot Guardianos arbitrio

suo, substituendo in locum aliorum Definitorum, qui receptioni hujusmodi intervenire deberent, atque ita proprios effectus frctantes, numerum Fratrum suæ factionis, & Nationis facile augent, in grave religiosæ tranquillitatis, & Regularis Observantiæ detrimentum; eam vero potestatem sibi competere autumant ex quadam Constitutione fel. record. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Nostri, cujus initium est: *Militantis Ecclesiæ* die 1. Octobris 1641. edita, cui tamen derogatum fuit per aliam posteriorem Constitutionem rec. mem. Innocentii Papæ XI. Prædecessoris etiam Nostri incipien. *Ad, propagandam*, die 25. itidem Octobris 1684. emanatam, qua cavetur, eamdem receptionem Novitiorum a Ministro Provinciali, & Definitoribus fieri debere; inde usus in Ordine prædicto passim invaluit, ubi unus, vel alter ex Definitoribus hujusmodi præfatæ receptioni Novitiorum interesse nequeunt, substituendi in eorum locum totidem, non quidem Guardianos, sed digniores Patres, qui prærogativa subrogationis in prædicto Ordine potiuntur. Quod sane jure, meritoque invectum est: sicuti namque Patres digniores istiusmodi in omnibus actibus regimen Provinciarum dicti Ordinis, ac præsertim electiones canonicas spectantibus, sub pœna nullitatis gestorum, subrogandi veniunt, ad præscriptum statutorum generalium ejusdem Ordinis; ita rationi quoque conveniens visum fuit, quod etiam in præfata receptione Novitiorum, utpote re non mediocris momenti, deficientibus uno, alterove ex dictis Definitoribus, qui legitime impediti fuerint, ipsi Patres digniores, prærogativa, seu jure subrogationis gaudentes, substituerentur, quodque Guardiani prædicti vices eorumdem Definitorum hac in re minime supplerent, nisi quatenus nullus ex ipsis Patribus dignioribus in Provincia adesset. Nobis propterea idem Petrus Paulus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsum Petrum Paulum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis &c. hujusmodi supplicationibus inclinati, quod in receptione Novitiorum ejusdem Ordinis, deficientibus Definitoribus, supradicti Patres digniores Provinciæ subrogari debeant, auctoritate Apostolica harum serie statuimus, & ordinamus.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 24. Novembris 1735. Pontificatus nostri anno sexto.

F. Cardinalis Oliverius.

A C T A

Congregationis Generalis,

In qua electus fuit Vicarius Generalis Ordinis Reverendissimus Pater Joannes Bermejo, per mortem Reverendissimi Patris Joannis de Soto.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

HÆc est Electio Reverendissimi Patris Vicarii Generalis totius Ordinis S. P. N. Francisci canonice celebrata per RR. Admodum PP. Vocales, juxta statuta Generalia Ordinis peculiariter vocatos, & congregatos in præsenti Conventu S. P. N. Francisci Matritensi, Almæ Provinciæ Castellæ, Anno millesimo septingentesimo trigesimo sexto, die vero septima Mensis Aprilis.

Cum autem Reverendissimo Patre nostro Fr. Joanne de Soto Ministro Generali totius Ordinis è vivis sublato, Reverendissimus P. Fr. Dominicus Lossada ejusdem Provinciæ Castellæ Filius, Lector Jubilatus, Regiæ Majestatis Theologus in Cœtu Immaculatæ Conceptionis, Generalis Commissarius Indiarum, nec non dignior Pater, cui ex jure Religionis Sigilla, & Regesta contigerant, quam citius Admodum RR. PP. convocavit, scilicet: R. Admodum Patrem Fr. Andream Caballos, Lectorem Jubilatum, Diffinitorem Generalem Provinciæ Sancti Michaelis Granatæ: Admodum R. Patrem Fratrem Petrum Polo Diffinitorem Generalem Provinciæ Valentiæ: Admodum Reverendum Patrem Fratrem Vincentium Crudra Diffinitorem Generalem Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ Discalceatorum: R. Admodum Patrem Fratrem Franciscum Martinez, Ministrum Provincialem Provinciæ Castellæ: R. Patrem Eusebium Gonzalez de Torres, Custodem ejusdem Provinciæ: R. Patrem Fr. Josephum de Sena, Ministrum Provincialem Provinciæ Aragoniæ: R. Patrem Fratrem Franciscum Perez *de la Plana*, Custodem ejusdem Provinciæ: R. Patrem Fratrem Benedictum Rodriquez, Ministrum Provincialem Immaculatæ Conceptionis: R. Patrem Fratrem Christophorum de Zea, Custodem ejusdem Provinciæ: R. Patrem Fratrem Andream à Jesu, Ministrum Provincialem Provinciæ Sancti Gabrielis Discalceatorum: R. Patrem Fratrem Dominicum a Sancto Petro de Alcantara, Custodem ejusdem Provinciæ: R. Patrem Fratrem Franciscum Antonium Castellanos, Ministrum Provincialem Provinciæ Carthaginensis: R. Patrem Fratrem Joannem Garcia, Custodem ejusdem Provinciæ: R. Patrem Fratrem Felicem *de la Puebla*, Ministrum Provincialem Provinciæ S. Joseph Discalceatorum: R. Patrem Fratrem Matthiam *de la Calzada*, Custodem ejusdem Provinciæ.

Admodum Reverendus Pater Fr. Ferdinandus de Sancto Antonio, Diffinitor Generalis pro Regno Portugalliæ, ob legitimam causam ab omnibus approbatam, non adfuit; reliqui omnes, tamquam legitimi Vocales in supradicto Conventu Matritensi con-

curte-

curreruat ad munus præfatæ electionis, & Præsidente in ea Reverendissimo Patre Fr. Dominico Lossada, assignatisque ex numero Electorum duobus Disquisitoribus, & uno Secretario, ac observatis omnibus aliis solemnitatibus, & circumstantiis a constitutionibus generalibus requisitis, septem super decem suffragia ad prædictam electionem Reverendissimæ Patria Vicarii Generalis concurrentia, sic distributa sunt.

R. Admodum Pater Fr. Petrus Polo habuit unum suffragium.

R. Admodum Pater Fr. Joannes Bermejo habuit sex supra decem suffragia.

Et ego Fr. Joannes Garcia ejusdem Ordinis Professor, & Provinciæ Carthaginensis Custos, unus ex Disquisitoribus, & Secretarius, virtute compromissi in me, & in socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam electionem convenerunt, & consenserunt, præfatum Reverendissimum Patrem nostrum Fratrem Joannem Bermejo, Lectorem Jubilatum, Diffinitorem Generalem subrogatum, ac Ex-Provincialem Provinciæ Angelorum, in quem major pars vocum consensit, Vicarium Generalem canonice electum nomino, & sic Electum enuntio; in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Fr. Dominicus Lossada Commissarius Generalis Indiarum, ac Præses Congregationis Generalis. Ita est Fr. Franciscus Perez *de la Plaza*, Disquisitor. Ita est Fr. Mathias *de la Calzada*, Disquisitor. Ita est Fr. Joannes Garcia, Disquisitor, & Secretarius.

Jesu Illustrissimi, ac Reverendissimi D. Fr. Petri de Ayala Ordinis Prædicatorum, Episcopi Abulensis, & inter Nuntii Hispaniarum, Discalceata Provincia Sancti Gabrielis fuit convocata, & admissa ad suffragandum, Provincia vero Angelorum est recusata.

QUibus ita peractis, idem Reverendissimus Pater Joannes Bermejo sub die 17. Aprilis 1736. Literas Encyclicas dedit ad universum Ordinem, quibus significavit sui Prædecessoris obitum, suamque in Vicarium Generalem electionem. Cum autem sint eædem omnino, ac illæ, quas olim in simili occasione scripserat Revmus P. Josephus Garcia, quasque supra dedimus Part. 1. pag. 556. Incipient. *Nos fine magni &c.* ideo, ne dicta repetamus, omittimus. Excipias tamen notitiam mortis Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini, & Patris Fratris Matthæi a Pareta Archiepiscopi Panormitani, quam post illa verba: *Tres Coronæ Virginis, & duæ Stationes*, ita expressit: „ Quia vero, dum hæc de„ bita charitatis argumenta erga Reverendissimum „ Patrem nostrum his nostris Literis vobis indicere „ meditabamur, præter expectationem accepimus „ ægre, clarissimum alterum Religionis nostræ de„ cus, & lumen, Illustrissimum nempe, ac Reve„ rendissimum Dominum Fratrem Matthæum a Pa„ reta, quondam totius Ordinis nostri Ministrum „ Generalem, & Patrem, exinde vero Panormitanæ „ Ecclesiæ Archiepiscopum meritissimum, præclaris„ simum virtutum exemplar, prudentiæ, doctrinæ, „ & pietatis sydus lucidissimum defecisse, conceptum „ dolorem cohibere, aut sermonem merito retexen„ dum continere, non æquum duceremus, nisi è Sa„ cris Literis, nec diutius flere, nec tam acerbis „ rebus, sa tristibus immorari, pluries edoceremur. „ Quapropter prohibitis ultra lachrymarum rivulis, „ quos de repercusso etiam lapide necessum foret ex„ currere, ad præclariora juris, & misericordiæ con„ silia convertimur. Mandamus itaque, inhærentes „ Statutis Mediolanensibus de anno 1729. ut pro „ anima pariter prædicti Illustrissimi, ac Reverendis„ simi Archiepiscopi in universo Ordine nostro, seu „ in utraque Familia, singuli Sacerdotes celebrent „ unam Missam, singuli quoque Conventus similem „ solemnem cum Vigilia Defunctorum; ac singuli „ Clerici, Laici, & Moniales dicant unam Coronam „ Virginis, & unam Stationem. Ut autem prædi„ cta suum sortiantur effectum, da plenitudine no„ stræ potestatis applicamus ex nunc, tam pro ani„ ma ipsius Reverendissimi Patris nostri Prædecesso„ ris defuncti, quam pro anima prælaudati Illustris„ simi, ac Reverendissimi Archiepiscopi, in singulis „ Conventibus totidem Missas, quot præfata Statuta „ præscribunt.

Cum autem subinde idem Reverendissimus Pater Joannes Bermejo Brevi Pontificio declaratus fuisset Minister Generalis Ordinis, illud iterum significavit, sub die 18. Junii ejusdem anni, universo Ordini iisdem literis, quas loco supra citato retulimus pag. 563. A. incipient. *Sanctissimi D. N. benignitatem &c.* Reverendissimi P. Josephi Garciæ, mutatis dumtaxat, quæ mutanda erant, & ad quas Lectorem nostrum amandamus.

DUBIA, ET RESOLUTIONES

Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium.

„ IN Causa Minervinen. habita die 9. Decembris „ 1735. plurium vertente inter Reverendissimum „ Episcopum Minervinen. ejusque Capitulum ex una, „ & Conventum, & RR. PP. Minores Observantes „ ejusdem Civitatis ex altera partibus, proposita fue„ runt sequentia dubia, Ponente Eminentissimo Pe„ tra, nempe:

„ Primo. An Episcopus, seu Vicarius Genera„ lis Minervinen. habeat privative facultatem reci„ piendi a Monialibus Monasterii Immaculatæ Con„ ceptionis Secreta Suffragia, occasione receptionis „ Educandarum, & acceptionis ad habitum, & ad „ professionem; seu potius dicta facultas resideat „ privative penes Superiorem Regularem Min. Ob„ servantium Sancti Francisci in casu?

„ Secundo. An censuræ latæ per Vicarium Ge„ neralem Minervinen. contra PP. Lucam de Man„ fredonia Confessarium Monialium Immaculatæ „ Conceptionis, Bonaventuram actualem Definitorem, „ & Hieronymum dicti Conventus Vicarium, sustineantur? & quatenus negative

„ Tertio. An sustineantur Censuræ latæ per „ Conservatorem Privilegiorum contra Vicarium Ge„ neralem Minervini? & quatenus negative

„ Quarto. An Censuræ latæ per Vicarium Ge„ neralem Minervini contra Conservatorem privile„ giorum, ac Franciscum Antonium Grecum Can„ cellarium Curiæ Lavellen. sustineantur in casu?

„ Quinto. An Cursores Fiscales Curiæ Minervi„ nen. & Franciscum Rizzi, ambo Sacerdotes, sint „ excommunicati, & qua pœna sint mulctandi?

„ Sexto. An liceat Capitulo, & Presbyteris „ Ecclesiæ Cathedralis Minervini, occasione associa„ tionis Cadaverum sepulturam eligentium in Ec„ clesia Patrum Minor. Observantium ejusdem Ci„ vitatis, exigere ceram ultra quartam funeralem, „ & in qua quantitate in casu?

„ Septimum. An dictum Capitulum possit præ„ scribere hæredibus Defunctorum Sepulturam eli„ gentium, ut supra, distributionem, numerum, „ & quantitatem Candelarum, & Cereorum, ad sui

libi-

„ libitum, tam circa Feretrum, quam in manibus „ Presbyterorum, aliorumque associantium; seo „ potius sit in libertate eorumdem Hæredum dicta „ distributio Cereorum, & in quantitate sibi be„ nevisa in casu?

„ Octavo. An dictum Capitulum, quod exigit „ quotannis decimam personalem ab omnibus Civi„ bus, & quartam parochialem ab Ecclesia tumu„ lante, possit item exigere ab hæredibus Defuncto„ rum sepulturam, ut supra, eligentium, summam „ ducatorum sex pro sonitu Campanarum, vel pro „ associatione, vel pro quatuor intorticiis, & di„ cta quatuor intorticia; quæ circumstant Cadave„ ra in casu?

„ Nono. An dictum Capitulum, prætextu supra„ dictæ summæ ducatorum sex, possit retardare so„ nitum Campanarum, & Cadaverum Tumulationem „ in casu?

„ Decimo. An dictum Capitulum cogere possit „ dictos Hæredes, ut de necessitate illud vocent in „ associatione Cadaverum ad Ecclesiam Regularium, „ vel potius sit in libertate hæredum alios Presby„ teros, & Capitulares, ultra Parochum, non voca„ re in casu?

Resolutiones dubiorum.

Ad primum *Negative* quoad primam partem, *affirmative* quoad secundam.

Ad secundum. *Negative*, *& ad mentem*;

Ad tertium. *Negative*.

Ad quartum, *Negative*.

Ad quintum. Incurrisse, & pro absolutione ab Irregularitate, Episcopo, qui, quoad pœnas, procedat pro suo arbitrio, præsertim quoad Sacerdotem Franciscum Rizzi.

Ad sextum. Servetur Concordia.

Ad septimum. *Negative* quoad primam partem, *affirmative* quoad secundam.

Ad octavum. Dilata, & Episcopo pro informatione, auditis interesse habentibus.

Ad nonum. *Negative*.

Ad decimum. *Negative* quoad primam partem, *affirmative* quoad secundam.

Supplex Libellus cum Decreto Sacræ Congregationis super fundatione Cœnobii in Urbe pro Procuratore Generali Discalceatorum, & Recollectorum.

Emi, & Rmi Domini.

Fratres Gildardus Dufflos, Procurator Generalis Fratrum Minorum Discalceatorum, & Recollectorum Reformationis Sancti Petri de Alcantara, Familiæ Ultramontanæ, EE. VV. humillime exponit, qualiter, inhærendo decretis hujus Sacræ Congregationis de die septima Decembris 1703. Brevi Apostolico confirmatis, supplicavit Sanctissimo Domino Nostro pro facultate construendi Conventum in Urbe proprii Instituti, & Reformationis, tam pro sui, suorumque Successorum residentia, quam Secretarii Generalis Procuræ, aliorumque Officialium pro eadem necessariorum, & etiam pro aliis opportunis Religiosis ad servitium Chori, & Ecclesiæ; & insuper, ut in dicto Conventu deberent recipi, & hospitari quotquot Religiosi dictarum Provinciarum Discalceatorum, & Recollectorum Familiæ Ultramotanæ a Procura Generali eorumdem dependentium, ad Urbem quoquomodo accederent.

Cumque remissa hujusmodi instantia ad hanc Sacram Congregationem, Eminentissimis Patribus locus Sancti Pantaleonis ad Montes, tunc pro tali effectu præsentatus, non placuisset, sed potius rescribere dignati fuissent sub die vigesima secunda Aprilis currentis anni 1735. *In casu, de quo agitur, inveniant alium locum, & supplicent*.

Propterea Orator invenit Ecclesiam Sanctorum 40. Martyrum Transtyberim, cum horto, & aliis annexis; circa cujus loci emptionem, medio Sindico Apostolico, jam convenit cum Venerabili Archiconfraternitate Confalonis, ad quam pertinet dominium dictæ Ecclesiæ, & loci adjacentis.

Quare Orator humillime supplicat EE. VV. pro opportuna facultate, & licentia constituendi in dicto loco Sanctorum 40. Martyrum Conventum proprii Instituti Discalceatorum, & Recollectorum Reformationis S. Petri de Alcantara Familiæ Ultramontanæ, pro supra expressis effectibus, & pro gratia Deus &c.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, referente Eminentissimo Domino Cardinali Barberino Ponente, auditis partibus ex adverso comparentibus, & consideratis considerandis, censuit rescribendum, prout rescripsit: *Pro gratia, juxta madam, nempe, quod in Conventu ecniter erigendo majar numerus Religiosarum retineri non valeat, quam decem, & octo, & Festivitates Sancti Francisci Assisiatis, Sacrorum Stigmatum, Sancti Antonii Lataniai, ac aliorum Sanctorum ejusdem Religionis, in eorum Ecclesia non celebrentur diebus eisdem, in quibus celebrantur ab aliis Religiosis; sed in Dominica infra octavam tantum, & omnibus ceaejam hujusmodi non proponi mandavit*. Romæ decima sexta Decembris 1735.

Cardinalis Franciscus Barberinus.

Loco ✠ Sigilli.

C. Archiepiscopus Chalcedanensis.

CASSANEN.

Dubia & Resolutiones Sacr. Congr. Concilii.

I. „ An dispositio Pomponii Jordani facta sub „ die 17. Junii 1721. prævio Decreto hu„ jus Sacræ Congregationis quoad Missam hebdoma„ dalem, & festivitatem Sanctæ Mariæ de Monte „ Carmelo celebrandam a Fratribus Sancti Francisci „ de Observantia, sit servanda per illius Hæredes, „ sive potius sit in facultate eorumdem Hæredum „ easdem Missas celebrare faciendi etiam per alios? „ & quatenus *affirmative* quoad primam partem, & „ *negative* quoad secundam

II. „ An eisdem Religiosis, sive illorum Sindico „ Apostolico, aliqua competat actio instandi pro ce„ lebratione Missarum, ac pro earum eleemosyna?

III. „ An constet de jure patronatus Cappellæ San„ ctæ Mariæ de Monte Carmelo favore Hæredum „ Pomponii?

IV. „ An per præfatos Religiosos in dicta Cappella „ impediri valeat dictis Hæredibus celebratio festi„ vita-

„ vitatis Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo, & aliorum Festorum Beatæ Mariæ Virginis?

V. „ An teneantur iidem Hæredes solvere præfatis „ Religiosis ducatos quatuor pro celebrando eodem „ Festo?

VI. „ An dicti Religiosi potuerint denegare tu- „ mulationem Cadaveris Nicolai Rossi in Sepulchro „ sito prope dictam Cappellam?

VII. „ An idem Cadaver tumulari debeat in præ- „ fato Sepulchro?

VIII. „ An prædicta Cappella visitari debeat per „ Ordinarium, aut per Regulares?

IX. „ An, & de quibus recursibus ad judices Lai- „ cos constet, etiam ad effectum refectionis damno- „ rum, & expensarum, in casu &c?

Sacr. Congr. sub die 18. Aprilis 1735.

Ad primum: *Affirmative*.

Ad secundum: *Serventur Decreta generalia*.

Ad Tertium: *Affirmative* quoad jus honorificum.

Ad quartum: *Negative*.

Ad quintum: *Negative*, & ad mentem -- Mens est, ut solvatur aliqua eleemosyna arbitrio Ordinarii.

Ad Sextum: *Negative*.

Ad septimum: *Affirmative*.

Ad octavum: *Serventur Decreta*.

Ad nonum. Ad Eminentissimum Præfectum juxta mentem.

Cum autem Promotori Fiscali Curiæ Episcopatus Cassanensis facta fuisset potestas jura sua iterum experiendi, Caussa ad novam trutinam fuit revocata sub Dubio:

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c?

Sacr. Congr. sub die 5. Septembris 1736. Respondit.

„ In decisis in omnibus, & quoad quartum du- „ bium, juxta modum, & amplius.

RIPANA PRÆEMINENTIARUM.

CUM Capitulum, & Clerus Oppidi Montis Brandonis in Piceno plura sibi jura, & honorificentias deberi contenderent in Ecclesia Patrum Observantium ejusdem loci, quando ad illam statis anni diebus se conferunt, quarumdam solemnitatum occasione, acerrima in FF. qui illa constanter eis non deberi negabant, mota fuit persecutio, & per Sacr. Congregat. Episcoporum, & Regularium remissa Caussa ad S. R. C. hæc ad infrascripta dubia respondit, ut infra.

I. „ An liceat Canonicis, & Clero in Ecclesia PP. „ Minorum Observantium occupare, in quacumque „ ex consuetis Festivitatibus, Chorum eorumdem „ Patrum, & canere Antiphonas in casu &c?

„ II. An ipsi Canonici in eadem Ecclesia, & oc- „ casione, debeant thurificari ante omnes alios Para- „ tos, excepto Celebrante, in casu &c?

III. „ An Priores Communitatis thurificandi sint „ immediate post Canonicos, & ante omnes Reli- „ giosos, etiam paratos, in casu &c?

IV. „ An Patres prædicti Minores Observantes „ teneantur ultima die Rogationum tradere Pluviale „ Præposito Canonicorum, occasione accessus ad Ec- „ clesiam eorumdem Patrum in casu &c?

V. „ An in binis Festivitatibus Sancti Jacobi de „ Marchia, & respective in Processionibus fieri soli- „ tis in illis diebus, Religiosi parati debeant ince- „ dere unitim cum Celebrante, seu potius Canoni- „ ci præcedere valeant eisdem Religiosis paratis in „ casu &c?

VI. „ An eisdem Canonicis liceat in principio Pro- „ cessionum intonare hymnum: *Iste Confessor*, seu „ potius spectat ad Celebrantem?

VII. „ An constet de attentatis, & quomodo sint „ purganda in Casu &c?

Resolutiones dubiorum.

Ad primum: Servetur solitum.

Ad secundum: Servetur Cæremoniale.

Ad Tertium: *Negative*.

Ad Quartum: *Negative*.

Ad quintum: *Affirmative* quoad primam, *Negative* quoad secundam.

Ad sextum: *Negative* ad primam, *Affirmative* ad secundam.

Ad septimum: Provisum, & amplius.

CUm in Oppido Saxiferrati sancita antiquitus haberetur alternativa inter Patres Observantes, Conventuales, & Capuccinos, super sacris concionibus quotidie habendis tempore Quadragesimæ, Patres Silvestrini, licet prædictis in eo loco admodum posteriores, petierunt admitti ad dictam alternativam, prodiitque Decretum tenoris sequentis.

Die 3. Martii 1736.

„ PRoposita fuit caussa in Sacra Congregatione „ Boni Regiminis, ad relationem R. P. D. Gio- „ vardi Ponentis, super Concionatoribus eligendis in- „ ter Sacras Religiones Minorum Observantium, „ Conventualium, & Capuccinorum Saxiferrati, con- „ tra RR. Monachos Silvestrinos ejusdem loci: rescri- „ ptum fuit *Lectum ad instantiam RR. PP. Silvestri- „ norum, & utantur Jure suo*.

CUm Capitulum Cathedralis Bastiæ in Regno Corsicæ præsumeret in associatione Cadaverum sepeliendorum in nostris Ecclesiis, has ingredi propria Cruce elevata, & funeri adesse in loco digniori, expeditum fuit Monitorium coram A. C. met ex Actis Paparotii, super *manutentione cum inhibitione*; acta porro Caussa coram eodem, hic definitivam sententiam protulit, ut sequitur.

Die 17. Aprilis 1736.

„ CHristi nomine invocato, pro Tribunali sedentes, „ in Caussis, & caussa, quæ primo, & in pri- „ ma, seu alia veriori, vertuntur instantiis, inter Re- „ verendissimum Capitulum, & Canonicos Cathedra- „ lis Bastiæ reos Conventos ex una, & Venerab. „ Conventum, & RR. Patres Minores Observantes „ dictæ Civitatis actores &c. da, & super manuten- „ tione in possessione, seu quasi &c. delationis Crucis „ supradicti Capituli Cathedralis Bastiæ in associa- „ tione Cadaverum, quatenus sepelienda forent in Ec- „ clesiis Regularium, & signanter dicti Conventus „ Minorum Observantium, ac in ingressu, & assi- „ stentia ejusdem Capituli in loco digniori, usque „ ad terminationem Officii in eadem Ecclesia di- „ ctorum Patrum, cum Cruce elevata, rebusque „ aliis &c. firmo remanente mandato de manutenen- „ do in possessione ingrediendi Ecclesiam dictorum „ Patrum cum Cruce elevata, ibique assistendi in lo- „ co digniori, per Nos sub hodierna die relaxat. di- „ cimus, atque definitive sententiamus, exceptiones „ super prænarrato Jure prohibendi Canonicis præ-

„ fatis

,, fatia ingredian. dictam Ecclasiam dictorum Patrum, cum Cruce elavata, occasione associationia Cadavarum in dicta Ecclesia sepeliandorum, aliasque qnaseumqna datas, & oppositaa, non obstitisse, neque obstare ad effectum impediendi ralaxationem nostro . . . . . da mannrenendo, prædictasque exceptionea ad judicium petitorinm, quod coram Nobis reservamua, asse remittendaa, perpetuum silentium imponendum fore, & esse, prout imponimus, victosque Victoribua &c. & ita dicimus, atqna definitive sententiamua.

Ita pronunciavi Ego Prosper Colnmna A. C.

DECRETUM

Sacræ Congregationis Gneralia

DE PROPAGANDA FIDE

Habitæ die 23. Julii 1736.

Super prætensis gravaminibus sibi illatis a Superiaribus præsertim Ordinis, de quibus conquerebantur PP. Basnenses.

,, REferente Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Domino Cardiaali Zondodari, propositæ fuerunt preces Fratrum Minorum Observsutium Custodiæ Bosniæ Argentinæ recurrentium, enixequr postulantium opportunaa capi provisionea super prætensis gravaminibua sibi, eorumque Conventibua, tum ex parte Ordinsriorum, tum ex parta Superiorum Regnlarium illatia. Hujusmodi autrm assarta gravamina sunt, quæ sequuntur, videlicet:

Primum ,, Quod cum Archiepiscopus Spalaten. & Episcopi Bosuen. & Machiaren. quasdam Parochiaa, qusa Fratrea dictæ Custodiæ administrant, suæ respectivæ jurisdictioni subjrctaa asse prætendant, inde maxima oriatur confusio; unus enim Parochoa approbat, alter reprobat, non sine ingrnti Fratrum incommodo, & animarum perturbatione.

Srcundo ,, Quod a Superioribua Regularibua ininterdicta sit facultaa Oratoribus quæstuandi per Dalmatism, & Hungariam, quotiea Conventus Bosniæ peculiaribua ex necessitatibua slieno ære gravati reperinntur; & è contrario Dalmatia facultatem concedant, & quotannis plnrea Quæstuatores ab iis mittantur in Parochiaa Bosnansium, quæ sitæ sunt in confiniia, ad postulandaa eleemosynsa, magno cum Orstorum præjudicio.

Tertio ,, Quod sb iisdem Superioribua ademptum sit præfaris Bosnensibua privilegium, & facultaa mittendi Clericos ad studia in Italiam, ad cujua privilrgii, & facultatia usum Oratorea redintegrari postulant, ne Familiæ antedictæ Custodiæ impares fiant sustinendo oneri administrationis Parorhiarum aduexarum Conventibua ejusdem Custodiæ.

Quarto ,, Quod Pater Commissariua Apostolicua, occasione recentia divisionis antiquæ Provinciæ Bosniæ Argentinæ, Ducatum S. Sabbæ Dalmatia assignavarit; pro eo tamen tempore, quo, divina adspirante graria, Ducatus illa sub Catholicorum Dominium revertatur, ax quo fiet, ut Fratrea Bosnenses ab administratione illsrum Parochiarum tunc recedere drbeant, eorumque Conventua ad extremam adigantur miseriam.

Quinto ,, Quod attents eadam divisiona Provinciæ Bosniæ Argentiuæ, a qua Oratorra appellarunt, Conventus Sutiscæ, Crescevi, & Foinizzæ, qui hodiernam Custodiam Bosnensem constituunt, uniti fuerint Hungariæ, & Slavoniæ, seu Fratribua, ut ajunt, Ultrasaviania, non sine maximo gravamina Fiatrum Bosnensium, qui inter alia petierant ab iisdem Ultrasaviania sibi cedi debere unam Parochiam savore Conventua Crescevi.

,, Sexto. Quod præfatis tribua Conventibus imposita sit indebita, & ultra virea, taxa quadraginta aureorum pro Viatico, & vestiatio Commissarii Apostolici.

,, Rabus itaqua mature consideratia, & perpensia rationibua a præfatia Fratribua Bosnensibus adductia, audito Patra Vice-Commissario Generaii Ordinis, Eminentissimi Patrea daereverunt, ut infra, nimirum.

,, Ad primum. Fratrea Bosnenses, eorumque Convrntus, commendentur Curæ, & assisteutiæ Vicarii Apostolici.

,, Ad secundum. Pater Vice-Commissariua Generalia se Informet, ac deinde provideat, ut in quæstuationibua servetur districtua inter Fratrea Bosnensea, & Fratrea Dalmaras.

,, Ad Tertium. Serventur Decreta anni 1729. & 1730. & Studentea trium Conventuum Bosnensium literia obedientialibus Superioria Generalis vocentur ad Stndia in Italiam, & ad mentem, quæ ast, ut idem Pater superior Generalia recipiat eorum duodecim, quoa destinet in Conventibus, in quibus studiis vacare possint, eisque absolutis, ad Conventua Bosnensra trasmittat; ita tamen, ut tertia pasa eorum, vel medirtas, arbitrio, & prudentia ipsiua, alternia vicibus, mutetur.

,, Ad quartum. Pater Superior Genaralia, auditis partibua supar unione Ducatus Sancti Sabbæ in Capitulo generali, & suspensa executiona Decreti Commissarii Generalia P. Josephi ab Ebora, nihil decernat, quin priua Sacr. Congregationem reddat instructam.

,, Quintum. Qnnad unionem Fratrum Bosnensium cum Dalmatis, & quoad rrliquam eandem nnionem, & respective separationem concernentia, ad idem Capitulum Generale, quod, auditis interesse habentihus, provideat, sed anta executionem Sacr. Congregationem certiorrt. Quo veiò ad cessionem Parochiæ favore Conventua Crescevi P. Superinr Generalia sa informet super necessitatr ejusdem cessionia, & quatenus eam censrat rxpedire, agat in Capitulo Generali cum PP. Hungaris, & deinde referat Sacræ Congregationi.

,, Ad sextum. Pater Vice-Commissariua Generalis procedat, prout de jure, supar prætenso gravamina raxæ. Datum Romæ ex Ædibua præfatæ Sac. Congregationis die, & anno, quibua supra.

V. Card. Petra.

Loco ✠ Sigilli.

Philippus de Montibus
Secretarius.

Cnm autem ex rasolutione ad *Primum* oriri posset dubium, quod per eam quoquomodo læderetur jurisdictio Superiorum Generalium, & Provincialium supra Fratrea Bosuensea, facta fuit instantia pro illius moderatione ad Eminentissimum Zondodari Ponentem, qui rescripsit.

Rea-

Reverendissimo Padre.

Nel rimandare a V. P. Reverendissima l'annesso Decreto della Sacra Congregazione di Propaganda Fide, contenente le risoluzioni, ch' emanarono su i ricorsi de Religiosi della Custodia di Bosna Argentina da me, come Ponente della causa, riferiti sotto li 23. Luglio dell' anno corrente, le significo, che quantunque la prima di esse risoluzioni sia espressa semplicemente in questi termini, cioè *Fratres Bosnenses, eorumque Conventus commendentur curæ, & assistentiæ Vicarii Apostolici*: non perciò la detta Sacra Congregazione ha inteso di togliere, o sospendere l' autorità, e i dritti, che sopra gli annunciati Religiosi, e Conventi competono a i Superiori Generali dell' Ordine, e rispettivamente al Padre Provinciale; onde tal rescritto dovrà aver la sua esecuzione, come se vi fosse espressa la Clausola - *Salvis juribus competentibus PP. Superioribus generalibus, nec non Patri Provinciali*. Le partecipo tal dichiarazione per suo necessario lume, e governo, e le auguro ogni più vero bene.

Di V. P. Rma

Casa 19. Novembre 1736.

Affmo per servirla
A. F. Cardinale Zondodari.

Reverendissimus Pater Petrus Paulus a Cerignola eligitur Vice-Commissarius Generalis Reformatorum loco Patris Joannis a Petrafitta fato functi.

CLEMENS PAPA XII.

Dilecto filio Petro Paulo a Cerignola Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Religionis Zelus &c. Cum itaque, sicut accepimus, quondam Joannes a Petrafitta, quem per alias nostras in simili forma Brevis die 23. Septembris 1734. expeditas literas Vice-Commissarium Generalem Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum Familiæ Cismontanæ, ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, deputaveramus, diem nuper obierit extremum; Hinc est, quod Nos, de tua fide, prudentia, rerum usu, dexteritate, vigilantia, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi, Teque a quibusvis &c. motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te in locum memorati Joannis Vice-Commissarium Generalem Fratrum dictorum Ordinis, & Familiæ, cum omnibus, & singulis facultatibus, prærogativis, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus soliris, & consuetis, quibus similes Vice-Commissarii Generales, juxta Apostolicas, ac ejusdem Ordinis Constitutiones, uti, frui, & gaudere possunt, & debent, ad nostrum pariter, & dictæ Sedis beneplacitum, tenore præsentium constituimus, & deputamus. Mandantes propterea &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 7. Octobris 1736. Pontificatus nostri anno septimo.

A. R. P. Felix Romanus instituitur Procurator Generalis Reformatorum loco Patris Petri Pauli a Cerignola.

CLEMENS PAPA XII.

Dilecto Filio Felici a Roma Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum professori.

Dilecte Fili &c. Religionis Zelus &c. Cum itaque per alias nostras in simili forma Brevia expeditas literas Dilectum Filium Petrum Paulum a Cerignola Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum Fratrem expresse professum, qui munere Procuratoris Generalis Fratrum Familiæ Cismontanæ dicti Ordinis fungebatur, Vice-Commissarium Generalem Fratrum Familiæ, & Ordinis hujusmodi, sub certis modo, & forma tunc expressis constituerimus, & deputaverimus, indeque Officium Procuratoris Generalis præfati vacaverit, & vacet de præsenti: Hinc est, quod Nos, de tua fide, prudentia, charitate, vigilantia, integritate, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi, Teque a quibusvis &c. motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te Procuratorem Generalem Fratrum, & Familiæ hujusmodi, usque ad Capitulum generale ipsius Ordinis, juxta illius Constitutiones, proxime celebrandam, cum omnibus, & singulis præeminentiis, prærogativis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, tenore præsentium constituimus, & deputamus.

Mandantes propterea &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 9. Octobris 1736. Pontificatus nostri Anno septimo.

Pro D. Card. Oliverio
P. L. Jacquet.

LITERÆ

Pontificis in forma Brevis ad Ministrum Generalem Ordinis, quibus eidem præcipit indictionem Capituli Generalis habendi anno 1738.

Dilecto Filio Joanni Bermejo Generali Ministro totius Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci tam de Observantia, quam Reformatorum, Excalceatorum, Recollectorum, seu quocumque alio nomine nuncupatorum.

CLEMENS PAPA XII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Pontificia omnium Ecclesiarum sollicitudo Nobis plane immerentibus injuncta efficare nos potuit, ut peculiare caritatia studium, quo Seraphicum Ordinem, cui summa cum nominis, & pietatis tuæ laude præes, semper prosecuti sumus, ante-

antequam in hac etiam Sacrosancti Apostolatus specula collocaremur, ullo pacto minueretur, sed potius ita adauxit, ut ad incrementa religiosæ observantiæ, honoris, ac dignitatis ejusdem inclyti Ordinis nihil cupiamus impensius, quam ut omnem paternæ providentiæ nostræ, supremæque auctoritatis operam, ubicumque opportuna sese offerat occasio, læto, libentique animo conferamus. Cum itaque generale Capitulum prædicti Ordinis, quod juxta illius Constitutionis, seu Statuta auctoritate Apostolica confirmata, singulis sexenniis celebrari debet, propter satis notas calamitates, & difficultates, aliisque justis de causis, convocari, & celebrari non posse in Vigilia Pentecostes anni 1735. quemadmodum debuisset, prævidissemus; ac propterea per alias nostras in simili forma Brevis Literas die xv. mensis Septembris anni 1734. expeditas, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, prædictum Capitulum Generale ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum prorogandum, ac differendum fore decrevissemus, de præsenti vero ablatis, superatisque omnibus impedimentis, Capitulum Generale hujusmodi convocandum, celebrandumque esse saluberrimum ducimus, ut, quæ ad rectum prædicti Ordinis regimen, decus, & utilitatem pertinent, conjunctis omnium, quorum interest, studiis cognosci, iisque facilius, & validius consuli, adspirante divinis favoris aura, ac provideri possint. Quocirca motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine paribus, prorogationem, dilationemque hujusmodi, ut præmittitur, relaxantes, Tibi, dilecte Fili Minister Generalis, in virtute Sanctæ obedientiæ tenore præsentium committimus, & mandamus, ut Capitulum Generale prædictum totius Ordinis Fratrum Minorum tam de Observantia, quam Reformatorum, Excalceatorum, Recollectorum, aliove quocumque nomine nuncupatorum, in eum locum, & Civitatem, quam secundum prædictas Constitutiones, seu statuta magis aptam, & congruentem, ac minus incommodam Fratribus vocalibus futuram esse noveris, in vigilia Pentecostes anni proxime venturi 1738. Apostolica auctoritate nostra indicas, & convoces, indictumque, & convocatum denuncies, ut omnes, & singuli, qui juxta Constitutiones, & morem prædicti Ordinis, in Capitulo Generali jus ferendi votum, sive suffragium habent, eique intervenire tenentur, in virtute Sanctæ Obedientiæ, atque sub pœnis in prædictis Constitutionibus expresse contentis, quatenus ad ipsum Capitulum Generale, legitimo cessante impedimento, opportuno tempore accedere curent, & die Sabbati post festum Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi ejusdem anni proxime futuri, quo acta capitularia inchoabuntur, & non antea, Conventum Capitularem ingrediantur, exceptis Fratribus Diffinitoril Generalis, quibus aliquot ante diebus ingredi liceat. Quoad vero Præsidentem eidem Capitulo Generali, nostro, & Sedis Apostolicæ nomine, nostro pariter, & ejusdem Sedis Apostolicæ beneplacito designandum, deputandumque, opportuno tempore reservamus. Interea præcipimus, & mandamus, ut in virtute quoque Sanctæ Obedientiæ ea omnia a denuntiatione convocationis, & celebrationis prædicti Capituli Generalis, usque ad absolutionem, dimissionemque ejusdem, serventur, quæ de more, & secundum prædictas Constitutionis, hactenus servari consueverunt, omnesque ejusdem Ordinis Alumni ad Dominum humiliter recurrant, ipsum deprecantes, ut quæ agenda sunt, ad sui nominis laudem, & honorem, Seraphicæ Religionis incrementum, animarum salutem, totiusque Ecclesiæ Militantis utilitatem, præveniendo inspiret, & adjuvando prosequatur. Ea propter in Vigilia Pentecostes memorati anni 1738. proxime venturi omnes peccata sua confitentur, Sacerdotes Missam celebrent, alii Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum valde mane recipiant; quibus omnibus plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, pro ea vice, misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Decernentes præsentes Literas, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, vel auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, vel nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quovis quantumlibet substantiali defectu notari, redargui, & impugnari, vel adversus eas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, quempiam in judicio, vel extra illud uti posse; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque Superioribus, & Fratribus per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, & Sedem Apostolicam, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si, pro sufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficcienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Cœterum, quia difficile foret præsentes nostras Litteras ad singulas Provincias deferri, volumus, ut earumdem transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die viii. Aprilis MDCCXXXVII. Pontificatus Nostri anno septimo.

Sumptum ex minuta originali Brevium Secretorum

rum fel. record. Clementis PP. XII. collatum concordat.

Pro Domino Cardinali Passioneo.

Joannes Florius substitutus.

Verum hæ Literæ, nedum executioni nequaquam demandatæ fuerunt, sed nec publicatæ; itaut illarum paucissimi notitiam habuerint,

Cœnobium SS. Quadraginta de Urbe addicitur Fratribus Excalceatis Hispaniæ.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Joannetius de Molina, Frater expresse professus Ordinis Minorum S. P. Francisci, tam Discalceatorum, quam Recollectorum; quod jussu Nostro, capta pacifica possessione Ecclesiæ, & Loci SS. Quadraginta Martyrum Almæ Urbis Nostræ, pro erigendo Conventu Reformationis S. Petri de Alcantara, & residentia Procuratoris Generalis pro tempore existentis ejusdem Reformationis, & retinenda Familia competenti ad servitium Chori, atque Ecclesiæ, & observantiam disciplinæ Regularis.

Dilectus Filius Gildardus Dufflos, modernus Procurator Generalis præfati Ordinis, cupiens præcavere plurima inconvenientia, quæ decursu temporis oriri possent, si Familia prædicti novi Conventus foret promiscua diversarum Nationum, quæ pendent a generali ejusdem procuratione, pro suo justitiæ, boni communis, & disciplinæ Regularis Zelo, communicatis etiam consiliis cum ipso Petro Joannetio, & approbantibus Provinciis interesse habentibus, convenit, & declaravit, quod novus Conventus Sanctorum Quadraginta Martyrum, ut præfertur, *tantum esset Fratrum Discalceatorum Nationis Hispaniæ, & quod solum* iidem Discalceati Hispani deberent, *& possent componere Communitatem*, seu Familiam prædicti Conventus; reservato tamen Procuratori Generali pro tempore existenti, cujuscumque fuerit Nationis, jure in eodem Conventu, cum suis necessariis Ministris, quos hactenus habere consuevit, residendi, ut latius continetur in literis a præfato Gildardo Procuratore Generali subscriptis, & majori Sigillo sui Officii munitis, & per prædictum Petrum Joannetium pariter subscriptis, & acceptatis, quæ sunt tenoris sequentis, videlicet.

Ego infrascriptus Frater Gildardus Dufflos, Procurator Generalis Fratrum Minorum Discalceatorum, & Recollectorum in Romana Curia, mature perpendens, quod Provinciæ Discalceatorum Hispaniæ ex communibus eleemosynis, vel etiam ex emendicatis, & procuratis ad hunc finem, administraverunt summam scutorum 132. monetæ Romanæ, cum qua effectuata est emptio loci Sanctorum Quadraginta Martyrum, pro fundatione novi Conventus in Urbe, & insuper administraverunt aliam summam scutorum 1614. pro emptione alterius Domus Domini Abbatis Josephi de Herrera Hispani, quæ est contigua dicto loco fundationis, & alias pecuniarum summas mittere disponunt, ad effectum reducendi ad formam regularem eamdem novam fundationem, & præterea plura mobilia miserunt, signanter pro Ecclesia, & Sacristia.

Considerans ulterius, quod *Provinciæ Portugalliæ Chronol. Seraph.* nihil *prorsus miserunt, neque mittere disponunt ad hunc effectum: Provinciæ autem Recollectarum Galliæ*, licet ante inceptam fundationem se se exhibuissent ad contribuendum effectuationi ejusdem, cum competenti summa pecuniarum, *modo tamen se excusant*, aliquæ adducendo deficientiam eleemosynarum, & aliæ protestantes se nolle concurrere, nisi omnes aliæ ejusdem Nationis effective concurrant; unde fit, quod nulla sit spes, quod dictæ fundationi contribuant.

Et ego solus, pro meo posse, *contribui*, applicando effective, uti applicavi usquemodo summam scutorum 320. monetæ Romanæ ad me missam pro mea, & sociorum meorum manutentione, principaliter a mea Provincia S. Andreæ in Belgio, quæ quidem summa, partim inservivit pro aliquibus mobilibus comparandis, & residuum pro communibus expensis pro victu. Et insuper paratus sum ad contribuendum eodem modo imposterum cum eleemosynis, quæ ad me transmittentur, ut omnia exactius constabunt ex registro hujus novæ fundationis. His omnibus attentis, quæ uti vera sunt coram Deo, ea, pro justitia cuique debita, volui explicata, & quod Provinciæ Recollectorum mihi replicatis literis significaverunt se non curare de hac eadem fundatione.

Propterea, ne in eadem præpediatur, & opus cum consensu communi Provinciarum inceptum ad majorem Dei gloriam, cum ejusdem detrimento, & etiam boni communis nostræ Reformationis, evanescat, declaro, & gratum habeo, id exigente justitia, hanc novam fundationem jam inceptam in loco Sanctorum Quadraginta Martyrum Urbis, pertinere *ad Provincias Discalceatorum Hispaniæ*, neque aliæ Nationes poterunt prætendere jus mittendi Fratres de Familia ad hunc novum Conventum, sed tantummodo dictæ Provinciæ Discalceatorum Hispaniæ, *comprehensis Provinciis Indiarum Catholico Regi subjectarum*: salvo tamen remanente jure Procuratoris Generalis, cujuscumque sit nationis, residendi in dicto Conventu cum suis necessariis Ministris, & recipiendi Advenas, & Forenses Discalceatos, & Recollectos ad Urbem quoquomodo accedentes, ad tenorem Decreti Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, emanati sub die decima sexta Decembris anni Dominici 1736. pro peragenda hac nova fundatione, & Ita declaro omni meliori modo &c. In hoc nostro Conventu Sancti Paschalis Baylon, & Sanctorum Quadraginta Martyrum Urbis, hac die 12. Julii anni Domini 1736. Et ego infrascriptus Secretarius Generalis Curiæ, ex parte Provinciarum Discalceatorum Hispaniæ, & Indiarum, acceptavi dictam declarationem, & respective præservationem, & insuper promitto, quod ubi hæc nova fundatio erit in statu manutenendi competentem Familiam, & fabrica Conventus erit convenienter disposita, ministrabit victum, & vestitum Procuratori Generali pro tempore, & ipsius necessariis Ministris, quando sufficient ad omnia ejusdem Conventus eleemosynæ. In quorum fidem has præsentes literas dictus admodum Reverendus Pater communiri jussit majori sigillo sui officii, & utriusque subscriptione in dicto Conventu, die, & anno, quibus supra.

Frater Gildardus Dufflos, qui supra.
Loco ✠ Sigilli.

Frater Petrus Joannetius de Molina, Secretarius Generalis Curiæ.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungabat,

ſuptadictus Petrus Joannetius, eodem Gildardo Procuratore Generali approbante, præmiſſa, quo fiemius ſubſiſtant, ec ſeeventur exactius, Apoſtolicæ confirmationis Noſtræ pattocinio communiri plurimum deſideret: Nos ejuſdem Petri Joannetii votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & intedicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ipſius Petri Joannetii nomine Nobis ſupet hoc humilitec porrectis inclinati, præinſertas literas, & in eis diſpoſita, & contenta quæcumque, authoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis cobur adjicimus.

Decetnantes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiti, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, pleniſſime ſuffragari: ſicque in præmiſſis pet quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignorantec contigerit attentari.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non, quatenus opus ſit, Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die prima Junii 1737. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

F. Card. Olivierius.

Confirmatur Concordia inter Commiſſarium Generalem Ciſmontanum, & Procuratorem Generalem Diſcalceatorum, & Recollectorum Galliæ.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius modernus Vice-Commiſſarius Generalis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, quod cum dilecti Filii Fratres prædicti Ordinis Minorum Sancti Franciſci Excalceati, & Recollecti nuncupati, erecto, fundatoque in hac Alma Urbe noſtra Hoſpitio, ſive Conventu, quamdam concordiam inter dilectos pariter Filios modernos Procuratorem Generalem ex una, & Secretarium Generalem Curiæ prædictorum Excalceatorum ex altera partibus, initam, per noſtras literas deſuper in ſimili forma Brevis, die prima Junii proximi prætetiti expeditas confirmari obtinuerint, Ipſe Vice-Commiſſarius Generalis prævidens proindè prædictam concordiam multis de cauſis impoſterùm lites, & controverſias inter pro tempore exiſtentes Superiores Generales Ultramontanum, & Ciſmontanum ſuper juriſdictione prædicti Hoſpitii, ſive Conventus, aliiſque rebus ad eamdem juriſdictionem ſpectantibus, cum ſummo præjudicio paupertatis, & Religioſæ pacis fore parituram: Nobis propterea humiliter ſupplicavit, ut in præmiſſis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, ipſum Vice-Commiſſarium Generalem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium volumus, & mandamus, ut omnibus juribus à Generalibus pro tempore Superioribus Familiæ Ciſmontanæ dicti Ordinis, reſpectu dictæ fundationis prætendentis, pro nunc ſalvis, & præſervatis exiſtentibus, & declaratione jam facta, quod Familia, *& Communitas prædicti Hoſpitii, ſive Conventus, componatur, & formetur ex ſolis Fratribus Excalceatis, & Recollectis Ultramontanis reſpectivè*, juxta dictæ Concordiæ tenorem, in ſuo vigore, ac robore permanente, omnes, & ſingulæ difficultates, & controverſiæ ſuper præmiſſis remittantur, & reſerventur ad Capitulum Generale proximè futurum, cui omnes neceſſarias, & opportunas facultates concedimus, & impertimur, ut, auditis omnibus intereſſe habentibus, provideatur, ac decernatur quidquid pro regularis diſciplinæ incremento magis expediens, & conſentaneum eſſe videbitur.

Quoad vero juriſdictionem Superioris Ciſmontani ſupra Procuratorem Generalem Excalceatorum, & Recollectorum, ſuorum miniſtrorum, & Forenſium, pariter volumus, & præcipimus ſervandam eſſe Concordiam die trigeſima Auguſti, anno 1734. ab utraque parte factam, & ſubſcriptam, atque a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, die vigeſima ſexta Septembris ejuſdem anni confirmatam. Præterea in virtute ſanctæ Obedientiæ ordinamus, ut ſuper præmiſſis, quouſque celebrabitur prædictum Capitulum Generale, nihil innovetur.

Decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus, ſuper his a quoquam, quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non, quatenus opus ſit, prædicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alias roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis,

pressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima prima Augusti 1737. Pontificatus nostri anno Octavo.

F. Card. Oliverius.

Varia Decreta favorabilia in eadem Caussa respiciente Sindicorum exemptionem a foro.

Die 29. Aprilis 1737. Signat. Justitiæ.

PRo Domino Valentino Clandii, contra Dominum Comitem Franciscum Dominicum de Antonellis cit. ad vid. prævia repositione a quocumque Decreto præjudiciali nullatenus extorto, declarari causam spectare ad Dominum Conservatorem Privilegiorum Ordinis Seraphici, & inhiberi.

In altera Audientia in termino *prorogata*. D. Joseph Candidus Bellus Procurator dicti Valentini Sindici, petiit, & obtinuit, nisi ad primam audientiam &c.

Die 11. Julii 1737. Signat. Justitiæ.

PRo Domino Valentino Claudii Sindico Apostolico contra &c. remitti Causam ex integro ad Dominum Conservatorem Privilegiorum Seraphicę Religionis, & inhiberi.

R. Idem Procurator petiit, & obtinuit, ut supra &c.

Die 14. Augusti 1737.

FUit expeditum Instrumentum Decreti favore dicti Valentini Sindici in Civitate Interamnæ.

Reverendissimus Pater Joannes Antonius a Sancta Cruce confirmatur Vice-Commissarius Generalis Observantium usque ad Capitulum Generale.

CLEMENS PAPA XII.

Dilecte Fili, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

REligionis Zelus &c. Cum itaque, sicut accepimus, Tu, qui Frater expresse professus Provinciæ Tusciæ Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum existis, Vice-Commissarii Generalis Familiæ Cismontanæ dicti Ordinis Officium Tibi a nobis demandatum summa fide, prudentia, dexteritate, diligentia, sedulitate, integritate, vigilantia, & Religionis zelo, utilitatisque ejusdem Ordinis studio hactenus exercueris, & de præsenti exerceas: Hinc est, quod Nos meritorum tuorum condignam rationem habere, & Ordini præfato, cui operam, industriamque tuam plurimum utilitatis allaturam esse in Domino speramus, salubriter consulere cupientes, Teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Tibi præfatum Vice-Commissarii Generalis Familiæ Cismontanæ officium, usque ad proxime futurum ejusdem Ordinis Capitulum Generale, cum omnibus, & singulis præeminentiis, prærogativis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis; ita ut tu eudem Vice-Commissarii Generalis officio, usque ad proximum Capitulum Generale hujusmodi, continuare, illudque gerere, & exercere libere, & licite, ac valide possis, & valeas, tenore præsentium prorogamus, extendimus, & ampliamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis præfatorum Ordinis, & Familiæ Superioribus, Fratribus, & Personis, cœterisque, ad quos spectat, & spectabit quovis modo in futurum, ut Te in præfato Vice-Commissarii Generalis eorumdem Ordinis, & Familiæ officio, ejusque libero exercitio, usque ad proximum futurum Capitulum generale præfatum, continuare, ipsumque officium libere exercere sinant, & faciant, ac Tibi in omnibus idem officium concernentibus pareant, & obediant, faveantque, & assistant respective. Ac decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegia quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, ejusque Ministro Generali, & aliis Superioribus, Fratribus, & Personis quibuslibet, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Novembris 1737. Pontificatus nostri anno octavo.

Fabius Cardinalis Oliverius.

Quam-

QUamvis Pœnitentiarii Sacræ Baſilicæ Divæ Mariæ Angelorum de Portiuncula a pluribus Romanis Pontificibus facultates ampliſſimes obtinuiſſent abſolvendi a Caſibus reſervetis, etiam ab illis Ordinario reſervatis, nihilominus Epiſcopus moderuus Aſſiſinas graviter de eo conqueſtus eſt coram Sacra Pœnitentiaria, quæ auditis utriuſque Partis rationibus, ac ſerio conſideratis, Decretum emiſit ut ſequitur.

„ Signatura Sacræ Pœnitentiariæ coram Eminentiſſimo Dominæ Vincentio Cardinali Petra majori „ Pœnitentiario congregata die 26. Novembris 1737. „ Relatis literis Venerebilis in Chriſto Patris Epi„ſcopi Aſſiſienſis ſuper aliquibus difficultetibus exer„citii Facultatum Pœnitentiariorum Eccleſiæ San„ctæ Mariæ Angelorum dictæ Civitatis, Ordinis „ Fratrum Minorum Obſervantium Sancti Franciſci, „ quoad abſolutionem a Caſibus reſervatis eidem „ Ordinario Aſſiſien. in vim facultetum eis tributa„rum ab eodem Eminentiſſimo majori Pœnitentiario, „ & mature diſcuſſis documentis ab ipſo Epiſcopo „ remiſſis, & aliis in Archivo Secræ Pœnitentiariæ „ repertis, ac rationibus opportune ad rem facien„tibus hinc inde productis, & a prædictis exhibi„tis, idem Eminentiſſimus Dominus communi con„ſilio Officialium dictæ Signaturæ ita decrevit.

„ Quoad Pœnitentiarios Sanctæ Mariæ Angelorum „ prodie Portiunculæ, & quinque, vel ſex diebus „ præcedentibus a ſanctæ memoriæ Gregorio XIII. & „ Venerabili Servo Dei Innocentio XI. inſtitutos, ha„buiſſe, & habere facultatem abſolvendi a reſervatis „ Ordinario, ex conceſſione eorumdem Summorum „ Pontificum; neque circa eos aliquod innovandum.

„ Quoad Confeſſarios quoſcumque ejuſdem Ordinis, „ & Eccleſiæ, alies approbatos, habere facultatem pro „ die dumtaxat Portiunculæ abſolvendi a Caſibus re„ſervatis Ordinario, ex conceſſione ſanctæ memoriæ „ Urbani VIII.

„ Quoad vero Pœnitentierios quotidianos prædictæ „ Eccleſiæ, habuiſſe, & habere facultatem abſolvendi ab „ iiſdem Caſibus reſervatis tum Ordinario Loci, tum „ aliis. Verum idem Eminentiſſimus Major Pœniten„tiarius mandavit, ut prædicti quotidiani Pœnitentia„rii, infra duos menſes a die intimationis faciendæ „ Religioſo viro Commiſſario Generali Curiæ Fratrum „ Minorum Obſervantium, ſub pœna ſuſpenſionis ea„rumdem facultatum, teneantur recurrere ad eumdem „ Eminentiſſimum Dominum pro obtinendis novis li„teris patentibus, quas arbitrio tantum ejuſdem Emi„nentiſſimi alias obtinuerunt, quæ concedantur ad „ triennium, & interim arbitrio ipſius Eminentiſſimi, „ qui de communi conſilio Officialium Sacræ Pœni„tentiariæ, adhærendo Curæ Paſtorali, Epiſcopo præ„dicto incumbenti, animarum a Chriſto Domino com„miſſarum, cenſuit, quod in dictis literis Patentibus „ facultas abſolvendi a Caſibus reſervatis Ordinario li„mitetur quoad Diœceſanos ejuſdem Epiſcopi.

V. Cardinalis Petra
major Pœnitentiarius.

Loco ✠ Sigilli.

Franciſcus Petrucciolus
Sacræ Pœnitentiariæ Secretarius.

Cum autem in memorato Decreto excipiantur Diœceſani, habito iterum recurſu, concordatum fuit, ut quando oporteret, fieret recurſus ad Summum Pœnitentiarium, a quo ſtetim datæ fuiſſent neceſſariæ facultates, ut deinceps fieri conſuevit.

MOrtuo Reverendiſſimo Patre Petro Paulo a Cirignola, in locum ipſius Vice-Commiſſarius Generalis Reformatorum inſtitutus eſt Reverendiſſimus P. Felix a Rome per literas in forma Brevis, die 4. Martii 1738. emanatas. Sunt autem tenoris ejuſdem, ac Breve eidem defuncto, ut ſupre, conceſſum: cum hac tamen exceptione, quod ille ad beneplacitum Sanctæ Sedis deputatus fuerat, & Reverendiſſimus P. Felix a Roma uſque ad Capitulum generale futurum fuit deputatus. Similiter in Procuratorem Generalem Reformatorum, loco Reverendiſſimi P. Felicis a Rome, deputatus fuit R. A. P. Michael Angelus a Gallipoli Reformatæ Provinciæ Sancti Nicolei, per Breve incipien. *Religionis zelus &c.* datum 5. Martii 1738.

Conceduntur Reverendiſſimo Patri Felici Romano Privilegia Ex-Vice-Commiſſariorum Generalium, licet biennium in officio non ſit completurus.

CLEMENS PAPA XII.

Dilecto Filio Felici a Roma Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Reformatorum nuncupatorum profeſſori.

Dilecte Fili Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

REligionis zelus &c. Volentes itaque Tibi, qui Frater expreſſe profeſſus Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Reformatorum nuncupatorum exiſtis, ac alias Artium Philoſophiæ, & duodecim annorum ſpatio Sacræ Theologiæ lecturam explevisti, nec non Secretarii, ac bis Procuratoris, & per plures menſes Pro-Vice-Commiſſarii Generalium, ac Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Indici Librorum prohibitorum, & expurgandorum præpoſitæ Conſulturis munere reſpective geſſiſti, & de præſenti illud Vice-Commiſſarii Generalis ejuſdem Ordinis Ciſmontanæ Familiæ a Nobis, uſque ad celebrationem Capituli Generalis Sabbato ante Feſtum Pentecoſtes anni 1739. faciendam, tibi demandatum exerces, ac interea temporis biennium exercitii Officii Vice-Commiſſarii Generalis hujuſmodi, per Conſtitutiones Ordinis prædicti auctoritate Apoſtolica confirmatas, ad hoc, ut prærogativis, & gradibus, quibus fruuntur, & gaudent alii, qui munere hujuſmodi Vice-Commiſſariatus Generalis per biennium perfuncti ſunt, requiſitum, abſolvere nequis, præmiſſorum meritorum tuorum, & obſequiorum, quæ diu Ordini prædicto hactenus impendiſti, & adhuc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtis, intuitu, gratiam facere ſpecialem, Teque a quibuſvis &c..... cenſentes, motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Tibi, ut, licet biennium exercitii officii Vice-Commiſſarii Generalis Familiæ Ciſmontanæ hujuſmodi per Conſtitutiones ſupradictas præfixum, tempore celebrationis Capituli Generalis hujuſmodi minime compleveris; nihilominus omnibus, & ſingulis juribus, privilegiis, prærogativis, præcedentiis, antelationibus, exemptionibus, honoribus, gratiis, & indultis, quibus alii Vice-Commiſſarii Generales hujuſmodi, qui biennii ſpatio munere Vice-Commiſſarii Generalis Familiæ Ciſmontanæ ejuſdem Ordinis functi fuerunt, tam de jure, uſu, & conſuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere poſſunt, & poterunt in futurum, pari modo uti,

do uti, frui, & gaudere libere, & licite possis, & valeas in omnibus, & per omnia, perinde, ac si Vice-Commissarii Generalis hujusmodi munera pae integrum biennium functus fuisses.

Decernentes easdem præsentes.... Sicque in præmissis.... Non obstantibus eac. mem. Benedicti Papæ XIII. Prædecessoris nostri litteris super abolitione, & revocatione privilegiorum personalium aditis, aliisque Constitutionibus.... Quibus omnibus..... Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 17. Martii 1738. Pontificatus nostri anno octavo.

C. Amatus pro-Secretarius.

Illustrissimus, ac Reverendissimus de Aste Episcopus Racinetensis, obtenta facultate Apostolica, hæredes suorum bonorum ano. 1469. scripsit Confraternitates Mercatorum, & Sanctæ Luciæ ejusdem Civitatis, cum onere huic postremæ, ut singulis annis quædam perpetuo, per modum eleemosynæ, subministraret PP. Observantibus ejusdem loci. Cum autem illa nollet amplius dictam eleemosynam Fratribus præstare, nostram causando incapacitatem, Sindicus Conventus, non insistendo, sed simpliciter denunciando, exposuit hoc Sacr. Congregat. & Ponante Eminentissimo Cienfuegos dubitatum fuit:

„ An Venerabilis Confraternitas Sanctæ Luciæ Civitatis Recinetensis teneatur ad præstationem, & solutionem Eleemosynæ &c.? Cui Sacra Congregatio, sub die 21. Junii respondit: *Episcopus utatur Jure sua in præstatione Eleemosynæ?*

EPISTOLÆ

Thesaurarii Generalis Pontificiæ Ditionis ad Subalternos Fiscii, super exemptione Patrum Observantium a solvendis vectigalibus.

I.

Molto Illustre Signore.

I Padri minori Osservanti d' Ancona, e di Camerino m' ànno fatto presentare un memoriale, con cui supplicano, che gli si mantenga la esenzione, che per ragione della loro povertà godono dai pasi Camerali, e della Gabella del macinato; e ricordandomi di aver pienamente proveduto su tal particolare con altra mia scritta a V. S. li 20. Settembre 1732. sarà perciò cura di lei di fargli dare la dovuta esecuzione, anche dai Subbappaltatori di Ancona, e di Camarino; e resto.

Roma 13. Agosto 1738.

Affezionatissimo per servirla
C. M. Sacripante Tes. Generale.

II.

Vando fatto ricorso avanti di me il Padre Procuratore Generale de' Padri Minori Osservanti, che dalle Signorie loro si era sospesa la consegna della Bolletta, per macinare il loro grano per proprio uso, gratis, conforme fu risoluto in piena Congregazione Camerale tenuta avanti di me nell' anno 1732. sopra tal materia, per cui effetto ancora ne furono date due lettere, acciocche si dasse esecuzione a quanto si era risoluto, perciò su tal novità reitaro nuovamente gl' Ordini già dati, e quelli voglio onninamente, cha si eseguiscano, attesoche ciò mente aspressa di Nostro Signore; onde non mancheranno subito dar l' esecuzione a quanto sopra si è detto, mentre me l' offerisco. Roma 16. Agosto 1738.

Delle Signorie loro

Affezionatissimo per servirla
C. M. Sacripante Tesor. Generale.

Procurator Provinciæ Beticæ Discalceatorum confirmatur ut pro Missionibus Marocchii, & ipsæ in Curia Matritensi commendetur.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti Filii Francisci Romero a Sancto Antonio Fratris expresse professi, ac Ministri Provincialis Provinciæ Sancti Didaci in Betica, Ordinis Minorum Sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum, & Præfecti Apostolici Missionum Maquinez, Regni Marocchii, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositæ exposito, dictas Missiones, quoad expensas in easdem occurrentes, tam pro manutentione Missionariorum, quam Regii Hospitalis de Mequinez existentis sub cura ejusdem Missionis, dependere præcipue a Regia liberalitate charissimorum in Christo Filiorum Catholicorum Hispaniarum Regum, qui jam a pluribus retro annis copiosas eleemosynas ad id dare consuevarant; nihilominus ipse Franciscus experimento didicerat aliquando eventurum esse, ut nisi aliquis Religiosus dicti Ordinis in Oppido Matriti, Tolatanæ Diœcesis, assistat, qui nomine Provinciæ, & Missionum cum Regis Ministris præfatas eleemosynas solicitat, sitque iisdem cognitus, & gratus, præfatæ eleemosynæ in toto, vel in parte deficiant: Quapropter ipse Franciscus cum suo Diffinitorio, prospiciens bono dictarum Sacrarum Missionum, ne eadem detrimentum patiantur, plurimum desiderabat, ut sibi facultatem instituendi in prædicto Oppido Matriti aliquem ex suis Religiosis in Procuratorem, qui continuò ibidem assistens prædictas eleemosynas sollicitare, & favorem eorumdem Regum in necessitatibus, & persecutionibus, quæ fraquenter a Barbaris Africanis contra illas excitantur, implorare valeat, ac insuper collocandi dictum Procuratorem cum socio illi designandum (ob deficientiam Conventus Provinciæ prædictæ in supradicto Oppido) in quocumque ex tribus Coovantibus diversarum Provinciarum Ordinis ejusdem Sancti Francisci, in Oppido hujusmodi existentibus, quem ipse Franciscus judicaverit opportuniorem ad prædictam Procurationem, accedente tamen consensu dilectorum Filiorum Superioris illius Conventus, seu etiam Ministri Generalis, pro tempore existentium, concederet. Emanavit, ad supplicationem prædicti Francisci, ab eadem Congregatione Cardinalium, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

DECRETUM

Sacræ Congregationis Generalis de Propaganda Fida
Habitæ die 4. Augusti 1738.

Relato per R. P. D. Philippum de Montibus Secretarium suprascripto libello supplici, & audito

dito Patre Ministro Generali Ordinis Sancti Francisci, Sacra Congregatio Oratoris precibus benigne annuit juxta petita, *salva tamen semper Procuratoris, prout se precibus, constituendi, ejusque socii pro tempore, omnimoda ab eadem Sacra Congregatione dependentia*. Datum Romæ ex Ædibus prædictæ Sacræ Congregationis die, & anno, quibus supra.

V. Cardinalis Petra Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

Philippus de Montibus Secretarius.

Cum autem, sicut pro parte dicti Francisci Nobia subinde expositum fuit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis i clinati, Decretum præinsertum authoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis authoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscomque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Provinciæ, Conventus, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 22. Augusti 1738. Pontificatus Nostri anno nono.

D. Cardinalis Passioneus.

Resolutio Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium circa vestiendas Tertiarias Ordinis, quæ votum Castitatis nullimode emittunt.

IN Caussa Narnien. *Juris admittendi, & vestiendi Tertiarias* vertente inter Episcopum Narnien. illiusque Promotorem Fiscalem ex una, & Conventum, & P.P. Minor. Observant. Sancti Francisci Stronconii, illorumque Patrem Procuratorem Generalem ex altera Partibus, propositum fuit infrascriptum dubium, scilicet:

An liceat Regularibus Observantiæ admittere Tertiarias ad habitum sine Votis, irrequisito Ordinario; & an illarum admissio facta irrequisito Episcopo Narnien. sustineatur in casu &c.?

„ Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, referente Eminentissimo Domino Cardinali Bichio Ponente, Partibus auditis, ac re mature discussa, ad supradictum dubium respondit: *Affirmative*, absque tamen ulla exemptione.

Romæ 5. Septembris 1738.

F. Cardinalis Firrao.

Loco ✠ Sigilli.

C. Archiepiscopus Damiatæ Secret.

Rex Catholicus sub Regia sua Protectione recipit Cœnobium SS. Quadraginta de Urbe.

EL REY.

HAviendo venido en admitir, baxo mi Real proteccion, el Convento, que con titulo de San Pasqual Baylon, desea fundar en Roma la Provincia de San Joseph de Religiosos Descalzos de San Francisco, y en que se celebren en el Altar Mayor de la Iglesia de el, los mismos Descubiertos, Missas, y demas suffragios, que se hacen todos los Jueves del año en el Real de San Gil de Madrid: He concedido para estos fines cien reales de plata cada semana al referido Convento de San Pasqual para desde que dé principio a estas funciones en la nueva Iglesia, que se satisfagan, sin descuento alguno. Señalado de la Real mano de su Majestad en San Ildephonso a 22. de Julio de 1738.

A Don Francisco Lobato.

El Rey ha venido en que se pague esta assignacion del producto de la Posta de España en Roma, y a este fin se ha prevenido lo conveniente al Director de Estafetas, lo que partecipo a VS. de su Magestad para su cumplimiento. Dios guarde a VS. como desea. Buen Retiro 24. de Noviembre de 1738.

El Marques de Torre nueva. A Don Francisco Lobato.

Es conforme al Decreto, y resolucion de su Magestad, que originales quedan en esta Thesoreria Mayor, de que certifico, come Contador de Guerra, para que conste a la Communidad interessada en esta gracia, y no en otro fin alguno. Madrid 29. Noviembre del 1738.

Don Juan. Fermin de Barbaria.

Concuerda este traslado con la certificacion original, deque se hace mencion, reducido al guarismo de ella en este a la letra, à que en todo me refiero, para que para este efecto exhibio ante mi el Padre Fray Agustin de San Justo, y Pastor, Religioso Descalzo del Orden de N. P. S. Francisco della Prov. de S. Joseph, que al presente se halla conventual en el de San Gil de esta Corte, a

quien

quien bolvi dicha certificacioo original, cuyo recibo firmò al piè de este; y fueron Testigos a lo ver, corregir, y concertar el Licenciedo Don Andres Rodrigues, Abogado en los Reelca Consejos: Don Manuel Rodriquez, y Don Joseph Toeices, todos residentee en esta Corte; y en fee de sllo, yo Manuel de Matute, Esceivano del Rey nuestro Señor, disu Real Guardia Españole de Alabarderos de Gnvierno, y mas antiguo de Tabla del Honrado Consejo de la Mesta, lo signé y firmé en la Villa de Medrid a e. diae de Diciembre e738. años. En Testimonio ✠ de verded. Manuel de Matute. Recibì la aertificacion original, y lo firmé eo Medrid dicho dia.

Fr. Agustin de San Justo, y Pastoe.

Reliquas attestationes vide in Bullar. Discalceator. Tom. 5. pag. 565. &c.

NOVÆ CIRCA INDULGENTIAM PORTIUNCULÆ CONTROVERSIÆ.

NOva per hæc tempora in Sacram Portiunculæ Indulgentiam excitera sunt belle, quorum caussaa, initium, progressum, & fiuem ad unguem, ut ajunt, exhibere hoc in loco decrevi. Iterum ergo in Patree Obseevantes Sanctæ Mariæ Angelorum conclametum est, quod spretis Apostolicis Sanctionibus, illa præsertim Sancti Officii anni 1691. de qua supra Pert. I. peg. 404. nunquam deincepe prædicere destitissent Indulgentiam Porriunculæ esse *quotidianam*. Id qui ex sdverso erent apertissims demonstrari ajebant, cum ex quorumdam liberculorum promulgations, qui ea de re tractantes, passim anonymi, vel pseudonymi per eosdem FF. in lucem prodierant; tum vero quam maxime, ax quo Peregrinis Sanctuarium illud adeuntibue pro die secundæ Augusti attestationes darentue sub dis 28. 29. 30. Mensis Julii de obtenta per ene Indulgentia plenaris Portiunculæ, licet nondum edvenissent ipsæ Calendæ Augusti. Illorum agmen ducebat Episcopus Assisinee, qui zelo, ut par est credere, pro Secrorum Decretorum observantia ductue, Purpuratos Petree Indulgentiia, & Sacrie Reliquiis præpositos hoc super negotio anno 1738. interpellavit, a quibus P. Commissarius Curiæ, ut ed id jura Ordinis deduceret, eequisitus, cum hic diuriue, quam oporteret, illa exhibere detrectasset, ob documentorum defectum, quæ a Provincia Seraphica luculentiora expectabat, prodiit sequens in contumacia

DECRETUM ASSISIEN.

„ SAcra Congregerio Indolgentiis, Sacrisqua Re-
„ liquoiis præposita sub die 16. Februarii 1739.
„ declaravit Indulgentiam Portiunculæ esse præcise
„ affixam diei secundæ Augusti, eamque incipere
„ a primis Vesperis usque ad occasum solie ejusdem
„ diei. Indulgentiam vero quotidianam concessam
„ a san. mem. Innoc. XII. visitantibus Ecclesiam
„ Sanctæ Mariæ Angelorum, non esse eamdem cum
„ prefata Portiunculæ, & ponendum esse lapidem
„ ad latus Portæ Ecclesiæ cum hujusmodi inscri-
„ ptione. Insupee ex Causis notie Secræ Congrega-
„ tioni, censuit prohibendae esse quascumqoe atte-
„ stationes, seu, ut ajunt, schedulee solitee dis-
„ pensari Fidelibue a Religiosis, sub pœna excommu-
„ nicationis ipso facto incarrenda, de quibus om-
„ nibus certiorem fieri voluit Episcopum, ut invi-
„ gilet pro executione: & ad Eminentissimum Car-
„ dinalem Præfectum cum Commissario Generali ad
„ mentem. Et facta per me infrascriptum Secreta-
„ rium de prædictis omnibus Sanctissimo Domino no-
„ stro relatione sub die 25. ejusdem Mensis, & an-
„ ni, Sanctitas sua benigne approbavit.

L. Episcopus Albanensis Cardinalis Picus Præfectus.
Loco ✠ Sigilli.
Jo. Archiep. Tyri Secretarius.

Paucorum Mensinm intervallo plusquam septem millia hujue Decreti exempla variis in locis edita fuerunt, quæ ipse Episcopus Assisinas ad omnes Archiepiscopos, & Episcopos Italiæ studiose transmisit, ut nihil dicam de reliquis, quæ pee universum pene Christianum Orbem ab aliis dispersa fuerunt. Exinde Petres Observantes iterum ubique locorum conviciis, ac dicteriis excepti, quod Apostolica Decreta flocci habentes, pro falsis Indulgentiis, tamquam pro aris, & focis, hactenue dimicassent. Revera tamen improbatum est eorum omnibue, quod tantum in aliquibus, & admodum paucis, erat fortasse damnandum, qui etiam clanculum, & veluti pee cuniculos, non quidem firmiter asseeendo, sed solum dubitanter, eorum cordium sensa aliquando exprompserant. Quamobrem Observantes Pontificem supplices adierunt, cumque humiliter, ut iterum audirentur, expostularunt, qui petitis benigne annuit, Caussamque ad se avocavit, suspenso interim relato Decreto, prout Eminentissimo Pico, memoratæ Sacræ Congregationis Præfecto, fuit significatum. Ne autem interea nova daretue rixandi occasio, conventum fuit de altissimo silentio apud nostros circa *quotidianam* Portiunculæ Indulgentiam, quod servandum quoque eret in attestationibue, quæ ante Calendas Augusti Advenis dari solent, cum in una solemnitatis Portiunculæ die tam ingenti Populi multitudini illas exigenti dari omnes non possint. Utrumque a nostris adamussim præstitum; prædicantibus tamen ex contraria parte præciteti Decreti observantiam, quam Pontifex, ut dixi, suspenderat.

Rebus ite constitutis, præcipui PP. Ordinis, qui Romæ erant, plenam, atque exactam controversiæ notitiam habere curarunt, ut inde Eminentissimus *Picum* laudatum, & *Passeri* Auditorem Sanctissimi, quibus sedulum Causæ examen a Pontifice fuerat commissum, de omnibus certiores facerent. Cunctis igitur ab ipsis attente, ac serio perpensis, in eam venire potuerunt sententiam, neminem ex gravioribus Patribus Conventus Divæ Mariæ Angelorum, aut Provinciæ Seraphicæ (si unum, vel alterum excipias, qui plus æquo conjecturis indulgent, præsertim, cum de piis opinionibus agitur) agnovisse unquam veluti veram, & legitimam, assertionem de *quotidiana* Indulgentia Portiunculæ, præcipue post supra enunciatum Decretum 1691. si Indulgentiam Portiunculæ distinguas ab Indulgentia plenaria, quotidiana, & perpetua, quam concessit Innocentius XII. fel. record. prout reipsa sunt distinguendæ, cum illa libera sit ab hujus oneribus, quæ exigit Confessionem, Communionem, & Orationem pro hæresum extirpatione, Exaltatione Sanctæ Matris Ecclesiæ, & Christianorum Principum pace, ac concordia. Cœterum, ad tollendas controversias, ad sanandas Pusillorum scrupulosas conscientias, ad multa alia mala impedienda, & ad augendum splendorem, & existimationem illius Sanctuarii, esse locum supplicationi Sanctissimo, pro nova saltem talis *quotidianæ* Indulgentiæ Portiunculæ concessione.

Momenta autem hæc esse videbantur, quæ laudatis

Eminentissimis Patribus exposuerunt :

I. In historia, quæ circumfertur hujus Indulgentiæ, oarratur Seraphicum Patriarcham petiisse a Christo Domino plenariam omnium peccatorum remissionem pto iis, qui confessi, aue saltem corde contriti, Ecclesiam illam ingressi fuissent, idque Christum ei concessisse, dummodo a suo in tarris Vicario fuisset probatum. Non ergo D. Franciscus quæsivit dies, aue annos, sed indeterminata animas Deo: quod com demum Pontifex Honoriua ad unam duntaxat naturalem diem restrinxisset, non pruinde negatum est ejus Successoribus idipsum ad plures quoque dies extendere, iotuitu præsertim meritnrum Patris Pauperum. (a)

II. Vetustissimam essa, & ab immemorabili, consuetudinem Populorum pluries ingrediendi, & egrediendi ab Ecclesia Portiunculæ, ooo solnm in solemnitate Augusti, sed in singulia anni diabua, plenissime constat. Quod suadere vidatur inveteratam esse, & quodammodo iufixam omuium cordibus, opinionem de quotidiana Portiunculæ Indulgentia. Quod confirmat altera quoque ab immemorabili inducta consuetudo, adeundi, nimirum, Ecclasiam Portiunculæ in Commemorationa omnium Defunctorum, quo die Populi concursus æquat pene illum Augusti, & quidem non alia da caussa, quam ut Indulgentiam lucrentur pro Defunctis. Hinc nou desunt Testamenta sæculi decimi quinti, hoc est ante Bullam *Unionis* Leonis X. in quibus Testatorea illorum locorum imponunt hæredibus oous visitandi Portiunculam in dicta die, ad lucrandam Indulgentiam pro eorum animabus. Nota tamen rem hoc in loco, ut est, narrari: quidquid demum sit, num ista opinio gravi, vel levi innitaretur fundameoto, de quo in præseoti non disputatur.

III. Rationis momentum exhibere videntur Orthodoxorum Principum ad Innocentium XII. Epistolæ, hujusque Pontificis ad illos respousa, quæ loco suptacitato, nempe Par. I. pag 406. &c. ax integro retulimus. In illis Principes Pontificem precaneur, ut dignatur Ecclesiæ Portiunculæ coocedere Indulgentiam illam, quam anno 1691. tamquam noo legitime ptobatam, S. Officii Decreto fuerat declarata *ex hactenus deductis non constare*: in his vero, hoc est io Respousis, inquit Pontifex, se eorum Votis, & petitis memorata Constitutione benigna indulsisse. Qui ergo recenlitas omnes Epistolas legat, oon autem Breve Innocantianum de quotidiana, perpatua, & plenaria Ecclesiæ Divæ Mariæ Angelorum concessa Indulgantia, is profecto ne val ilum quidem dubitabit de extansa per Innocentium ad singulos anni dies Indulgentia Portiunculæ; & tamen dictum Breve legenti statim se offert oppositum. Quomodo igitur hæc inter se componantur? Doctiores, & prudentiores dicane id provido, sapientique consilio a Pontifica factum; at vero alii, & quidem majori in numero, inquiunt, talem revera fuisse Innocantii mentem, quæ tamen per executores satia expressa non fuit. Supplicandum itaque Sanctissimo pro talis Innocantianæ mentis declaratione, aut pro nova concessioue, quæ dictorum Principum, & Seraphicæ Religionis votia perfecte respondeat, ajabant.

Nec desont, addebane, congrueneiæ, quæ ad id faciendum Pontificem impellant. In Historia namque Indulgentiarum P. Amort occurrunt exempla de concessa a Romanis Puntificibus Indulgentia Portiunculæ variis Ecclesiis per totam octavam alicujus solemnitatis: quod factum intelligas ante Leonem X. & quando Indulgeotiæ concedebantur *ad instar*. Si hoc privilegium, dicebant, fuit olim concessum particularibus Ecclesiis per integrum octiduum; cur idem limitatum ad unicam dumtaxat diem perpetuo videbimus in Ecclesia Portiunculæ?

Porrò Summi Pontifices, intuitu meritorum Sancti Patris Nostri Francisci, dignati sunt Plenariam Indulgentiam pro die secunda Augusti axteoders ad omues Ecclesias primi Ordinis, deinda ad illas secundi, nempa Monialium, ac eandem ad eas quoque Tertii Ordinis Minorum. Quid mirum, si ob eamdem rationem Sedes Apostolica Ecclesiæ Portiunculæ, tantopere a Seraphico Patre dilectæ, concederet pro singulis anni diebus eam Indulgentiam, quam ad unicum diem restrinxisse fertur Honoriua?

Deinde, qui præsenter adfuit solemnitati Portiunculæ, is non nagabit certe, paucos admodum, ob ingentem Populi multitudinem, & temporis brevitatem, confiteri Sacerdoti peccata sua, ut par ast, & ut decet suscipientem tale Sacramentum: Quod sane oon contingeret, si ad id Fideles tempus opportunum haberent.

Denique, perspecta sunt omnibus scandala, & mala, quæ evenire solent, præsertim die prima Augusti, in qua, ob limitatam ad unicam diem Indulgentiam, fit tantus Populi concursus, ut oon semel plures, & plures interierint, nec hactenua inveota sint remedia, quibus tuto, ac certo ajusmodi malia occurratur.

Hæc est summa eorum, quæ supra citatis Patribus Purpuratis exposita fuerunt, & quibus locum esse supplicationi Sanctissimo videbatur. Additum quoque fuit, in Ordinis defensionem, pro iis, quæ in noa objecta fuerant coram S. R. C. liberculos, de quibus supra, editos oon fuisse de licentia Superiorum Ordinis; ac propterea, si quid iu illis deprehenderent, quod Apostolicis Decretis adversaretur, in Indice vetitorum librorum ponerentur, & autore detecto, pro crimioia gravitate, puniretur. Quod vero attestationes adtinet datas diebus præcedentibus Calandas Augusti, id verum quidem esse, sed aliter fieri non posse ajebant. Nec damnandos Fratres, quod multi advenæ discessissent ante solemnitatem Augusti, quasi per eoa obtenta Indulgentia Portiunculæ, vel quia aliqui ex eorum arbitrio abiissent, vel quia peractis, quæ in Brevi Innoceotiano decarnuotur, nulli dubium essa poterat per eos obteatam plenariam suorum peccatorum remissionem.

Erant insuper quæ opponebautur, & quibus proinde satisfiari oportebat. Ajabaot itaque, exinde posse deduci necessitatem abolendi solemnem Processionem, quæ fieri solet Calandis Augusti, & quam servandam Sedes Apostolica constaoter semper declaravit. Reponebant Processionem adhuc servari posse, non quidem ad designandum initium temporis pro Indulgentia consequenda, sed ad augendam solemnitatem, & ad mutuam inter Franciscanas Familias fovendam concordiam. Addebant PP. hac ratione occurri vulgari errori, qui omnium fere mentes occupavit, nimirum per Patres Conventualaa ad Portiunculam deferri Indulgentiam, & ax illis, qui acutiores videri volunt, inquiunt, oou deferri quidem per ipsos Indulgentiam, sed Bullam concessionis Indulgentiæ, in theca argentea adservatam, quam Sacer Minister Conventualis alba, & Stola indutus portat. Qui certe crassissimus error est, & impostura enormis, cuicumqua demum sit tanquam caussæ adscribenda,

(a) *Mereatur hoc in loco legi verba D. Bernardini Senensis, qui in Sermone de S. P. N. Francisco, T. 4. edit. Venetæ 1591. serm. 16. ita rem hanc describit*: Tunc Papa restrinxit dictam Indulgentiam, quæ erat QUOTIDIANA, ad primam diem Augusti.

benda, de quo tunc Observantes pronunciare non sudebant; sed tantum huic malo mederi enixe deprecabantur. (a)

Aliud erat, & quidem longe gravius, quod opponebatur impedimentum, ideft Ecclesiæ Romanæ disciplina, seu inducta,post Lutheri blasphemias,consuetudo de non concedendis Indulgentiis liberis, sed quibus sit onus Fidelibus injunctum Sacra se se reficiendi Synaxi, & preces ad Deum fundendi pro Sanctæ Matris Ecclesiæ indigentiis. Hanc consuetudinem, ajebant Patres Observantes, a Pontifice esse invectam, & a Pontifice posse quoque relaxari; hanc relaxationem non esse novam concessionem, quæ posset ab aliis in exemplum adduci, sed tantum extensionem ejusdem Indulti, quod per plura secula ante Lutherum in eadem Ecclesia viguerat, & adhuc subsistit pro die secunda Augusti.

His auditis, & lectis, ac sedulo perpensis, Eminentissimi Picus, & Passeri rem a Nobis non incongruam peti ingenue fassi sunt, nec frustra id sperari a Pontifice posse, qui,dum in minoribus versabatur,peramantissime jura Ordinis, tanquam Protector, tutatus erat; & ad Summi Pontificatus apicem evectus, eamdem sibi Ordinis Protectionem retinere clementissime fuerat dignatus. Ea ergo omnia fideliter Pontifici exponunt, suntque in voto a S. S. benigne precibus Ordinis esse annuendum, quæ statim, ut ea de re literæ Apostolicæ expedirentur, fertur, mandasse.

Hæc dum rescifcunt PP. Conventuales, Episcopus, & Cives Assisinates, clamant in Patres Observantes, quasi hi ruinam illorum, & exterminium moliti fuissent. Ad suos quisque eorum Patronos confugit, gratiam injustissimam, inquiunt, Observantes extorsisse per Reverendissimum Patrem Josephum Mariam ab Ebora in aula Pontificia præpotentem, ob negotia, quæ administrabat Regis Lusitaniæ; expostulant proinde ante dictarum literarum expeditionem audiri, ac simul pollicentur se ad oculum ostensuros mala, quæ sub tali Indulto comprehenduntur. Quid minus, quam audiri? Conceditur itaque, ut quæ habent in contrarium dicenda, illa adducant. Interea tamen Patres Conventuales ajunt, admissa prædicta gratia, futurum fore, ut templum, & Cœnobium Sancti Francisci Assisii claudantur, cum unam Portiunculam Fideles fint deinceps visitaturi. Idem Assisinates exaggerant, quibus non aliter eorum annona consului, ac divendi posse videtur, quam per Populi concursum ad eorum Patriam diebus præcedentibus solemnitatem Augusti. Utrumque falsum, si res fine ulla animi perturbatione consideretur: qui enim advenæ ad Portiunculam se conferunt, iidem Assisium quoque pergunt visitaturi Corpora Sancti Patris Nostri Francisci, & Sanctæ Matris Claræ, quæ in eorum respective Ecclesiis, ut pie creditur, asservantur. At vero Patres Observantes dum aliquod scriptum sibi refutandum expectant, Pontifex jam senio confectus, in lecto moriturus decumbit, & post diuturnos patientissime toleratos dolores, ad superos tandem, ut fas est putare, migrat.

Eodem tempore Patres Ordinis Vallisoletum se transferunt Comitia Generalia celebraturi, quibus absolutis, Romam novi Superiores veniunt, statum Causæ non plane edocti; novus etiam Pontifex Sanctissimus eligitur, quem Deus sospitem, atque incolumem nobis, & universæ Ecclesiæ conservet; ac denique Reverendissimus Eborensis, qui caussam egerat, Insulis Portucallensibus insignitus, Roma discedit sicque finis imponitur Caussæ, sed non recursibus, de quibus infra sub die 23. Septembris 1741. redibit sermo.

Chronol. Seraph.

A. R. P. Marcus Antonius Gravoix Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum instituitur.

CLEMENS PAPA XII.

Dilecto Filio Marco Antonio Gravoix Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Recollectorum nuncupatorum Professori.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut te specialibus favoribus, & gratiis prosequamur.

Cum itaque dilectus Filius Gildardus Duflos, Frater expresse professus, ac Procurator Generalis Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum, & Recollectorum nuncupatorum, ad Provinciam suam Sancti Andreæ in Belgio, nonnullorum Religionis suæ negotiorum causa, profectus, inde propter suam ingravescentem ætatem, aliasque corporis infirmitates, quibus obnoxius reperitur, Romam ad munus Procuratoris hujusmodi obeundum redire omnino, aut vix speraus, idem Procuratoris Generalis officium sponte in manibus nostris dimiserit & renunciaverit.

Nos, postquam dimissionem, & renunciationem hujusmodi admiseramus, ne propter dimissionem, & renunciationem prædictam Fratres prædicti, ob deficientem Procuratoris Generalis præfati in hac Alma Urbe nostra, aliquod detrimentum patiantur, de idoneo Procuratore Generali Ordinem hujusmodi providere volentes, audito prius etiam dilecto Filio nostro Trojano S. R. E. Presbytero Cardinale Acquaviva, Ordinis præfati apud Nos, & Sedem Apostolicam Com-Protectore, ac de tua Fide, prudentia, integritate, dexteritate, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus dilecti quoque Filii Petri Joannetii de Molina Fratrum præfatorum Vice-Procuratoris Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, te, qui sicut dictus Petrus Joannetius Vice-Procurator Generalis asserit, Frater expresse professus, ac Sacræ Theologiæ Lector, & Provinciæ Sancti Bernardini in Gallia Recollectorum hujusmodi ex-Custos, & actualis Secretarius Generalis Procuratoris Generalis existis, *in Procuratorem Generalem Ordinis,*

(a) *P. Marchesellius Conventualis in libro, cui titulus* Tesoro Sacro *pag. 82. hæc de laudata theca argentea habet*: Si adora la benedizione scritta per mano del Padre S. Francesco in Carta pergamena, e da lui ricavata dal libro de' Numeri al Cap. 6. che incomincia, *Benedicat tibi Dominus &c.* e di presente si porta ogn' anno da un Padre del Sagro Convento QUANDO PROCESSIONALMENTE SI VA' A PORTARE IL GRAN PERDONO ALLA CAPPELLA DELLA PORTIUNCOLA IL PRIMO D' AGOSTO.

nis, *& Fratrum præfatorum*, usque ad celebrationem proximi Capituli Generalis, cum omnibus, & singulis auctoritate, facultatibus, exemptionibus, privilegiis, præeminentiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, ac Procuratoribus Generalibus in Capitulo Generali electis competentibus, Apostolica auctoritate tenore præsentium *eligimus*, *& deputamus*.

Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrio nostro imponendis pœnis, omnibus, & singulis prædicti Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, cœterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut te ad demandatum per præsentes Procuratoris Generalis officium, juxta earumdem tenorem præsentium, recipiant, & admittant, tuque recognoscant, ac tibi in omnibus officium hujusmodi concernentibus respective, pareant, & obediant, faveantque, & assistant.

Ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die decima sexta Februarii 1739. Pontificatus nostri anno nono.

D. Cardinalis Passioneus.

Literæ Convocatoriæ ad Capitulum Generale Vallisoleti habendum anno 1740.

FR. JOANNES BERMEJO,

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordin. Fratrum Minorum Sancti Patris Nostri Francisci Minister Generalis, & Servus.

Universis in Christo Jesu Dilectissimis ejusdem Ordinis Fratribus, tam Superioribus, quam subditis, salutem, pacem, & Benedictionem a Domino sempiternam.

EXultandum Nobis, Fratres dilectissimi, quod tandem votis nostris fausta succedunt. Jam dudum Religio nostra suum, ut nostis, optaverat celebrare de more Generale Capitulum, idque de anno 1735. celebrandum opportune indixerat, laudandus proinde Reverendissimus P. F. Joannes de Soto Seraphici totius Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci Generalis Minister. Verum quemadmodum cogitantis David ædificare Domum Domini laudavit quidem Deus affectum, ob imminentis tamen per circuitum bella, prohibuit ædificium, prænuntians, quod filius ejus post ipsum in solio Regni sessurus, tuti sue cœlitus immissa pace ditioni, religiosum opus perficeret: ita non absimili, inscrutabili licet Dei judicio, evenisse putandum videtur, ut excitatis inter Christianos Principes bellorum motibus, Generalia Comitia, quæ Prædecessor Noster celebranda duxerat, superno motus instinctu Sanctissimus Dominus Noster Clemens Divina Providentia Papa XII. prorogari, ac differri mandaret; Indeque compositis optatissima pace dissidentium rebus, Nobis, qui præfato Prædecessori, ac Patri Nostro, cujus memoria in benedictione sit, in Generali totius Ordinis Ministeriatu, nullis tametsi nostris suffragantibus meritis, successimus, convocanda, ac, Deo favente, etiam celebranda contingerent.

Contigit plane desideria Nostra differri, dilata crescere, crescentia vero postmodum cum exultatione capere, quod impleantur, cum Sanctissimus Pontifex, idemque Clementissimus Ordinis Nostri Protector, quem Deus, ad totius Christianæ Reipublicæ, & Ordinis Nostri bonum, incolumem diutissime servet, Capitulum Generale, quod salutari providentiæ consilio ad suum, Sanctæque Sedis Apostolicæ beneplacitum differri præceperat, transmissis deinde Nobis literis Emiuentissimi, ac Reverendissimi Domini Cardinalis Firrao Sanctitati Suæ status a secretis, Pontificiæ voluntatis placitum, & oraculum, itidemque eximium in Nos, atque Ordinem Nostrum paternæ suæ solicitudinis, ac benevolentiæ argumentum de die 5. Aprilis anni præteriti 1737. exhibentibus, vobis quamprimum denuntiari, atque opportuno tempore celebrari posse, benigne concessit, atque mandavit. Superatis postremo, longe serius optaveramus, quibusdam ulterioris dilationis occursibus, Generale Capitulum totius Nostri Seraphici Ordinis in Vigilia Pentecostes anni venturi, scilicet millesimi septingentesimi quadragesimi, die vero quarta Junii in Conventu Sancti Patris Nostri Francisci Civitatis Vallisoleti, Almæ Nostræ Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Regni Castellæ, celebrandum, tenore præsentium indicimus, & convocamus, indictumque, & convocatum vobis omnibus, & singulis promulgamus, significamus, & denuntiamus. Quapropter præsentium literarum vigore citamus, & vocamus omnes, & singulos de jure, aut consuetudine convocandos, videlicet Reverendissimos Patres Vice-Commissarios Generales Ultramontanæ Familiæ; Reverendissimos Patres ex-Commissarios Generales; RR. Admodum PP. Procuratorem Generalem Ordinis; Commissarium Generalem Romanæ Curiæ; Procuratores Generales tam Reformatorum, quam Recollectorum, & Discalceatorum; ac Definitores Generales utriusque Familiæ; Nostros Secretarios Generales Ordinis; singulos Ministros Provinciales, & Custodes omnium Provinciarum, ac ab eis independentium Custodiarum, tam primi, quam Tertii Pœnitentium Ordinis, ex utraque Familia, Nobis subjectarum; Sacri Montis Sion Guardianum, atque Terræ Sanctæ Custodem; Magni Conventus Nostri Parisiensis Guardianum, ac cœteros demum omnes, & singulos in Generalibus Ordinis nostri Comitiis suffragandi jus habentes; præcipientes eorum cuilibet cum sanctæ obedientiæ merito, & sub pœnis in nostris Constitutionibus expressis, quatenus ad ipsum Generale Capitulum (nisi vera, ac legitima, fide, dignisque testimoniis comprobata, & a Generali Definitorio mox iterum approbanda caussa,

præ-

præpediantur) opportuno tempore proficisci contendant, & die (ad minus) ultima mensis Maii ejusdem anni, ad Conventum Capitularem personaliter compareant (exceptis Reverendiss. Patr. Definitorii Generalis, qui una cum Sociis ingredientur, quando ipsis bene visum erit) Ut autem confusioni, quæ ex Fratrum multitudine oriri posset, occurramus, statutis Generalibus adhærentes, sub pœna privationis suffragii præcipimus, ut Minister, seu Pro-Minister, & Custos uniuscujusque Provinciæ simul ad Capitulum Generale iter faciant, cum uno tantum Socio Religioso pro utroque, unoque Tertiario, seu Donato, qui Sindici Apostolici substitutus sit, ad necessarias expensas in itinere faciendas. Supradictosque omnes hortamur in Domino, ac pro Nostri muneris debito monemus, ut in itinere, euntes, & redeuntes sic graviter, modeste, religiose, ac decenter incedant, & exemplariter se habeant, veluti Religiosos pauperes, Sanctissimique Patris Nostri sectatores decet, & Institutum Evangelicum, quod facile profitentur, vel maxime postulat. Præter prædictos, & illos, quibus a Nobis fuerit concessa specialis licentia, nemo ad præfata Comitia pergere audeat, sub pœna Apostasiæ eo ipso incurrenda, quam etiam intimamus Vocalibus ipsis, qui curiositatis, aut negotiorum causa, viam rectam pro Capitulari præscripto Conventu notabiliter derelinquent. Nihil in Provinciis, juxta Ordinis statuta, prorsus innovetur, donec ad proprias Ministri, & Custodes reversi fuerint; si secus fiat, id nullius valoris, aut momenti ab omnibus habeatur. Provinciarum Custodes, ut sui muneris debito respondeant, juxta antiquam Patrum Nostrorum laudabilem consuetudinem, nec non Ordinis Nostri Constitutiones, Conventuum, tam Fratrum, quam Monialium nomina, eorumdem viventium, & a postremo Generali Capitulo Defunctorum numerum, præcipue qui specialia exemplaritatis nota, vitam cum signo sanctitatis clauserunt, nomina, & qualitates Fratrum inter infideles, vel ad servitium Terræ Sanctæ actu degentium; operum, quæ vel nuper impressa fuere, vel Typis committenda parantur; notabilium quorumcumque laudabili memoria dignorum, quæ a præterito Capitulo Generali in propria uniuscujusque Provincia, post exactam adhibitam diligentiam, accidisse compertum fuerit; ac tandem cœterorum omnium, quæ de jure, aut consuetudine ad Capitula Generalia deferri solent, fidele testimonium, authenticamque fidem secum habere meminerint. Similiter, sub pœna privationis officii, omnibus Commissariis Terræ Sanctæ injungimus, ut computus eleemosynarum ad eam pertinentium, & fidelis illarum administrationis documenta, ad statutorum præscriptum, per eosdem Patres Custodes respective transmittant. Demum his nostris literis receptis, ac solemniter in singulis Provinciarum Conventibus promulgatis, sicuti fieri mandamus, preces sine intermissione ad D. O. M. fiant pro felici Capituli successu, ut misericors, & miserator Dominus talem Nostræ Seraphicæ Religioni provideat Prælatum, qui eam verbo, & exemplo recte gubernet, regatque, & prosperum omnium agendorum eventum concedere dignetur. Quapropter a Paschate Resurrectionis Domini ejusdem anni, usque ad diem electionis, qualibet quinta feria solemni festo non impedita, in singulis Conventibus Missa de Spiritu Sancto decantetur, & a cunctis Sacerdotibus in Missa privatis de eodem Collecta dicatur. In Choro autem post Matutinas, & Vesperinas horas, ac Missam Conventualem, quotidie dicatur Hymnus *Veni Creator Spiritus*, cum Antiphonis, & Orationibus de Spiritu Sancto, de Immaculata Virginis Conceptione, & de Beatissimo Patre Nostro Francisco. Ab Ascensione insuper Domini solemnes Processiones per Ecclesias, & Claustra, Litanias Sanctorum decantando, fiant. In ipsa autem Vigilia Pentecostes, omnes peccata sua confiteantur, quos Patres Confessarii, nostra plenaria auctoritate, possint absolvere, nedum a casibus, verum etiam a censuris Nobis reservatis. Sacerdotes celebrent, alii Sacramentum Eucharistiæ valde mane recipiant, in quo pariter Sacrum de Spiritu Sancto, & Processio, ut supra, fiant. Omnesque ad Dominum fervorose recurrant, ipsum deprecantes, ut quæ agenda sunt, ad sui laudem, & honorem, Nostræ Religionis incrementum, ad animarum salutem, totiusque Ecclesiæ Sanctæ utilitatem, præveniendo aspiret, & adjuvando prosequatur.

Datum in hoc Nostro Regali Sancti Francisci Curiæ Matritensis Conventu die 21. Februarii 1739.

F. Joannes Bermejus Minister Generalis.

De mandato P. S. Rñæ
F. Bonagratia ab Alexandria
Secret. Generalis Ordinis.

Quoniam vero in ejusmodi Literis expressa facta non fuerat mentio Reverendissimorum PP. Josephi Mariæ ab Ebora, & Cosimi a Monte Miniajo, ideo, habito recursu ad Pontificem, prodiit sequens

DECRETUM

„ Ex audientia Sanctissimi die 11. Aprilis 1739.
„ Sanctissimus mandavit publicari literas Cita-
„ toriales pro convocatione Capituli Generalis Mi-
„ norum Sancti Francisci per Patrem Generalem
„ Ordinis expeditas sub die 21. Mensis Februarii
„ præsentis anni; ita tamen, quod eædem nullum
„ præjudicium inferant, neque inferre valeant ad
„ quoscumque effectus Patri Josepho ab Ebora Ex-
„ Ministro Generali, ac Patri Cosimo a Monte Mi-
„ gnano ex-Vice-Commissario Generali: præsensque
„ Sanctitatis Suæ Oraculum per Patres Vice-Com-
„ missarios Generales in suis literis Citatorialibus pu-
„ blicandum esse jussit.

M. Cardinalis Passeri Pro-Auditor.

EPISTOLA ENCYCLICA

A. R. P. Commissarii Generalis Curiæ ad omnes Observantes Provincias Cismontanas, quibus significatur præceptum Sacr. Congregat. super Disciplina Regularium, de omnino exponendo Laicis Cathechismo in singulis Conventibus.

Con replicato biglietto, uno in data de' 20. e l'altro in data de' 26. dello scorso Mese di Febbrajo, mi comanda premurosamente la Sagra Congregazione sopra la Disciplina Regolare, che in corrispondenza del Decreto emanato nell'anno 1709. Io faccia sentire, ed ordini da sua parte alle Provincie, che assolutamente in ogni Convento, ed in giorno di Domenica si spieghi il Catechismo a Religiosi Laici, avendo su di ciò la medesima Sagra Congregazione delle notizie, che l'hanno obbligata a dar quest' ordine. Pertanto, n' avvan-

zo a V. P. M. R. le dovute premure, affinche resti ubbidita la Sagra Congregazione, ed adempiuto con cio al dovere, che ci assista. Si contenti tenermi avvisata della esecuzione, e deputazione di un Sacerdote per ogni Convento a tal' effetto, dovendosi portarna prontamente i riscontri alla detta Sagra Congregazione. E mi raffermo.

D. V. P. M. R.

F. Gaetano di Laurino
Commiss. Gener. di Curia.

Extat Avenione in Ecclesia Fratrum Minorum Recollectorum erecta Congregatio Sororum Tertii Ordinis sub eorumdem Fratrum directione. Cum quatuor ex illis fuerint jussia de Causis per Patrem Provincialem a Congregatione expulsæ, favente eis Archiepiscopo, aliam Congregationem Tertii Ordinis fundare tentarunt in Ecclesia Monialium Sanctæ Claræ ejusdem Civitatis, eamdemque Archiepiscopo probante, percipere quædam Legata præsumpserunt relicta olim Sororibus Tertii Ordinis. Quare delata Caussa ad Sac. Congregat. Episcop. & Regular. hæc demum ita decrevit.

„ Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, referente Eminentissimo Sancti Clementis Ponente, audita Vice-Legato, & Archiepiscopo Avenionen. ac re undique mature perpensa, decrevit, & declaravit competere privative Sororibus Tertii Ordinis institutis apud Fratres Minores Recollectos jus percipiendi legata ipsa relicta, & abolendam novam Congregationem ejusdem Tertii Ordinis in Ecclesia Sanctæ Claræ nuper erectam. Romæ 12. Junii 1739.

J. Card. Firrao.

Loco ✠ Sigilli.

C. Archiepisc. Damiet. Secret.

Indulgentia Plenaria Perpetua in Festo BB. Martyrum Japponensium.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Injunctæ Nobis divinitus Apostolicæ servitutis ratio postulat, ut cœlestium munerum thesauros dispensationi nostræ a Domino creditos erogemus, cum ad augendam in Terris Sanctorum in Cœlis cum Christo regnantium venerationem, excitandamque, & confovendam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum salutem, speramus in Domino profuturum. Supplicationibus itaque dilecti Filii Michaelis Angeli a Gallipoli, Procuratoris Generalis Cismontanæ Familiæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de omnipotentia Dei misericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi: omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum, & Monialium dicti Ordinis tam hactenus erectis, quam imposterum erigendis, die quinta mensis Februarii, in qua recolitur memoria Martyrii Sanctorum viginti trium Martyrum Japponensium ejusdem Ordinis, nempe Petri Baptistæ, & Sociorum, a primis Vesperis, usque ad occasum solis diei, singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam; Monialibus vero supradicti Ordinis, ac aliis in earum quolibet Monasterio nunc, & pro tempore degentibus, vere pariter pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, quæ suam respective Ecclesiam in die prædicto visitaverint, & ut præfertur, oraverint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si foret exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Julii 1739. Pontificatus nostri anno nono.

D. Cardinalis Passioneus.

Revocatur Breve Apostolicum, quo Pater Elzearius Delom, Recollectus Gallus instituebatur Diffinitor Generalis.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Superiorum, & Fratrum Provinciarum Galliæ Ordinis Minorum Sancti Francisci Recollectorum nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod cum alias dilectus etiam filius Elzearius Delom, Frater expressè professus Provinciæ Sanctissimi Sacramenti supradicti Ordinis, supplices preces Nobis porrexisset, in quibus exponebat se Ex-Definitorem existere, & alias Sacræ Theologiæ Lecturam, & pluries Guardiani primi Conventus dictæ Provinciæ officium exercuisse, necnon in Capitulo Generali dicti Ordinis tunc temporis Mediolani celebrato tamquam Pro-Ministrum Provincialem interfuisse, ac tunc in humanis agenti Joanni de Soto Ministro Generali dicti Ordinis, ac tunc existenti Commissario Generali pro Familia Ultramontana, supplicem libellum exhibuisse, per quem demonstrabatur jus Provinciis præfatæ competens ad petendum, & consequendum in eodem Capitulo Generali Definitoriatum Generalem dictis Fratribus Recollectis Galliæ concessum, necnon præfatum Joannem Ministrum Generalem, non solum supplicem libellum præfatum approbasse, verum etiam validissimis, quibus constabat rationibus, devictum, expresse insuper promisisse se omnes vires, ac studium adhibiturum fore in eum finem, quem æquum, & consentaneum juribus dicti Ordinis agnoscebat, prout reipsa præstitit, quamvis aliter evenisset. Cupiebat propterea dictus Elzearius, in præmium Religiosorum laborum suorum, quod, ut præmittitur, non obtinuerat, nempe Definitoriatum Generalem pro Recollectis Nationis Gallicæ, per Nos sibi concederetur. Nos supplicationibus ejusdem Elzea-

Elzearii nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eumdem Elzearium pro Recollectis Nationis Gallicæ Definitorem Generalem, pro sexennio immediate sequenti, cum voto in Capitulo Generali proxime celebrando, ac aliis omnibus, & singulis facultatibus, præeminentiis, prærogativis, auctoritate, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, auctoritate Apostolica constituerimus, & deputaverimus, & alias, prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 25. Februarii 1734. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Et in eadem expositione subjuncto, quod vix notitia dictarum literarum, & expositionis in illis factæ, ad Exponentes præfatos allata, omnes mirati fuerint præfatum Elzearium talem, ac tantam falsitatem representare potuisse; siquidem annis 1664. & 1670. Provincia Sanctissimi Sacramenti hujusmodi duos successive habuerat in Ordine Definitores Generales, & ab illo tempore usque ad Capitulum Generale prædictum, ex aliis novem ejusdem Ordinis Provinciis, quæ in Gallia reperiuntur, una quidem Provincia duos, quinque vero Provinciæ unum tantum, tres denique aliæ Provinciæ nullum adhuc omnino Definitorem Generalem habuerant: unde licet adhuc decem Capitula Generalia celebrarentur, in quibus Definitoratus Generalis Recollectorum hujusmodi bis daretur eis Provinciis, quæ illum nondum habuerant, & semel aliis, quæ unica vice illum consecutæ fuerunt, memorata Provincia Sanctissimi Sacramenti nullum justæ querelæ motivum haberet; ac propterea ipsi Exponentes, cum literæ prædictæ executioni, ob Capituli Generalis ejusdem Ordinis dilationem, nondum demandatæ fuissent, plurimum desiderabant, ut literæ ipsæ, utpote super falsis expositis concessæ, & omnibus Provinciis prædictis, imo, & universo Ordini hujusmodi præjudiciales, revocarentur: eadem Congregatio Cardinalium ea super re edidit Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

„ Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplicem libellum remisit, cum facultatibus necessariis, & opportunis, referente Eminentissimo Gotti Ponente, attentis relationibus Eminentissimi Aquaviva præfati Ordinis apud Sanctam Sedem Protectoris, & Patris Procuratoris Generalis, prævia quoque significatione facta, de mandato ipsius Sacræ Congregationis, Patri Elzeario Delora per R. P. D. Lercari, ut deduceret jura sua, ac re undique mature perpensa, censuit rescribendum, prout rescripsit. *Consulendum Sanctissimo pro revocatione Brevis*. Romæ 3. Julii 1739. Et ex audientia Sanctissimi habita per infrascriptum D. Secretarium sub die 17. ejusdem Mensis Julii, Sanctitas Sua benignè annuit pro revocatione enunciati Brevis. Romæ &c...

I. Cardinalis Firrao.

C. Archiepiscop. Damiatæ Secret.

Loco ✠ Sigilli.

Cum autem, sicut dicti Exponentes Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent; Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum cum omnibus, & singulis in eo contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac constitutionem, & deputationem dicti Elzearii in Definitorem Generalem pro Recollectis Nationis Gallicæ a Nobis, ut præfertur, factas, expeditasque desuper memoratas nostras literas prædictas, cum omnibus, & singulis in eis pariter contentis, auctoritate, & tenore præfatis revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuamus.

Decernentes pariter easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ac nostros, & Sedis Apostolicæ Nuncios, aliosque quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus Apostolicis; ac, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 7. Augusti 1739. Pontificatus nostri anno Decimo.

D. Cardinalis Passioneus.

Beatus Joannes de Dukla confirmatur Com-Protector totius Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lithuaniæ, cum Officio, Missa, & Octava.

DECRETUM.

Non minus piis Serenissimi Augusti III. Regis Poloniæ, magnique Ducatus Lithuaniæ Regis precibus, quam enixis Eminentissimi Episcopi Cracoviensis, Reverendissimi Archiepiscopi Leopoliensis, Episcopi Culmensis, nec non eorumdem Capitulorum Cathedralium, omniumque Populorum totius præfati Regni, ac denique univer-

universæ Seraphicæ Religionis instantiis, Sanctissimo Domino nostro Clementi Papæ XII. super confirmatione electionis Beati Joannis de Dukla Ordinis Minorum Observantium Sancti Francisci in Compatronum principalem totius Regni Poloniæ, & magni Ducatus Lithuaniæ, in illius consilio generali factæ, & super concessione Officii, & Missæ sub ritu duplici primæ Classis cum Octava, ac etiam translatione diei Festi ejusdem Beati ad Dominicam nonam post Pentecostem, vel ad aliam Dominicam, suppliciter porrectis, aliisque s Sanctitate sua ad Sac. Rituum Congregationem remissis; Sacra eadem Congregatio, referente Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali Pico, audito quoque R. P. D. Ludovico de Valentibus Fidei Promotore: rescribendum censuit, prævia Sanatione quorumcumque defectuum, & signanter defectus Electionis per vota secreta, pro confirmatione electionis dicti Beati Joannis de Dukla in Principalem Compatronum totius Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lithuaniæ: nec non indulsit, ut totus Clerus Sæcularis, & Regularis ejusdem Regni, & magni Ducatus, illius Festum quotannis 19. Julii de præcepto celebret, & Missam, ac officium recitet sub ritu duplici primæ Classis cum Octava, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit. Die 5. Septembris 1739.

Factaque deinde per me Secretarium de prædicta eidem Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas sua benigne annuit. Die 11. ejusdem Mensis, & Anni 1739.

C. Cardinalis de Marinis Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

T. Patriarcha Hierosolym. Secret.

Confirmatur Breve Urbani VIII. circa Provinciam Sancti Antonii Discalceatorum in Lusitania, & extenditur ad Provinciam Sancti Antonii in Brasilia eorumdem Fratrum.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecit Dilectus Filius Emmanuel à Resurrectione, Frater expresse professus, nec non Minister Provincialis Provinciæ Sancti Antonii in Brasilia Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, quod alias, ut nonnulli abusus, qui in Provinciam Lusitaniæ Sancti Antonii ejusdem Ordinis, ex qua primodicta Provincia dismembrata fuit, irrepserant, tollerentur, emanarunt a felic. record. URBANO Papa VIII. Prædecessore nostro quædam literæ in simili forma Brevis expeditæ tenoris sequentis, videlicet:

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Berardus de Martyribus Minister Provincialis Provinciæ Sancti Antonii Ordinis Minorum Sancti Francisci Reformatorum nuncupatorum Regni Portugalliæ, quod per multi dictæ Provinciæ Fratres Reformati hujusmodi ad illius Prælatos Superiores recursum habent, ut ab eis licentias sese ad studendum extra dictam Provinciam conferendi obtineant, non sine gravi aliorum Fratrum Reformatorum ejusdem Provinciæ, in qua sunt studia, detrimento, & perturbatione. Quoniam vero, sicut eadem expositio subjungebat, ignari licentias hujusmodi procurant, quo licentius, & liberius vivant, & cum maximo Ordinis eorumdem Fratrum Reformatorum dedecore postmodum in eodem habitu incedunt: Nobis propterea idem Berardus Minister Provincialis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune, ut infra, providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eumdem Berardum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis &c. hujusmodi supplicationibus inclinati, quod de cætero nullus dictæ Provinciæ Frater Reformatus hujusmodi extra eamdem Provinciam studendi causa, absque pro tempore existentis dictæ Provinciæ Ministri Provincialis licentia, & consensu, se se conferre ullatenus possit, sub excommunicationis pœna eo ipso incurrenda, Apostolica auctoritate tenore præsentium interdicimus, & prohibemus. Volentes, & expresse mandantes, ut in eventum, in quem aliquis Frater Reformatus hujusmodi literas Apostolicas ad hunc effectum obtinuerit, & habeat, ille eidem Provinciæ, in qua studebit, incorporetur, & habitum præfatæ dumtaxat, non autem illius, in qua prius erat, Provinciæ, gestari solitum deferat, dictæque prioris Provinciæ, è qua exivit, habitum præteritum reassumere, & in ea amplius recipi nequeat. Ac decernentes præsentes literas &c. validas &c. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis &c. Quibus omnibus, & singulis &c. cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 20. Decembris anno 1641. Pontificatus anno vigesimo.

M. A. Maraldus.

Quoniam autem dicti abusus de præsenti in primo dicta Provincia vigent, & nonnulla inconvenientia, & incommoda experiuntur, ipse Emmanuel Minister Provincialis easdem literas, ad favorem dictæ Provinciæ Lusitaniæ a præfato Urbano Prædecessore editas, ad suam Provinciam per Nos extendi plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Emmanuelem Ministrum Provincialem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes &c. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, ad quos supplicem libellum nobis porrectum remisimus, consilio, præinsertas ejusdem Urbani Prædecessoris literas, ad favorem Provinciæ Lusitaniæ ejusdem Ordinis, ut præfertur, editas, ac in illis disposita, auctoritate Apostolica tenore præsentium ad eamdem Provinciam Sancti Antonii in Brasilia extendimus pariter, & ampliamus: decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere &c. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores &c. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Provinciæ, & Ordinis &c. quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter &c. cœterisque contrariis quibuscumque.

Ve-

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alijus Notarii publici subscriptis &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 30. Septembris 1739 Ponticatus nostri anno decimo.

D. Card. Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

Illustrissimus ac Reverendissimus P. Garcia declaratur Præses Capituli Generalis Vallisoletani.

CLEMENS PAPA XII.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Generalium Comitiorum celebratio, quæ juxta præscripta cuilibet Religioso Ordini statuta, post aliquod annorum spatium habari debet, quantum Regulari observantiæ conferat utilitatem, non est cur pluribus explicemus. Quamobrem inter gravissimas Sacrosancti Apostolatus solicitudines, per Nobis molestum accidit, quod cum Capitulum Generale totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci tam de Observantia, quam Reformatorum, Excalceatorum, Recollectorum, aliove quocumque nomine nuncupatorum, cujus protectionem, ac tutelam Nobis, dum Cardinalatus honore fungebamur, demandatàm, in hac etiam suprema Apostolicæ Cathedræ procuratione, pro Paterna, qua inclytum Ordinem hujusmodi semper prosecuti sumus, & prosequimur, charitate, retinere voluimus, in Vigilia Pentecostes anni 1735. convocandum, celebrandumque esset, propter nonnullas calamitates, & difficultates, justasque causas convocari, ac celebrari non posset, illud prorogare, ac differre debuimus, prout per alias Nostras in simili forma Brevis die 25. Septembris 1734. desuper expeditas literas, ad Nostrum, & Apostolicæ Sedis beneplacitum prorogavimus, ac distulimus. Etsi autem ablatis, superatisque omnibus impedimentis, Capitulum Generale hujusmodi, per alias itidem Nostras in simili pariter forma Brevis die 8. Aprilis 1737. datas in Vigilia quoque Pentecostes anni 1738. proxime elapsi, convocandum, celebrandumque indiximus, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac in virtute Sanctæ Obedientiæ, omnibus, & singulis, ad quos spectat, injungimus, & mandamus ut nullo pacto amplius prorogetur, ac differatur. Ut autem, quæ ad rectum prædicti Ordinis regimen, decus, & utilitatem pertinent, conjunctis omnium, quorum interesset, studiis in Capitulo Generali hujusmodi in Civitate Vallisoletana celebrando, ut præmittitur, cognosci possint, ipsumque Capitulum Generale recte, & feliciter ad Dei gloriam celebretur; te, qui alias Ministri Generalis ejusdem Ordinis munere laudabiliter functus fuisti, de cujus prudentia, integritate, & Religionis Zelo plurimum in Domino confidimus, in præfato Capitulo Generali, Nostro, & Apostolicæ Sedis præfatæ nomine, Præsidentem cum authoritate, facultatibus, jurisdictione, honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, authoritate Apostolica tenore præsentium facimus, constituimus, & deputamus; Teque in Domino hortamur, & monemus, ut Capitulum Generale prædictum fideliter regere, ac in illo omnia, quæ ad prosperum Fratrum dicti Ordinis regimen, & gubernium pertinent, juxta Constitutiones dicti Ordinis a Sede præfata confirmatas, decerni, statui, & ordinari cures, & facias. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ dilectis filiis ejusdem Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, ac præsertim Vocalibus in dicto Capitulo Generali congregatis, aliisque, ad quos pertinet, ut te in ejusdem Capituli Nostro, & Sedis præfatæ nomine Præsidentem reverenter suscipiant, tibique in omnibus ad Præsidentis hujusmodi Officium pertinentibus pareant, & obediant, faveantque, & assistant, tuaque salubria monita, & mandata humiliter suscipiant, & efficaciter adimplere procurent.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 24. Novembris 1737. Pontificatus Nostri anno decimo.

D. Card. Passioneus.

ROMANA

Juris assistendi in Cappella Pontificia.

„ Cum de anno 1658. a Curia discessisset Procu-
„ rator Generalis Ordinis Sancti Francisci de
„ Observantia Hispanias petiturus, ut inibi in Ca-
„ pitulo Generali suæ administrationis redderet ra-
„ tionem, eidemque mox uti Procurator Ordinis ad
„ futuram usque novi Procuratoris deputationem in-
„ teresse, & vocem in electione Generalis Ministri
„ Ordinis tradere posset, ab Eminentissimo Domino
„ Cardinali Protectore per literas ejus Patentes ad
„ negocia in Curia Romana gerenda deputatus fuit
„ Procurator Generalis Pater Frater Joannes Eslne-
„ nan de Hibernia. Orta fuit igitur controversia in-
„ ter ipsum, & Procuratorem Generalem Ordinis
„ Minorum Conventualium, unoquoque eorum cen-
„ sente in Pontificiis functionibus, privative quoad
„ alium, sibi locum competere. Et manutento per
„ Cœremoniarum Magistros in Cappella Procuratore
„ Generali Ordinis Minorum Conventualium, super
„ quo nulla dari poterat ratio dubitandi, an esset
„ verus, & primarius Procurator Generalis Ordinis,
„ Sacra Rituum Congregatio, utriusque rationibus audi-
„ tis, sub die 16. Martii Anno 1658. rescripsit. -- Ma-
„ nutenendum esse Procuratorem Conventualem in
„ quasi possessione accedendi ad Cappellam, in eaque
„ functionibus Pontificiis interveniendi, ex quo præ-
„ fatus Procurator Minorum non fuerit primarius
„ Procurator Ordinis, qualis erat Procurator ab Ur-
„ be profectus. Et ita Cœremoniarum Magistris exe-
„ qui mandavit -- Nuper vero occasione discessus
„ ab Urbe Patris Bernardi Monterde Procuratoris
„ Generalis Minorum de Observantia, cum orta fue-
„ rit iterum controversia inter Patrem Magistrum

Joannem Baptistam Minucci Procuratorem Generalem Ordinis Minorum Conventualium, & Patrem Joannem Velasco Ordinis Minorum de Observantia Procuratorem Generalem deputatum ex Ordine Sanctissimi, mediante speciali Epistolio Secretariæ status, super jure Assistendi in Cappella Pontificis, eaque de Mandato ejusdem Sanctissimi ad Sacram Rituum Congregationem delata. Sacra eadem Congregatio, utraque parte in scriptis, & in voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, matureque perpensis, ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Gotti Ponentis, rescribendum censuit - Servetur omnino supradictum Decretum diei 26. Martii 1658., & amplius; Et ita &c. die 23. Januarii 1740.

F. Jo. Antonius Cardinalis Guadagni Pro-Præfectus.

T. Patriarch. Hierosolym. Secret.

MAJORICEN.

CUm de Mense Novembris Anni 1738. PP. Ordinis Prædicatorum Conventus Sancti Dominici Civitatis Palmæ Regni Majoricæ prælo dedissent quasdam Conclusiones publice defendendas, ac Beatæ Luciæ de Narnia Moniali ejusdem Ordinis dicatas, cum impressione in Frontespitio ejus Imaginis stigmatizatæ, idest cum quinque stigmatibus cruentis, patentibus, & visibilibus in manibus, pedibus, & latere, quæve in dedicatoria narrabantur fuisse a dicta Beata coram Imagine Christi Domini Crucifixi orante, & acerbissimam illius Passionem meditante, divinitus habita; insurrexerunt PP. Ordinis Minorum de Observantia Sancti Francisci ejusdem Civitatis, & Regni, qui prætendentes vetitum esse, signanter a nonnullis assertis Bullis Sixti Papæ IV. depingi, & imprimi facere Imagines aliorum Sanctorum, & Sanctarum, Beatorum, & Beatarum, excepta figura Sancti Francisci de Assisio, cum stigmatibus, absque licentia, & approbatione Sedis Apostolicæ, institerunt coram Reverendissimo Episcopo Majoricen. pro suspensione dictarum Conclusionum, & Imaginis Beatæ Luciæ, ejusmodique instantiæ annuens præfatus Episcopus, die 15. Novembris dicti anni 1738. edidit Decretum suspensivum earumdem Conclusionum, & Imaginum, sub pœna excommunicationis comminatæ in annunciatis assertis Bullis Sixti IV. quousque aliter decideretur per Judices competentes. Interposita appellatione ad Sanctam Sedem per Patres Dominicanos a præfato Decreto, Causaque delata ad Sacrorum Rituum Congregationem, propositum in ea fuit per Eminentissimum, & Reverendissimum Dominum Cardinalem Bellugam, in Ponentem electum de consensu Partium, infrascriptum dubium coram eodem prius in contradictorio judicio concordatum, scilicet:

„ *An licitum fuerit depingere, & imprimere Imagines Beatæ Luciæ de Narnia Monialis Ordinis Sancti Dominici cum stigmatibus cruentis, patentibus, & visibilibus in manibus, pedibus, & latere, easque publice in Ecclesiis, aliisque locis expositas retinere in casu, & ad effectum, de quo agitur?* eoque plene discusso, & examinato, sua jura deducentibus in scriptis, & in voce, tum a PP. Dominicanis, tum PP. Minoribus Observantibus Sancti Francisci; Sacra eadem Congregatio unanimi EE. PP. voto rescribendum esse censuit: *Affirmative*. Hac die 23. Januarii 1740.

Loco ✠ Sigilli.

T. Patriarcha Hierosolymitanus Secr.

Hæ duæ sententiæ, quæ prodiere uno, eodemque die, non sine gravi Seraphici decoris detrimento, cautiores reddere debent Officiales Generales Curiæ, ne permittant ejusmodi caussas introduci, de quibus jure, ac merito dubitari potest decisio contraria. Potissima namque ratio, quæ pro prima nobis favere videbatur, erat Decretum Capituli Generalis Mediolanensis, in cujus tamen Actis Typis traditis non extat, quo statuebatur, ut Roma discedente Procuratore Generali Ordinis occasione Comitiorum Generalium, statim ille officio suo functus censeretur, Comitiis suffragaretur tanquam Ex Procurator Generalis immediatus, ejusque loco alius substitueretur, cui omnes honores, & præeminentiæ competerent, quæ ejusmodi Procuratoribus Generalibus convenire solent. Hoc Decretum velati collusivum mox antea S. R. C. memoratæ decisionis ab eadem S. R. C. fuit reprobatum, præsertim cum in Actis laudati Capituli Generalis Mediolanensis occurrat nomen P. Joseph Mariæ ab Ebora, qui inter Suffragatores se inscribit titulo *Procuratoris Generalis Ordinis*, & non *Ex-Procuratoris Generalis immediati*.

Pro altera Caussa afferebantur Sixti IV. relatæ in Decreto Constitutiones, quibus in parte, hoc est respectu Sanctæ Catharinæ Senensis, derogaverat jampridem Sanctus Pius V. Nec lex Sixtina futura quoque tempora afficere poterat, quasi in his Christus Dominus non posset eamdem Sacrorum Stigmatum gratiam aliis etiam Dei Famulis impartiri, quam olim Seraphico P. N. S. Francisco concedere dignatus fuerat. Illud porro sciendum, quod iisdem armis nos oppugnarunt, quibus ad asserenda Sanctissimi Patriarchæ nostri stigmata quondam usi fuimus. Hæc adnotare volui pro instructione in casibus similibus.

CAPITULUM GENERALE
OCTUAGESIMUM SECUNDUM.

In Dei Nomine Amen.

Hæc est Tabula Celeberrimi Capituli Generalis totius Ord. Fratrum Minorum, celebrati in Conventu S. Francisci Civitatis Vallis-Oletanæ in Vigilia Pentecostes Anno 1740. die iv. Junii.

Præsidente Illmo ac Rmo D. F. Josepho Garcia Episcopo Seguntino, ac olim totius Ordinis Ministro Generali, specialiter deputato a S. M. Clemente XII. in quo servatis omnibus, quæ de jure servanda erant, summo Patrum Vocalium plausu, atque consensu, in Ministrum Generalem totius Ordinis electus fuit

Reverendissimus Pater Fr. Cajetanus a Laurino Provinciæ Principatus Pater, Lector Jubilatus, & immediatus Romanæ Curiæ Commissarius Generalis.

Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ.

Reverendissimus Pater Fr. Dominicus Lussada Lector Jubilatus Complutensis, Provinciæ Castellæ Pater, pro Regali Congressu Immaculatæ Conceptionis Theologus, & Commissarius Generalis Indiarum.

Pater, & Definitor perpetuus totius Ordinis.

Reverendissimus Pater Fr. Joannes Bermejo Lector Jubilatus, & Ex-Minister Generalis.

Patres, & Definitores perpetui Familiæ Ultramontanæ.

Rmus Pater F. Crescentius Krisper, Provinciæ Reformatæ Austriæ Lector Emeritus, Ex-Provincialis, Scriptor Ordinis, & Ex-Commissarius Generalis utriusque Familiæ.

Rmus Pater Fr. Joannes Cosmas a Monte Miniano Provinciæ Reformatæ Tusciæ Lector Sac. Theologiæ, Ex-Secretarius, & ex-Vice-Commissarius Generalis.

Rmus Pater Fr. Joannes Antonius a Sancta Cruce, Observ. Provinciæ Tusciæ Lector Jubilatus, Ex-Secretarius Generalis Ordinis, & ex-Vice-Commissarius Generalis.

Rmus Pater Fr. Felix a Roma, Reformatæ Provinciæ Romanæ Lector Emeritus, Ex-Secretarius Generalis, Sacræ Congregationis Indicis Consultor, iterato Procurator Generalis, & ex-Vice-Commissarius Generalis.

Procurator Generalis Ordinis.

Adm. R. P. Fr. Joannes Jacobus de Vallico, Provinciæ Observantis Romanæ Lector Jubilatus, Ex-Secretarius Generalis Ordinis, & Ex-Definitor Generalis.

Commissarius Generalis Curiæ Romanæ.

Adm. R. P. F. Joannes de la Torre, Provinciæ Cantabriæ Lector Jubilatus, Ex-Provincialis, & Actualis Custos.

Procurator Generalis Reformatorum.

Adm. R. P. Fr. Alexius a Roma, Provinciæ Reformatæ Romanæ Lector Emeritus, Ex-Provincialis, in Regali Monasterio S. Claræ olim Guardianus, & Commissarius Apostolicus, nec non Definitor Generalis Ordinis.

Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum.

Adm. R. P. Fr. Petrus Joannetius de Molina, Provinciæ S. Joannis Baptistæ Discalceatorum Sac. Theologiæ Lector, & Ex-Definitor.

Definitores Generales pro Familia Ultramontana.

A. R. P. F. Bernardinus a Terlitio, Observantis Provinciæ S. Nicolai Lector Jubilatus, & iterato Minister Provincialis.

A. R. P. F. Alexander Negovietz, Obs Provinciæ S. Ladislai Lector Theologus, & Minister Provincialis.

A. R. P. F. Bonagratia ab Alexandria, Observantia Provinciæ S. Didaci Lector Jubilatus, & Ex-Secretarius Generalis Ordinis.

A. R. P. F. Vincentius Antonius de Caprarola, Observantis Provinciæ Romanæ Lector Jubilatus, & Ex-Minister Provincialis.

A. R. P. F. Petrus a Justaniana, Observantis Provinciæ Tusciæ Lector Jubilatus, & Pro-Minister.

A. R. P. F. Joseph Maria a Fano, Observ. Provinciæ Marchiæ Lector Generalis, Ex Minister Provincialis, & Custos actualis.

A. R. P. F. Aloysius a Barrafranca, Reformatæ Provinciæ Vallis-Nothi Lector Emeritus, Ex-Provincialis, & Pro-Minister.

A. R. P. F. Sigismundus Skerpin, Reformatæ Provinciæ Carnioliæ Lector Emeritus, & Ex-Minister Provincialis.

A. R. P. F. Prosper a Brixia ejusdem Reform. Provinciæ Lector Theologus, & Minister Provincialis.

A. R. P. F. Joseph Maria a Gallipoli, Reformatæ Provinciæ S. Nicolai Lector Theologus, Ex-Provincialis, ac Pro-Minister.

Definitores Generales Familiæ Cismontanæ.

A. R. P. F. Zacharias de Pontchateau Doctor Sorbonicus, Lector Jubilatus, tertio Minister Provincialis Turoniæ Majoria.

A. R. P. F. Antonius Parellò Lector Jubilatus, bis & iterum Minister Provinciæ Majoricæ.

A. R. P. F. Franciscus Benites Lector Jubilatus, Provinciæ Angelorum Ex-Diffinitor, & Ex-Secretarius Generalis Ordinis.

A. R. P. F. Ludovicus Roger Doctor Sacræ Theologiæ, Ex-Diffinitor Provinciæ S. Ludovici, & Ex-Secretarius Generalis Ordinis.

A. R. P. F. Emmanuel a Jesu Sac. Theologiæ Lector, & Provinciæ S. Pauli Discalceatorum Minister.

A. R. P. F. Marcus Antonius Gravoix, Provinciæ S. Bernardini Recollectorum Lector Theologus, & Ex-Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum.

A. R. P. F. Alvarus a Purificatione, Provinciæ Arabidorum Discalceatorum Minister Provincialis.

A. R. P. F. Joannes Thony, Provinciæ S. Elisabeth Thuringiæ Recollectorum Lector Emeritus, & Custos actualis.

A. R. P. F. Andreas du Molin, Provinciæ Flandriæ Recollectorum Lector Emeritus, & Ex-Minister Provincialis.

A. R. P. F. Joannes de Valle, Provinciæ Legionensis Tertii Ord. Lector Jubilatus, & iterato Minister Provincialis.

PERTINENTIA

Ad Utramque Familiam.

I. DEcretum fuit examinare causam quare PP. Ministri, & Custodes aliquarum Provinciarum non accesserunt ad Generale Capitulum; & Definitorium Generale recogitabit de sufficientia, ac adhibebit remedium pro futuro.

II. Quoad locum sequentis Capituli Generalis, is relinquitur arbitrio Reverendissimi Patris Ministri Generalis.

III. A Patribus Definitorii Generalis fuerunt cum omni diligentia examinatæ causæ aliquorum PP. Provincialium, & Custodum ad Generale Capitulum non accedentium, & cum per juridicas attestationes probaverint fuisse legitime impeditos, ideo eas acceptarunt: salvis tamen attestationibus PP. Provincialis, & Custodis Provinciæ Carniolæ, pro quibus fuit rescriptum: *Dilata*.

IV. Patres Definitores Generales sunt in voto, quod humillime Sanctissimo supplicationes porrigantur pro abolitione gratiarum Personalium. Cum hoc etiam, quod si a S. Sede concederetur gratia Personalis, ista solummodo valeat quoad titulum, & puram præcedentiam, pro quo, ut supra, eidem Sanctissimo exhibeantur supplicationes, & rogetur quoque Eminentissimus Cardinalis Protector nomine totius Definitorii utriusque Familiæ, ut super hoc puncto Ordinem nostrum tueri dignetur.

V. Custodes, qui ad præsens Capitulum Generale non attulerunt Scripturas cum notis, quas alias ex præscripto Constitutionum Generalium afferre tenebantur, tam de una, quam de alia Familia, serio admoneantur, & relinquitur Superioribus Generalibus inquirere super Transgressores.

VI. Diffinitorium Generale mature providere cupiens securitati, & conservationi Actorum originalium Capitulorum, decernit, quod in prima Sessione Definitorii Generalis, deputetur unus Pater de Corpore ejusdemmet Definitorii, cui consignati debeant omnia Acta facienda, usque ad electionem novi Definitorii Generalis. Ipso autem electo deputetur alius de ejusdem Corpore, cui deputatus a veteri Definitorio consignare teneatur omnia Acta præcedenter facta, ut ea conservet simul cum aliis Actis, quæ fient usque ad terminum Capituli Generalis. Quo dissoluto, dictus novi Definitorii deputatus, omnia Acta originalia consignare teneatur Archivistæ Generali illius Familiæ, in qua celebratur Capitulum Generale, cujus erit ea reponere, & conservare in suo Archivo, & authentica transumpta conficere, ac ad alterius Familiæ Archivum quam citius transmittere teneatur. Omnes supradictæ consignationes Actorum, & scripturarum fieri debent coram aliis duobus PP. Definitorii Generalis, & Consignans a Consignatario absolutoriam recipere debeat ab ipso simul cum Testibus subscriptam, & ita fieri præcipit sub gravibus pœnis arbitrio Superiorum infligendis in Contrafacientes.

VII. Definitorium Generale totius Ordinis, tam Cismontanæ, quam Ultramontanæ Familiæ, declarat Patronum, & Protectorem Generalem ejusdem Ordinis Serenissimum Principem Philippum Borbonium Hispaniarum Infantem, & Comitem de Chinchon, nec non & omnes Successores in eodem Comitatu in perpetuum. Et suæ Regiæ Altitudini immensas refert gratiarum actiones, quod Religionem nostram affectu prosequens, eandem sua Regia Protectione honorare dignata sit. Ac insuper omnes Patres ejusdem Generalis Definitorii, plaudentibus cunctis Generalis Capituli Vocalibus, acceptant, & approbant conditiones propositas pro parte Serenissimi Infantis Patroni, & Protectoris nostri, nulla prorsus excepta, & supplicant Reverendissimum Patrem nostrum Ministrum Generalem, ut curet, quod necessariæ, & opportunæ Scripturæ, & Instrumenta ad placitum, & satisfactionem ejusdem Serenissimi Principis conficiantur. Ad quem effectum omnem, & quamcumque necessariam facultatem eidem Reverendissimo, nomine totius Ordinis, tribuunt, & conferunt, & tandem, ut tanti beneficii, & Regiæ benignitatis Serenissimi Principis notitia quam citius perveniat ad omnes, & singulos Fratres, ac Moniales totius Ordinis nostri, inter Acta Capituli Generalis hoc Decretum referri præcipitur, atque hortatur Definitorium Generale omnes tam Superiores, quam Subditos, ut pro incolumitate tanti Principis, Serenissimæ ejus Conjugis, & ejus in dicto Statu Successorum Deum Omnipotentem Maximum exorare non desistant.

VIII. Definitorium Generale totius Ordinis, attenta devotione, & pietate in nostram Religionem Excellentissimi Ducis Sfortiæ Cæsarini, Fabretti, & Bovadillæ, qui pro expensis Capituli Generalis copiosam elargitus est eleemosynam, decernit, quod Ipsi consignentur litteræ Patentales Suffragiorum, quæ concedi consueverunt Patronis suæ Excellentissimæ Familiæ, & publicari debent per omnes Provincias, & Conventus totius Ordinis, cum dictus Excellentissimus Dux, quem Deus ad plures Annos incolumem servare dignetur, ingredietur viam Universæ Carnis.

IX. Definitorium Generale committit, & præcipit Officialibus Curiæ tam Cismontanæ, quam Ultramontanæ Familiæ, ut supplicent Sanctissimum, quatenus declarare dignetur Ordinem nostrum, attentis rationibus in Curia deducendis, esse in libertate eligendi sibi Patronum pro Congregationibus Cismontanæ, & Capitulis Generalibus Ultramontanæ.

X. Statuta Generalia Anni 1723. & 1729. Typis data, authentica non esse, Capitulum Generale declarat; sed recurri debere ad originalia.

Itaque, attento hujusmodi Capituli Generalis Decreto, adhibita accuratissima diligentia, originalia Statutorum Mediolanensium non fuerunt reperta, & quoad Romana Statuta de Anno 1723. dumtaxat fuerunt reper-

repertæ aliquæ chartulæ informes, plurimisque cassationibus, & additionibus maculatæ; hinc præhabito voto quatuor Patrum Ordinis, duobus videlicet ex Ultramontana, aliisque duobus ex Cismontana, declarat Reverendissimus Pater Minister Generalis prædicta Statuta tum Mediolanensia de Anno 1729. tum Romana Anni 1723. non inducere aliquam obligationem, nec proinde esse observanda.

XI. Referuntur gratiæ Superioribus, qui charitative Vocales receperunt transeuntes pro accessu ad Generale Capitulum. Ab opposito autem sciant Superiores locales, qui non sic humaniter, & charitative Vocales receperunt in transitu, quod si aliqua erit instituta querela, vel accusatio contra ipsos ad Superiores Generales respective, severe, privatione officii, ac actuum legitimorum punientur.

XII. Patribus Definiturii Generalis fuit propositum dubium supra Statutum, quod duo Fratres etiam germani non possint simul interesse eidem Definitorio, an talis casus intelligendus sit de iis, qui sunt per electionem in eodem Capitulo, vel indiscriminatim; & etiam pro iis, qui aliunde habent locum, ut sunt Ex-Procuratores Generales, & Definitores Generales. *Fuit Rescriptum*. Pro hujus dubii declaratione Definiturium Generale sese remittit Prudentiæ Reverendissimi Patris Ministri Generalis, quatenus examinatis, quæ de jure examinanda sunt, declaret secundum id, quod melius in Domino videbitur expedire.

XIII. Quoad Patronatum de Cañete, quoniam litigium est in successione, Definitorium Generale est in voto, quod supplicetur Sanctissimus, & in supplicatione exponantur litigium, & concordia, quod maxime lædit Religionem, & petatur ab Ipso, ut si litigium finietur intra biennium, vel triennium, successio Patronatus pergat prout de jure; alias Religio remaneat in plena libertate eligendi alium Patronum, & quatenus sententia sit in favorem alicujus actualis Litigantis, tunc iste præbeat, juxta modum Regulæ nostræ congruentem, augmentum eleemosynæ &c. Idque, quia Religio plurimis est obnoxia incommoditatibus in supplici libello exprimendis.

Pro Ultramontana Familia.

I. Abrogetur in Familia Ultramontana titulus *Prædicatoris clarissimi*, cum videatur humilitati nostræ contrarius; & Prædicatores, qui per decennium Conciones Quadragesimales habuerunt, cum conditionibus aliis temporibus statutis, appellentur *Prædicatores Generales* dumtaxat, sicut in hac Familia Cismontana, & ante completum decennium non habeant nisi titulum Prædicatoris. Prædicatores autem ii Generales gaudeant iisdem privilegiis, quibus gauderent si adhuc nuncuparentur Clarissimi.

II. Vacante aliqua Cathedra Generali in Provinciis Ultramontanæ Familiæ, fiant oppositiones in propria Provincia, per Judices assignandos à Superiore Generali, vel ex causa, in aliqua ex Provinciis vicinioribus.

III. Pater Vicarius Provincialis Provinciæ Observantis septem Martyrum declaratur Minister Provincialis, cum clausula, ut expleto Biennio à præsenti declaratione liberum sit Superiori Generali celebrare Capitulum Provinciale.

IV. Ponderatis rationibus productis per Definitorium Provinciæ S. Didaci Observantium, Definitorium Generale supprimit studium secundæ Classis in Conventu S. Antonii Casalensis, & quatenus opus sit, fiat Verbum cum Sanctissimo.

V. Commutetur Suggestus pro Concionibus Quadragesimalibus Ferrariensis in alium Terræ Centi.

VI. Lecto supplici Libello Monialium S. Claræ Minscheldolphi in Carniola, quæ petunt aggregari Ordini Nostro, quantum ad beneficia Spiritualia: respondit Definitorium Generale, quod aggregentur, ut in Domino optant, quamvis eidem Ordini nequaquam subjiciantur.

VII. Renovatur Statutum, ut exhibeantur supplicationes Sanctissimo pro suffragio Patris Dignioris Provinciarum Observantium Ultramontanæ Familiæ in Congregationibus, & Capitulis, & per triennium Provinciali immediato, ad instar Familiæ Cismontanæ, talisque petitio fiat ab Officiali Curiæ post quatuor menses ejus accessus Romam, aliàs liceat unicuique talem supplicationem instituere. Salvo tamen jure eorum, qui alio titulo suffragium ferre debent in Congregationibus, Capitulis, aliisque Congressibus Provinciæ, ut sunt ex-Superiores Generales, & ex-Officiales Curiæ Romanæ.

VIII. Debet a Reverendissimo Patre Generali fieri Inquisitio de subsidiis Albaniæ 1739. & Anni 1740.

IX. Declaratur Studium Provinciale illud, quod nunc est in Civitate Varadini Sancti Ladislai, & ipsi derogatur prærogativa Studii Generalis.

X. Habito recursu contra Provinciam S. Caii noviter erectam, eo quod sibi usurpet titulum Provinciæ Bosnæ inferioris, ac proinde privilegia equitandi, bona immobilia possidendi &c. *Respondit*: Definitorium Generale, audiendum esse Definitorium Provinciæ S. Caii, & Provinciæ Bosnæ Argentinæ.

XI. Quoniam in Provincia S. Caii in Dalmatia adest ex nova erectione Sigillum novum, id adnotetur, ut possit Typis mandari.

XII. Post erectionem factam authoritate Apostolica Provinciæ S. Caii in Dalmatia, petita fuerunt a Definitorio Generali testimonialia authentica, & litteraria hujusmodi divisionis; cumque Provincialis, & Custos ea non attulissent; Definitorium Generale fuit in voto, quod pro nunc admittantur ad suffragandum, & deinde in futuro Capitulo Generali, vel apud Sanctam Sedem exhibeant testimonia authentica erectionis.

XIII. Admittitur Provincia S. Antonii Liciensis annis elapsis authoritate Apostolica erecta, ad suffragandum. Quo vero ad supplicationem pro reunione cum Provincia S. Nicolai, Definitorium Generale permittit, quod ab ipsis, ordine servato, exhibeatur pro hoc negotio supplicatio Sanctissimo, præhabitâ concordiâ utriusque Provinciæ, quæ debent convenire inter se, ut exhibeant supplicationem prædictam.

XIV. Quantum ad novam Compilationem Statutorum decretum fuit a Definitorio Generali, ut revideatur a quatuor Patribus, hoc est a duobus ex Observantia, & duobus ex Reformatis, deputandis a Reverendissimo Ministro Generali, existentibus in eadem Civitate, ut possint inter se conferre; deinde remittatur Romam pro novo examine, & in reliquis juxta Statuta.

XV. In præfata Statutorum Compilatione pro Familia Ultramontana habeatur specialis ratio pro designandis conditionibus, & qualitatibus Promovendorum ad Definitoriatum, Custodiatum, & Provincialatum.

XVI. In Provincia S. Ladislai Hospitia sequentia, videlicet Veroriterense, Kigthense, Siklo-

gieuse,

gicnse, Camnisiense, Ktazolovicense; Definitorium Generale, quantum in se est, in Conventus formales erigit.

XVII. Ad evitanda quamplurima inconvenientia, præcipitue Procuratori Generali Ordinis, ut expleto tempore in littera obedientiali statuto pro illis, qui Romam pergunt, statim faciat illos discedere, nisi aliter videbitur Superiori Generali.

XVIII. Statutum fuit Lectores Generales, & Peovinciales actuales præcedere Patres habituales, videlicet Ex-Custodes, & Ex-Definitores: quæ precedentia extenditur per totam Provinciam, dummodo pergant exercitio Officii.

At orto dubio super verba illa: *dummodo pergant exercitio Officii*; declaratum fuit cum voto aliquorum Patrum Definitorii Generalis, verba illa intelligenda esse pro omnibus actibus concernentibus officium, puta pro adinveniendis libris, relaxatione animi, ut fortius reassumant laborem studii, componendis lectionibus, aliisque quoquomodo ad officium spectantibus, dummodo notabiliter otiosi non sint.

XIX. Statuitur Procurator Missionum Romæ, qui assignatur tanquam scriba Adm. Rev. Patris Procuratoris Generalis Ordinis, omnino ipsi subjectus, absque eo, quod habeat ullum Sigillum proprium. Sed orto dubio super verba illa *tamquam Scriba*, declaratum fuit cum voto aliquorum Patrum Definitorii Generalis, verbum *Scriba*, vel fuisse errorem Amanuensis, vel idem indicare, ac *Coadiutor* ejusdem Officialis Curiæ.

XX. Patres Custodes ex-Provinciales de Observantia Ultramontanæ Familiæ supplicarunt Definitorium Generale, ut aliquod ipsis impertiretur præmium, ob plurima incommoda, quæ in accessu ad Capitulum Generale pertulerunt, cum magno propriæ salutis detrimento: Fuit rescriptum; *Habebitur ratio in Compilatione Statutorum pro hoc negotio.*

XXI. Provincia Observantium Sancti Caii supplicavit Definitorium Generale, ut mandaret quibusdam Patribus, & Fratribus Bosnensibus Provinciæ Bosniæ Argentinæ, qui in divisione Provinciæ illic remanserunt, quatenus se declararent, quam Provinciam pro Matre recognoscant; & fuit rescriptum: *cogantur ad se declarandum*.

XXII. Pater Frater Seraphinus ab Assumptione Pro-Ministee Provinciæ Discalceatorum S. Petri de Alcantara in Regno Neapolis, supplicavit, etiam nomine suæ Provinciæ, Definitorium Generale, ut elargiretur Vocalibus dictæ Provinciæ eas gratias, quæ aliis Vocalibus accedentibus ad hoc Generale Capitulum concederentur, Fuit rescriptum: *Audiatur Definitorium Provinciæ.*

XXIII. Pater Frater Angelicus a Melita Jubilaeus de numero, & Commissarius Terræ Sanctæ Observantis Provinciæ Vallisnethi, supplicavit Definitorium Generale, ut quatenus amoveretur ab hujusmodi officio, assignaretur ei Socius gratus ad ejus senectutem sublevandam, pro bene actis in dicto Officio, quod exercuit spatio vigintiquinque annorum. Rescriptum fuit: *Fra gratia juxta petita*.

XXIV. Provincia Minoris Poloniæ de Observantia supplicavit Definitorium Generale, ut renovaret Statutum latum, quo sancitur, ut ad nulla Superioritatis Officia promoveantur illi Fratres, qui alias Religiones petunt, & ibi minime perseverantes redeunt: *Ulterius quæsivit*: An Fratres Strictioris Observantiæ Provinciæ Minoris Poloniæ sint exempti a Processionibus publicis, ad quas nec sub propria, nec sub ejus Cruce accedunt. Fuit rescriptum: *Servari solitum*.

XXV. Conventus S. Mariæ Angelorum Panormi supplicavit Definitorium Generale: Primo, ut præciperetur Patri Commissario Terræ Sanctæ pro tempore illic degenti, quatenus cum effectu resignaret eidem Conventui Cellas ejus antiquas, quas adhuc occupat, cum jam ædificaverit Dormitorium particulare capax ad usum Fratrum suæ Commissioni subjectorum. Secundo, ut reduceretur ad antiquam consuetudinem numerus Quæstorum pro Terra Sancta in Civitate Panormi, in qua semper fuit tantum unus, & modo multiplicavit ad quatuor. Fuit rescriptum: *Auditis Partibus Reverendissimus Pater Minister Generalis provideat.*

XXVI. P. F. Thomas a Neptuno Observantis Provinciæ Romanæ electus in Definitorem suæ Provinciæ post alios, sed intra actus Capitulares, ob renunciationem unius ex Definitoribus prælectis, supplicavit Definitorium Generale, ut provideret circa præcedentiam supra dictos alios Definitores, qui ei ipsam denegant, utpote prius electi, & si sint eo posteriores habitu. Fuit rescriptum: *Præcedentiam deberi Definitoribus ante Oratorem electis, etiam si habitu posterioribus.*

XXVII. P. F. Antonius ab Arsano, Custos Observantis Provinciæ S. Angeli in Regno Neapolis, supplicavit Definitorium Generale, ut confirmaret Alternativam inter duas Custodias ejusdem Provinciæ, quadraginta ab hinc Annis, ad pacem fovendam, introductam, & a Reverendissimo P. Josepho Maria ab Ebora auctoritate Apostolica confirmatam, sub die 30. Aprilis 1735. Fuit rescriptum: *Juxta votum*, nempe *affirmative*.

XXVIII. Vicarius Provincialis, & Custos Provinciæ Poloniæ Minoris, asserentes eandem Provinciam gravatam remansisse in divisione a Provincia Lithuaniæ, quoad numerum Conventuum; eo vel maxime, quia post eorum habitum recursum ad Discretorium Generale, a quo decretum fuit, ut unum Conventum viciniorem eis Patres Lithuani dimitterent, qui tamen distantissimum Mozirensem dictum assignarunt; quapropter supplicarunt Definitorium Generale, ut alium Conventum viciniorem, ut est Pinscensis, aliosque ex Provinciis Majoris Poloniæ, ut Russiæ, in dicta Provincia Minoris Poloniæ positos, pro augmento depauperatæ Provinciæ Minoris Poloniæ Matris omnium supradictarum Provinciarum, petentibus adscriberet. Fuit rescriptum: *Ad Ministrum Generalem cum Discretoria Familiæ existente Romæ.*

XXIX. Provincia Observantiæ Bosniæ Argentinæ supplicavit Definitorium Generale; primo, ut manuteneatur in pacifica possessione suorum Conventuum, Residentiarum, & Hospitiorum. Fuit rescriptum: *Manuteneatur in pacifica possessione.* Secundo. Quæsivit abolitionem unius studii Generalis, ita ut tantummodo duo studia habeat, unum Provinciale, & alterum Generale. Fuit rescriptum: *Providebitur, & nihil innovetur.* Tertio. Quæsivit præcedentiam Patrum habitualium supra Lectores Generales. Fuit rescriptum. *Juxta Ordinis Statutum in hoc ultimo Capitulo Generali editum, quod Lectores Generales, & Provinciales Theologiæ habeant Præcedentiam supra Patres habituales.* Quarto. Quæsivit, utrum Guardiani eorumdem Conventuum, ubi vigent studia, debeant præcedere Lectores Generales sibi subditos, dum eos convenire contingat esse in aliis Conventibus extra districtum suorum respective Conventuum. Fuit rescriptum: *Præcedant Guardiani.* Quinto. Quæsivit, an præsupposita absentia Patris Guardiani extra proprium Conventum, & Districtum, Vicarius præcedere debeat Lectores Generales ejusdem Conventus. Fuit rescriptum: *Vicarii præcedant.*

cedant. Sexto. Quæsivit, an Pater Secretarius Provinciæ præcedere debeat Petres habitualea, nempe ex-Custodes, & ex-Definitoree, ideoque etiam Lectorea Generales. Fuit tescriptum: *Servetur consuetuda Provinciarum*. Septimo. Conqueste est dicta Provincia Bosniæ Argentinæ, quod altera sibi contigua mittat Quæstnentes suos extra limites propriæ jurisdictionis. Fuit rescriptum: *Assignetur termini quæstuationis, & inter se conveniant; & in reliquis juxta Constitutiones Ordinis*. Octavo. Quæsivit secultatem mittandi Clericos ad studia in Italia, sicuti eltera Provincia Bosniæ hoc privilegio gandet. Fuit rescriptum: *Dilota, & Superior Generalis provideat in Casibus particularibus*. Nono. Cum Pater Custos Provinciæ resignaverit suum officium, & elius loco ipsius electus fuerit ad ferendum suffragium in Capitulo Genetali, qui ob impedimentum pestie grassantis non potuit accedere; quæsivit dicta Provincia confirmationem electionis hujus secundi, cum omnibus privilegiis, & prærogetivis &c. Fuit rescriptum: *In casu hoc particulari providebitur*.

XXX. Provincia Slavoniæ accursum bebuit contra Provincias Marianam, & Carniolem Reformatorum, eo quia in quæstuatione limites excedunt in præjudicium &c. Fuit rescriptum: *Provisum*; idest, *assignentur termini quæstuationis*.

XXXI. Patres Lectores Generales Observantia Provinciæ Vallis-Nethi supplicarunt pro declaratione: An Pater Isidorus Cæsar de Gaulas, ex quo habuerit decretum Propagandæ Fidei præcedendi immediate post Definitores actuales, vigore ipsius debeat præcedere Lectores Generales etualea. Et ita P. Joachim e Melita Lector Jubilatus ejusdem Provinciæ supplicevit, cui etiam &c. Fuit rescriptum: *supplicandum sanctissimo per Officiales Ordinis pro declaratione Constitutionis S. mem. Clementis XI.*

XXXII. Patree Lectorea Generales, qui ed explendum munus Pro-Ministeriatus, & Custodiatus ex Familia Ultramontana ad Capitulum Generale accesserunt, quæsierunt, ut tempus consumptum in itinere pro accessu, & recessu computetur ipsis tamquam si vere legissent in suis studiis. Fuit tescriptum: *Attendatur Bulla Urbani VIII.*

XXXIII. Patres Lectores Sacræ Theologiæ Provincialis, actualea, & habitualee Observentium, rogarunt, ut eliquod præmium eis impertiretur statim ac cursum suum compleverint, eoque etiam gaudeent hujusmodi Lectorea habitualea. Fuit rescriptum: *Juxta votum*, quod quidem fuit; *servanda esse Statuta Generalia Ordinis*.

XXXIV. Petet Frater Blasius a Camerata Provinciæ Observantia Vallis-Mezariæ Sacræ Scripturæ Expositor, teprrsentavit adesse consuetudinem in sua Provincie, hujusmodi Expositotes geudere præcedentia immediate post Patree eggregatos de numero; quare Secerdotes qui jam trigesimum annum Religionis expleverant prætendunt ipsi hujusmodi consuetudinem noo suffragari, & ideo postulavit, ut tempore sui officii fruatur tali præcedentia. Fuit rescriptum: *Servetur consuetudo*.

XXXV. Patres habitualee Observantie Provinciæ Vallis-Mazariæ, non obstante Decreto lato a Reverendissimo Patre Josepho Maria ab Ebore Authoritate Apostolica, concernente præcedentia Lectorum Jubilatorum de nou numero, & Lectorum Generalium supra Patres prædictos habituelea, petierunt, ut juxta antiquum Provinciæ morem fruerentur præcedentia supra prædictos. Fuit rescriptum: *Lectum*.

XXXVI. Provincia Vallis-Mazatiæ de Observantia quæsivit, utrum, & quænam debeatur Chronologis Provinciarum præcedentia. Fuit rescriptum: *Serventur Constitutiones, & in posterum providebitur*.

XXXVII. Provincia Observantiæ Vallis-Mazariæ postulevit, an primus Pater Provinciæ, cui convenit secundum jura subrogatio, expleto biennio suæ subrogationis, possit saltem substitui in ebsentia alicujus de Definitorio. Fuit rescriptum: *Posse*.

XXXVIII. P. Frater Clemens de Penormo Observentia Provinciæ Vallis-Mazariæ proposuit varia dubia de præcedentia, quorum primum fuit: Num verba illa in Statuto Sambuceno §. de Præcedentia: *Custodes, & Definitores se invicem præcedant, & cæteris paribus*: rataedent Custodi præcedentiam supra Definitores Jubilatos, etiam de non numero. Secundo: An Custos, & respective Definitor, qui sit Lector Generalis legens in alio studio, a Conventu, in quo degit Definitorium, debeet necne præcedere Definitorem, qui ante Definitoratum erat de numero habitualium. Tertio: An Lectoree Generales, qui gaudent præcedentia supra Patree habitualea, ejusmodi præcedentiam habeant in tota Provincia. Quarto: An præcedentia concessa ab Ordine Custodibus suffragantibus in Capitulo Generali, intelligatur tam de habitualitete, quam de actualitate. Quinto: Quod habita dubiorum decisione, statuatur pœnæ in contrafacientes, a Definitorio Generali. Fuit rescriptum: ad primum, & secundum *juxta Constitutiones*; ad tertium: *gaudeat præcedentia in tota Provincia*; ad quartum: *juxta Ordinis Statuta*; ad quintum: *juxta Votum*, quod erat, *quod in casu controversiæ, Provincialis utatur jure suo*.

XXXIX. Provincia S. Ladislai in Sclavonia, primo petiit declaratoriam Studii Generalis secundæ Classis in Conventu quinque Ecclesiensi. Secundo: Postulavit, quatenus ob bonum commune ejusdem Provinciæ, ex gremio Definitorii, aut Custoe cum uno Definitore, aut duo Definitoree in Guardianos eligi possint, suasque in Congressibus Definitorialibus omnes exercere possint functiones. Tertio: Cum P. Mauritius Bedniak in Provinciali studio Theologiæ Lector, ante quinque annos concursum pro Generali Studio cum aliis habuerit, in quo præ aliis habilior inventus fuit; & quia, ob defectum vacantiæ, locum habere non potuit in Generali studio, fuit promotus novus concursus a P. Commissario Visitatore ejusdem Provinciæ in Comitiis Provincialibus, contradicentibus omnibus Patribus Definitorii; & quia ob præclusos passus, ratione inibi grassantis pestis, comparere nequivit, loco, & Studio Generali per dictum P. Commissarium privatus fuit; ac proinde quærit Justitiam. Quarto: Dicta Provincia quæsivit resolutionem præcedentiæ inter Patres Lectores Theologos tam Generales, quam Provinciales ex una parte, & inter Patres Concionatorea clarissimos actu prædicantes ex altera. Quinto: Quæsivit resolutionem præcedentiæ inter Lectores Theologiæ Provinciales actu legentes, & Ex-Definitores, ac Lectores habituales Theologiæ sexannales: Sexto: Anno 1696. sub Commissario Visitatore prodiit statutum, ut Lectoree Theologiæ moralis, ac Philosophiæ actuales cum Concionatoribus ordinariis, ex antiquitate habitus inter se præcederent; & præsenti Anno 1740. alius Commissarius Visitator, repugnantibus omnibus Patribus Definitorii, oppositum ordinavit, Lectoribusque supradictis supra Concionatores ex antiquitate habitus seniores præcedentiam concessit. Unde Provincia petiit, utrum priori, vel posteriori ordinationi standum sit. Septimo: Postulavit, ut demandaretur viciniis Provinciis, Mariano-Hungaricæ, nimirum, & Carniolicæ S. Crucis, ne in colligendis Eleemosynis suos excederent districtus. Fuit rescrip-

rescriptum: ad primum: *conceditur juxta petita*; ad secundum: *recurrant in casibus particularibus*; ad tertium: *pro informatione, auditis partibus coram Reverendissimo Patre Ministro Generali*; ad quartum: *declarat Definitorium Generale, quatenus opus esset, imposterum Prædicatores, qui dicti fuerunt clarissimi, sed modo Prædicatores Generales, cedant præcedentiam Lectoribus Generalibus actualibus, & quoad præteritum servetur consuetudo, si pacifica fuerit*; Ad quintum, *Lectores actuales Sacræ Theologiæ Provinciales servent Constitutiones de præcedentia Lectorum actualium supra Patres habituales*; Ad Sextum: *serventur Constitutiones*; Ad septimum: *serventur omnino Constitutiones Ordinis pro limitibus quæstuationum, & interim Patres Provinciales mittant Patri Ministro Generali limites Provinciarum, & quatenus limites non sint terminati, inter se conveniant Patres Provinciales adjacentium pro determinandis limitibus quæstuationum*.

XL. Patres Bosnenses Bosniæ Argentinæ a Sacra Congregatione de Propaganda Fide petierunt. Primo: aut uniri Dalmatis, aut separari cum tribus Conventibus ab Hungaris, & Custodiam sejunctam ab omnibus aliis componere. Responsum fuit: *Id remitti ad Capitulum Generale*. Secundo: Ut licitum foret eis quæstuare extra confinia dictæ Custodiæ, sive in Dalmatis, sive in Hungaria, quod fuit remissum ad idem Capitulum Generale. Fuit rescriptum: ad primum, *relinquitur Officialibus Curiæ, ut ponderatis rationibus, exhibeant votum Sacræ Congregationi, juxta prudentiam, & Conscientiæ dictamen*; ad secundum: *observentur limites quæstuationis*.

Pro Cismontana Familia.

I. QUoad vertentiam inter Provincias Aragoniæ, & Valentiæ, circa Conventum S. Mariæ Maellæ, fiat nova conventio per Compromissarios duos eligendos ab utraque respectivè Provincia, quorum erit deducere Acta, & jura, Intra tempus determinandum a Reverendissimo Patre Commissario Generali, per quem decidetur quid quid melius secundum justitiam in Domino visum fuerit, & interim maneant in Conventionibus factis.

II. In casu discordiæ Provincialis, & Guardiani cum suo Discretorio, pro collocandis Alumnis in Seminariis Missionum hujus Familiæ Cismontanæ, recurratur ad Reverendissimum Superiorem Generalem pro opportuna decisione; super quo supplicetur Sanctissimus, ut possit Superior Generalis in hoc negotio se ingerere pro decisione, & interpretatione Constitutionis Pontificiæ, in casu &c.

III. In hac Cismontana Familia pro Observantibus Hispaniæ, præcedentia inter Lectores actuales desumenda est à die possessionis, & exercitii litterarii, in quocumque tale exercitium consistat, sive in docendo, sivè assistendo Circulis, etiam tempore vacationum. Quod si non sese offerat occasio alicujus Circoli, sat est, ut per sonitum campanulæ Discipulos convocet, & eos unica lectione doceat, & inde tempus vacationum assumat. In cæteris verò juxta Ordinis Statuta.

IV. Committitur Officiali Curiæ hujus Cismontanæ Familiæ, ut recurrat ad Sanctam Sedem pro reductione Missarum Monasteriorum Monialium Hispaniæ respective.

V. Confirmatur Decretum olim emanatum favore Custodiæ S. Michaelis, in quo concessum fuit, quod Secretarius habeat vocem activam, & passivam in Capitulis Provincialibus.

VI. Definitorium Generale Cismontanum remisit arbitrio Reverendissimi Patris Commissarii Generalis deputationem quatuor Revisorum, vel plurium, quibus incumbat onus revidendi antiquas, & modernas Constitutiones jam ab Ordine editas, & approbatas, ad tenorem resolutionis Discretorii Generalis.

VII. Inter Provincias hic ordo servetur. Primo quantum ad Provinciam Saxoniæ S. Joannis Baptistæ Recollectorum, Scotiæ, & Daniæ, quæ hodie amplius non subsistunt, relinquantur prout sunt, sed ad marginem cujuslibet illarum trium apponatur: *non subsistit*. Secundo Provincia Angliæ ponatur post Provinciam Britanniæ, conformiter ad seriem Provinciarum apud Gonzagam, & ad Capitula Generalia de annis 1670. 1682. Tertio: Magnus Conventus Parisiensis ponatur immediatè post Provinciam S. Mariæ Magdalenæ. *Juxta vero correctionem factam in Capitulo Generali Romano anni* 1750. *Sessione* 14. *legatur ita*: Magnus Conventus Parisiensis ponatur immediate post Provinciam S. Jacobi de Xalisco, prout usque nunc fuerat.

VIII. Provincialis, & Custos Provinciæ Salmaticensis petierunt assignari aliquem Religiosum in Commissarium Religiosorum Advenarum, cui isti teneantur exhibere litteras obedientiales in eorum accessu ad dictam Civitatem. Fuit rescriptum: *P. Guardianus magni Conventus provideat, prout de jure, vel per se, vel per alium*.

IX. Vocales Provinciæ Sardiniæ instarunt contra Patrem Fratrem Emmanuelem de Medino Guardianum Conventus Guadalaxaræ, eo quia eos non recepit in Hospitio, imo vilipendiose eos è Conventu ejecit. Fuit resolutum: *Definitorium Generale præcipit, quod privetur Officio Pater Guardianus de Guadalaxara*.

X. P. F. Pettus Vaqoen Custos Provinciæ Majoricarum supplicavit, ut, propter maxima pericula tolerata in itinere ad Capitulum Generale, concedantur ei exemptiones, & prærogativæ concessæ Custodibus Provinciarum Sardigensium in hocce Capitulo. Fuit responsum: *conceditur Ipsi pro gratia juxta petita*.

XI. Provincialis, & Definitorium Provinciæ Observantiæ Carthaginensis supplicavit Sanctissimum pro divisione dictæ Provinciæ in duas; & Sanctitas sua sub die 2. Augusti 1739. remisit arbitrio Capituli Generalis cum facultatibus necessariis &c. Fuit resolutum die 11. Junii 1740. *Definitorium Generale se compromittit in Reverendissimum Patrem Commissarium Generalem, ut visis videndis, & examinatis examinandis, provideat, prout sibi magis in Domino videbitur expedire*.

XII. P. Faustinus a S. Rosa Provinciæ Portugalliæ Jubilatus, & S. Officii Qualificator, Bullæ Cruciatæ Consultor &c. supplicavit, ut ob molestias toleratas in accessu ad Capitulum Generale pro adimplendo munere præsidentiæ Conclusionum, concederetur ei Socius gratus. Fuit resolutum: *Ad Reverendissimum Commissarium Generalem*.

XIII. Custodes actuales Regni Hispaniarum supplicarunt, ut ob longi itineris labores passos, concederentur Eis privilegia, & exemptiones stabilitas pro Ultramontanis Custodibus. Fuit resolutum: *Lectum*.

XIV. P. Custos Provinciæ S. Fidei quæsivit Confirmationem Collegii D. Bonaventuræ in nova Granata, & Statutorum ad ipsum pertinentium. Fuit resolutum 9. Junii 1740. *Approbantur Constitutiones, de quibus in precibus, & confirmatur Collegium*.

XV. Custos S. Evangelii in Mexico petiit extensionem privilegii cum jure suffragandi pro dignitati, & au-

a antiquiori Patre , sicuti concessum fuit in aliis Provinciis Septentrionalibus . Fuit resolutum die 9. Junii 1740. *Pro gratia extensionis ad omnes Vocales Provinciarum Indiarum , ut petitur .*

XVI. Provincia Angelorum petiit confirmationem Concordiæ factæ cum Provincia Bætica super argumentum in publicis Thesibus Civitatis Hispalensis, nempe ut prima die Thesium incipiat Lector Conventus Magni S. Francisci Provinciæ Bæticæ , secunda die Lector S. Antonii Provinciæ Angelorum : quique ordo servetur etiam inter Lectores Philosophiæ Conventuum S. Francisci , & S. Antonii , ac etiam in Thesibus Capitularibus , excepto medio , quod ad Conventum magnum Sancti Francisci semper pertinet . Fuit resolutum die 9. Junii 1740. *Pro confirmatione Concordiæ , ut petitur , sub pœna privationis Lecturæ Lectoribus contrafacientibus , & Actuum legitimorum Guardiano consentienti .*

XVII. Provincia Sancti Didaci Canariarum supplicavit, quod ob diversas calamitates perpessas in illo Regno , Seculares ab elargitione Eleemosynæ omnino se abstineant , & ob onus Missarum , Officiorumque , Provincia prædicta maxime gravatur , quia aut minime , aut ex integro , vel non prompte persolvant , quapropter Sindici in necessitatibus Religiosos providere nequeant , ideo supplicavit , ut applicatio Missarum Dominicalium ipsis libera foret . Secundo petiit , quod Commissarius Visitator sit eligendus ex Familia illius Provinciæ , ad evitandas expensas , & casu , quo expleto triennio non accedat ad executionem suæ destinationis ob inconstantiam Maris , possit Provincialis cum suo Definitorio eligere Visitatorem , & Præsidem Capituli . Tertio postulavit , ut possit in Guardianos eligere , absque ulla dispensatione , Præsidentes ultra bimestre . Fuit resolutum ad primum , *arbitrio Reverendissimi Patris Commissarii Generalis* ; ad secundum : *quantum ad primam partem , arbitrio Reverendissimi Superioris Generalis : & quantum ad secundam , si finito triennio Physico Visitator non comparuerit , Minister Provincialis cum suo Definitorio eligat Visitatorem , & Præsidem Capituli* ; ad tertium , *conceditur dispensatio petita .*

XVIII. Directorium Generale Cismontanæ Familiæ supplicavit , ut assignentur a Definitorio Generali quatuor Revisores , vel plures , qui quidem ad unguem revideant Statuta Generalia , & faciant Compilationem quam citius . Fuit resolutum : *Definitorium Generale remisit arbitrio Reverendissimi Commissarii Generalis deputationem quatuor Revisorum , vel plurium , quibus incumbat onus revidendi antiquas , & modernas Constitutiones jam ab Ordine stabilitas , & approbatas , ad tenorem resolutionis Directorii Generalis .*

XIX. P. Mathæus de Zamorra Provinciæ Sanctæ Fidei , Sacræ Theologiæ Lector , exposuit Decretum Sacræ Congregationis Episcoporum , & Regularium , quo remittitur ad Capitulum Generale dispensatio in tribus annis suæ Lecturæ interpolatis pro Jubilatione assequenda . Fuit resolutum : *Definitorium Generale , vigore Decreti Sacræ Congregationis , indulget Oratori pro gratia juxta petita .*

XX. P. Nicolaus Rocca , & Poloro Pro-Minister Provinciæ S. Saturnini in Sardinia , intuitu laborum tam ratione belli , quam itineris in servitium Religionis , petiit gaudere favore Patris Provinciæ . Fuit resolutum : *Renoventur antiqua Statuta Villarientia juxta petita .*

XXI. P. Antonius a Plagis Lusitanus Provinciæ Arabidorum supplicavit , ut ipsi servaretur honor , & titulus Custodis , quamquam ad Capitulum Generale non accesserit ratione infirmitatis , & senectutis . Fuit rescriptum : *Serventur Constitutiones .*

XXII. Pater Vincentius Gonzalez Lector Jubilatus , & Cathedraticus Theologiæ in Universitate Salmaticensi , & Pater Joannes Valcange pariter Lector primarius , & Cathedraticus , pro eorumdem laborum remuneratione petierunt aliqua Privilegia , & exemptiones . Item , ut obtenta prima Jubilatione quindecim annorum , si perlegant per alios sex annos , gaudere possint Privilegio bis Jubilati . Fuit resolutum : *Completo quindenario pro prima Jubilatione requisito , si legerint in Universitatibus per sexennium , in casu , de quo agitur , gaudeant prærogativis bis Jubilatorum ; in reliquis relinquitur arbitrio Reverendissimi Superioris Generalis Familiæ Cismontanæ , qui , attentis omnibus circumstantiis , provideat quod sibi magis expediens visum fuerit .*

XXIII. Patres Vocales Provinciæ S. Didaci Canariarum cum tempore opportuno ad suffragandum non accesserint , petierunt ipsis concedi privilegia legis pro Vocalibus ejusdem Provinciæ , ac si suffragati fuissent . Fuit resolutum : *Gaudeant Privilegiis ut de jure petitur , quin egeant nova gratia , vel declaratione .*

XXIV. Patres Actuantes , & Concionatores hujus Cismontanæ Familiæ , qui per novem , aut decem annos perlegerunt Sacram Theologiam , supplicarunt habere titulum , & honores jubilationis , cum onere tamen adimplendi respective tempus Lectionis Theologiæ a legibus præscriptum . Fuit resolutum : *Pro gratia juxta petita .*

XXV. Lectores Jubilati Provinciæ Portugalliæ , & Lectores actuales ejusdem Provinciæ , petierunt , ut non obstante numero sex Lectorum Jubilatorum vocem activam in Capitulis Provincialibus habentium , cum in illa Provincia sint quatuor studia Theologiæ , alii duo assignentur , qui suffragio gaudere possint . Secundo . Rogarunt , ut servetur consuetudo antiquissima , & immemorabilis de titulo Paternitatis erga omnes Lectores jubilatos indiscriminatim . Tertio . Ut Lectores nec Jubilati , nec actuales nullatenus sint adstricti ad Tabulam prædicationis Quadragesimæ , aut Adventus , & quod habere possint socium gratum , saltem de corpore studii . Fuit resolutum : *Serventur Constitutiones Generales , & respective solitum .*

XXVI. Pater Marinus Barbè Doctor Sorbonicus , necnon magni Conventus Parisiensis Guardianus , nomine præfati magni Conventus , petiit locum honoris , & præcedentiæ inter Vocales Familiæ Cismontanæ , & quod ipsi restituatur locus juxta Statuta hactenus probata . Fuit resolutum : *Retineat locum , & præcedentiam ad tenorem Statutorum antiquorum .*

XXVII. Pro-Minister , & Custos ex Provinciis tam Observantium , quam Discalceatorum in Regno Mexicano , Insulisque Philippinis existentes , & in Hispaniarum Regnis commorantes , qui ad Generale Capitulum accesserunt ad suffragandum , petierunt , ut in suis Provinciis gaudere possint titulo , & præcedentia Patribus Provinciæ concessis , cum jure etiam suffragandi in Definitorio . Fuit resolutum : *Pro gratia ut petitur , videlicet , quod attentis specialibus rationibus in libello allatis , gaudeant quoque jure suffragandi pro Patribus digniori , & immediato , sine præjudicio tamen Ministri , seu Vicarii Provincialis immediate Officio functi , & quoad hanc subrogationem minime intelligatur gratia concessa Discalceatis , cum non habeant Patrem digniorem , & immediatum cum jure suffragandi .*

XXVIII. Declarat Definitorium Generale , quod legitime impedito Patre Guardiano magni Conven-

tus Parisiensis, possit per Discretorium locale creari Pro-Guardianus ad suffragandum in Capitulo Generali, & sic consequenter debere fieri in præsenti Generali Capitulo, ad quod accessit tamquam Pro-Guardianus Pater Marinus Barbè, electus a Discretorio magni Conventus Parisiensis.

XXIX. Orta Controversia super præcedentia inter Patres Godefridum Suerem Sacræ Theologiæ Lectorem jubilatum, & Menolphum Sacræ Theologiæ Lectorem actualem proxime jubilandum, quorum primus lauream jubilationis obtinuit cum legitima dispensatione super interpolatione; secundus vero absque ulla dispensatione. Respondit Definitorium Generale: *Præcedentiam deberi Patri antiquiori, nimirum Patri Godefrido supraenunciato.*

Pro Reformatis.

I. IMpedita celebratione Capituli Provincialis Reformatæ Provinciæ Papiæ per spatium annorum circiter septem, lecto supplici libello tum electi Vicarii Provincialis, modo vero Commissarii, tum Custodis, quo petebatur suffragium in Capitulo Generali: *Respondit Definitorium Generale*; Custodem jure suo posse admitti ad suffragandum, & quatenus opus esset, dispensari cum eo: Commissarium vero Provincialem, quoniam jus non habet ad suffragium, posse tamen admitti, & esse admittendum ex gratia ad hujusmodi suffragium, facta cum illo opportuna dispensatione.

II. Admittitur ad suffragandum Pater Provincialis Corsicæ Reformatorum, cum eodem dispensando, non obstante quod triennium cum semestre excesserit.

III. Pro-Minister Reformatæ Provinciæ Vallis-Nothi in Sicilia, supplicavit Definitorium Generale, ut dispensaret P. Seraphino a Batrafranea ejusdem Provinciæ Ministro Provinciali, pœnas determinatas a Statutis Generalibus ob non accessum ad hoc Generale Capitulum propter ejus infirmitatem; ac etiam Patri Antonino a Platia ex-Provinciali, ob non accessum ad Capitulum Generale Mediolanense, etiam ob ejus infirmitatem; sine tamen præjudicio Patris Ruffini a Motuca Ex-Provincialis, qui est jam in possessione talis præcedentiæ, quam amisit dictus Pater Antoninus a Platia. Fuit rescriptum: *Examinentur Causæ cur non accesserunt.*

IV. Provincia Reformata Bohemiæ conquesta est contra Patres Hibernos Observantes in Civitate Pragensi degentes, quod prædicti Patres, non obstante conventione facta inter ipsos, adhuc limites quæstuationis excedunt, & quod ipsi Hiberni Observantes jactent se esse Reformatos, ut majorem eleemosynam conquirant. Fuit rescriptum: *Servetur concordia, & conventientia, & P. Provincialis utatur iure suo.*

V. Provincia Poloniæ Majoris Reformatorum exposuit suum gravamen contra Patres Observantes Majoris Poloniæ, quod ipsi per immutationem habitus, per depositionem Calepodiorum, & assumptionem Sandaliorum, sub nomine Reformatorum quæstuationem faciunt in dictæ Provinciæ Reformatæ detrimentum, ac præjudicium. Fuit rescriptum: *Non audeant indumento Reformatorum vestiri, & Provincialis utatur jure suo contra repugnantes.*

VI. Provincia Poloniæ Majoris supplicavit habere locum in Comitiis Generalibus immediate post Provinciam Minoris Poloniæ, eo quia eodem tempore erecta fuit in Provinciam cum Polonia Minori per Bullam Urbani Octavi Anno 1673. die 3. Julii. Fuit rescriptum: *Audiantur Partes, & interim nihil innovetur.*

VII. Minister Provincialis cum pleno Definitorio Provinciæ Vallis-Mazariæ Reformatorum postularunt commutationem Sigilli Provinciæ nunc repræsentantis B. Mathæum ab Agrigento, in aliud repræsentans Sanctam Rosaliam Virginem Panormitanam, & totius Siciliæ Patronam. Fuit rescriptum: *Ad Procuratorem Generalem Ordinis.*

VIII. P. Illuminatus a Taurino Reformatus supplicavit, ut ipsi concederentur Privilegia, quæ concedi solent aliis librorum Compositoribus, cum & ipse duos libros Cantus Gregoriani composuerit, & per decem & octo annos munus Choristæ in Conventu Taurini expleverit. Fuit rescriptum: *Lectum.*

IX. P. Custos Reformatæ Provinciæ Mediolanensis petiit, an Pater Firmius a Nitro actualis Definitor, qui ut Custos suffragium dedit in Capitulo Generali ultimo Romano, debeat habere præcedentiam supra Patrem Domitillum a Como actualem Definitorem antiquiorem habitu. Fuit rescriptum: *Remittatur ad examen Reverendissimi Patris Ministri Generalis, qui procedat juxta consuetudinem Reformationis.*

X. Provincia Reformata S. Nicolai de Barõ instavit contra Discalceatos excedentes limites proprios in quæstuatione; & ulterius, quia vagantur die, noctuque per domos sæculares, absque eo quod se exhibeant Superioribus Conventuum ad debitam obedientiam ipsis præstandam. Fuit rescriptum: *Serventur Constitutiones Ordinis.*

XI. Provinciales Reformatorum Ultramontanæ Familiæ petierunt aliquod præmium ob tot labores, & incommoda in itinere tolerata pro accessu ad Generale Capitulum. Fuit rescriptum: *Serventur Constitutiones.*

XII. Anonymus Reformatus per suum supplicem libellum duo exposuit dubia: Primum; Utrum lex biennii completi in Officio Provincialatus præjudicium aliquod afferat Statutis elargientibus præcedentiam ex-Provincialibus ab eorum electione, & ingressu in Ministeriatum. Secundum: Utrum Prioritas Paternitatis attendenda, & computanda sit in Ex-Provincialibus ab eorum electione, vel solum a complemento biennii; & hoc, non solum relate ad Patres, sed etiam ad quoscumque alios, qui acquisierunt jura, sive per institutionem, sive per gratiam inter Ex-Provinciales. Fuit rescriptum, ad primum *dilata*. Ad secundum: *ut in primo.*

XIII. Pro-Ministri, & Custodes Reformati Ultramontanæ Familiæ ad Capitulum Generale accesserunt, petierunt ratione laborum ultimum locum inter Definitores actuales. Fuit rescriptum; *Serventur Constitutiones.*

XIV. Provincialis, & Custos Provinciæ Reformatæ Januensis petierunt observantiam Alternativæ pro electione Definitoris Generalis inter ipsos, & Observantes; & quia in Capitulo Generali Vallis-Oletano eorum Provincia post Observantiam locum non habuit, supposita immemorabili consuetudine, instarunt, & se protestarunt &c. Fuit rescriptum: *Acceptatur sic & in quantum, non impedita libertate Capituli, & non retardata electione.*

XV. Reformati Provinciæ Genuæ petierunt confirmationem determinationis factæ non acceptandi Emerentiam. Fuit rescriptum: *Definitorium Generale decrevit, libertatem, & arbitrium non acceptandi Emerentiam, respicere futuros, non vero præteritos Lectores.*

XVI. Post maturam discussionem excusationis P. Provincialis Garniolæ, Patres Definitorii Generalis fue-

fuerunt in Voto ipsas esse inefficaces; & decreverunt Patrem Antonium Hallan actualem Provincialem esse puniendum, & dimittendo pœnas Statutarias, remisit arbitrio Reverendissimi Patris Ministri Generalis. Quoad Custodem vero ejusdem Provinciæ, omnes Patres Definitorii ex utraque Familia, excepto P. Definitore Generali Skerpin, qui se abstinuit, fuerunt in Voto, sistendo rationibus, & Constitutionibus Ordinis, ac præcipue Reformatorum; quod P. Gaspar Pasconi sit absolutus ab Officio Custodis.

Pro Excalceatis, & Recollectis Germano-Belgicis, ac Hibernis.

I. Porrecto supplici libello a Provinciis Excalceatis Lusitaniæ pro parte ejusdem Nationis sæpius instante, ac efficacius supplicante Admodum Reverendo Patre Definitore Generali Fernando a S. Antonio, quo petebatur Alternativa Procuræ Generalis inter Provincias Recollectorum Galliæ, Excalceatorum Hispaniæ, & Excalceatorum insuper Lusitaniæ, ac etiam Definitoris Generalis, ut in eodem supplici libello exponitur. Respondit Definitorium Generale: *Servandas esse Constitutiones Ordinis, & in reliquis ad Sanctam Sedem Apostolicam recurrendum.*

II. Productis Juribus Provinciæ S. Andreæ Recollectorum in Gallo-Flandria, quibus Patres ex-Provinciales antiquiores, vigore Constitutionum municipalium, prætendunt præcedentiam a Patre Adm. Reverendo Gildardo-Dufflos; & auditis etiam Juribus in contrarium expositis pro eodem Patre Dufflos; Definitorium Generale, mature omnibus perpensis, declaravit, præcedentiam deberi ipsi Patri Gildardo Dufflos Ex-Procuratori Generali Recollectorum, quamquam non fuerit Provincialis, & quod super hoc negotio imponatur perpetuum silentium.

III. Officialibus Curiæ committitur, ut impendant operam pro Canonizatione Beatæ Coletæ, & pro Beatificatione Servæ Dei Joannæ *de Valois*.

IV. Custodibus Galliarum, Provinciæ Arabidorum Lusitaniæ, & Nationis Germano-Belgicæ, sicut etiam Pro-Ministris, conceduntur pro hac vice tantum Privilegia, quibus gaudent ii, qui ultramontes accedunt ad Generale Capitulum.

V. Provincia S. Joseph in Comitatu Flandriæ Fratrum Minorum Recollectorum, instavit contra Provincias S. Antonii, & Andreæ, eo quia istæ retinent quatuor Conventus dictæ Provinciæ, contra formam Apostolicarum, & Ordinis Constitutionum, & prætendit renovare protestationem factam in Capitulis Romanis. Fuit resolutum: *Admittitur renovatio protestationis, & quantum ad reliqua recurrant ad Reverendissimum Patrem Generalem.*

VI. Provincia Recollectorum S. Mariæ Magdalenæ in Gallia institit, quamplura in Statutis Generalibus Capituli Romani Anni 1723. & Capituli Mediolanensis Anni 1729. esse eliminanda, utpote fictitia, & suppositiva. Fuit resolutum: *Definitorium Generale declarat statuta Romana de Anno 1723. & Mediolanensia de Anno 1729. Typis data, non esse authentica, sed recurri debere ad Originalia.*

VII. Renovatur protestatio Provinciæ S. Andreæ in Belgio contra Provinciam S. Joseph in Comitatu Flandriæ adversus ablationem Conventuum Aldernardensis, & Corthacensis; & admittitur etiam nova protestatio ejusdem Provinciæ contra Provinciam Flandriæ ob ablatos Conventus Montensem, Tornacensem, & Binchiensem, cum suis respectivis Hospitiis.

VIII. Pro Collegiis Hibernorum Lov[illegible], & Pragensi deputentur a Reverendissimo [illegible] Generali duo Commissarii, qui recognoscant, & præfigant limites quæstuationum pro sustentatione eorumdem Collegiorum, ultra quos, si audeant transmeare, puniantur ut Apostatæ, juxta Constitutiones Generales. Et si audeant quæstuationem pecuniarum instituere, ut Proprietarii omnino etiam puniantur, videlicet, intra limites, a proprio Superiore, extra limites, ab eo Ministro Provinciali, in cujus Territorio delinquent.

Pro Terra Sancta.

I. Quia quamplures computus Terræ Sanctæ non fuerunt subscripti a Definitorio, stabilitum fuit, quod Reverendissimus Pater Generalis provideat, & procedat prout de jure. Et sic Statutum fuit de Computibus Romæ, & Parisii, circa quos idem Reverendissimus Pater Minister Generalis delegare debet aliquem idoneum Virum.

II. Quoad Computus Terræ Sanctæ, decernitur, esse servandas Constitutiones Ordinis, non obstante diversitate Nationis.

III. Procurator Generalis Terræ Sanctæ proposuit quamplurima puncta, & Primo, quod Religiosus, qui tempus suum explevit per litteram Obedientialem permanendi in dictis locis, redeat ad suam Provinciam, dummodo possit mare transfretare, & si fortassis aliquorum erit necessitas pro servitio Terræ Sanctæ, eorum permanentia omnino dependeat a Discretorio Terræ Sanctæ, & non aliter. Secundo, quod si aliquis accedat sine littera obedientiali, nullatenus ei permittatur ingressus, sed Superior primi Conventus, aut Hospitii, debeat ipsum retinere. Tertio, si aliquis Religiosus erit defectuosus, & post paternam admonitionem non se emendaverit, Superior certioret Provinciam, ut illuc regressum habeat. Quarto, quod Custos Terræ Sanctæ non possit sine urgenti necessitate vagari, & si forte habeat Commissionem aliquam a Sacra Congregatione de Propaganda, ipsam notificet Discretorio integro ante ejus discessum, in quo casu non sit licitum Vicario Conventus expedire litteras Obedientiales. Quinto: P. Vincentius Collen Vicarius olim Terræ Sanctæ, cum per absentiam Patris Custodis propria auctoritate fecerit Sigillum nomine sui impressum, & expediverit litteram Obedientialem, ideo quæritur remedium imposterum. Sexto: quod in Ordine ad Guardianiam Nazareth, observetur alternativa trium Nationum, videlicet Hispaniæ, Galliæ, & Italiæ, & in defectum subjecti capacis, Discretorium provideat. Septimo: quod nullus Commissarius Terræ Sanctæ determinate mittat suppellectiles ad hunc, vel illum locum, sed dirigantur Discretorio, & Procurator Generalis cum consilio eas distribuat, vel ad Sacristiam, vel ad Officinas, juxta necessitatem. Octavo: Definitorium Generale prohibeat accessum ad Curiam Romanam illis Religiosis, qui jam discesserunt a Locis Terræ Sanctæ, & hoc, ne procurent a Sacra Congregatione licentiam redeundi, exceptis illis, qui fuerint missi a Patre Guardiano cum Discretorio Terræ Sanctæ. Nono: Ut mandetur per Reverendissimum Patrem Ministrum Generalem, quod perlegantur in Refectorio Statuta emanata a Reverendissimo Laurentio a S. Laurentio, juxta Ordinis Constitutiones Generales, per tres menses una vice. Fuit resolutum: ad primum, *servetur Constitutiones, & additur, quod si aliquis Religiosus, qui tempus designatum adim-*

plevit, otiis Terræ Sanctæ censentur, fiat supplicatio Patri Superiori Generali per integrum Discretorium subscripta, & si videbitur eidem Superiori Generali posse prorogari tempus. Ad secundum: *Juxta Ordinis Statuta.* Ad quintum: *Prohibetur P. Vicario S. Salvatoris, ne audeat dare Obedientiales Fratribus Custodiæ Terræ Sanctæ, sub pœna privationis Officii, & non audeat retinere sigillum, sub pœna falsarii.* Ad sextum: *Nihil innovetur.* Ad septimum: *Supellectilia sive Sacra, sive prophana Terræ Sanctæ applicentur Custodiæ, secundum cognitas indigentias Conventuum a Discretorio Terræ Sanctæ; non sic autem in casu, quod dicta supellectilia determinentur a Benefactoribus, & applicentur alicui Conventui, & Sacristiæ determinatæ.* Ad reliqua Puncta nulla fuit resolutio.

Pro Indis.

I. PAter Joseph Torrubia Custos Provinciæ Philippinarum, supplicavit pro moderatione Decreti emanati in causa Oratoris cum P. Petro a Jesu. Fuit resolutum: *pro gratia, quod, videlicet, e Decreto eradatur clausula respiciens Provinciam, idest, quod acriter reprehendatur.*

II. Ad supplicationem Patris Francisci de Quiñones Custodis Provinciæ Assumptionis de Paraguai in Regno Peruano: Respondit Definitorium Generale, Primo: *concedi, ut qui est Visitator, debeat etiam esse Præsidens in Capitulo.* Quo verò ad aliud punctum, quod proponatur numerus Patrum Definitorum, quos dicta Provincia proponere debet Admodum Reverendo Patri Commissario Generali illius Regni ad prædictum munus Visitatoris; respondit Definitorium Generale, *Visitatorem eligendum esse ex tribus, quos præsentabit Provincia.* Quo verò ad tertium, ut Vocales non teneantur solvere pro alimonis, pecuniaria solutione, in transitu per Conventus, vel permanentia, respondit Definitorium Generale, *non teneri ad sic solvendum, sed habendos esse sicuti cæteri Fratres.* Quoad quartum, quod prædicti Vocales non eligantur in Guardianos, sed possint permanere in Conventibus, quos ipsimet elegerint; Respondit Definitorium Generale ad utrumque: *Negative.* Quoad Quintum, an possit Provincia extrahere a Recollectione ad Observantiam unum, vel alterum Religiosum; Respondit Definitorium Generale: *Negative, nisi in casu necessitatis veræ, approbatæ a Definitore Recollectionis; vel si non sit talis Definitor, a Discretorio Conventus.*

III. Ad supplicationem Provinciæ S. Antonii Brasiliensis: ad primum, quod Procuratori Ulysipponensi fiat facultas Novitios recipiendi; Respondit Definitorium Generale: *Negativè, cum locum habere non possit:* Ad secundum, ut moderetur Statutum concedens ex-Definitoribus, ut proprio arbitrio eligere sibi possint Conventum suæ residentiæ, pro spirituali eorum consolatione: Respondit Definitorium Generale: Quod *Provincia utatur jure suo;* Ad tertium, quo petitur, ut subsistant patentales Literæ expeditæ a Superiore Generali, licet res adhuc sit integra, cessante Officio ejusdem Superioris Generalis. Respondit Definitorium Generale: *Hoc concedendum esse, prout conceditur ob nimiam distantiam Provinciæ supplicantis; sed hoc intelligendum spatio unius anni.*

IV. Procuratores, & Commissarii Provinciarum Indiarum Ulysippone existentes, non audeant assumere titulum Procuratoris, vel Commissarii Generalis, sed dumtaxat appellentur Procuratores Provinciarum respectivè, sub pœna privationis officii.

V. Vocalibus Indiarum omnium, qui suffragium tulerunt in hoc Capitulo Generali, conceduntur præeminentiæ concedi solitæ a Statutis Ordinis hujusmodi suffragantibus, quamvis eisdem Vocalibus desint aliquæ qualitates a Statutis præscriptæ.

Defunctorum numerus.

AB ultimo Capitulo Generali usque ad præsens in Ultramontana Familia obierunt in Domino Fratres 8848. Sanctimoniales verò 1479. & in Familia Cismontana Fratres 13941. Sanctimoniales autem 6200. atque adeo omnes Fratres Defuncti, sunt 22789. & Sanctimoniales 7679.

Sequuntur Suffragia.

PRo felici Electione Summi Pontificis, ultra preces quotidianas, singuli Sacerdotes celebrent unam Missam.

Pro omnibus Principibus Christianis Ordinem nostrum in ditionibus suis benignè tuentibus, & promoventibus, singuli Sacerdotes legant tres Missas.

Pro Serenissimo Hispaniarum Infante Philippo Borbonio Ordinis Nostri Patrono, a quolibet Sacerdote duæ Missæ celebrentur.

Pro Eminentissimo, & Reverendissimo Domino D. Trojano Cardinali de Aquaviva apud Sanctam Sedem Ordinis Protectore, unusquisque Sacerdos recitet unam Missam.

Pro Excellentissimo Duce Sfortia Cæsarini, Fabretti, & Bovadilla, qui in expensis Generalis Capituli copiosam elargitus est Eleemosynam, Sacerdotes omnes celebrent unam Missam.

Pro felici Statu Nostræ Seraphicæ Religionis, & Apostolici Ordinis Prædicatorum, a Sacerdotibus omnibus duæ Missæ recitentur.

Pro Pace inter Principes Christianos, Hæresum extirpatione, Fidei propagatione, Victoria contra Infideles, & Ecclesiastici Ordinis prosperitate, duæ Missæ legantur a quolibet Sacerdote.

ITA EST.

Fr. Joseph Episcopus Seguntinus, Præses Apostolicus.

Fr. Cajetanus a Laurino, Minister Generalis.

Fr. Joannes Bermejo, Ex-Minister Generalis.

Fr. Dominicus Lossada, Commissarius Generalis Familiæ, & Indiarum.

Fr. Felix a Roma, ex-Vice-Commissarius Generalis Reformatorum.

Fr. Crescentius Krisper, ex-Commissarius Generalis.

Fr. Joannes Jacobus de Vallico, Procurator Generalis Ordinis.

Fr. Joannes *de la Torre*, Commissarius Generalis Curiæ Romanæ.

Fr. Alexius a Roma, Procurator Generalis Reformatorum.

Fr. Petrus Joannetius de Molina, Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum.

Fr. Bernardus Monterde, ex-Procurator Generalis Ordinis.

Fr. Michael Angelus a Gallipoli, ex-Procurator Generalis Reformatorum.

Fr. Marcus Antonius Gravois, ex-Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum, ac Definitor Generalis.

Fr. Zacharias de Pontchateau, Definitor Generalis.

Fr. Antonius Perellò, Definitor Generalis.

Fr. Franciscus Benitez, Definitor Generalis.

Fr.

Ft. Joannes a Valle, Definitoe Generalis.
Fr. Alvarus a Purificatione, Definitor Generalis.
Fr. Emmanuel a Jesu Maria, Definitor Generalis.
Fr. Andreas de Mulin, Definitor Generalis.
Fr. Joannes Thony, Definitor Generalis.
Fr. Ludovicus Roger, Definitor Generalis.
Fr. Sigismundus Skerpln, Definitor Generalis.
Ft. Bernardinus a Terlitio, Definitoe Generalis.
Fr. Bonagratia ab Alexandria, Definitor Generalis.
Fr. Aloysius a Barrafranca, Definitor Generalis.
Fr. Vincentius Antonius a Caprarola, Definitor Generalis.
Fr. Alexander Negovietz, Definitor Gtnertalis.
Fr. Prosper a Brixia, Definitot Generalis.
Fr. Joseph Maria a Gallipoli, Definitot Genetalis.

Reverendissimus P. Joannes Antonius a Sancta Cruce, ex-Vice-Commissarius Generalis, & Adm. Rev. P. Petrus de Justaniana, Definitor Generalis, non sunt subscripti, quia ante terminationem Actorum a Capitulo discesserunt.

Loco ✠ Sigilli.

Ft. Joseph Maria de Fano Definitor
Generalis, & Pro-Secretarius
Generalis Ordinis.

Notandum est, quod sub titulo Pertinentia ad utramque Familiam -- num. 10. *& sub titulo* Pro Ultramontana Familia -- num. 18. & 19. *declarationes oppositæ prodierant post celebrationem Capituli Generalis; nihilominus fuerunt ibi notatæ tanquam in proprio loco, ad majorem legentium commoditatem.*

FR. CAJETANUS A LAURINO.

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis pro Regali
Immaculatæ Conceptionis Congressu Theologus,
ac totius Ordinis Fratrum Minorum
Minister Generalis, ac Servus.

Dilectis Filiis Superioribus, & Subditis Nostræ Curæ subjectis tam Observantibus, quam Reformatis, Recollectis, Excalceatis, Tertii Ordinis, vel quovis alio nomine nuncupatis, Textam Regulæ Seraphicæ sub unico Capite Profitentibus, Salutem, & Seraphicam Benedictionem, plenamque in Spiritu Sancto consolationem.

AD Supremum Seraphici Ordinis Clavum in Vallis-Oletanis Generalibus Comitiis, Divina Providentia, evecti, id Nobis cordi fuit, & Filios Nostros hisce Encyclicis in Domino salutare, paternoque animo amplecti, & Nostram, quam eorum felicitati, ac tranquillitati fovemus voluntatem demonstrare. Neque enim Ministerium nostrum in iis tantum esse debet, quæ ad optime regendum Ordinem conducunt, ut rebus exterioribus bene dispositis, apteque ordinatis, sciamus Homines Nos esse consilio, ac prudentia directos; imo vero plurimum cura, studiumque Nostrum eniti debent, ut & sciatis, quæ recta sunt, eademque faciatis. Sciatis igitur Vos volo Filii dilectissimi, Nos a seculi hujus procellis ac serenam, & tranquillam felicitatem, summa, ac propemodum inenarrabili Divinæ bonitate fuisse evocatos; quod ut vos non lateat, Nostri muneris debitum esse cognovimus illud repetere, ut altius Pectoribus vestris insideat, utque in timore, & tremore certam vestram electionem, ac vocationem faciatis; quod facientes, non solum non peccabitis aliquando, sed in caverna maceriæ absconditi, hoc est, in Christi Crucifixi vulneribus, specie quidem timidi, spe autem gaudentes, Divini Magistri sermonibus edocti, omnis perturbationis expertem vitam traducetis. Quæ enim animi perturbatio iis incessere poterit, quibus laudi, quibus gaudio, quibus consolationi sunt vulnera Christi? An paupertatis angustiis deprimentur, nudi cum nudo Christo conversantes? An obedientiæ difficultates præsentient, quibus vulnera obedientis usque ad mortem Jesu sunt refugium? An Castimoniæ virtutem non retinebunt ii, qui Immaculati Agni candore adumbrantur? Hæc fuerunt in causa cur Noster amantissimus Pater, ac Dominus Jesus Christus Fideles suos ad se vocaret: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & Ego reficiam vos: discite a Me quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem Animabus vestris.* Neque enim extra Christum requiem invenire cuique datum aliquando fuerit; pacisque plenitudinem illi tantum sciant, quibus Christus ostenderit manus, & latus. In latere Christi refectio est pacis, refectio mansuetudinis, refectio suavitatis, omnium denique refectio virtutum, ac totius plenitudo Sanctitatis. Quod Patriarcha Sñus, cujus Nos licet indigni, vices gerimus, non ab hominibus, sed propria edoctus experientia, optime callens, sic toto vitæ suæ curriculo vulnera Christi inhabitavit, ut amica mœroribus Loca seligeret, ne ab iis, aut cœterarum curarum, aut Locorum amœnitate distraheretur; ac tandem sui Corporis solutione imminente, post quam ipse vixerat jam non ipse, sed vita Crucifixi vixerat in illo, ejusdem Crucifixi Plagas, in quibus tamdiu latitavit, in membris suis digito Dei factas, biennio, summa totius Orbis admiratione, ac gaudio, dignus factus est deportare. Quid ergo quærimus Fratres, ac in Domino Filii amantissimi, quid quærimus in hujus vitæ procellis? Invitat Nos Deus Noster ad Portum tranquillitatis, & quietis; certi exemplo Patris reddimur in Crucifixi vulneribus omnem gloriam Nostram, omne decus, omnem honorem, omnemque consolationem esse collocandam; numquid detrectabimus? An segnes erimus? Id Deus Nobis concedat, ut, quemadmodum suasimus Nobis, neminem vestrum huic sacro Ordini nomen dedisse, quin prius Christum imitari Crucifixum, Pauperum Patriarchæ premere vestigia animo firmiter proposuerit; ita concepto animi fervori conversatio vestra respondeat, ut a Christo Crucifixo vos vocatos per assiduam in ejus vulneribus inhabitationem facile demonstretis. Quo fiet, ut similiter orationibus vestris adjuti, nulli Nobis importabile humeris Nostris pondus sit oneri; imo in Christo gloriemur, Nos Patrem tot Imitatorum Christi fuisse constitutos, ac salutem Nostram, omniumque Vestrum consequamur. Valete cum Seraphica, tum omnium Cœlestium Benedictionum plenitudine cumulati. Datum in Conventu S. P. N. Francisci Civitatis Vallis-Oletanæ, die decima Mensis Junii Anni 1740.

Fr. Cajetanus a Laurino
Minister Generalis.

De mandato Rm̃i nostri in Christo Patris
Fr. Joseph Maria de Fano Diffinitor, &
Pro-Secretarius Generalis Ordinis.

DE-

DECRETUM

Sacræ Congregationis, quo Tertius Ordo a PP. Discalceatis in Lusitania erectus confirmatur, licet illum jampridem PP. Observantes in eodem etiam loco erexissent.

„ SAcra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, referente Eminentissimo Carafa Ponente, partibus hinc inde auditis, ac re undique mature perpensa, censuit rescribendum, prout rescripsit. *Nihil de suppressione Tertii Ordinis erecti in Conventu Discalceatorum Terræ de Azurara, Diœcesis Portugallensis, & Patres Observantes Conventus Terræ de Londe, Diœcesis Bracharensis, omnino acquiescant, & amplius causam hujusmodi non proponi mandavit. Romæ* 2. Septembris 1740.

J. Cardinalis Firrao,

Loco ✠ Sigilli.

E. Archiepiscopus Damiatæ Secretarius.

PEtita nova Audientia per Patres Provinciæ Portugalliæ, Sacr. Congr. sub die 15. Septembris 1741. rescripsit: *Nihil de nova Audientia*: ac tandem memoratum Decretum Brevi Apostolico, sub die 2. Augusti 1745. fuit confirmatum, quod suo loco refertur.

SICULA

Restitutionis in integrum, & nullitatis Professionum.

DECRETUM S. CONGR. CONCILII.

„ CUm plures Religiosi Regularium Ordinum Regni, & Provinciæ Siciliæ, a Religione egressi vigore sententiarum super nullitate suarum professionis minus legitime obtentarum, Sacræ huic Congregationi Concilii preces direxerint pro facultate Missam celebrandi, quippe qui suspensionis pœna obstricti remanserunt, ex defectu congrui Patrimonii, tria hac occasione in quibusdam Siciliæ Diœcesibus, ex ipsis etiam ejusdem Regni Ordinariorum relationibus, contra Sacri Concilii Tridentini præscriptum, nulliter, & vitiose peragi detectum fuit. Primum est, quod Ordinarii Locorum de asserta professionis nullitate, post elapsum quinquennium, præcipue si recurrentes ad reclamandum intra idem quinquennium legitimo impedimento detenti fuerint, non indulta ab Apostolica Sede restitutione in integrum, quorumdam Doctorum opinionibus alioquin reprobatis innixi, præsumunt agnoscere, sententiam de illa ferentes, & inter eos, præsertim Episcopus Cataniensis, asserto quodam privilegio, sive immemorabili illius Curiæ consuetudine suffultus, prætendit sententiam nullitatis professionis dicere posse tum intra, tum post elapsum quinquennium ab ejus emissione, & sive Regulares ab illa reclamantes, vota emiserint in ejus Diœcesi, sive in aliena, dummodo in aliquo ejusdem Diœcesis loco, & Conventu, dum reclamant, ex obedientia fuerint constituti. Secundum, quod ab iisdem Ordinariis, tam exacto jam quinquennio, quam illo adhuc recurrente, eduntur sententiæ invalidam declarantes Professionem, Superioribus Conventuum, in quibus professio emissa fuit, non auditis. Et tertium denique, quod ipsi etiam Superiores Regulares super asserta nullitate Professionis, nec habito, nec requisito Ordinarii loci judicio, aliquando sententiam pronunciant.

„ Quæ quidem omnia, cum aperte repugnent, non solum notissimæ Tridentinorum Patrum dispositioni sub Cap. 19. sess. 25. de Regular. verum etiam iteratis Sacræ hujus Congregationis resolutionibus; Idcirco, ne deinceps tot consultissima Decreta amplius violentur, EE. VV. deliberandum proponitur.

„ An, & quomodo sit providendum in Casu &c.

„ Die 24. Septembris 1740. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, censuit providendum esse juxta modum a Domino Secretario explicandum, facto verbo cum Sanctissimo.

„ Modus autem est, quod scribatur Episcopo Cataniensis, aliisque Præsulibus Provinciæ Siciliæ, nullum Episcopum, sive Ordinarium, inaudito Superiore Regolari Conventus, in quo fuit emissa Professio, neque ullum Superiorem Regularem independenter ab Episcopo, vel Ordinario, posse, sub pœna privationis officii, & vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, causas nullitatis Professionis cognoscere, sed eas conjunctim ab iisdem Episcopo, vel Ordinario Loci, ac Superiore Regulari esse decidendas, sive Professionis invaliditas a Religiosis, sive ab ipsa Religione, ex quocumque Capite proponatur. Restitutionem vero in integrum adversus lapsum quinquennii, quod a die professionis occurrit, etiamsi perduraverit causa metus, aut aliquod aliud impedimentum fuerit ad reclamandum interjectum, a Sancta Sede omnino esse impetrandam, juxta Decreta alias edita, non obstante quacumque contraria consuetudine, etiam immemorabili, & quolibet asserto privilegio. -- Religiosos autem, de quibus agitur, & quorum professio contra formam Sacri Concilii declarata fuit invalida, teneri intra terminum unius anni resumere habitum, & ad Claustra redire, tam pro obtinenda a Sancta Sede restitutione in integrum, quatenus illa indigeant, quam pro instituendo judicio, servatis servandis super nullitate suæ professionis, quatenus hanc velint deducere, eoque termino elapso, si non paruerint, habendos esse tamquam Apostatas; & tandem quoad licentiam ab ipsis petitam celebrandi, firma pro nunc remanente eorum suspensione, seorsim deinceps providebitur, juxta singulorum preces, & circumstantias. Hanc vero resolutionem significandam esse Procuratoribus Generalibus Ordinum, qui Superiores Locales de illa moneant, & Sacram Congregationem de executione certiorem reddant. Factaque de præmissis per infrascriptum Secretarium relatione Sanctissimo, Sanctitas Sua prædictam Sacræ Congregationis sententiam in omnibus approbavit die 28. Septembris 1740.

A. Card. Gentili Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

C. A. Archiep. Philippen. Secr.

Cujus Decreti vigore Illustrissimus, ac Reverendissimus D. a Secretis scripsit ad Procuratorem Generalem Ordinis Epistolium, ut sequitur. *Dollo*

Dalla Segreteria del Concilio li 28. Gennaro 1741.

» IN adempimento di quanto ha risoluto la Sagra » Congregazione del Concilio circa le sentenze » di nullità di Professione, che possono essere emanate invalidamente a favore de Religiosi della » Provincia, e Regno di Sicilia, l'Arcivescovo di » Filippi Secretario manda qui acclusa al P. Procurator Generale de Minori Osservanti Copia autentica del Decreto ultimamente emanato dalla » detta Sagra Congregazione, con l'approvazione di » Nostro Signore, acciò la notifichi tanto al Provinciale, quanto agl'altri Superiori de' Conventi » dell'Ordine in detta Provincia, e ne ingionga a » medesimi la piena, ed esatta osservanza, ed esecuzione: & attendendo l'avviso in scritto d'aver » adempito a tale incombenza, le bacia di tutto » cuore le mani.

EPISTOLA

Eminentissimi a Secretis Status, qua Minister Generalis a Pontifice Commissarius, & Visitator Apostolicus totius Ordinis renunciatur.

Intus.

Reverendissimo Padre.

VOlendo la Santità di Nostro Signore nel principio del suo Pontificato dare un contrasegno del suo Paterno amore all'Ordine Serafico, e nello stesso tempo rimostrare a Vostra Paternità Reverendissima la stima, che ha del di lei particolar Zelo in beneficio pubblico della Religione, si è determinata a dichiararla, come in virtù della presente lo dichiara, Commissario Apostolico, Visitatore, e Riformatore specialmente delegato in tutta la Religione di San Francesco, ai in riguardo agl'Osservanti, che ai Riformati, e Scalzi, e Chiostri di Monache annessi, compartendole tutte le facoltà necessarie, suddelegabili anche ad altri Religiosi, o in tutto, o in parte, ad effetto, che possa ella esercitarla in ciò, che si giudicherà espediente da lei, e dalla Consulta sua Generale, per il buon governo, riforma, e perfetta osservanza all'Ordine, e per la Pace, e conservazione delle Provincie, e de' Religiosi, e Religiose tutte, ch'è l'unico scopo della santa mente di Sua Beatitudine. Si valga ella adunque di quasta amplissima concessione Pontificia colla solita sua religiosa prudenza; E senza più le auguro dal Signore ogni bene. Roma 30. Settembre 1740.

D. V. P. Rma

Affezionatissimo
Silvio Card. Valenti.

Extra.

Al Reverendissimo Padre
Il P. Ministro Generale dell' Ordine di San Francesco.

Pater Angelicus de Gazolo Provinciæ Observantis Bononiæ inter ex-Procuratores Generales Ordinis recensetur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

REligionis Zelus &c. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecisti tu, qui (ut asseris) Frater expresse professus Provinciæ Bononiensa Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum existis, anno 1719. ad Sacras Missiones in locis Terræ Sanctæ peragendas, in vim juramenti a Te, dum in Collegio Sancti Bartholomæi in Insula de Urbe ejusdem Ordinis tamquam studens morareris, præstiti, missus, & elapso duodecim in Missionibus hujusmodi in Syria annorum spatio, inde revocatus ad docendum idioma iisdem Missionibus necessarium in dicto Collegio electus, per tres annos hoc munus exercueris, atque triennio hujusmodi completo, iterum in Guardianum Conventus dicti Ordinis in Hierusalem existentis deputatus, idem officium per quinque pariter annos obieris; per Constitutiones vero dicti Ordinis auctoritate Apostolica confirmatas sancitum reperiatur, quod ii, qui Guardiani Conventus hujusmodi regimen per duos annos dumtaxat gesserint, tamquam Ex-Provinciales Ordinis prædicti ultimo loco frui debeant; quemadmodum tuus Antecessor, postquam regimine præfato per quinquennium functus fuisset, primum locum inter Ex-Provinciales, immediate post actualem Provincialem, per quasdam felic. rec. Clementis Papæ XII. Prædecessoris nostri in simili forma Brevis expeditas literas, sibi concedi obtinuisse memoratur. Ea propter in præmium Religiosorum laborum tuorum per viginti annos præstitorum, ac præsertim in afferendis ad Venerabilem Fratrem Patriarcham Alexandrinum Cophtorum in Ægypto commorantem Apostolicis in simili forma Brevis literis a fel. rec. Clemente Papa XII. prædicto expeditis, ut in Catholicam Communionem reciperetur, cupis Privilegiis Ex-Procuratorum Generalium ejusdem Ordinis frui posse: Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut Tibi in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur Te specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Tibi, ut omnibus, & singulis juribus, privilegiis, prærogativis, præcedentiis, antelationibus, exemptionibus, honoribus, gratiis, & Indultis, quibus illi, qui Procuratoris Generalis munere functi sunt, tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere libere, & licite possis, & valeas in omnibus, & per omnia, perinde, ac si munus Procuratoris Generalis dicti Ordinis exercuisses, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in om-

omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus fel. rec. Benedicti Papæ XIII. itidem Prædecessoris nostri literis super abolitione, & revocatione privilegiorum personalium editis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 24. Octobris 1740. Pontificatus Nostri anno primo.

Pro D. Card. Passioneo.
Cajetanus Amatus.
Loco ✠ Sigilli.

Quamvis antedictum Breve paullo post fuerit revocatum per generalem ejusdem Pontificis Constitutionem, qua omnes, & singulæ abrogantur in Ordine gratiæ personales; quia tamen nonnulla merita in illo memorantur, quæ non modo eidem Patri Angelico, sed & universæ Religioni gloriam afferunt, ideo opportunum judicavi illud adducere.

Prohibetur omnibus Regularibus vendere pharmaca, aliaque medicamenta Sæcularibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Motu Proprio &c.

Essendo Noi appieno informati, che fino dall' anno 1722. in una particolare Congregazione composta dalla fel. mem. di Clemente Papa XII. nostro Predecessore, allora Cardinal Corsini, dal fù Cardinal Paolucci, e dal Reverendissimo Cardinale Annibale Albani Camerlengo della Santa Romana Chiesa, e da alcuni Prelati, specialmente deputata dalla felice memoria d' Innocenzo PP. XIII. altro nostro Predecessore, tenutasi li 25. Gennaro del detto Anno, inerendo al decreto precedentemente emanato dalla Congregazione della Visita delli 29. Agosto 1637. e della risoluzione presa li 9. Decembre 1720. fù stabilito, che niuno de Regolari di qualunque sorta, anche Cassinensi, dell' Ordine de Predicatori, Compagnia di Gesù, e Minimi, potesse per se, nè per altri, nè anche a nome della Religione, esercitare l' arte dello Speziale, fuori, che per servizio de loro Religiosi, e che dalli medesimi non si potessero vendere Medicamenti preparati, o non preparati, di qualunque genere, a i Secolari, o anche donargli sotto pretesto di Amicizia, o di familiarità, siccome fù approvato dal detto nostro Predecessore Innocenzo XIII. a riserva della Triaca, e Balsamo Apopletico, che permise potersi vendere dalli medesimi Regolari, ottenutane la licenza dal Reverendissimo nostro Cardinal Vicario; e che inoltre il nostro detto Predecessore Clemente XII. si degnò confermare il suddetto stabilimento, e decreto della medesima Congregazione con un suo Breve in data li 20. Luglio 1733. del tenore seguente.

§. 1. Clemens Papa XII. *Ad futuram rei memoriam*. Alias a Congregatione particulari tunc existentium S. R. E. Cardinalium, de quorum numero tunc in minoribus constituti eramus, ac Romanæ Curiæ Prælatorum, ac Medicorum, a fel. record. Innocentio Papa XIII. Prædecessore Nostro specialiter deputata, ad favorem dilectorum Filiorum Aromatariorum de Urbe, emanavit decretum tenoris, qui sequitur, videlicet:

§. 2. Die 25. Januarii 1722. Sacra Congregatio deputata, in qua interfuerunt Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinales Paulutius Almæ Urbis Vicarius, Corsinus, & Annibal Albanus S. R. E. Camerarius, ac Reverendi Patres Domini Collicola Thesaurarius Generalis Cameræ Apostolicæ, Marefuscus Auditor Sanctissimi Domini Nostri Papæ, Pallavicinus Secretarius Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ, & ego Vicesgerens, & Secretarius, nec non Illustrissimus D. Nicolaus de Michelangelis Medicus a secretis Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & D. Pasculus, unus de Collegio Medicorum, inhærendo decreto Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ edito die 29. Augusti 1627. & resolutioni, seu voto emanato a Congregatione præcedenti in hac causa habita die 9. Decembris 1720. juxta majorum suffragiorum calculum, stetit in decisis, seu in resolutis, juxta modum, nempe, censuit insinuandum, & consulendum esse Sanctissimo Domino Nostro Papæ Innocentio XIII. feliciter Regnanti, ut omnino prohibeantur omnes, & singuli Regulares utriusque sexus in hac Alma Urbe, ejusque districtu degentes, etiam Cassinenses, Fratres Prædicatores, Societatis Jesu, Minimi, aliique omnes, quorumcumque Ordinum, & Congregationum, ne per se, neque per alios, nec etiam Religionis nomine, Artem Aromatariam, præterquam suorum Religiosorum, aut Alumnorum usibus, exerceant; ac insuper, ne ullo modo Sæcularibus, aut aliis Religiosis, & Ecclesiasticis, Pharmaca, aut Medicamenta, sive composita, sive non composita, sive præparata, sive non præparata, nec etiam Theriacam, Mithridatum, Hyacinthum, Balsamum, Chinam, Rhabarbarum, atque res ullas chimicas cujusvis generis, aut speciei, neque sub prætextu amicitiæ, aut familiaritatis, aut alio quoquis titulo, causa, vel colore vendant, permutent, aut donent, prævia etiam revocatione omnium, & singulorum decretorum, seu rescriptorum cujuslibet Sacræ Congregationis quocumque tempore latorum, etiamsi fuerint cum Brevibus Apostolicis, Clausula sublata, & Decreto irritanti Communitatis approbata, seu confirmata, ullo modo concedentium Regularibus, seu Monialibus licentiam vendendi Theriacam, Hyacinthum, Balsamum, Medicamenta chimica, aut alia quæcumque cujusvis generis, & speciei, sub pœnis Superioribus utriusque sexus Religiosorum contravenientibus, consulentibus, aut quoquomodo tolerantibus, suspensionis a divinis ipso facto irremissibiliter incurrendæ, privationis vocis activæ, & passivæ, prohibitionis inposterum exercendi, aut exercere faciendi Aromatariam in eorum Domibus, Monasteriis, atque Conventibus, etiam pro eorum usu, ac ulterius confiscationis ejusdem Aromatariæ per R. P. D. Thesaurarium Generalem faciendæ, cum facultate procedendi, etiam per solam Inquisitionem, & applicandi tertiam partem illius Secreto Denunciatori.

Et.

Et facta relatione Sanctissimo Domino Nostro, Sanctitas Sua præfatam insinuationem, seu resolutionem laudavit, & approbavit, cum his tamen declarationibus, & limitationibus, nempe, ut in præfata generali prohibitione non intelligantur comprehensi Fratres Hospitalarii S. Joannis de Deo Urbis, & districtus, etiam juxta vota nonnullorum RR. PP. sed eis licitum sit, non solum Aromatarias in eorum Conventibus, & Hospitalibus pro infirmorum Religiosorum, atque Alumnorum usibus habere, sed etiam de eis vendere Pharmaca, & Medicamenta Secularibus, Religiosis, & Ecclesiasticis quibuscumque, dummodo præfatæ Aromatariæ quolibet Anno per Medicos, & Pharmacopolas deputandos ab Eminentissimo Cardinali Vicario visitentur, ac insimul totum lucrum, quod ex ejusmodi venditione retrahetur, pro manutentione Aromatariarum, & sustentatione, & augmento Hospitalium in eorum Conventibus, seu Domibus existentium, ac infirmorum inibi degentium, seu in beneficium Ecclesiarum, & Sacristiarum uniuscujusque Domus, aut Conventus, integre, & fideliter erogetur, cujus cognitionem eidem Eminentissimo Cardinali Vicario remisit. Respectu vero aliorum Regularium, voluit, & declaravit Sanctitas Sua, posse eis indulgeri, ac permitti venditionem Theriacæ, & Balsami Apoplectici tantum, quo majori publico bono, dummodo obtinea t ab eodem Cardinali Vicario licentiam in scriptis, ad tempus ejus arbitrio duraturam, & lucra exinde retrahenda in beneficium Ecclesiarum, & Sacristiarum uniuscujusque eorum Domus, Monasterii, aut Conventus simili modo erogent. Et ita prohiberi, servari, & respective exequi omnino mandavit, sub pœnis, ut supra, expressis. Non obstantibus, quoad supradicta omnia, & singula in præsenti decreto contenta, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque Personarum, atque Ordinum, sive Congregationis Cassinensis, Fratrum Prædicatorum, Societatis Jesu, Minimorum, aut aliorum quorumcumque tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Societatum, ac cujuslibet alterius Instituti etiam necessario, & individue exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, & aliorum quorumcumque Regularium Locorum; necnon illorum &c. etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, quibus, quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis alias in suo robore permansuris, Sacra Congregatio, Sanctitatis Suæ auctoritate, specialiter, & expresse derogat, cæterisque contrariis quibuscumque. Et ne præmissorum ignorantia a quoquam prætendi possit, voluit eadem Sacra Congregatio, ut præsentes ordinationes in Valvis Basilicarum S. Joannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Urbe, & in Acie Campi Floræ, ut moris est, affixæ, omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent: atque earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ die 21. Maii 1728.

N. Episcopus Bojanen. Vicesgerens præfatæ Congreg. particularis Secretarius.
Loco ✠ Sigilli.
Joseph Cianetti Secretarius.

§. 3. Cum autem, sicut pro parte dictorum Aromatariorum Nobis nuper expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 30. Julii 1733. Pontificatus nostri anno quarto.

F. Cardinalis Oliverius.

§. 4. E che in essecuzione di esso Breve fu publicato sotto li 11. Ottobre 1733. un' Editto dal Reverendissimo Cardinal Vicario, con cui rivocandosi ogni, e qualunque privilegio, sotto pena della sospensione a Divinis ai Superiori delle Religioni, ed altre pene ivi contenute, si proibisce di esercitare la Speziaria nelle loro Case, Monasterj, e Conventi, e di vendere li suddetti medicamenti, eccettuata la detta Teriaca, e Balsamo apopletico, come dalli medesimi Breve, ed Editto a Noi similmente esibiti, non ostante, che per parte de medesimi Regolari fossero giuridicamente dedotte le loro ragioni, ed avessero in scritto rilevati avanti la suddetta Congregazione i motivi della loro libertà di vendere li medesimi Medicamenti, quali furono riconosciuti insussistenti, e pregiudiziali al ben publico, ed economia del Principato, per non essere sottoposte le loro Speziarie alla Visita de Protomedici, e Consoli de Speziali: ad ogni modo hanno sempre cercato li sunnominati Regolari di eludere il detto Breve, e risoluzione della prenominata Congregazione. E perche il maturo esame ne fu fatto, anzi dopo di essere state ridotte con Decreto approvato dalla felice memoria di Clemente XI. similmente nostro Predecessore delli 8. Gennaro 1721. le Speziarie pubbliche de Secolari al numero di sessanta, per non asservi il sufficiente mantenimento delle medesime in numero maggiore, merita pur troppo la conferma da Noi tanto il sudetto Breve dal Defonto Sommo Pontefice, quanto la precedente risoluzione della prefata Congregazione; tanto più, che a norma delle suddette provisioni, anche dagl' altri Principi d' Italia n' è stato abbracciato consimile sistema. E Noi mossi da puro zelo di giustizia, e dall' amore verso li nostri sudditi di questa nostra Città di Roma, abbiamo determinato di

confermare, ed approvare, non tanto il suddetto Breve, quanto anche l' Editto come sopra fatto pubblicare dal Reverendissimo Cardinal Vicario, e la risoluziona precedentemente presa dalla suddetta Congregazione sopra la riduzione del numero delle Speziarie, a rimuovere perciò ogni ostacolo, e questo con ordinare la perpetua osservanza, ed esecuzione, come in appresso.

§. 5. Avendo pertanto nella presente cedola di nostro moto proprio, per espresso, e di parola in parola, come sopra, registrato l' intero tenore del suddetto Breve promulgato, delle condizioni, e dichiarazioni in esso espresse, come anche il tenore dell' Editto, come sopra, fatto pubblicare dal Reverendissimo Cardinal Vicario, e della suddetta risoluzione precedentemente presa dalla sunnominata Congregazione per la riduzione del numero delle Speziarie, ed ogn' altra cosa necessaria d' esprimersi: Di nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra suprema potestà, confermiamo, ed in tutto, e per tutto, ed in tutte le sue parti, e circostanze approviamo, ed autorizziamo il sovraccennato Breve, e l' Editto del Reverendissimo Cardinal Vicario, e la precedente risoluzione presa dalla suddetta Congregazione perticolare sopra la riduzione delle Speziarie di questa nostra Alma Città di Roma, e perciò vogliamo, ed ordiniamo, ed espressamente comandiamo, che quelli, e quella, a tutte le cose ivi contenute, ed espresse debbano sempre, ed in perpetuo avere il loro pieno effetto, ed esecuzione, e che debbansi in ogni futuro tempo inviolabilmente osservare da ogni, e qualunque persona quantosivoglia privilegieta, e privilegiatissima, anche Ecclesiastica, a luogo Pio, de quali dovesse farsi special menzione, nè che sotto qualsisia pretesto, e causa benche incogitata, ed inopinata, si possa mai impugnare, ne controvertere la piena, e totale osservanza, ed esecuzione delli medesimi Breve, Editto, e risoluzione della suddetta Congregezione; anzi che per il suddetto effetto della di loro totale, e pienissima osservanza, ed esecezione, irritiamo, rivochiamo, e cassiamo ogni, e qualunque licenza, e permesso di poter vendere qualunque specie di cose, e da qualsivoglia persona anche in dignità costituita, fosse stato concesso, e respettivamente concessa, tacitamente, o espressamente a qualunque Ecclesiastico Regolare dell' uno, a l' altro sesso, di qualunque Ordine, Congregazione, ed Istituto, e Luogo Pio, contro la forma del suddetto Breve, ed Editto del Reverendissimo Cardinal Vicario, e così irritati, revocati, e cassati restino ora, e perpetuamente, di niuna forza, e valore, perche così è menta, e volonta nostra precisa, ed espressa.

§. 6. Volendo, e decretando, cha alla presente Cedola di nostro moto proprio, benche non esibita, nè registrata in Camera, e ne suoi Libri, non posse mai darsi, nè opporsi di surrezione, orrezione, nè d' alcuno altro vizio, o difetto della nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri qualunque pretesti, benche validi, a validissimi, e quantosivoglia sostanziali, anche di Jus quesito, e pregiudizio del terzo possa, essere impugnato, moderato, o rivocato, ridotto *ad viam juris*, o concedersi verso di esso l' aperizione *oris*, a che così, e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualunque Giudice, e Tribunale, benche Collegiale, Congregazione, anche di Reverendissimi Cardinali, Camerleugo di S. Chiesa, Segnatura di grazia, e di giustizia, Tesoriere, Presidenti, Rota, Camera, e qualsisia altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpretare diversamente. Dichiarando Noi sin d' adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto cio, che da ciascuno d' essi con qualsivoglia autorità, scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse di giudicare, contro la forme, e disposizione del presente moto proprio, siccome sin d' adesso, e preventivamente dichiaramo nullo, irrito, ed invalido ogni contrario uso, consuetudine, prescrizione, anche *longissimi temporis*, centenaria, e tutt' altro, che fosse atto ad impedire, o fare ostacolo all' osservanza del medesimo, quale vogliamo che vaglia, e debba avere sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice nostra sottoscrizione, benche non vi sian stati chiamati, sentiti, nè citati li Superiori delle sunnominate Religioni, e qualsisiano altre Persone, ancorche privilegiate, e privilegiatissime, che vi avessero, o pretendessero avervi qualunque interesse: Non ostanti la Bolla di Pio IV. nostro Predecessore *de registrandis*, la regola della nostra Cancellaria *de Jure quæsito non tollendo*, e qualsisiano altre Costituzioni, ed Ordinazioni Apostoliche nostre, e de nostri Predecessori, Leggi, Statuti, Riforme, stili, usi, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, benche fosse tale, che meritasse speciale, specialissima, ed individua menzione, e nella quale vi fossero clausole derogatorie delle derogatorie, alle quali tutte, e singole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola inserto, e registrato, e supplendo Noi colla pienezza della nostra potestà Pontificia ad ogni vizio, e difetto quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse essere intervenuto, per la totale piena esecuzione; ad effetto di quanto si esprime nel presente nostro moto proprio, ampiamente, ed espressamente deroghiamo. Data dal nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo dì 14. Novembre 1740.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Conceditur Indulgentia centum dierum recitantibus flexis genibus singulis feriis sextis quinquies Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam hora tertia post meridiem, in memoriam Agoniæ D. N. J. C.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD Passionis, & Agoniæ Redemptoris, & Domini Nostri Jesu Christi, unde nobis vita, salus, & Resurrectio manavit, memoriam in omnium Christifidelium animis excitandam, atque fovendam Cœlestibus Ecclesiæ Thesauris, quorum dispensationem Nobis credidit Altissimus, omnibus, & singulis Christifidelibus, qui singulis feriis sextis totius anni, hora tertia post meridiem, ad sonum Campanæ Ecclesiarum Metropolitanarum, Cathedralium, & Parochialium (quarum Parochis, Rectoribus, aliisque quocumque nomine appellatis Superioribus, ut Campanam uniuscujusque Ecclesiæ hujusmodi pulsari faciant, injungimus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ mandamus) flexis genibus quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam divote recitaverint, & oraverint, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione,

nec

rec non salutari perditorum hominum emendatione, pias ad Deum preces effuderint, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis, in forma Ecclesiæ consueta, relaxamus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 13. Decembris 1740. Pontificatus nostri anno primo.

D. Cardinalis Passioneus.

EPISTOLA

Eminentissimi a Secretis Status, qua injungitur Patri Generali, ut in Studiis Generalibus secundæ Classis constituat Tertium Theologiæ Lectorem, & in Studiis provincialibus Lectorem Theologiæ Moralis.

Dalla Segretaria di Stato 23. Decembre 1740.

PRemendo a Nostro Signore, che si osservi nelli Studj de PP. Minori Osservanti quel metodo, che puo riuscire di maggior profitto alla suddetta Religione, ingiunge a tal' effetto al P. Generale dell' Ordine, che tra le altre cose faccia leggere la Teologia Morale ne' Conventi de' Studj Minori detti Provinciali; E che in oltre ne' Studj Maggiori di seconda Classe ponga un terzo Lettore, sia di Morale, o di Canonica, o di Dommatica, con gli stessi privilegj, prerogative, e preeminenze, che sogliono concedersi per legge, o consuetudine agli altri Lettori, o Provinciali, o Generali dei suddetti rispettivi Studj, derogando per tal' effetto la Santità Sua ad ogni altra contraria disposizione.

Silvio Card. Valenti.

Dubia nonnulla, & Resolutiones Sacræ Congregationis Concilii ab anno 1731. usque ad 1740. inclusive.

RAVENNATEN. VISITATIONIS.

Die Sabathi 7. Aprilis 1732. proposita fuerunt sequentia Dubia.

I. AN Cappella, & Altare Sancti Antonii, sita in Ecclesia Patrum Minorum de Observantia Ravennæ, subsint Visitationi Reverendissimi Archiepiscopi?

II. *An ornamenta, & Supellectilia ejusdem Altaris, & Cappellæ, spectantia ad easdem PP. possint ab eo visitari?*

III. *An ea spectantia ad Societatem S. Antonii, quæ in actu Visitationis serventur in Arca, aut in alio loco, visitari debeant in loco, in quibus asservantur; seu potius asportanda sint intra Cappellam præfatam, ibique visitari?*

Et responsum fuit.

Chronol. Seraph. *

„ Ad primum: Affirmativa, ad formam *Nactrinæ*.

„ Ad secundum: Negative.

„ Ad tertium: posse visitari ubicumque servantur.

Ita resolutum fuit, non vi Instrumenti erectionis prædictæ Confraternitatis, quod reperiri non potuit; sed ratione Visitationis alias peractæ ab Archiepiscopo Guinigio, nempe anno 1684. in qua enunciatur etiam, quod sub die 30. Maii 1642. &c. ex rogito Octavii Stellæ Curiæ Archiepiscopalis Notarii, inter Patres Minores de Observantia, & Confratres ejusdem Societatis Sancti Antonii, inita fuit transactio cum auctoritate recolendæ memoriæ Cardinalis Capponi, tunc dictæ Ecclesiæ Archiepiscopi, in qua prædicta Confraternitas erecta, fuit subjecta Decretis, & Visitationi Episcoporum pro tempore, ad formam Constitutionum Apostolicarum; Idque actum fuit auctoritate fel. mem. Urbani VIII. prout ex literis in forma Brevis sub die 30. Augusti 1641. anno 19. ejus Pontificatus colligitur.

PAPIEN. ONERIS MISSARUM.

BAlthassar de Magistria in codicillis, quos condidit anno 1559. ita cavet. - *Gravavit, & gravat ejus hæredes ad construi faciendum Cappellam unam in Ecclesia Sanctæ Crucis Papiæ, sub vocabulo trium Magorum, cum ejus Ancona, & cum Sepultura marmorea habente insculpta insignia Familiæ de Magistris, in qua ejus hæredes sepeliri possint, & ad construendum sepulturam ipsius D. Balthassaris in eadem Ecclesia &c. ac etiam gravavit, & gravat hæredes ad celebrari faciendum in dicta Ecclesia, & in dicta Cappella Missam unam singula die pro anima ipsius D. Testatoris, & Defunctorum suorum, a quo onere possint ipsi hæredes se redimere, designando redditus sufficientes ad eleemosynam pro celebratione dd. Missarum, videlicet, implicando tot pecunias, ex quibus redditus sufficiens percipi possit pro celebratione dd. Missarum.*

Cum per centum, & septuaginta annos soluta fuisset ab Hæredibus eleemosyna PP. Reformatis, quorum est prædicta Ecclesia, pro quotidiano Missæ Sacrificio, Carolo de Magistria in mentem venit instituendi ibidem Cappellaniam Sæcularem, Fratribus renuentibus.

Hinc proposita fuerunt sequentia dubia.

I. *An Missa quotidiana fundata a Balthassare de Magistris in Altari Sanctorum trium Regum erecto in Ecclesia Sanctæ Crucis PP. Reformatorum Sancti Francisci, privative celebranda sit a dictis Patribus, sive potius celebrari possit a Cappellano ab hæredibus deputanda?* Et quatenus negative ad primam, & affirmative ad secundam partem

II. *An dicti Patres teneantur præstare patientiam pro celebratione dictæ Missæ, soluta eisdem subventione pro utensilibus, sive potius sit locus translationi dictæ Missæ ad aliam Ecclesiam arbitrio hæredis in casu &c?*

Quibus Sacra Congregatio die Sabbati 12. Decembris 1733. respondit.

„ Ad primum: negative ad primam partem, & affirmative ad secundam.

„ Ad secundum: negative ad primam partem; quo „ vero ad secundam affirmative, ad aliam Ecclesiam „ designandam ab Episcopo.

Hujusmodi Resolutio fuit omnino juxta votum Episcopi. Et sane, cum a Testatore data esset libertas Hæredi se ab onere redimendi unica solutione, cujus sunt incapaces in casu FF. Minores, proclive erat caussam ita resolvi.

Hh 2 TV-

TUSCULANA FUNERUM.

DUBIA.

I. *AN Patres Reformati, in quorum Ecclesia Defunctus elegerit Sepulturam, possint deducere funus, & Cadaver asportare sine consensu, & præsentia, vel Archipresbyteri, vel Canonici Coadjutoris actualem curam exercentium, eorumque interventu?* & quatenus negative

II. *An, postquam dicti Patres per aliquod temporis spatium expectaverint Archipresbyterum, vel illius Coadjutorem, possint absque iisdem asportare Cadaver ad eorum Ecclesiam?*

III. *An ad associationem Cadaverum ad Ecclesiam Patrum Reformatorum sint ab Hæredibus Defuncti, præter Archipresbyterum, sive ejus Coadjutorem, invitandi tot Sacerdotes Sæculares, quot Religiosi?*

IV. *An Parochus possit, ratione itineris faciendi extra mœnia Civitatis ad Ecclesiam dictorum Patrum, exigere ultra quartam, duplum illius eleemosynæ, quæ daretur, si cadaver esset sepeliendum intra Civitatem?* & quatenus Negative

V. *An idem servandum sit in tumulatione tam Civium, quam exterorum in casu &c.?*

Sacra Congregatio die Sabbati 24. Julii 1734. respondit.

„ Ad primum: Negative.

„ Ad secundum: affirmative, intimato tamen prius,
„ & expectato per horam Archipresbytero, vel Cano-
„ nico Coadjutore.

„ Quo vero ad tertium, quartum, & quintum
„ ad Eminentissimum Episcopum juxta mentem.

SABINEN. FUNERUM.

MAria Lucretia Valentini ita in suo Testamento cautum reliquit: *Il di lei corpo poi fatto cadavere, vuol sia sepellito nella Venerabil Chiesa di San Biagio dei Padri Carmelitani.* Quo non obstante, secuta illius morte, Archipresbyter ad suam Ecclesiam Parochialem Cadaver transferri, & tumulari jussit. Hinc proposita sequentia Dubia.

I. *An Cadaver Mariæ Lucretiæ Valentini exhumandum, & restituendum sit per Archipresbyterum Parochiæ Terræ Cantalupi, una cum cera, & aliis emolumentis ab eo perceptis, PP. Carmelitis ejusdem Terræ in casu &c.?*

II. *An Cadavera Defunctorum sepelienda in Ecclesia eorumdem Patrum Carmelitarum debeant ad illam recto tramite deferri, vel potius, attenta asserta consuetudine, prius asportari, & exponi in Ecclesia Parochiali in casu &c.?*

III. *An in associatione Cadaverum ad eamdem Ecclesiam Patrum Carmelitarum dictus Archipresbyter debeat sub sola Cruce dictæ Ecclesiæ tumulantis incedere, vel possit propriam elevare, & sub utraque incedere in casu &c.?*

Sacra Congregatio die 29. Januarii 1735. respondit.

„ Ad primum, quoad restitutionem Ceræ, aliorum-
„ que emolumentorum *Affirmative*, reservata quar-
„ ta favore Parochi: Quo vero ad exhumationem,
„ & restitutionem Cadaveris, ad Eminentissimum
„ Episcopum juxta mentem.

„ Ad secundum, & tertium *Affirmative* ad primam
„ partem, *Negative* ad secundam.

FAVENTINA QUARTÆ FUNERALIS.

DUBIA.

I. *AN, & a quibus, & quæ portio ceræ debeatur Archipresbytero Terræ Bagnacaballi pro eorum quarta Funerali, quando Cadavera tumulantur extra Parochiam in Ecclesiis Regularium in casu &c.?*

II. *An, & quot candelæ tradi debeant Archipresbytero, & Parochis in associatione cadaverum in casu &c.?*

Sacra Congregatio sub die 18. Junii 1735. respondit.

„ Ad primum, deberi quartam tantum ex ea
„ portione Ceræ, quæ retinetur ab Ecclesiis Regu-
„ larium.

„ Ad secundum, deberi binas Candelas Archi-
„ presbytero, &, eo absente, totidem ejusdem sub-
„ stituto tantum, & amplius.

SUESSANA JURIUM PAROCHIALIUM.

DUBIA.

I. *AN licuerit Patribus Sancti Augustini Civitatis Suessanæ in die Dominico Resurrectionis Domini Nostri, devotionis causa, administrare Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum Clerico Antonio de Paulo?* & quatenus Negative

II. *An sustineatur comminatio Interdicti Ecclesiæ supradictorum Patrum facta ab Episcopo in casu &c.?*

Sacra Congregatio sub die 14. Januarii 1736. respondit.

„ Ad primum Negative.

„ Ad secundum, ad mentem, & amplius.

Alia duo prodierunt ab eadem Sacr. Congreg. rescripta ea super re: alterum in *Terracina die 8. Junii 1619.* his verbis — *Sacra Congregatio respondit, non posse sæculares in ipso die Paschatis de manu Regularium Sacram Communionem accipere, etsi in alia die satisfecerint Ecclesiæ præcepto hac de re edito* — ut *in libro 12. Decr. pag. 12.*, & alterum in *Burdigalen 9. Julii 1644.* ita conceptum — *Sacra Congregatio post maturam discussionem censuit, Archiepiscopum Burdigalensem non posse prohibere Regularibus habentibus privilegia Apostolica, ut a Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusive, administrare non valeant personis sæcularibus Sacramentum Confessionis, posse tamen eisdem prohibere, ut personis sæcularibus in die Paschatis non administrent Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, etiamsi dictæ personæ sæculares in alia die satisfecerint præcepto hac de re edito*, ut in *lib. 17. Decr.* pag. 319. Se abstineant igitur FF. ab administratione Eucharistiæ die Paschatis, licet non desint Auctores, qui oppositam doceant sententiam.

PENNEN. SEPULTURÆ.

DUBIA.

I. *AN licuerit tumulari Cadaver Mariæ Nolli in Ecclesia Monialium Sanctæ Claræ Civitatis Pennæ?* & quatenus Negative

II. *An sit locus exhumationi, & respective restitutioni dicti Cadaveris, una cum funeris emolumentis, favore Ecclesiæ Collegiatæ, & Parochialis Sancti Joannis Evangelistæ ejusdem Civitatis in casu &c?*

Sacra Congregatio sub die 6. Julii 1737. respondit.

„ Ad primum Affirmative.

„ Ad secundum: provisum in primo, & amplius.

Constat ergo Educandas posse sibi sepulturam eligere in Ecclesia Monialium, cum quibus commorantur, quidquid in contrarium dicat Pignatellus tom. 7. consult. 63. per tot. qui tuetur, Puellas educationis causa in Monasterio commorantes debere in Parochiali, non autem in Ecclesia Monasterii sepeliri.

Officia Sanctorum, quæ conceduntur sub hac formula: Recitari posse, fieri posse &c. *non sunt habenda tamquam Officia ad libitum si sint acceptata.*

SUPPLEX LIBELLUS.

Emi, & Rmi Domini.

FR. Michael Angelus a Gallipoli Procurator Generalis Ordinis Minorum Sancti Francisci Reformatorum, Orator humillimus EE. VV. Suppliciter exponit, quatenus recenter a Sacra Rituum Congregatione concessa sunt quædam Sanctorum Officia, alia Urbis, & Orbis, alia aliquibus Regnis, ditionibus, statibusque peculiaribus recitanda, tum a Sæcularibus, tum a Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, quæ concessiones exprimuntur his verbis: *Recitari posse, fieri posse*: & cum ex Rubricis nostri novi Breviarii Franciscani approbatis a san. mem. Innocentio Papa XII. per Bullam, quæ incipit: *Exponi Nobis &c.* statuatur, ut quotiescumque sit hæc expressio *recitari posse, fieri posse*, nihil aliud intelligatur, nisi Officia ad libitum, hinc humiliter petit ab EE. VV. ut dignentur declarare, an prædicta Officia, cum tali expressione expressa, si occurrant in die impedita ab aliis Officiis de præcepto Breviarii prædicti, non obstantibus Decretis Sac. Rit. Congreg. de non transferendis Officiis Sanctorum ad libitum, a nobis possint transferri ad aliam diem, vel debeant omitti? Quam gratiam &c.

DECRETUM

Ordinis Minorum Observantium Reformatorum Sancti Francisci.

SAcra Rituum Congregatio, ad preces Patris Fratris Michaelis Angeli a Gallipoli, Procuratoris Generalis Ordinis Minorum Observantium Reformatorum Sancti Francisci, audito prius voto unius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, declaravit: prædicta Officia acceptata, si occurrant in diebus impeditis, non reputari debere tamquam mera officia ad libitum, sed de præcepto, adeoque esse omnino transferenda. Die 6. Septembris 1738. Ita reperitur in Regestis Decretorum Congregationis Sac. Rituum.

In fidem: J. Cervinus Patriarcha
Hierosolymitanus Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Extracta est præsens copia ex transumpto authentico de alma Urbe transmisso, existenteque in hac Secretaria Generali Ordinis, ad quod me refero, & cum quo fideliter collationata in omnibus concordat, & in fidem me subscribo, sigilloque minori Officii munio. In hoc Conventu Sancti Francisci Matritensi, die 20. Januarii 1745.

Fr. Eugenius de Olozaga,
Secretarius Generalis Ordinis.

Loco ✠ Sigilli.

SENOGALLIEN. FUNERUM.

IN Pastorali Visitatione novissime peracta Senogalliensis Episcopus, consentanee ad petitionem Thomæ Mancinelli moderni Plebani Castri Scapezzani, taxam emolumentorum, quæ imposterum occasione Funerum, & associationis Cadaverum forent exigenda, in hæc verba constituit.

I. „ Quando un Cadavere sia del Luogo di Sca-
„ pezzano, o suo Borgo, e debba esser tumulato
„ nella Chiesa Parochiale, o altra dentro la Terra
„ stessa, il Signor Pievano, o suo Cappellano Cu-
„ rato abbia per mercede dell'associazione un pavo-
„ lo, una faccola, e dodici Candelette. Il Sagresta-
„ no abbia in tale occasione per di lui stipendio, o
„ 12. quattrini di moneta Romana, con dodici can-
„ delette, o mezzo pavolo, e non altro. Il Che-
„ rico, che porta la Caldarola dell' Aqua Santa, ab-
„ bia sei Candelette, e non altro.

II. „ Se poi nell'associazione d'ogni Cadavere,
„ come sopra, il Signor Pievano si ponesse la sto-
„ la, ed il Cappellano Curato l'andasse accompa-
„ gnando, abbia il Signor Pievano un pavolo, una
„ faccola, e dodici candelette, ed il Cappellano Cu-
„ rato abbia solamente un giulio d'Urbino. Por-
„ tando poi la Stola, in tal congiunture il Cappel-
„ lano, ed il detto Pievano, ricevendo il Cadavere
„ in Chiesa, o alla Porta della medesima, allora
„ il Cappellano abbia un pavolo, una faccola, e 12.
„ candelette, ed il Signor Pievano conseguisca so-
„ lamente il giulio d'Urbino.

III. „ Nel caso di doversi andare a levare il Ca-
„ davere fuori del Borgo, il Signor Pievano, o
„ suo Cappellano Curato abbia per l'associazione
„ alla Parochiale, o altra Chiesa nel luogo, quat-
„ tro grossi d'Urbino, una faccola, e diciotto can-
„ delette. Il Sagrestano abbia mezzo pavolo, e 18.
„ candelette, o pure un pavolo, e non altro. Il
„ Cherico, che porta la Caldarola dell' Acqua San-
„ ta abbia solamente nove candelette.

IV. „ Quando il Signor Pievano, o suo Cappel-
„ lano vada a prendere un Cadavere ne confini del-
„ le Parochia, come sarebbono il Fiume, l'Abbru-
„ giata, o Ponticelli, le Grazie, e le Fornaci, ab-
„ bia per stipendio d'ogni associazione due pavoli,
„ una faccola, e diciotto candelette; Il Sagrestano
„ un pavolo con diciotto candelette, o bajocchi
„ quin-

„ quindici in tutto, e non altro. Il Cherico por-
„ tando la Caldarola dell' Acqua Santa abbia come
„ sopra.

V. „ Occorrendo l' associazione di qualche Cada-
„ vere alla Chiesa de' RR. Padri Riformati sotto ti-
„ tolo di Santa Maria delle Grazie, il Signor Pie-
„ vano, o suo Cappellano Curato, ed il Sagrestano, e
„ Cherico abbiano lo stipendio, come prossimo an-
„ tecedente §. IV.

VI. „ Qualora poi la suddetta associazione seguis-
„ se in altra Chiesa fuori de limiti di detta Paro-
„ chia di Scapezzano, dichiaramo, che detti Signori
„ Pievano, o Cappellano Curato, Sagrestano, e Che-
„ rico possano ricevere la mercede duplicata, secon-
„ do l' uso della Cattedrale di Sinigaglia.

Cum autem hæc taxa pluribus displiceret, ad S. C. C. habitus fuit recursus, eique sequentia dubia proposita.

I. *AN taxa ab Episcopo novissime confecta favore Parochi loci Scapezzani super emolumentis associationis Cadaverum sit exequenda, vel potius reformanda, & in qua parte?*

II. *An testes super electione sepulturæ deponentes recipi debeant medio juramento per publicum Notarium, sive potius sufficiat eosdem Testes deponere oretenus, cum juramento, coram ipsomet Parocho, vel Vicario Foraneo?*

II. *An liceat Parocho recipere unam candelam in actu restitutionis Imaginis Sanctissimi Crucifixi penes infirmum relictæ, occasione administrandi Oleum Sanctum in casu &c?*

IV. *An spectet ad Parochum onus deferre faciendi Cadavera Pauperum ad Ecclesiam Parochialem, vel potius cogi valeant Parochiani ad illa deferenda, itaut sit exequendum præceptum Curiæ Episcopalis in casu &c?*

Quibus eadem Sacra Congregatio sub die 19. Decembris 1739. respondit.

„ Ad I. Taxam esse reformandam juxta modum.
„ Ad II. Negative ad primam partem, & affirmative ad secundam.
„ Ad III. Negative.
„ Ad IV. Affirmative quoad primam partem, &
„ Negative ad secundam, & amplius.

DECRETUM.

JUSSU SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI XIV.

Editum circa celebrationem Missæ in Oratoriis privatis.

Die septima Januarii 1741.

CUM duo nobiles conjuges Diœcesis Marsicen. obtinuissent a Sede Apostolica Indultum pro celebratione Missæ in privato suæ Domus Oratorio sic conceptum — *Dilecte Fili, & Dilecta in Christo Filia Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Spirituali consolationi Vestræ, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, vosque spiritualibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus, quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus vestro nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, vobis, qui (ut asseritis) locorum Gallicchii, & Missanelli Marsicen. seu alterius Diœcesis, jurisdictionem temporalem in illis, seu eorum altero exercen. Baro, & Baronissa respective existitis, in privatis Domorum vestræ habitationis in Civitate, & Diœcesi Marsicen. existen. Oratoriis ad hoc decenter muro extructis, & ornatis, seu extruendis, & ornandis, ab omnibus domesticis usibus liberis, per Ordinarium loci prius visitandis, & approbandis, ac de ipsius Ordinarii licentia ejus arbitrio duratura, unam Missam pro unoquoque die, dummodo in eisdem Domibus celebrandi licentia, quæ adhuc duret, alteri concessa non fuerit, per quemcumque Sacerdotem ab eodem Ordinario approbatum Sæcularem, seu de Superiorum suorum licentia Regularem, sine tamen quorumcumque jurium Parochialium præjudicio, ac Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, aliisque solemnioribus anni festis diebus exceptis, in vestra, & aliorum, Consanguineorum, & affinium in eodem Domo vobiscum insimul habitan. Familiæque, & quoad Oratoria Ruri existentia, etiam in Hospitum nobilium, vestrorumque præsentia, celebrari facere libere, & licite possitis, & valeatis, ac vestrum quilibet possit, & valeat, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus: Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod Familiares servitiis vestris tempore dictæ Missæ actu non necessarii ibidem Missæ hujusmodi interessentes ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de præcepto minime liberi censeantur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 12. Februarii 1739.* — Cumque exorta esset dubitatio, an ex vi hujusmodi Indulti liceret Missam celebrari in privato Oratorio, etiam sine præsentia alterutrius ex dictis Conjugibus, in quos Indulti concessio directa erat, cui quidem dubitationi locum dedit opinio nonnullorum Doctorum pro affirmativa, & negativa respective sententia inter se certantium, Sacra Congregatio Concilii, ad quam hujus quæstionis resolutio delata fuit, die tertia Decembris 1740. censuit — NON LICERE — Deinde vero Sanctissimus Dominus Noster, reprobata contraria Doctorum Sententia, prædictam Sacræ Congregationis resolutionem non dum approbavit, verum etiam præsenti Decreto publice evulgando voluit omnibus notum fieri, non posse vigore similis Indulti celebrari Missam in privatis Oratoriis, quando eidem Missæ actu non interfit aliquis ex iis, quibus principaliter Indultum concessum est: Indultum vero principaliter concessum intelligi iis tantum, quibus Breve dirigitur, nimirum Personis illis, quæ a tergo ejusdem Brevis proprio nomine nuncupantur, adeout sine præsentia alicujus ex dictis Personis minime liceat Missæ Sacrificium peragi, etiamsi præsens sit aliquis sive ex Filiis, sive demum ex Hospitibus Nobilibus in eodem Brevi memoratis, quippe quibus nil aliud per ejusmodi Brevia conceditur, quam quod unusquisque eorum (dummodo, quod attinet ad Familiares, juxta clausulam in iisdem Brevibus insertam, non sit ex illis actu non necessariis) assistens Missæ, quæ celebratur in Oratorio privato in præsentia alicujus ex Personis a tergo Brevis proprio nomine nuncupatis, satisfaciat obligationi audiendi Missam diebus festis de præcepto.

Sublata igitur, & proscripta quacumque minus ger-

germana interpretatione ejusmodi Brevium, & Indultorum in contrarium hactenus facta, Sanctitas Sua ita declaravit, & servari omnino mandavit, districte præcipiens, ut omnes Episcopi, aliique locorum Ordinarii, etiam tamquam a Sede Apostolica Delegati, executioni, & observantiæ hujus Decreti diligenter incumbant per Canonicas pœnas contra inobedientes eorum arbitrio constituendas.

A. Cardinalis Gentili Præfectus.

C. A. Archiepiscopus Philippen. Secret.

SAnctissimus Pontifex Benedictus XIV. concessit sub die 9. Januarii idem Breve Apostolicum Guardiano Hierosolymitano, quod supra Par. 1. pag. 583. ex fel. rec. Innocentio XIII. retulimus, circa facultatem administrandi Sacramentum Confirmationis.

Sequenti vero die idem Sanctissimus Pontifex confirmavit pariter Urbani VIII. literas pro necessitatibus Locorum Terræ Sanctæ, edita consueta *Salvatoris, & Domini Nostri &c.* literis, quæ occurrunt Part. 1. pag. 325. A.

ELectio Reverendissimi Patris Cajetani de Laurino in Ministrum Generalem Ordinis confirmatur a Pontifice sub die 24. Januarii 1741. iisdem Apostolicis Literis, quas, mutatis mutandis, directas ad Reverendissimum Patrem Bonaventuram Poerium dedimus supra Part. 1. pag. 358. incipiunt. *Cum sicut Nobis &c.*

Conceditur Ministro Generali facultas eligendi per duas vices in singulis Provinciis Ordinis, Provinciales, Definitores, aliosque Officiales, cum id in Domino sibi expedire videbitur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

CUm, sicut Nobis nuper exponi fecisti, in Capitulis Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, cujus Tu Minister Generalis existis, quando Ministrorum Provincialium, & Definitorum fit electio, interdum eveniat, ut dum Præses Capituli bono Provinciæ Regimini, & Reformationi maxime invigilat, indigni, seu minus digni, & ad reformationem omnino inepti a vocem, seu suffragium habentibus, malitia temporum sic ferente, eligantur, ac confirmandi proponantur: Nos præmissis obviam ire, ac felici, prosperoque Provinciarum ejusdem Ordinis statui, atque regimini, quantum nobis ex alto conceditur, providere, Teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat assequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi, de cujus fide, prudentia, integritate, vigilantia, ac religionis zelo plurimum in Domino confidimus, ut in iisdem Capitulis Provincialibus, quando necessitas, bonumque earumdem Provinciarum regimen, sive utilitas id exegerit, Tu solus, juxta datam a Domino prudentiam, Ministros Provinciales, Definitores, aliosque Officiales duabus vicibus in qualibet Provincia in totum eligere, nominare, & deputare libere, & licite possis, & valeas, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus, quam etiam facultatem tuo arbitrio, vel augendam, vel minuendam, tuis Commissariis Visitatoribus delegatis, & delegandis, juxta rerum, & locorum exigentiam, in iis Provinciis, ad quas accedere nequiveris, tribuere, & subdelegare possis dicta auctoritate impertimur.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, & illius Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 24. Januarii 1741. Pontificatus Nostri anno primo.

Dominicus Card. Passioneus.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

EPISTOLA ENCYCLICA

Reverendissimi Patris Ministri Generalis ad universam Cismontanam Familiam super observantia Constitutionum Apostolicarum, & Ordinis.

FRA GAETANO DI LAURINO

Lettor Giubilato, nel Real Congresso di Sua Maestà Cattolica per l' Immacolata Concezione Teologo, e Ministro Generale di tutto l' Ordine del Padre San Francesco.

Alli molto amati in Cristo PP. e FF. Superiori, e Sudditi della nostra Cismontana Famiglia salute, e Serafica benedizione.

IN adempimento di quanto fu da Noi promesso nella prima Pastorale, ed insieme del Carico di nostra Coscienza, ricordandoci, che dobbiamo rendar conto dell' Ordine a Noi commesso al Tribunal di Dio, avendo per accusatori, se faremo male, i Santi della nostra Religione, ed il Padre S. Francesco, di cui indegnamente portiamo le veci, spieghiamo particolarmente i nostri sentimenti, tanto in ordine all' esterior conversazione per edificazione dal secolo, il quale da ciò, che vede, argomenta cioche siamo interiormente, quanto all' interiore de' nostri Chiostri.

DELLA SANTA POVERTA'

I. RIcevuta la presente, con Decreto de PP. del Definitorio si deputino quattro, o sei Religiosi Zelanti, secondo la vastità, più o meno delle Provincie, i quali ripartiti per i distretti delle medesime, vedano diligentemente, se dentro le nostre Clausure vi sia cosa opposta alla nostra povertà, co-

me

me Vigne, Oliveti, Tenute, o altro, ed essendovi, senza uinn riguardo le facciano tagliare, e abarbicare, e le Vigne al più si riducano in Pergolati con viali per mezzo, solamente per ricreazione de' Frati, e non già per spremere vino a qualsisia uso, giusta le dichiarazioni della nostra Regola di Nicolò III., e Clemente V. Che se poi simili proprietà fussero fuori di Clausura, si rinunzino o agli Eredi, se vi sono, o alle Communità, o Luoghi Pii, giusta il pratticato altra volta dal fu Eminentissimo Cozza, dando perciò eseguire il tempo di quattro mesi, dopo de quali dovranno i Padri Deputati mandarcene attestati giurati, con la nota delle medesime proprietà sradicate, dando il merito di Santa Ubbidienza a chiunque ci avviserà, se vi sia stata negligenza in adempimento di questa obbligazione.

II. Sappiano che i Conventi, quali avessero delle proprietà con Breve, Privilegio, o Concessione Apostolica, non possono in conto veruno ritenerle, perchè li Privilegj rilasciativi della Regola vengono rinunziati in ogni Capitolo Generale, e giusta la Regola legale: *Gratiæ non conferuntur invito*, onde sono obbligati a rivelarle, altrimenti se lo sapremo, non riceveranno licenza di celebrar Congregazioni, e Capitoli.

III. Le limosine de' Predicatori si consegnino fedelmente ai Sindici Apostolici de' Conventi, e si passino in libro d' introito, ed esito, altrimente procederemo alle pene de' Proprietarj, e da Provinciali ad essi si neghi la licenza di più predicare, come faremo ancor Noi.

IV. Ove non fussero stabilite, si stabiliscano le Communità di Lana, e Lino, e vadano tutti confidentemente a provedersi, quando non fossero provveduti, ce ne diano l' avviso, col certo supposto, che non rimanderemo indietro le loro lettere, e taceremo i Nomi.

V. Per l' esteriore conversazione, sapendosi da Noi esservi alcune Provincie sregolate, le quali tutt'altro dimostrano, anche al di fuori, che Professione di Povertà, onde son credute, o privilegiate, o rilasciate, perciò assolutamente vogliamo, che non si fabbrichino Panni con lane tinte negre, o distinzione di Turchini: che non si tolga quel pelo, ch' è naturale a detti Panni: che gli Abiti non sieno carichi di tante piegature, che le corde sien di Canape, e grosse, i Mantelli non passino di molto il ginocchio, si tolgano i fazzoletti al Collo introdotti per evitare il sudore: le berrette, per chi à necessità di portarle, non sieno di colore cangiante, ma modeste: i Religiosi vadino scalzi, specialmente fuori di casa, e con le Zandole aperte, ed a chi avesse necessità di calzare, non si dia licenza d' andare fuori: le Tabbacchiere siano modestissime: nelle Stanze non vi siano Quadri con cornici dorate, o curiose, potendosi contentare di figure di carta: le sedie siano di paglia: i letti ricoverti con modestia di panno tutto d' uniforme colore; e generalmente parlando si tolga ogni apparenza di vanità, essendo affatto insoffribile, che i Religiosi di povera Professione, oltre il commodo personale, vogliano pur anche un ostentazione di vanità Secolaresca, con pregiudizio di tanti buoni Religiosi, e del vitto quotidiano, che mendichiamo da porta in porta.

VI. Ed a quest' effetto di togliere le vanità, pur troppo introdotte, essendo comparso al Capitolo Generale troppo vano il Titolo di *Predicator clarissimo*, ha ordinato, che restando le medesime prerogative, solamente si muti il Titolo di Clarissimo in quello di *Predicator Generale*, giusta il lodevole costume della Famiglia Oltramontana; ed a togliere ogni motivo di trasgressione, sieno i Religiosi provveduti del bisognevole, e specialmente a Giovani studenti si dia oglio, carta, e tutto, di che abbisognano; e qualora i Guardiani allleghino impotenza de' Conventi, rinunzino al Governo, perche si troveranno altri, che sappiano meglio amministrar le limosine, a tenore delle proprie obbligazioni.

VII. In osservanza di che, i Provinciali facciano le visite non da Corrieri, ma fermandosi ne' Conventi, ascoltino i Religiosi tutti daddovero, e non per cerimonia; visitino le Celle de medesimi, e provvedano a loro bisogni: assicurando i PP. Provinciali, che laddove scorgeremo connivenza, o negligenza, toglieremo con essi il carteggio, ed a tenore delle nostre leggi, ce la sentiremo, o con gl' intieri Definitorj, o con li Discreti locali. E perciò studino seriamente su questi due punti, cioè di togliere ogni esterior apparenza, che sa di vanità, così nel vestire, come nelle Celle; e di fare, che i Religiosi sieno provveduti del bisognevole, per togliere a medesimi le scuse consuete delle loro inosservanze; ed in questi punti abbiano occhio specialissimo alla Gioventù, dall' educazione di cui dipende tutto il benefizio dell' Ordine.

VIII. Le spese de' Conventi si facciano far tutte per mano de' Sindici, e de' Sostituti, ne' ardisca o Guardiano, o Sacerdote, o Laico prender stipendj di Messe, pagar Operarj, patteggiare, convenire, commutare, o far' altr' azzione lesiva della nostra povertà, perche irremissibilmente procederemo alle pene contro alli Proprietarj.

VIII. Essendo ai Religiosi un grande incitamento per ricorrere a mezz' illeciti il vedersi, che in Refettorio vi sono delle parzialità, onde alcuni mangiano assai bene, e gl' altri assai male, perciò s' osservi in Refettorio la perfetta vita commune, senza nessuna particolarità, sieno Superiori, o Padri, o altri, perche quando questi mangerando lo stesso di quello, che mangia il semplice Laico, in caso di poco buon trattamento, avran modo col di loro esempio di far meglio trattare la Communità.

De' Novizj, e Cherici.

I. Dovendo i Giovani col crescere in età, e grado regolar gli altri; com' essi sono stati regolati, ogn' un vede di quanta importanza sia la di loro educazione. Pertanto abbiano attenzione specialissima nel ricevergli all' Ordine, e noi non saremo per approvargli, se distintamente non si notino la loro età, che non passi per Cherici l' anno dieciotto, e per Laici l' anno vigesimo secondo: la Professione de' loro Genitori, costume, talento, salute, e tutt' altro prescritto dalle Costituzioni apostoliche, e dell' Ordine.

II. Seriamente attendano i Definitorj a scegliere Maestri de' Novizj, prudenti, dotti, di sperienza, di religiosa civiltà, che facciano consistere la di loro educazione nel sapergli ben persuadere con le ragioni, con esempj della Scrittura, degl' Uomini celebri in Dottrina, e santità del nostr' Ordine, e non già, com' è costume d' alcune Provincie sregolate, nell' insegnar loro ad essere Facchini, obbligandogli a lavar tutt' i Piatti, Scudelle, ed utensili della Cucina, mortificandogli con gran pietre al Collo, strascinar la lingua, mordacchj, stracci agl' occhi, servizio alle Fabbriche, colpe con parole ingiuriose, anche alle di loro Famiglie: onde poi educati in tal modo riescono con i spiriti avviliti, privi di religiosa civiltà, non sanno parlare, che di bassezze

sezze, non san pratticare, che con Persone basse, dando di mano ad ogni sorta d' Uffieio servile, e vergognoso; nascendo tutto ciò da Maestri, e Guardiani, ch' essendo spogliati di carattere, di prudenza, di dottrina, non san conciliarsi l' autorità, la stima, la riverenza de' Ciovani, e per lo più riescono in disprezzo interiore de' loro allievi.

III. Tutta la forza dell' educazione deve dunque consistere nelle ragioni tratte dalla Scrittura, da Trattati di San Boñaventura, e da tanti altri, che giornalmente vengono alla luce, lo che non potrà ottenersi, se non vi sono Maestri capaci di ben' intendere, i quali sappiano distingnere tra umiltà, e viltà, tra civiltà, e superbia, tra Uomini destinati agl' Altari, ed altri destinati alla zappa, e servirsi in pimo luogo d' ottime ragioni, e persuasive, ed in ultimo di mortificazioni civili, con le semplici porzioni in Terra, e non più, con lo stare per qualche tempo ginocchioni, o altre simili. E perche sappiamo, che giungono alcuni Guardiani, o Maestri indiscreti, e Villani sino a percuotere i Ciovani con schiaffi, pugni, e calci, avvertano questi Indiscreti, che i Giovani non sono destinati al remo, ma all' Altare, e che precederemo a rigorosi Processi; e che quando non intendano le Dottrine di San Bonaventura, e non sappiano per altra strada educare i Giovani, che per quella del loro avvilimento, com' Agricoltori inesperti, ed inabili al coltivamento delle Piante, gli faremo assolutamente rimuovere.

IV. Vogliamo perciò, ch' a Novizj, e a Cherici recolletti si permetiano le lucerne d' oglio la notte: che leggano il *Cristiano istruito del P. Segneri*, il qual libro, come quello, ch' è pieno d' ottime istruzioni, buona frase, ed altro, dovran portare seco entrando in Noviziato.

V. Tutt' i Cherici professi, e Sacerdoti studenti ogni Domenica dovranno fare una Predica *per Turnum* in Refettorio, e per imbeversi di buona frase, e robustezza d' argomenti, dovran predicare le Prediche Quaresimali del Padre Segneri, e dove fossero per riuscir lunghe, da Persone di molta intelligenza potran farsi dimezzare.

VI. I Cherici di qualsisia classe, dopo la refezione, la sera vadano subito, e dirittamente alla Cappella, o Cappelle superiori, ed ivi cantino le Litanie della Vergine, con la *Tota Pulchra*, Antifona del Padre San Francesco, Responsorio a Sant' Antonio, e poi dicano il *De profundis* in bassa voce. Ed avvertano, che il canto sia fermo, sodo, usuale, proprio al nostro stato, e non già figurato, o con Organo, proibendolo assolutamente, e dopo di ciò sia incombenza del Cuardiano, o Vicario, il fargli subito ritirare nelle loro Celle; perche se saremo altrimenti avvisati, scriveremo a Discretorj locali, de' quali ci serviremo sempre in caso di negligenza ne' Superiori.

VII. Non possano i Cherici ascendere a qualsivoglia Ordine, se prima non sieno pervenuti nelle mani de Provinciali gli attestati, non solo della loro sufficienza, ma ancora un' altro attestato giurato de' Discreti locali, e Cuardiano, con l' espressione, che dalla pubblicazione di questa nostra abbiano vestito abito osuale, con quattro pieghe innanzi, e quattro dietro, e non più: che abbian cinta corda grossa di Canape: che sieno andati scalzi con semplici Sandale dentro, e fuori di Convento: che non abbiano cavalcato: che non si sieno giammai veduti a giuocare con giuochi illeciti; ed avvertano i Provinciali a mantenere in Archivio i detti attestati, perche quando meno si pensano gli chiederemo.

VIII. Non permettano i Provinciali, che i Cherici specialmente passino da Convento in Convento senza Compagno, o che divertano da loro Viaggi, o che vadano in Calesse, o a Cavallo, per non cominciare da questi atti a viziare la di loro educazione.

IX. I Cherici di Professorio non entrino mai o soli, o accompagnati nelle stanze de' Religiosi fuori di Professorio, ma occorrendo qualche cosa si manifesti da medesimi a loro Maestri, e vadano tutti accompagnati, recitando il *Miserere*, come si fa, nelle Provincie più ben regolate.

Del modo di viaggiare.

I. Inerendo alle Costituzioni Generali, le facoltà de' Religiosi viaggiatori sieno segnate da Coardiani, d' onde partono con l' espressione, *ch' è partito in tal giorno il Padre &c.* e segnate ancora da Guardiani de' Conventi nel viaggio, con la espressione, *ch' è giunto il Padre &c. in tal giorno, e parte in tal altro*, volendo ciò le nostre leggi, affinche non vivano i Religiosi gran tempo fuori de Chiostri, e che vadano a Conventi nel viaggio. Che se poi li Cuardiani non ritrovassero simili espressioni nelle facoltà, o obbidienze, che assolutamente debbono riconoscere, non gli facciano passar avanti, ma se sono nel ristretto della Provincia, ne dieno avviso a Provinciali, e se fuori, ne porgano a Noi la notizia. Le Ubbidienze dovranno in ultimo ritornare a Provinciali per loro, e nostra Regola.

II. Quelli poi, che otterranno facoltà per Roma, oltre la detta cautela, giunti a Roma si presentino all' Officiale di Curia, di cui sarà la incombenza segnare il giorno dell' arrivo, e di licenziarli infallibilmente dopo trascorso il tempo prescrittogli da Noi, giusta le disposizioni dell' ultimo Capitolo Generale, con le parole: *Ad evitanda inconvenientia præcipitur Procuratori Generali, ut expleto tempore in litera obedientiali statuto pro illis, qui vadunt Romam, statim faciat illos discedere, nisi aliter videbitur Superiori Generali.* Ed avvertano a non farci mettere impegni, o per venire a Roma, o per allungare le di loro dimore nella medesima Città, dopo, che saranno venuti, perche o avranno assolute negative, o dovendo noi cedere qualche volta, cederemo contro nostra voglia, e nelle nostre segrete memorie segneremo i Religiosi, che ci faranno impegnare, per escluderli poi, per altro pretesto, o da loro vantaggi, o dalle loro convenienze nelle proprie Provincie.

III. Inerendo alle stesse Costituzioni Generali, gli Apostati sieno dichiarati tali con circolari per la Provincia, segnati a libri, e scommunicati, dovendosi far ogni diligenza per carcerarli, anche a terrore degli altri.

IV. Chi avesse necessità di caminare a Cavallo, o in Calesse, con attestazione de Medici, sappia farlo con tutta cautela, ed in guisa di non farsi venire il Calesse fino alla Porta del Convento, e ritornare nel modo stesso, essendo oramai un punto troppo vergognoso, veder Calessi, e Carrozze innanzi i Conventi, come se fossero Signori del Secolo; altrimenti procederemo alle pene tassate.

De' Studenti, e Lettori.

I. Ogni quattro Mesi si faccia l' esame de' Studenti, così di Filosofia, come di Teologia, con l' intervento de PP. Lettori, i quali do-

vranno eſaminargli, anche per incitarli con tal mezzo a ſtudiare, quando non fuſſero molto ſtudioſi.

II. Per determinazione del Capitolo Generale i concorſi per le Cattedre ſi faranno o nelle proprie Provincie, o nelle vicine, a noſtro arbitrio, con Giudici da deputarſi da Noi, e ciò a fine di toglier il pericolo della Povertà col venire a Roma, riſervandoſi però ſempre l'appellazione in caſo di gravame, a la faciano pure francamente, perche ritroveranno Giuſtizia.

III. I PP. Lettori non ſi prendano più vacanze di quelle preciſamente ſtabilita dalle noſtre Leggi, e n'incarichiamo ancora la Conſcienza de' PP. Diſcreti, per i quali non poſſiam capire, come con tanta facilità paſſino ad eſſi gli atteſtati, quando da noi ſi sà, quanto in molti luoghi ſieno i ſtudj malmenati.

IV. Non ſi diſpenſino le Scuole, o Concluſioni giornali; ma ſemmai accadeſſe, che per caſo ſtraordinario doveſſero diſpenſarſi, ciò non ſia in potere de' Prefetti, i quali ſolamente debbono zelare per il profitto, non per il detrimento delle Scuole, ma i PP. Lettori dovranno congregarſi, ed *uno diſſentiente*, la Scuola, o Concluſione non ſi diſpenſi.

V. Da PP. Provinciali, e Guardiani giuſta le noſtre Coſtituzioni, s'abbiano in particolar riſpetto, e ſtima i Lettori, quali, quantunque non abbiano il merito di fabbricar Celle, e Muraglie, ànno però il gran merito di procurare alla Religione la ſtima del Pubblico, e la venerazione per mezzo de' Circoli, e diſcorſi eruditi nelle Accademie, e dotti Congreſſi.

VI. Ne' ſtudj Provinciali, dopo ricevuta la preſente, non ſi legga da Padri Lettori, che la Teologia Morale, con lo ſteſſo metodo, che la Scolaſtica, a con le Concluſioni giornali, alle quali dovranno intervenire anche li Padri Confeſſori, ed avvertano a così fare, altrimenti dalla pubblicaziona della preſente, non sarà loro menato buono il tempo, che leggeranno per le ſeſſennalità, dovendo farſi di ciò ſpecial menzione ne' loro atteſtati: E leggano la Theologia Morale con le ſteſſe prerogative, preeminenze, come ſe leggeſſero ſpecolativa, o altro, come ne teniamo l'eſpreſſa volontà di Noſtro Signore Papa Benedetto XIV.

In avvenire non s'impegni neſſun Lettore a Prediche Quareſimali, ſe non fuſſe per Pulpiti Generali da conferirſi da Noi, perche altrimenti loro non daremo licenza, eſſendo irragionevole, che per Pulpiti, da quali l'Ordine non riceve molto onore, abbiano da interpollare il corſo delle Letture: ma i Guardiani aſſolutamente, a tenore delle noſtre Leggi, non debbano predicare, per la ragione della Reſidenza, ed attenzione alla Communità, a cui ſono ſtrettamente obbligati.

Degl' Archivj.

Eſſendo oramai inſoffribile, che richiedendoſi notizie dalle Provincie, queſte non poſſano darle, perche non l'ànno regiſtrate, in ogni Provincia, dove non fuſſero ſtabiliti, ſi ſtabiliſcano gl' Archivj, con porre in ordine le ſcritture antiche, e moderne, col regiſtrare tutto ciò, che accade, ne' Libri Maeſtri, e col farſi venire da' Conventi le copie delle Scritture, che ſi ritrovano negl' Archivj particolari autentiche, dovendoſi per queſto gran punto unirſi quanto prima i Definitorj.

De Ritiri.

In quelle Provincie, dove non ſono fondati, ſi ſtabiliſcano aſſolutamente i Conventi, che debbono ſervire per i Ritiri, e dopo, che il Definitorio avrà ſcelti i Conventi, nel termine di due Meſi, dopo la pubblicazione di queſta Paſtorale, ſieno obbligati ad avviſarci del Convento, o Conventi, ch' avranno determinati a tal effetto, affinche poſſiam penſare a mandarvi da altri Ritiri Direttori prattici, ed a propoſito.

Delle Elezioni.

I. Non ſi propongano nell' Elezioni de' Definitorj Perſone, le quali non ſieno capaci d'intendere ciocche ſanno, eſſendo oramai affatto inſoffribile, che vengano eletti per Giudici quei, cha non ànno dottrina, nè capacità d'intendere i libri per ben giudicare, onde ſi vedono i delitti impuniti, Proceſſi nulli, Sentenze allo ſpropoſito; per le quali coſe ſaremo neceſſitati a ſervirci de' PP. della Riforma, giacche per la ſperienza, ch' abbiamo, rari, o niuno v'è nelle Provincie Oſſervanti, che ſappia regolar Proceſſi, o Sentenze, onde i Delinquenti trionfano, e ſi ridono dell'autorità de' Superiori Provinciali, perche queſti co' loro Definitorj ne caſi occorrenti non ſanno dove metter le mani, a tiger di leggi, e ſi riducono con loro diſprezzo piuttoſto a pregare, che ad atterrire i Delinquenti, e Criminoſi.

II. Nelle Tavole delle Congregazioni, o Capitoli, che a Noi manderanno, dovranno individuare i nomi non ſolo de' Guardiani, ma ancora de' Diſcreti de' Conventi, eſſendo noſtra determinata idea di ſcrivere a queſti ne' Caſi occorrenti di negligenza de' Superiori, così Provinciali, come locali, a tenore delle noſtre leggi.

III. Non potrà celebrarſi Congregazione, o Capitolo, ſenza la ſeguente prevenzione. Dovranno i Diſcreti d'ogni Convento fare un' atteſtato a parte giurato, che nel Convento, o per il Convento non v'è coſa, ch' offenda la noſtra Povertà altiſſima, come Vigne, Caſe, Oliveti, o altro: che vi ſono erette le Communità di Lana, e Lino: che i Religioſi della Famiglia vanno ſcalzi, ſpecialmente fuori di Caſa, veſtendo poveramente, e ſenza vanità: che i Frati ſono decentemente provveduti nelle ſtanze, e nel Refettorio: che ne' Conventi di Recollezione, e di ſtudio *per Turnum* ſi fanno le Prediche da Studenti, e Recolletti al modo ſopra deſcritto: che non vi ſono giuochi illeciti, come Carte, Dadi &c. Che tutte le ſpeſe de' Conventi paſſono per mano de' Sindici Apoſtolici: che ne' Refettorj s'oſſerva la perfetta vita commune, così da Superiori, come da' Sudditi: e generalmente, che nelle loro Famiglie ſi vive con Religioſità.

IV. Se vi ſiano poi Religioſi, che vadano calzati, o con altre vanità dette di ſopra, li medeſimi Diſcreti ne mettano i Nomi nel ſuddetto atteſtato, ad effetto di regolarci nell' eſcluſive de gradi nell' Elezioni, a tenore delle noſtre Leggi, e della Coſtituzione Urbana.

V. Queſti atteſtati poi de' Conventi particolari dovean traſmetterſi all' intiero Definitorio, il quale dovrà farne uno diretto a Noi, con eſprimere, che i Conventi della Provincia vivono nella forma preſcritta, e ſe vi ſono Perſone da eccettuarſi, ne facciano il nome per le prudenti eſcluſive, che dovremo dare.

VI. Sieno

VI. Sien poi sicuri, che senza tali attestati, non deremo licenza di celebrare Congregazioni, o Capitoli, per non renderci Rei al Tribunale di Dio di violato governo, potendole assicurare, che quanto abbiam detto, il tutto è uniforme alle dichiarazioni di Niccolò III. Clemente V. Paolo III. Paolo V. Innocenzio X. Urbano VIII. Innocenzio XII. e quante sono Costituzioni Apostoliche concernenti la nostra Regola ora mai troppo pregiudicata.

VII. Si notino diligentemente le Apostasie degli Apostati, ed assolutamente non si promuovano a gradi, se non giusta le leggi dell' Ordine, sotto le pene fulminate *contra male agentes*.

VIII. Si mandi per ora una Tavola respettivamente di tutti li Religiosi della Provincia, con l' annotazione delle loro qualifiche, Apostasie commesse, ed altri reati per nostra Regola.

IX. E perche in tempo dell Elezioni, ed anche fuori di questo, si sogliono caricare le Poste di lettere cieche, avvertiamo tutti, che a tenor delle Leggi, per queste lettere non possiamo procedere, benchè ce ne serviremo per una prudente condotta. E perciò esortiamo, che quando veramente vi sia cosa da correggere, scrivano confidentemente le lettere con sottoscrizioni, perche promettiamo a Zelanti, che i loro Nomi non saranno giammai pubblicati, e faremo concetto, ed avremo opinione di quegli Uomini di zelo, che per benefizio dell' Ordine ci daranno veri avvisi.

Delle Infermerie, ed Infermi.

I Padri Provinciali, e Guardiani non manchino di visitar gl' Infermi più volte nella settimana, e specialmente ogni Venerdi, e non solo consolarli nelle loro afflizzioni, ma ancora, e precisamente ascoltarli, ed interrogarli circa il modo, che sono trattati da Infermieri, e Compagni, Vitto, Biancheria, ed altro, che sia atto a sollevargli dalle loro miserie; Ed avvertano a far quanto loro prescriviamo, perche ad ogni ricorso daremo incombenze speciali a Discretorj locali, ne qui di ciò diciamo altro, perchè con la prattica faremo più di quel, che scriviamo.

Delle Monache all' Ordine soggette.

I. Si stabiliscano Confessori dotti, zelanti, e prudenti, atti a far loro concepire lo spirito della loro vocazione, quali con la di loro esemplarità, ed autorità sieno anche bastevoli a tener lontani i trattenimenti secolareschi alle Crate, che sono troppo frequenti.

II. Non permettano i PP. Guardiani, e Confessori, che i Religiosi si accostino alle Crate, e le Superiori del Monastero badino al di dentro per le loro Moneche in tal punto.

Del Silenzio de' Chiostri.

I. I Padri Guardiani, e Vicarj abbian cura, che li Religiosi si ritirino ben per tempo alle loro Celle, essendo insoffribile ciò che si sperimenta quasi in tutti li Conventi, che per vivere gl' oziosi, e sfaccendati, cicalando le notte per questa, e quella stanza, disturbano dal sonno quei, che debbono sorgere di buon' ora la mattina per i studj, o altre lodevoli azioni, o quelli, che la stessa notte sono applicati a studj, alle Prediche, o altro esercizio lodevole.

II. Per questo, e per lo stabilito dalle nostre Leggi non abbiano ardire i Religiosi di mantener Scuole de Ragazzi nel Convento, e specialmente ne' Dormitorj, o dar lezzioni di canto, o di suono, nascendo da ciò, oltre la frazione dello stabilito dalle Leggi, anche il disturbo de' Religiosi più applicati; ed in ciò specialissimamente n' incarichiamo i Padri Provinciali, e Guardiani, assicurandoli, ch' a' primi ricorsi verificati o da PP. Provinciali, o da Discretorj locali, daremo gli stessi provedimenti, che vengono comandati dalle medesime leggi.

III. Infallibilmente in ogni Convento si facciano gl' Esercizj Spirituali in commune, almeno alla Quaresime, e di ciò dovranno mandarne attestato al Definitorio, & il Definitorio a Noi, come abbiamo detto di sopra.

CONCLUSIONE.

Moltissime altre cose Noi tralasciamo, perche intendiamo di regorarle secondo la prattica de' ricorsi, che avremo.

Avvertano bene li PP. Provinciali, che qualora Noi chiederemo o veridici informi, o esecuzione di quanto faremo per determinare, non lo faremo per cerimonia, ma per precisa esattezza di nostra coscienza; onde operino a dovere, perche in altro caso, dopo le prime, o al più seconde lettere, ci rimetteremo, a tenore delle Leggi, agl' intieri Definitorj, ed a Discretorj Provinciali, o Locali.

Ricevuta la presente Pastorale, ogni Provincia la faccia pubblicare, mandandone una copia per Convento, dove dovrà conservarsi, ad effetto, che sappiano i Guardiani, e i Discreti Locali, come dovran regolarsi ne' casi particolari, quando da Noi saranno richiesti.

Finalmente incarichiamo a tutti il porgere calde preghiere all' Altissimo per la felicità di Nostro Signore Papa BENEDETTO XIV. del Nostro Eminentissimo Cardinal Protettore Acquaviva, e per Noi finalmente, che diamo a tutti la Nostra Paternal Benedizione. Roma Ara-Celi 27. Gennaro 1741.

Fra Gaetano di Laurino
Ministro Generale.

D' ordine di Sua Paternità Rma
F. Domenico Antonio di Roma
Segretario Generale dell' Ordine.

CUM Sindici Apostolici Ditionis Pontificiae contenderent non teneri ad subeunda onera Communitativa, non obstante punctuali decisione Congregationis de Bono Regimine, de qua supra part. 1. pag. 440., & derogatione Benedictinae Constitutionis *Romanum Pontificem* in iis, quae novarum gratiarum concessionem respiciunt, supplex exhibitus fuit Pontifici libellus, qui rem ad particularem Congregationem a Sanctitate Sua deputatam remisit, a qua emanavit sequens rescriptum. *Sindicos, quoad praeteritum, esse absolvendos; quoad futurum vero teneri ad onera Communitativa, & ad mentem.*

Explicavit porro mentem Auditor Sanctissimi in suo typis Cameralibus edito voto §. postremo his verbis.

„ Addita tandem fuerunt a Dominis meis illa „ alia verba *juxta mentem*. Quia mens fuit, ut ego „ captam resolutionem, una cum rationibus hinc in- „ de deductis, Sanctissimo Domino Nostro referrem, „ illiusque approbationem reportarem, & insuper ex- „ quirerem, si possibile foret, pro Sindicia aliquam

„ novam retributionem, seu specialem gratiam, seu „ privilegium; nunquam tamen in præjudicium Com„ munitatum cessurum, prout, facta per me relatio„ ne, Sanctitas Sua Congregationis sententiam appro„ bavit, sed nihil in arena promisit, dixitque tan„ tum juxta temporum, & rerum circumstantias, „ & quatenus opus, clementiæ suæ, benignitatis, & „ liberalitatis testimonia se daturum. Et ita &c. „ Utraque &c.

Provincia Discalceatorum S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano dividitur, & Custodia S. Paschalis in Terra Hydruntina erigitur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD Regularis Disciplinæ observantiam, in iis præsertim Religiosorum Virorum Institutis, in quibus, juxta primævam Institutionem, Domino benedicente, viget, retinendam, conservandam, augendamque, quantum conferat, non modo minorum, majorumque Superiorum præsentia, verum etiam Provinciarum sapientissime excogitata divisio, diuturni temporis, rerumque experientia edocti, tam Romani Pontifices Prædecessores nostri, quam ipsi Regularium Ordinum Rectores, insimul adlaborarunt, ut cum Conventus, & Monasteria ejusdem Ordinis multiplicari, & crescere perspexissent, alia invicem unita ab illis una simul juncta separata, & si omnia, & singula sub uno generali Capite posita, diversis tamen Provinciarum Rectoribus, habita ratione, gubernarentur. Hinc salutaria subolescentibus malis statim adhibita remedia, sublata opportune dissidia, præcisæ fine jurgiis lites, animi arctissime conciliati, restituta pristinis tranquillitas, conculcafacta charitas, observantia adaucta. Hæc sane considerantes dilecti Filii Fratres Discalceati Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupati, Provinciæ Regni Neapolis, Nobis nuper exponi fecerunt, quod ex viginti, ex quibus illa Provincia constat, Conventibus, duodecim quidem Conventus in Civitate Neapolis, aliisque eidem Civitati proximis, five in Terra Laboris locis; alii vero octo in Terra Hydruntina, five Lyciensi, trecentorum fere milliariorum spatio dissiti, unde incommoda multa, ac detrimenta quamplurima accedunt. Enim vero Ministro Provinciali, qui juxta sui Ordinis, & Provinciæ Constitutiones, durante sui muneris triennio, quolibet anno omnes Provinciæ prafatæ Conventus visitare tenetur, propter distantiam octo Conventuum in Terra Hydruntina, five Lyciensi, ut præmittitur, existentium, semel ipsos per triennium hujusmodi visitandi facultas ab eisdem Constitutionibus tribuitur. Quo autem magis est eorumdem Fratrum Discalceatorum severior Disciplina, eo magis indiget visitatione, ne confusiones, perturbationesque oriantur, quibus certe omnibus per Epistolas parum, aut nihil remedii opportune adhiberi potest, cum ob dictam Locorum distantiam, tum temporis longitudinem, tum ob relationes varias, interdum enim accidit, ut providentiæ mandata per Epistolas commissa serius, quam res postulabat, allata, vana, atque inutilia fuisse; aut per Epistolas ipsas minime factum satis ambabus Partibus. Ea propter aliquando Fratribus, non fine Provinciæ præfatæ dedecore, & offensione, ad aliena Tribunalia, & Curias confugientibus, de Superiorum Majorum incuria querelæ, & murmurationes audiuntur. His accedit, quod iter tam longum, quod Neapoli, five Terra Laboris, ubi Superiores Visitatores commorantur, Hydruntum, five Lycium usque, atque hinc illuc pedibus, juxta Constitutiones, fieri debet, necessitatis, & valetudinis causa, Equis cum Religiosorum aliorum Ordinum, & Laicorum admiratione, & Conventuum, Provinciæque inopiæ laborantium (dietim enim victum sibi conquirunt, cum neque a Christifidelibus pro Missarum celebratione, & funeribus largitiones accipiunt) dispendio conductis, agere coguntur. Præterea, etsi Religiosi hujusmodi sint unius ejusdem Provinciæ, tamen non sunt ejusdem indolis, ingenii, ac sententiarum; quo fit, ut interdum non bene conveniant in electionibus faciendis Fratres suffragantes, vulgo Vocales, & inde difficultates plurimæ obortæ. Insuper Commissarius Visitator, qui semel intra triennium universam Provinciam visitare, & Capitulo Provinciali interesse, & præsidere tenetur, ex Hispaniis magno sumptu, & incommodo Neapolim advenire debet, ex eo, quod unica sit Neapolitana Provincia. Hisce incommodis, & inordinationibus, aliisque quamplurimis nullum adhiberi posse remedium præsentius existimatur, quam, ut eadem Provincia in unam Provinciam, & in unam Custodiam dividatur: & Provincia quidem ex duodecim Conventibus Neapolis, aliisque eidem Civitati proximioribus, five in Terra Laboris; Custodia vero ex octo in Terra Hydruntina, five Lyciensi existentibus constet. Pro qua sane divisione in Capitulo Provinciali die decimatertia mensis Aprilis anno 1736. in loco Portici Diœcesis Neapolitanæ habito, postquam mature discussa, & expensa fuisset, omnium Vocalium suffragiis, seu votis, nemine discrepante, statutum fuit, ut tamquam opportuna, & necessaria perficeretur. Hinc enim futurum, ut Custodiæ Hydruntinæ, five Lyciensis Custos, juxta Constitutiones, sine ulla difficultate quolibet anno antedictos octo Conventus suæ Custodiæ visitare, cum celeritate, omnibus inordinationibus præsentia sua providere, pedibus iter facere, & e contra, Provincialis Neapolis, five Terræ Laboris, dispendiis, & sumptibus pro Superiorum, aliorumque Religiosorum itu, redituque faciendis parceretur; Superiorum electiones in Capitulis Provincialibus majori cum animorum consensione succederent, nec amplius expectandum esset, ut quolibet triennio ex Hispaniarum Provinciis adveniens Commissarius Visitator Provinciam Neapolitanam, cum ex Provincia Civitatis Neapolis, seu Terræ Laboris, Commissarius Visitator pro Custodia Terræ Hydruntinæ, seu Lyciensis, atque ex hac Custodia Hydruntina Commissarius Visitator pro Provincia ejusdem Civitatis Neapolis eligi posset, & uterque vicissim utramque Provinciam, & Custodiam visitaret. Ea propter dicti Exponentes Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Exponentes prædictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audito etiam dilecto Filio Nostro Trojano S. R. E. Cardinali Aquaviva nuncupato, ejusdem Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia apud Nos ipsos, & Apostolicam hanc Sanctam Sedem Protectore, motu pro-

proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Provinciam Neapolitanam, quæ ex viginti Conventibus composita de præsenti reperitur, in unam Provinciam, & in unam Custodiam dividimus, dismembramus, & in perpetuum separamus, quam Provinciam quidem sub Invocatione Sancti Petri de Alcantara Neapolitanam, seu Terræ Laboris; Custodiam vero sub Invocatione Sancti Paschalis Baylon Terræ Hydruntinæ, seu Lyciensis, imposterum appellandam præcipimus, & respective erigimus, & constituimus, atque octo Conventus, nempe Sancti Jacobi in Civitate Lycii, Sanctæ Mariæ Gratiarum in Terra Quintiani, Sanctæ Mariæ pariter Gratiarum in Terra Galatone, Sanctæ Mariæ Consolationis in Terra Marthani, Sanctæ Mariæ Veteranæ in Terra Castellanæ, Sanctissimi Crucifixi in Terra Parabitæ, Sancti Paschalis Baylon in Terra Lizzani, & Sanctæ Mariæ Pacei in Terra Capurtii a præfata antiqua Provincia Neapolitana ejusdem Sancti Petri de Alcantara divisos, & separatos novæ Custodiæ Terræ Hydruntinæ, seu Lyciensis ejusdem Sancti Paschalis Baylon, ut præmittitur, per Nos erectæ, unimus, & incorporamus, cum omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, & honoribus, quibus aliæ Custodiæ ejusdem Ordinis, atque etiam ipsa Provincia Neapolitana, seu Terræ Laboris, quæ ex duodecim aliis Conventibus composita remanet, de jure, & consuetudine gaudere solent, & eodem prorsus modo, absque ulla differentia, & sub eisdem Legibus, & Constitutionibus, itaot Custodia Hydruntina, seu Lyciensis a Provincia Neapolitana, seu Terræ Laboris, ejusque Superioribus omnino independens, & exempta intelligatur, ac gubernari per suum Custodem Provincialem, & quatuor Diffinitores, uti cæteræ Custodiæ ejusdem Ordinis independentes habent, habere debeat. Præterea dilecto Filio moderno ejusdem Ordinis Ministro Generali committimus, & mandamus, ut pro hac prima vice Custodem Provincialem, & quatuor Diffinitores novæ Custodiæ, qui in Officiis hujusmodi per triennium, juxta ejusdem Ordinis Regularia Instituta, a die effectivæ divisionis, & Institutionis Custodiæ præfatæ durent, constituat. Et quoniam de præsenti Custos, & duo Diffinitores sunt nativi ex Lyciensi Regione, atque adeo sese novæ Custodiæ Hydruntinæ, seu Lyciensi probabiliter aggregabunt, eidem pariter Ministro Generali committimus, & mandamus, ut in eo Aggregationis novæ Custodiæ Hydruntinæ, seu Lyciensi casu ad integrandum Diffinitorium antiquæ Provinciæ Neapolitanæ, seu Terræ Laboris alios Fratres idoneos, & nativos ex partibus Terræ Laboris, substituat, & subroget; Atque Insuper, ut, si ita expedire judicaverit, actuales Custodem, & Diffinitores prædictos nativos ex Lyciensi Regione ad officia etiam majora novæ Custodiæ Hydruntinæ, seu Lyciensis eligere, & assumere valeat. Denique omnibus, & singulis Fratribus ejusdem Ordinis antiquæ indivisæ Provinciæ Neapolitanæ, qui de præsenti sive in Provincia Neapolitana, sive in Custodia Hydruntina sic divisis, separatis, erectis, & constitutis undecumque nativi reperiuntur, intra sex integrorum mensium ab executione dictæ divisionis, & erectionis Provinciæ, & Custodiæ hujusmodi computandorum spatium, liberæ eligendi sibi Provinciam, vel Custodiam, eidemque Provinciæ, vel Custodiæ, cui libuerint, sese aggregandi, In eaque perpetuo permanendi, facultatem concedimus, & impertimur. Decernentes ipsas præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis Jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specifica, & individua mentione, & expressione digni, illis non consenserint, neque ad ea vocati, citati, auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanarint adductæ, aut verificatæ, & justificatæ fuerint, aut quavis alia, etiam quantumlibet juridica, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capito, etiam in corpore Juris clauso, etiam enormia, enormissimæ, & totalis læsionis, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis formali, & substantiali, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos Juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sorriri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros; sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non præfatorum Ordinis, Provinciæ, & Conventuum, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, erism dicto Ordini, ejusque Superioribus, & quibusvis aliis Personis, & locis sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Martii 1741. Pontificatus Nostri anno primo.

D. Cardinalis Passionet.

Locus ✠ Sigilli.

Decla-

Declarantur Altaria Privilegiata perpetua omnia illa in Ecclesiis Ordinis constituta, in quibus Missæ celebrantur pro eorum animabus, qui Ministri Generalis jurisdictioni subjiciuntur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUm, sicut dilectus filius modernus Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, nobis nuper exponi fecit, per Constitutiones Ordinis hujusmodi auctoritate Apostolica confirmatas, in cujuscumque Presbyteri, vel Clerici, aut Laici tam de Observantia supradicta, quam Reformatorum, Discalceatorum, Recollectorum, & Tertiariorum, ac Monialium Monasteriorum Ordinis, & Reformationum hujusmodi, sub jurisdictione, cura, regimine, & gubernio dilecti etiam Filii Ministri Generalis totius Ordinis hujusmodi existentium, die obitus, vel aliis diebus, aliquas Missas unusquisque Frater dictorum Ordinis, & Reformationum in Sacro Presbyteratus Ordine constitutus celebrare debeat: idemque Procurator Generalis Missas hujusmodi Coelestium munerum, quorum dispensationem Fidei nostræ credidit Altissimus, elargitione a Nobis condecorari plurimum desideret.

Nos piis ejusdem Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut quandocumque Sacerdos aliquis Ordinis, & Reformationum prædictarum Missam, vel *in die obitus* præfatorum Presbyterorum, ac Clericorum, & Laicorum, nec non etiam Monialium Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, ac Reformationum hujusmodi, sub regimine, & gubernio præfati Ministri Generalis existentium, ac, quoad Moniales, in earum respective Ecclesiis Sacerdos quoque quilibet *Sæcularis, vel alterius Ordinis Regularis, vel in alio die, ad quodcumque Altare* Ecclesiarum dictorum Ordinis, & Reformationum, tam hactenus erectarum, quam imposterum erigendarum, pro illorum, & illarum anima, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, celebrabit, Missa hujusmodi animæ, pro qua celebrabitur, perinde suffragetur, ac si ad Altare privilegiatum celebrata fuisset, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula, de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus &c.

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu, & sigillo Procuratoris Generalis Ordinis prædicti, & pro tempore existentis, munitis, eadem prorsus fides ubique locorum adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 24. Martii 1741. Pontificatus nostri anno primo.

D. Card. Passioneus.

F. Joannes Jacobus de Vallico
Procurator Generalis Ordinis.

ACTA

CONGREGATIONIS GENERALIS

Habitæ in Regali Conventu Sancti Francisci Matriti die 13. Aprilis anni 1741.

CUm Reverendissimus Pater Minister Generalis per Epistolas fide dignissimas rescivarit Reverendissimum P. Commissarium Generalem Familiæ, & Indiarum tali morbo Matriti ægrotantem, ut de ejus Salute desperaretur omnino, scripsit statim e Conventu Observantium Fulginei, in quo tunc erat, Romam ad Adm. RR. PP. F. Joannem a Turri Commissarium Generalem Curiæ, & F. Petrum Joannetium de Molina Procuratorem Generalem Discalceatorum, & Recollectorum, ut statim Matritum se conferrent, assistendi causa proximæ futuræ electioni P. Vice-Commissarii Generalis: quod sine mora executioni mandarunt. Eodem circiter tempore pervenit Matritum Ad. R. P. Ludovicus Rogerius Definitor Generalis ex Galliis.

Secuta itaque die prima Februarii 1741. morte Reverendissimi Patris Dominici Lossadæ, qui in Comitiis Vallisoletanis, dum Commissarii Generalis Indiarum munus ageret, electus fuerat etiam Commissarius Generalis Familiæ, & vocatis, pro more, ac juxta Ordinis Statuta, vocandis a Reverendissimo Patre Joanne Bermejo, qui dignior cæteris erat Pater illius Familiæ, institerunt Provinciæ Sancti Michaelis Observantium, & Sancti Gabrielis Discalceatorum pro earumdem admissione ad antedictam electionem, ex quo essent viciniores Provinciæ Angelorum, cujus Alumnus erat Pater Bermejo, & ad quam jampridem hic dixerat se velle restituere, & aliunde diuturnum, ajebant, non tenuerat Matriti domicilium, per hoc, quod ibi moratus fuisset toto tempore post elapsum Vallisoletanum Capitulum. Ex utraque Parte rationes in scriptis adductæ sunt, quibus serio perpensis, ac mature consideratis, PP. Definitores Generalis Matriti residentes Sententiam protulerunt in favorem Provinciarum Matrito proximiorum.

Hac controversia absoluta statim alia suborta est, quam in Officiales Generales Curiæ Romanæ supra memoratos, & Definitorem Generalem Rogerium movit in ipso pervigilio electionis, hora vespertina, A. R. P. Bernardus Monterde Ex-Procurator Generalis, & Definitor Generalis subrogatus loco A. R. P. Francisci Benitez Provinciæ Angelorum mox antea fato functi, contendens prædictos admittendos non esse ad electionem, ad quam, juxta Ordinis constitutiones, ii tantum convenire debebant ex Definitorio Generali, qui reperiebantur intra Nationem, in qua celebranda erat electio. Res scripturis confici, ob temporis brevitatem, non poterat. Quamobrem habito Congressu unus pro omnibus loquutus est A. R. P. Molina, cujus dictorum summa hæc fuit: Officiales Generales Curiæ Romanæ, & Definitores Generales esse a jure Electores, & præ-

cipuos

cipuos Vocales per statuta designatos ad electionem sui Superioris Generalis, nimirum ad electionem Vicarii Generalis cujuscumque demum Familiæ in futurus esset; & ad electionem Vice-Commissarii Generalis illius Familiæ, ex qua ipsi essent. Præscribi tamen per statuta eos, si contingant esse extra Nationem, nec vocandos esse, nec expectandos, ne causa communis, qualis est electio, detrimentum aliquod, ob ejus dilationem, patiatur. Cum ergo ipsi nec vocati, nec expectati, præsentes tamen essent electioni, excludi propterea non poterant a ferendo suffragio, quod a jure communi habebant. Non secus, ac Canonicus, qui absens in certa distantia, nec vocandus, nec est expectandus ad electionem per Capitulum celebrandam; aut Definitor, qui absens ultra tres dietas, pariter nec vocandus, nec expectandus est, ut Congregationi, aut Capitulo intersit: & si contingat alterutrum nec vocatum, nec expectatum, adhuc præsentem esse electioni faciendæ, excludi minime posse a ferendo suffragio, quod habent a jure.

Et hoc, quia cessat motivum legis excipientis; nam nullum patitur detrimentum electio in Casu, quæ non differtur, sed suo stato tempore celebratur.

Quæ cum sedulo expendissent PP. Definitorii Generalis unanimi consensu illos admittendos esse declararunt, eamdemque declarationem cœteri omnes Vocales, Provinciales, nimirum, & Custodes libentissime acceptarunt. Quibus compositis, devenerunt mane ad prædictam electionem, quæ cessit, ut sequitur.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

HÆc est electio Reverendissimi Patri Vice-Commissarii Generalis Ordinis Seraphici P. N. Sancti Francisci in hac Familia, canonice celebrata per RR. Patres Vocales juxta Statuta Generalis Ordinis peculiariter vocatos, & congregatos in præsenti Conventu Sancti Francisci Matritensi, Almæ Castellæ Provinciæ, anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo primo, die vero tertia decima mensis Aprilis.

Cum Reverendissimus Pater Frater Dominicus Losada, Commissarius Generalis Ordinis ex hac vita migrasset ad Dominum, Reverendissimus Pater Frater Joannes Bermejo, ex-Minister Generalis, Almæ Provinciæ Angelorum filius, nec non dignior Pater Ordinis, cui ex jure Religionis Sigilla, & Regesta contigerunt, & cui immediate fuerunt consignata in præsenti Conventu Matritensi, utpote in ipso diuturnam habitationem habenti, quam citius, juxta prædictas Ordinis Constitutiones, & alias etiam decreta, & judicata, RR. Adm. PP. Definitores Generales convocavit, scilicet, R. P. F. Antonium Perellò Provinciæ Majoricarum, ejusdemque actualem Provincialem. R. P. F. Joannem a Valla, Provinciæ Tertii Ordinis Legionensis, ejusdemque actualem Provincialem. R. P. F. Alvarum a Purificatione, Provinciæ Arabidorum. R. P. F. Emmanuelem a Jesu Maria, Provinciæ Sancti Pauli Discalcearorum. R. P. F. Bernardum Monterde, Definitorem Generalem subrogatum.

Deinde sex itidem Provincias memorato huic Conventui Provinciæ Castellæ viciniores, nempe, Provinciam Castellæ, Sancti Jacobi, Conceptionis, Carthaginensis, Sancti Joseph, & Sancti Pauli Discalceatorum: ex istarum unaquaque binos, hoc ordine, Vocales: ex Provincia Castellæ, RR. PP. FF. Josephum Artalejo, Provincialem & Matthiam de Velasco Custodem. Ex Provincia Sancti Jacobi RR. PP. FF. Petrum Trellez Provincialem, & Vincentium Gonzalez Custodem. Ex Provincia Conceptionis RR. PP. FF. Bernardum Alagaz Provincialem, & Bonaventuram Fernandez Custodem. Ex Provincia Carthaginensi RR. PP. FF. Josephum Ximenez Provincialem, & Antonium Capistrano Riso Custodem. Ex Provincia Sancti Joseph Discalceatorum RR. PP. FF. Marcum de Alcalà Provincialem, & Emmanuelem de Cianpozuelos Custodem. Ex Provincia denique Sancti Pauli Discalceatorum RR. PP. FF. Josephum a Conceptione Provincialem, & Josephum a Spiritu Sancto Custodem.

Præterea accedentibus ad hanc Curiam Matritensem, variis ex Causis, RR. Adm. PP. FF. Joanne *de la Torre*, Curiæ Romanæ Commissario Generali, Petro Joannetio de Molina in prædicta Curia Romana pro Patribus Discalceatis, & Galliæ Recollectis Procuratore Generali, & Ludovico Roger Definitore Generali, qui quidem, juxta leges Ordinis, habent vocem ad prædictam Electionem, cum omnibus supra relatis, tamquam Vocales legitimi ad munus præfatæ electionis convocati, & congregati in supradicto Conventu, ac præsenti loco concurrerunt, Præsidente autem retro memorato Reverendissimo Patre Fratre Joanne Bermejo, assignatisque duobus Disquisitoribus, & uno Secretario ex numero Electorum, ad hanc Vice-Commissarii Generalis Ordinis cum uno supra viginti suffragiis ita deventum fuit.

Adm. R. P. F. Antonius Perellò habuit unum suffragium.

Adm. R. P. F. Joannes *de la Torre* habuit viginti suffragia.

Et ego Frater Matthias de Velasco Custos Provinciæ Castellæ, unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute compromissi in me, & in socios meos limitati, prædictum R. P. F. Joannem *de la Torre*, in quem major pars votorum consensit, nomine omnium, qui in dictam electionem concurrerunt, & consenserunt, in Vice-Commissarium Generalem Ordinis Regularis Observantiæ Sancti Francisci canonice electum nomino, & sic electum annuntio: *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.*

Frater Joannes Bermejo Præses.

Frater Petrus Joannetius de Molina Disquisitor.

Frater Bernardus Alagaz Disquisitor.

Frater Matthias de Velasco Disquisitor, & Secretarius Electionis.

Per mortem Reverendissimi P. Losadæ, non modo, ut diximus, vacavit Commissariatus Generalis Familiæ, sed etiam ille Indiarum. Fuerunt itaque Regi Catholico propositi sequentes: Adm. RR. PP. Matthias de Velasco, Lector Jubilatus, & ex-Vicarius Provincialis; Joseph Martinez Concionator, & ex Minister Provincialis; ac Joannes Quevedo, Lector Jubilatus, & Secretarius Generalis P. Commissarii Familiæ mox antea Defuncti: ex quibus Rex pientissimus primum nominatum probavit, eique fuerunt pro more a Reverendissimo Patre Ministro Generali consuetæ Literæ Patentes expeditæ.

Vacavit etiam per assumptionem Reverendissimi Patris Joannis a Turri ad Vice-Commissariatum Generalem Familiæ officium Commissarii in Curia Romana, cui, ex particulari Rescripto Sanctissimi, suffectus fuit Adm. Rev. P. Joannes Franciscus Iduri, Lector Jubilatus, Provinciæ Burgensis, & pro Familia actu a Secretis Reverendissimo Patri Ministro Generali.

LI-

LITERÆ ENCYCLICÆ

Patris Ministri Generalis ad omnes Provinciales pro Annalibus Ordinis continuandis.

Reverende Pater.

INter pleraque negotia ad universum Ordinem nostrum quomodocumque spectantia, quibus necessum video me, pro meo munere, potissimum operam dare, nullum ferme conspexi sodalitati gloriosius, nullumve utilius sodalibus, quàm Annalium Seraphicorum luculentam historiam a bon. mem. P. Luca Waddingo non vulgari solertia, incredibilique industria conscriptam, pro virili partè continuare, ut quod optimas Auctor sano consilio instituit, pro rei dignitate possim ego ulterius perficere, & ad omnem posteritatis memoriam propagare. Qua de re ex præfato universò Ordine monumenta necessaria ad præclarum opus ineundum summopere cupiens congerere, in animum mihi venit P. T. serio præcipere, ut, quam fieri poterit primum, inter magis idoneos istiusmodi Provinciæ nostræ Alumnos, unum, vel alterum seligas, qui cum ea communi Provinciæ ejusdem, tumque ex particularibus Cœnobiorum Tabulariis, sive Archivis Pontificia Diplomata, sacrarum Reliquiarum cathalogum, Procerum Sepulchrorum Epitaphia, cœteraque authenticas tabulas ad Seraphicam historiam spectantes, ea, qua par est, sedulitate, atque solertia, præcipue ab anno 1540. ad hanc usque nostram ætatem, latino sermone exscribant, adeout Origo, & Fundationes Cœnobiorum Ordinis, acta, gestaque eorum, qui aut doctrina, aut virtutibus, aut demum perspicuis in Dei Ecclesia meritis emicuerunt, Nos vel minimum sinant latere: quod idem in singulis Sororum nostrarum Monasteriis fieri etiam atque etiam intendo. Itidem cupio, quod materias hasce parantes iis quoque utantur documentis ad Ordinem quoquomodo spectantibus, sinceris appositis in margine citationibus, quæ eis historica volumina quarumlibet Provinciarum, aut Civitatum, si quæ sint, subministrare poterunt, cum vel iisdem utilius ad designatum nostrum opus præoptare possimus. Isthæc exinde universa monimenta collecta, pro temporis, Latorisque opportunitate, sed quam fieri poterit citius, non tamen per publicum Tabellarium, ut ingentibus parcamus impensis, ad meas manus transmittenda enixe desidero, autumans interea, quod cum P. T. tum etiam ii, qui erunt per te ad præscriptum munus assumpti, tunc ad S. Obedientiæ meritum expeditissimas manus non detrectabunt porrigere. Hæc causa una, etiam si nil aliud accederet, ad hunc alacriter obeundum laborem compellere debuisset: Nihilo tamen minus, ut externis etiam stimulis vires impellantur, quantum fieri per me poterit, quibuscumque in opportunitatibus paterni animi pignus vobis, in gratitudinis Argumentum, exhibeo, simulque Seraphicam benedictionem peramanter elargior.

Datum Romæ ex Aracœli die 20. Aprilis 1741.
P. V.

Intimus Servus.
F. Cajetanus a Laurino
Minister Generalis.

Missæ, quas celebraturi sunt Ministri Generales Ordinis pro tempore existentes, gaudent Apostolico Indulto Altaris Privilegiati.

BENEDICTVS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM, sicut dilectus filius Cajetanus a Laurino Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, Ministri Generales pro tempore existentes privilegio applicandi Sacrosanctum Missæ Sacrificium ad sui libitum gaudeant, illudque pro Catholicæ Fidei propagatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, ac dicti Ordinis necessitatibus, ac tam propinquorum suorum, quam ejusdem Ordinis Benefactorum animabus celebrare soleant; Verum quia semper ad Altare privilegio Apostolico pro liberandis animabus a Purgatorii pœnis decoratum celebrare nequeant, proinde idem Cajetanus Minister Generalis Altare, ad quod tam ipse, quam pro tempore existentes Ministri Generales Sacrosanctum Missæ Sacrificium hujusmodi celebrabunt, cœlestium munerum, quorum dispensatores Fidei nostræ credidit Altissimus, elargitione a Nobis condecorari plurimum desideret: Nos piis ejusdem Cajetani Ministri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, benigne consulere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humillime porrectis inclinati, eidem moderno, & pro tempore existentibus Ministris Generalibus Ordinis hujusmodi, ut ipsi quandocumque Sacrosanctum Missæ Sacrificium pro Genitorum, Consanguineorum, Affinium, & Propinquorum, nec non dicti Ordinis, & Benefactorum suorum animabus, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, ad Altare cujuscumque Ecclesiæ, vel Cappellæ, seu Oratorii publici, vel privati celebraverint, Sacrificium hujusmodi animæ, pro qua celebratum fuerit, perinde suffragetur, ac si ad Altare privilegiatum celebrassent, autoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Non obstantibus nostra, ac Cancellariæ Apostolicæ Regula, de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cœterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 26. Aprilis 1741. Pontificatus Nostri anno primo.

D. Card. Passioneus.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

EPISTOLA ENCYCLICA

Reverendissimi Patris Ministri Generalis ad omnes Provincias Observantes, & Reformatas Ordinis.

FRA GAETANO DA LAURINO

Lettor Giubilato, nel Real Congresso di Sua Maestà Cattolica per l' Immacolata Concezione Teologo, e Ministro Generale di tutto l' Ordine del Padre San Francesco.

Alli Molto Amati in Cristo PP. e FF. delle Nostre Provincie Osservanti, e Riformate, Salute, e Serafica Benedizione.

I. DOpo aver pubblicata un' altra Pastorale per le Provincie Osservanti di questa Cismontana, abbiamo stimato opportuno d' ordinare questa seconda, la quale per alcuni punti richiede ancora l' osservanza dalle Nostre Provincie della Riforma.

Pertanto essendo le Costituzioni particolari delle Nostre Riformate Provincie in forma assai chiare, ristrette, ed in lingua Italiana, possono agevolmente da tutti sapersi, e ben capirsi, ed avendole Noi presenti punto per punto, insisteremo sull' osservanza delle medesime, nè permetteremo cosa contraria, tanto intorno alle Ricezzioni de' Giovani, come circa il vestire; circa l' abuso, che anche ne Giovani si va a poco a poco allargando nel portare curiosi berrettini; Circa le Scuole a Secolari con soggezzione, e turbazione dell' interiore de' Chiostri: Circa l' Elezzione de' Superiori, e stabilimento de' Maestri per Novizj, e Cherici, quali Maestri talvolta non distinguendo tra Umiltà, e viltà, tra Civiltà, e superbia, confondono la educazione de' Giovani con avvilire i loro spiriti, e farli riuscire difformi dalle buone Regole prescritteci da San Buonaventura, e quel ch' è peggio, in vece di ricorrere ad esortazioni plausibili tratte da buoni Autori per ben educarli, si contentano di porre loro sempre in faccia quel Testo irrefragabile: *Così abbiam fatto Noi*, come fosse vergogna il far altrimenti per migliorare la educazione de' Giovani.

II. I Religiosi delle Provincie Riformate, li quali debbono scrivere a Noi, avvertano a far la mansione: *Roma S. Francesco a Ripa*, per non dare dispendio a questa Procura Generale.

III. Ritrovandosi poi il gran punto delle Questuazioni in metodo affatto perturbato, sicchè ogni Superiore si fa lecito di mandar Cercatori d' un Convento alla Questua dell' altro, onde ne sieguono i gemiti de' poveri Conventi, e quelli ancora degl' afflitti secolari, i quali vedendosi oppressi da tanti Cercatori, nè avendo cuore di negare la limosina a chi la chiede, si vedono in grado di non poter salvare la loro roba per mantenimento delle loro povere Famiglie; perciò ricordiamo primieramente a tutte le Provincie, che non per altro nelle fondazioni de' Conventi si richiedono dove quattro, dove più miglia di distanza l' un dall' altro, se non ad effetto, che ogni Convento abbia un Terreno congruo da poter vivere con le sue ordinarie Questuazioni; e dopo di ciò passando al prescritto delle Nostre Costituzioni, delle quali vogliamo in questo gran punto l' intiera osservanza, incarichiamo a tutti la puntual Ubbidienza a Capitoli Generali, come del Romano 1500. *ch' i Ministri non mandino fuori di Provincia a questuare, nè i Guardiani fuori del loro Distretto*; dell' altro Romano 1676. che incarica lo stesso *sotto la pena al Superiore di privazione per sei mesi, ed Apostasia al Cercatore*: lo che vien letteralmente confermato dal Romano 1678. dall' altro parimente Romano del 1664. *che si osservino i termini delle Questuazioni*, dell' altro ancora Romano del 1688. *che si osservino i limiti delle Questue, e i Trasgressori sieno puniti, come perturbatori della Pace*: del Toletano 1682. *che per i Conventi vicini alle Provincie contigue non si possa questuare, senza licenza in scriptis dell' uno, e l' altro Provinciale, sotto pena d' Apostasia, ed Esilio a Questuatori, e privazione a Guardiani, e sospensione a Provinciali, come al numero 59. ed al num. 21. che i Provinciali assolutamente non mandino alle Provincie contigue, quando i Frati debbano in esse dimorare più d' un mese.*

IV. A ciò s' aggiungono le premure della Sagra Congregazione rapportate dal Nicolio verbo: *Quaestor* con le parole *Prohibitio quaestuandi per quatuor milliaria prope Conventus Mendicantium anteriores, 15. Novembris 1647. nisi ubi praejudicium afferi Mendicantibus loci 18. Martii 1648.* Con altra rapportata dal Matteucci, cioè che in avvenire ognuno osservi i limiti delle sue Questue: *intra suos limites se quisque contineat*, dandone la precisa ragione, *ut ab his, quibus inserviunt, substentari facilius possint*. Le quali Decisioni, siccome son communi agl' Ordini Regolari, così l' indefessa vigilanza degl' Illustrissimi Diocesani non mancherà pregare di mantenerne il valore rispetto agl' altri Ordini, e rispetto poi al Nostro, Noi stessi ci sforzeremo di far osservare tanto le dette Nostre Costituzioni, quanto le decisioni della Sagra Congregazione.

V. Avvertiamo però i Padri Provinciali, e Guardiani, dove giungeranno questi Cercatori esteri, a non lagnarsi che di se stessi, se si vedranno perturbati nelle Questue delle loro Provincie, e Conventi, e replichiamo, che non debbano lagnarsi se non di se stessi, giacchè o non vogliono sapere, o non vogliono esercitare la di loro giurisdizione accordata ad essi da tanti, e tanti Capitoli Generali, come abbiam detto di sopra, specialmente se non v' intervenisse il consenso *in scriptis* dell' uno, e l' altro Superiore ne termini detti al num. 3. seppure questo consenso basta, attese le Decisioni della Sagra Congregazione di sopra espresse contro li Trasgressori.

VI. E perchè ci vien all' orecchio, che alcuni Superiori de Conventi, o anche Provincie, giungono a tanto d' insaziabil cupidigia, che conculcando tutte le leggi dell' Ordine, della Sede Apostolica, e quelle ancora dell' umana Carità, ne' tempi delle Questue vestono Terziarj, e ciò ch' è peggio, l' istruiscono ad andar fuori delle proprie Questue divisi in più coppie, con dir loro, che non vadano a Conventi, nè si facciano cogliere sul fatto da' Conventi interessati; perciò a frenare le scorrerie di questi piuttosto Ladroni, che Cercatori, comandiamo a Provinciali, e Guardiani ad usar sù di ciò ogni diligenza per sapere, o carcerare questa sorta di gente, e darne a Noi l' avviso, affinchè possiamo dar mano a Processi contro i medesimi, e più contro i Superiori, ch' avranno ardire di commettere simili eccessi.

VII. Sotto la pena poi d' Apostasia fulminata da più Capitoli, e specialmente Romano del 1670. e dalle Costituzioni Generali dell' Ordine al num. 7.

e 8. non si facciano lecito i Questuatori di giugner ne luoghi, dove sono Nostri Conventi, senza presentarsi a Superiori Locali, prendere la di loro Benedizione, e se han da trattar negozj, aprire a medesimi Superiori i negozj, che han da trattare in Città, potendo, e dovendo i Padri Guardiani, e Provinciali far uso, anche in questa parte, della loro giurisdizione, giacchè è cosa vergognosa l' abuso, sia de' Cercatori, sia d' altro Forestiere, di giugner ne' luoghi, dov' è Convento dell' Ordine, senza presentarsi al Superiore, che siede in luogo di San Francesco. Perloche con altra Nostra Pastorale abbiam ordinato, a tenore delle nostre leggi, che niuno ardisca di mettere in esecuzione le facoltà, e ubbidienze, che si concedono, se nel partire dal Convento non si fa segnare dal Guardiano il giorno della partenza, e da Guardiani de' Conventi nel viaggiare il giorno dell' arrivo, e della partenza medesima, il qual' ordine inculchiamo, e confermiamo per tutte le Provincie di questa Famiglia.

VIII. Sapendosi poi da Noi, che i Questuatori di Terra Santa si prendono delle licenze straordinarie, e confondono le Questue, e conculcano le leggi dell' Ordine, vogliamo sù di ciò osservato assolutamente il prescritto delle Costituzioni Generali del Capitolo Toletano del 1658. e di Vittoria del 1694. cioè, che detti Questuatori non possono istituirsi, se non col beneplacito, ed approvazione de' Provinciali: che si presentino a Guardiani de' luoghi, a quali debbono rimostrare le facoltà: che pernottino ne' Conventi, e se mancheranno in ciò, dopo una Sommaria informazione, sien posti in Custodia, e se ne dia avviso a Commissarj di Terra Santa, ed a Noi.

IX. E perche talvolta nascono questi disordini dalle troppo facoltà, o licenze, che si prendono i detti Commissarj di Terra Santa, in pregiudizio delle Costituzioni dell' Ordine, e della Giurisdizione de' Ministri Provinciali, e Superiori Locali, perciò relativamente a Commissarj di Terra Santa vogliamo onninamente osservate le Costituzioni Toletane del 1658. e dell' altro Toletano 1681. del Romano 1688. di Vittoria del 1694. che sono posteriori agl' altri statuti emanati; e Noi dalle citate Costituzioni mettiamo in ordine i punti, che sieguono.

I. Commissarj di Terra Santa non possono intitolarsi Commissarj Generali di Terra Santa, eccetto quelli di Madrid, di Roma, di Vienna, e di Parigi.

Non abbiano che un Compagno, ed un Terziario, ed il Compagno non s' intitoli Segretario, o Vice-Commissario, essendo scelto solamente a Servizio del Commissario.

I Commissarj, e Compagni, per quanto possono, son' obbligati di convenire alla Communità, e nell' uscire di Casa, di prender toties quoties *la benedizione del Guardiano, il quale non possa negarla, se non consultato il Superior Generale.*

Benche le Persone de' Commissarj di Terra Santa sieno immediatamente soggette al Superior Generale, dovranno però venerare i Guardiani, come loro Superiori, in quanto alla vita Regolare; ma i loro Compagni sono sudditi del Provinciale, e Guardiano in quanto alla Regolar Disciplina, e Correzzione de' Costumi: onde siccome i Commissarj se delinquiscono, debbono punirsi dal Superior Generale, così i Compagni debbono punirsi da Provinciali, e Guardiani.

L' Istituzione de' Vice-Commissarj di Terra Santa, sotto nullità d' atto, spetta privativamente al Ministro Generale, sotto la privazion d' Offizio a chi fora altrimente; onde dovran rendersi avvisati, semmai qualche Vice-Commissario fusse stato istituito in altra forma. E lo stesso si preserive de' Sindici di Terra Santa, la di cui istituzione spetta al Ministro Generale, ed in caso improviso, e repentino, al Provinciale della Provincia, con la clausola: Donec Reverendissimus Pater Noster Minister Generalis provideat, *e dovranno perciò darne avviso, se altrimenti fusse accaduto.*

I Questuatori di Terra Santa s' istituiscono col beneplacito de Provinciali de Luoghi, dove risiedono i Commissarj, e sien tenuti di presentarsi a Guardiani, rimostrar loro le facoltà, pernottar ne Conventi, come abbiam detto di sopra.

Sotto la privazione de' loro Uffizj non possono colle Limosine di Terra Santa comprar ornamenti, Vasi, Lampadi, Candelieri &c. per mandarli in Gerusalemme, se non a richiesta del Guardiano di Gerusalemme, e suo Procuratore, con licenza in scriptis del Superior Generale, nè possano aggiungere nuova Fabrica agli Ospizj, senza la medesima licenza.

In vigore de' suddetti Statuti, e de Romani del 1639. confermati in forma specifica dalla Santa Sede, per sicurezza delle Limosine, son obbligati a rendere i Conti ogni sei mesi delle pecunie, Robe raccolte per Terra Santa, e delle spese, alla presenza del Provinciale, e Definitori della Provincia, dove risiedono, o al Superior Generale, o suo Delegato, con alcuni Padri, e con l' intervento del Sindico, o Sostituto di Terra Santa: e se il Commissario sarà convinto di mala Amministrazione, o di non aver servate le dette formole, se ne dia incontanente notizia al Superior Generale.

X. I suddetti Punti prescritti dalle di sopra mentovate Costituzioni Generali del 1658. 1681. 1688. 1694. dovranno osservarsi, altrimenti i Superiori Provinciali, e Locali facciano uso della loro Giurisdizione, perche Noi non saremo per giudicarli, o impedirli.

XI. Essendoci poi accaduto di veder molte delle nostre Chiese senza l' Altare del Padre San Francesco, o confusa la sua figura tralle altre nel medesimo Quadro, senza far la prima comparsa in Casa propria, oppure il suo Altare più maltenuto, e disadatto di tutti gli altri; ordiniamo a Superiori Locali, e Provinciali, ch' invigilino su questo gran punto, ricordevoli, che tutto dobbiamo a sì gran Padre, il quale con perpetuo prodigio mantiene tanti Figli sparsi per tutt' il Mondo, senz' altro Patrimonio, che quel solo della sua gran Vigilanza, Intercessione, ed evidente Paternal Protezzione.

XII. Per le gran liti poi, che si prendono con Vescovi, Parochi, ed altri, onde ne son piene queste Sagre Congregazioni, ordiniamo, che non s' introducano ne Conventi certe speciali Divozioni, o Processioni fuori de' Chiostri, senza licenza, e maturo Consiglio de' Provinciali, e rispettivi Definitorj delle Provincie.

XIII. Essendoci pure pervenuti varj ricorsi per i spoglj de' Defonti, con quelle espressioni, che qui non si riferiscono per modestia, avvertiamo i Padri Provinciali, che de medesimi spoglj, non ne sono Padroni, ma puri precisi Ministri, onde si attenda alla osservanza delle Costituzioni, le quali prescrivono, *che morto il Religioso, immediatamente dal Guardiano, e Discreti si faccia l' Inventario di tutto, e 'l tutto si conservi chiuso fino alla venuta del Provinciale, il quale ne disponga in guisa, che se il Frate è morto nella Infermeria, a questa si applichino i panni lini; se fuori della Infermeria sarà morto, si applichino alla Communità del Convento i lini, e lane. I Libri alla Libreria del medesimo Convento: e se mai accadesse (che Dio no'l voglia) di ritrovar qualche pecunia, il Provinciale letto l' Inventario*

sario, la farà deporre presso il Sindico Apostolico della Provincia, e prenderne dal Guardiano, e Discreti del Convento le lettere testimoniali della quantità della pecunia, affinchè ne possa render conto ne' Capitoli. Le altre poi piano alla Sagrestia: l' altre cose si potranno momento si distribuiscano tra Frati del Convento, col consiglio del Guardiano; altrimenti facendo, il Provinciale, e Guardiano sano sospesi per tre mesi. I Discreti del Convento si serbano in tal parte della loro Giurisdizione, che saranno da Noi assistiti.

XIV. Raccomandiamo a Segretarj delle Provincie il fare un Catalogo de Religiosi Defonti, anche per i passati Lustri, anzi Secoli, per quanto potran cavare dalle di loro Segretarie, e distinguerlo a guisa di Martirologio, con notare il giorno, ch' è accaduta la morte de Religiosi sotto queste parole: *Hac die mortui sunt in hac Provincia, P. N. N. F. N. N. quorum Animæ requiescant in pace*, ad effetto, che possano leggersi ogni giorno rispettivamente in Refettorio, e dirsi per essi il *De profundis*, secondo il lodevole costume di molte Provincie di questa Famiglia, e la intenzione delle Costituzioni Generali.

XV. Torniamo nuovamente ad inculcare a Ministri, a Padri dei Definitorj delle Provincie Osservanti il punto importantissimo de i Ritiri, esortandoli a credere, che Noi non ci siamo dimenticati di tal' affare, e porremo ad effetto tuttocio, che fu prescritto nell' altra nostra Pastorale. Per soddisfare ancora il fervore de' Religiosi Zelanti, che sono nelle nostre Riformate Provincie, li quali desiderano vivere nel più puro spirito della Santa Regola professata, e col maggior distaccamento dal Secolo, vogliamo che i Ministri Provinciali, e Definitorj della Riforma si uniscano con Noi a promovere una tanto salutevole impresa, rammentando loro quanto con suo Decreto sotto li 10. Decembre 1714. ordinò la Sagra Congregazione della Disciplina Regolare per lo stabilimento de' suddetti Ritiri, inibendo la vistazione, e professione de' Novizj a quelle Provincie, che non daranno pronta esecuzione ad un' opera così santa. Prescriviamo per tanto a Padri del Definitorio il termine di quattro Mesi, per renderci notiziati con foglio soscritto dall' intiero Definitorio, in cui restino specificati i Luoghi determinati per il Ritiro.

XVI. In ultimo si ricordino dell' osservanza puntualmente dell' altra nostra Pastorale, secondo la sostanza, e forma ivi espressa, nè pensino tal uni, ch' abbiamo ordinato per cerimonia, come molti si van lusingando, perche vedranno con effetto, che faremo per far ubbidire alle Costituzioni dell' Ordine ivi prescritte, ed alle Costituzioni Apostoliche, sperando che debba darci forza, e valore il Padre San Francesco, in nome di cui diamo a tutti la Serafica benedizione.

Roma Araceli primo Maggio 1742.

Fra Gaetano di Laurino
Ministro Generale.

Di Comm. di Sua Patern. Rma.

F. Gregorio della Torre
Segr. Gen. dell' Ordine.

EPISTOLA ENCYCLICA

Reverendissimi Patris Ministri Generalis circa numerum Fratrum, & Sororum, quæ ab ultimo Capitulo Mediolanensi ad mox peractum Vallisoletanum ex hac vita decesserunt.

FR. CAJETANUS DE LAURINO

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, & humilis in Domino Servus.

QUoniam optima lege factum est, ut a Capitulo in Capitulum Generale numerus Defunctorum Ordinis tam Fratrum, quam Monialium Provinciis tradatur, utque varia suffragia Fratribus demandentur ejusdem Capituli Generalis nomine; hinc utrumque præstare in præsenti nostrum est, sicut vestrum imposita suffragia exsolvere, juxta quod in quolibet Capitulo Generali in more positum est.

Defunctorum numerus a postremo Capitulo Generali.

IN Familia Ultramontana obierunt Fratres:	13941.
Sorores vero:	6200.
In Familia Cismontana obierunt Fratres:	8848.
Sorores vero:	1479.
In unum mortui sunt in toto Ordine ab ultimo Capitulo Generalis, Fratres.	22789.
Sorores vero:	7679.

Quorum Animæ per misericordiam Dei requiescant in pace, & pro quibus in unoquoque Conventu cantetur una Missa de Requiem. Cætera autem consueta suffragia erunt describenda in libro Autographo celebrati Capituli Generalis, qui liber, ut in relatis habemus, in Hispania, Deo auspice, Typis dabitur. Romæ ex nostro Conventu Aracœlitano, die prima Maii 1741.

F. Cajetanus a Laurino
Min. Generalis.

ROMANA LANARUM.

CUM iterum cogerentur Religiosi Lanarum Provisores pro variis Italiæ Provinciis ad vectigalium solutionem pro earumdem extractione, recursus fuit habitus ad paternam Pontificis clementiam, qui preces Ordinis ad Commissarium R. C. A. remisit, ut hic cum S. S. ea de re loqueretur: qua secuta allocutione, prodiit sequens Rescriptum: *Ex audientia Sanctissimi habita die 31. Maii 1741. S. S. benigne annuit juxta petita.*

J. Julianus Rubini
Comm. Generalis.

Hanc eamdem instantiam sequentibus quoque annis fieri oportuit, ac semper idem emanavit rescriptum.

Confirmatur, & ampliatur Constitutio fan. mem. Gregorii PP. XV. contra Sacerdotes eorum Pœnitentes in Confessione Sacramentali ad turpia sollicitantes.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAcramentum Pœnitentiæ, quam secundum post naufragium deperditæ gratiæ tabulam Sancti Patres apte nuncuparunt, Nos licet immerentes ad universi Dominici Gregis curam superna dispositione vocati, omne studium, & Pastoralem sollicitudinem adhibere tenemur, ne quod, post amissam Baptismi innocentiam, datum est Divina benignitate perfugium, per Dæmonum fraudem, & hominum Dei beneficiis perverse utentium malitiam, naufragis, ac miseria peccatoribus luctuosum evadat exitium; & quod in salutem, & curationem animarum a Deo, qui dives est in misericordia, institutum est, execrabili scelestorum quorumdam Sacerdotum improbitate, in earum perniciem, atque interitum vertatur. Dudum quidem a fel. record. Papa Gregorio XV. Prædecessore nostro per suas literas in forma Brevium sub datam Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 30. Augusti 1620. Pontificatus sui anno secundo, sapienter provisum fuit contra quoscumque Sacerdotes audiendis Confessionibus deputatos, ad turpia, & inhonesta sollicitantes; Et deinceps successivis temporibus ad earum literarum interpretationem, ac declarationem plura subinde a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium adversus hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum sub die 12. Mensis Februarii anno Domini 1661. prodierunt Decreta, & a recol. mem. Alexandro Papa VII. pariter Prædecessore nostro, in Congregatione Generali Sanctæ Romanæ Universalis Inquisitionis, die 24. Septembris 1665. coram eo habita, inter alias ab evangelica veritate, & Sanctorum Patrum alienas, & dissonas propositiones, sexta, videlicet, & septima, hæc revocanda, damnatæ, & prohibitæ fuerunt. Nos itaque perpendentes quanti momenti sit ad æternam animarum salutem ea ubique exacte observari, & quanti, ad infirmas oves curandas, & decorem Sanctæ Ecclesiæ Dei retinendum, intersit, ne aliqui Sacerdotes Pœnitentiæ Sacramento nefarie abutentes, Pœnitentibus pro curatione vulnus, pro pane lapidem, pro pisce serpentem, pro medicina venenum porrigant, sed animo secum recolentes se a Christo Domino Præsides, & Judices animarum constitutos, ea sanctitate, quæ sublimitati, ac dignitati muneris convenit, tam venerandum Sacramentum administrent, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, præfatas literas hujusmodi, ac omnia, & singula Decreta prædicta ad illarum interpretationem, & declarationem emanata, Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; atque etiam, quatenus opus sit, denuo committimus, & mandamus omnibus hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, & locorum Ordinariis omnium Regnorum, Provinciarum, Civitatum, Dominiorum, & locorum universi Orbis Christiani in suis respective Diœcesibus, ut diligenter, omnique respectu humano postposito, inquirant, & procedant contra omnes, & singulos Sacerdotes tam Sæculares, quam Regulares quomodolibet exemptos, ac Sedi Apostolicæ immediate subjectos, quorumcumque Ordinum, Institutorum, Societatum, & Congregationum, & cujuscumque dignitatis, & præeminentiæ, aut quovis privilegio, & Indulto munitos, qui aliquem pœnitentem, quæcumque Persona illa sit, vel in actu Sacramentalis Confessionis, vel ante, vel immediate post Confessionem, vel occasione, aut prætextu Confessionis, in Confessionali, sive in alio loco ad Confessiones audiendas destinato, aut electo cum simulatione audiendi ibidem Confessionem, ad inhonesta, & turpia sollicitare, vel provocare, sive verbis, sive signis, sive nutibus, sive tactu, sive per scripturam, aut tunc, aut post legendam, tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, vel tractatus temerario ausu habuerint. Et quos in aliquo &c. hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos, pro criminum qualitate, & circumstantiis, severe animadvertant per condignas pœnas, juxta memoratam Gregorii Prædecessoris nostri Constitutionem, quam hic de verbo ad verbum pro inserta haberi volumus: Dantes etiam, si opus sit, & rursus concedentes facultatem, ne delictum tam enorme, & Ecclesiæ Dei injuriosum remaneat, ob probationum defectum, impunitum, jam alias in præfata Constitutione tributam, procedendi cum testibus etiam singularibus, dummodo præsumptiones, indicia, & alia adminicula concurrant.

Meminerint præterea omnes, & singuli Sacerdotes ad Confessiones audiendas constituti teneri se ad obligare suos pœnitentes, quos noverint fuisse ab aliis, ut supra, sollicitatos, sedulo monere, juxta occurrentium casuum circumstantias, de obligatione denuntiandi Inquisitoribus, sive locorum Ordinariis prædictis personam, quæ sollicitationem commiserit, etiamsi Sacerdos sit, qui jurisdictione ad absolutionem valide impertiendam careat, aut sollicitatio inter Confessarium, & pœnitentem mutua fuerit, sive sollicitationi pœnitens consenserit, sive consensum minime præstiterit, vel longum tempus post ipsam sollicitationem jam effluxerit, aut sollicitatio a Confessario, non pro se ipso, sed pro alia persona peracta fuerit. Caveant insuper diligenter Confessarii, ne Pœnitentibus, quos noverint jam ab alio sollicitatos, Sacramentalem absolutionem impertiant, nisi prius denuntiationem prædictam ad effectum perducentes delinquentem indicaverint competenti Judici, vel saltem se, cum primum poterunt, delaturos spondeant, ac promittant.

Et quoniam improbi quidam homines reperiuntur, qui vel odio, vel ira, vel alia indigna causa commoti, vel aliorum impiis suasionibus, aut promissis, aut blanditiis, aut minis, aut alio quovis modo incitati, tremendo Dei Judicio posthabito, & Ecclesiæ auctoritate contempta, innoxios Sacerdotes apud Ecclesiasticos Judices falso sollicitationis insimulant: ut igitur tam nefaria audacia, & tam detestabile facinus metu magnitudinis pœnæ coerceatur quæcumque Persona, quæ execrabili hujusmodi flagitio se inquinaverit, vel per se ipsam innocentes Confessarios impie calumniando, vel scelestе procurando, ut id ab aliis fiat, a quocumque Sacerdote quovis privilegio, auctoritate, & dignitate munito, præterquam a Nobis, nostrisque Successoribus, nisi in fine vitæ, & excepto mortis articulo, spe absolutionis obtinendæ, quam nobis, & Successoribus prædictis reservamus, perpetuo careat.

Demum magnopere cupientes a Sacerdotalis Judicii, & Sacr. Tribunalis dignitate, & Sanctitate

omnem

omnem turpitudinis occasionem, & Sacramentorum contemptum, & Ecclesiæ injuriam longe summovere, & tam exitiosa hujusmodi mala prorsus eliminare, & quantum in Domino possumus, animarum periculis occurrere, quas Sacrilegi quidam, Dæmonis potius, quam Dei Ministri, loco eas per Sacramentum Creatori suo, ac nostro reconciliandi, majori peccatorum mole onerantes, in profundum iniquitatis barathrum nefarie submergunt, nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & aliquorum in Theologia Magistrorum consilio desuper adhibito, accedentibus quoque iteratis plurium Episcoporum supplicationibus, hac nostra in perpetuum valitura Sanctione, quemadmodum a pluribus Episcopis per Synodales suas Constitutiones jam factum esse novimus, omnibus, & singulis Sacerdotibus tam Sæcularibus, quam Regularibus cujuscumque Ordinis, ac dignitatis, tametsi alioquin ad Confessiones excipiendas approbatis, & quovis privilegio, & indulto, etiam speciali expressione, & specialissima nota, & mentione digno suffultis, auctoritate Apostolica, & nostra potestatis plenitudine interdicimus, & prohibemus, ne aliquis eorum extra casum extremæ necessitatis, nimirum in ipsius mortis articulo, & deficiente tunc quocumque alio Sacerdote, qui Confessarii munus obire possit, Confessionem Sacramentalem personæ Complicis in peccato turpi, atque inhonesto, contra sextum Decalogi præceptum commissu, excipere audeat, sublata illi propterea ipso jure quacumque auctoritate, & jurisdictione ad qualemcumque personam eb hujusmodi culpa absolvendam, adeo quidem, ut absolutio, si quam impertierit, nulla, atque irrita omnino sit, tamquam impertita a Sacerdote, qui jurisdictione, ac facultate ad valide absolvendum necessarie privatus existit, quam ei per præsentes has nostras adimere intendimus; & nihilominus, si quis Confessarius secus facere ausus fuerit, majoris quoque excommunicationis pœnam, a qua absolvendi potestatem Nobis solis, nostrisque Successoribus dumtaxat reservamus, ipso facto incurrat: Declarantes etiam, & decernentes, quod nec etiam in vim cujuscumque Jubilæi, aut etiam Bullæ, quæ appellatur Cruciatæ sanctæ, aut alterius cujuslibet Indulgentiæ, confessionem dicti Complicis hujusmodi quisquam valeat excipere, eique Sacramentalem Absolutionem impertiri, cum ad hunc effectum, & in hoc casu nullus Confessarius, utpote qui in hujusmodi peccati, & pœnitentiæ genere, jurisdictione, ut præfertur, careat, & absolvendi facultate a Nobis privatus existat, habendus sit pro Confessario legitimo, & approbato. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim quæ nuncupantur Cruciatæ Sanctæ, vel Jubilæi universalis, & plenarii, nec non quibusvis Ecclesiarum, & Monasteriorum, & Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & Decretis, etiam motu proprio, aut alias quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro expressis habentes hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus demum, ac præcipimus, ut omnes locorum Ordinarii tam præsentes, quam futuri pro tempore existentes, in approbatione Confessariorum tam prædictam Constitutionem, quam præsentem hanc nostram ab omnibus Sacerdotibus approbandis attente legi, & accurate observari curent, moneantque eos in Domino, atque hortentur, ut Sacrum Ministerium ipsorum fidei commissum summa animi innocentia, morum puritate, judicii integritate peragant, exhibeantque semetipsos, ut Ministros Christi, & Dispensatores Mysteriorum Dei; memores præterea sint, se locum tenere, ac vices obire summi, atque æterni Sacerdotis, qui Sanctus, innocens, impollutus, per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, ut emundaret conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi. Sedulo igitur studeant, diligenterque caveant, ne quærentibus, & pulsantibus eorum culpa Cœlum claudatur, ne deperditæ oves, ad ovile Dominicum redire properantes, eorum manibus ferarum dentibus dilaniandæ tradantur, ne prodigi Filii egentes, & Saucii ad Cœlestem Patrem revertentes, nefaria eorum improbitate gravioribus peccatorum vulneribus, dum adhuc in via sunt, confodiantur.

Ut autem præsentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla ad Valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari, sicque publicatas, & affixas, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent: utque ipsarum literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, sanctionis, præcepti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1741. Kalendis Junii Pontificatus nostri anno primo.

Visa de Curia
N. Antonellus.

Loco ✠ plumbi.

X. Sub-Datarius.
Pro D. Card. Passioneo
Cajetanus Amatus.

J. B. Eugenius.
Registrata in Secret. Brevium.

Me-

Monialibus in Portugalliæ, & Algarbiorum Monasteriis rigorosam clausuram professis, & extra illam degentibus, injungitur reditus ad Claustra, & egressus imposterum prohibetur.

Episcopis, Archiepiscopis &c.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

„ CUM sacrarum Virginum, quæ se Christo inter claustra dicaverunt, & tam carne, quam mente se Deo voverunt, ut consumeat opus suum magno præmio destinatum, quo sublimior gloria est, eo major & cura esse debeat; inter præcipuos Apostolicæ nostræ sollicitudinis partes, illam non ultimam reputamus, ut, cœteria inter Apostolicam hanc Sanctam Sedem, & Portugalliæ, Algarbiorumque Regna jamdiu exortis dissidiis, benedicente Domino, compositis, salutarem quoque nostram, ad majorem Monialium in iisdem Regnis degentium progressum in via mandatorum Dei, & vocationis suæ semita faciendum, operam conferamus.

§. 1. „ Quoniam autem, sicut accepimus, quamplurimæ Moniales variarum Diœcesum Regnorum hujusmodi, quæ Regularem in Monasteriis quotumcumque Ordinum rigorosæ, & perfectæ clausuræ emiserunt Professionem, variis, & in speciem quæsitis coloribus, & simulationibus, ac præsertim prætensis curandarum infirmitatum causis, non solum e Monasteriis exeunt, nec ad breve tempus, nec ad Civitates, & Oppida, ubi cujuslibet Monialis Monasterium reperitur, divertunt; verum etiam per integrum unius, ac plurium annorum spatium, & in locis a proprio uniuscujusque Monasterio longissime dissitis, moram ducunt: Ea propter fit, ut quamplurima inde scandala, & abusus incredibiles, ac Regularis perfectionis detrimenta, non sine gravi bonorum hominum offensione, oriantur; conspiciuntur enim nonnullæ earumdem Monialium per plateam incedere, ad publica spectacula, & Theatra, Comedias, Tragœdias, & Dramata audiendi, spectandique causa, convolare, & ad alia loca, nullo pacto religiosis Virginibus convenientia, pergere. His accedit, quod non religiosæ consuetudinis, sed licentiosæ vitæ exemplo, iis, quibus cum in eorumdem Domibus commorantur, sint offensioni, & scandalo.

§. 2. „ Hinc est, quod Nos, non quod humilitatis nostræ admodum conscii, aliquid ad censuram licentiæ vindicemus, sed quod, ad sollicitudinem magis cauti, plus de Diaboli infestatione timeamus, opportunum hisce malis remedium afferre, & quantum cum Domino possumus, debitæ earumdem sacrarum Virginum custodiæ, decori, atque honestati providere cupientes, motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Vobis omnibus, & singulis Venerabiles Fratres injungimus, & mandamus, ut statim ac ad Fraternitates Vestras præsentes nostræ in forma Brevis literæ, aut earumdem transumpta, sive exempla, etiam typis impressa, & manu alicujus publici Notarii subscripta, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munita pervenerint, illico notum faciatis, & nuntietis omnibus, & singulis Monialibus Monasteriorum, sive vestrarum respective, sive aliarum Diœcesum, in uniuscujusque vestrum Diœcesi, quacumque auctoritate, facultate, licentia, Indultis, ac privilegiis, sive per hanc Sanctam Sedem, sive per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium propositam, sive per Vos ipsos, aut Prædecessores vestros Antistites, sive per Ordinarios Nostros, & ejusdem Sanctæ Sedis pro tempore Nuntios, quomodolibet concessis, extra claustra suorum Monasteriorum, quacumque, etiam infirmitatis, causa commorantibus, in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipiatis, ut intra quindecim, aut viginti dies, & non amplius, ab earumdem præsentium nostrarum literarum publicatione, & affixione, ad proprium Monasterium, in quo Regularem Professionem emiserunt, redeant, ibique permaneant; aliter ipso facto pœnas a Sacris Canonibus contra violantes Clausuram Monialium inflictas, præter alias vestro arbitrio irrogandas, incurrere, & incurrisse sciant, quibus sane pœnis, aliisque vestro etiam arbitrio imponendis, obnoxios, & ipso facto subjectos esse decernimus, & declaramus omnes, & singulos consilium, auxilium, commodum, aliaque hujusmodi dantes, aut præstantes, ne eædem præsentes suum sortiantur effectum.

§. 3. „ Cœterum, Venerabiles Fratres, rogamus Vos, & in Domino hortamur, ut pro eximia pietate vestra, Religionis zelo, Ecclesiasticæ disciplinæ amore, & æternæ sacrarum Virginum salute Fraternitatibus Vestris potissimum credita, statim hisce nostris acceptis, omnia, & singula in ipsis contenta debitæ executioni mandanda curetis, super quibus vestras conscientias oneramus, ac significamus districtam supremo divino Judici Jesu Christo Cœlesti Sacrarum Virginum Sponso reddendam esse rationem. Contendite igitur omni ope, consilio, prudentia, & auctoritate vestra, sacerdotale ministerium vestrum cumulate explere: Nos enim omnes opportunas, & necessarias, ad ejusmodi effectum, facultates, etiam auxilium Brachii Secularis, quatenus opus fuerit, invocandi, Apostolica auctoritate earumdem præsentium tenore impertimur.

§. 4. „ Verum, ne imposterum Indulta exeundi è Monasteriis, & extra Claustra permanendi, ob quamcumque causam, tanta facilitate Monialibus in iisdem Portugalliæ, Algarbiorumque Regnis concedantur, tum Fraternitatibus Vestris, vestrisque Successoribus, tum ordinariis ejusdem Apostolicæ Sedis pro tempore isthic Nuntiis, tum denique ipsi Congregationi Cardinalium Episcoporum, & Regularium, quamcumque facultatem tribuendi, expediendique Indulta hujusmodi, quacumque auctoritate, potestate, Privilegiis, & Indultis, quibus omnibus, quoad hanc partem, earumdem præsentium tenore derogamus, attributam, omnino inhibemus, & inhibitam esse volumus, & declaramus. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die prima Junii anno millesimo septingentesimo quadragesimo primo, Pontificatus nostri Anno Primo.

D. Cardinalis Passioneus.

Re-

Reverendissimus Pater Joannes de la Torre literis Apostolicis instituitur Commissarius Generalis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, ut te specialibus favoribus, & gratiis prosequamur. Cum itaque, sicut dilectus filius Joannes Franciscus de Iduri, Lector Jubilatus, Provinciæ Burgensis Pater, & in Romana Curia pro Familia Ultramontana Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Commissarius Generalis, nobis nuper exponi fecit, tu, qui frater expresse professus dicti Ordinis existis, post obitum quondam Dominici a Lossada, dum vixit, ejusdem Ordinis Fratris expresse professi, ac Commissarii Generalis Familiæ Ultramontanæ, a dilectis filiis Vocalibus, & Electoribus compromissariis dictæ Familiæ Nationis Hispanicæ rite, ac canonice, juxta ejusdem Ordinis statuta per Sedem Apostolicam confirmata, in Vice-Commissarium Generalem die 13. Aprilis nuper elapsi electus fuisti; tu vero, ratione Vice-Commissariatus Generalis præfati, eadem auctoritate, qua Commissarius Generalis ipsius Ordinis pro tempore existens utitur, pari modo utaris, cupiatque propterea dictus Joannes Franciscus Commissarius Generalis hujusmodi Curiæ, ut titulo, & denominatione Commissarii Generalis hujusmodi decoreris: Hinc est, quod nos ejusdem Joannis Francisci votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, teque præmissorum meritorum tuorum intuitu, specialis favore gratiæ prosequi volentes, tuique, & dicti Joannis Francisci singulares personas a quibusvis excomunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus memorati Joannis Francisci nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi, ut etiam titulo, & denominatione Commissarii Generalis Familiæ Ultramontanæ Nationis Hispanicæ Ordinis prædicti, usque ad tempus per Statuta, & Constitutiones hujusmodi præscriptum, uti, frui, & gaudere, teque Commissarium Generalem in quibusvis litteris, decretis, aliisque scripturis inscribere libere, & licite possis, & valeas; nec non interea Commissarius Generalis Familiæ præfatæ ejusdem Ordinis in quibusvis actibus, & functionibus, tam publicis, quam privatis, haberi, & reputari debeas in omnibus, & per omnia, perinde, ac si in Commissarium Generalem Familiæ hujusmodi in Capitulo Generali dicti Ordinis electus repereris, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis sub Annulo Piscatoris, die 23. Junii 1741. Pontificatus nostri Anno primo.

Pro D. Cardinali Passioneo
Cajetanus Amatus.
Loco ✠ Sigilli.

Mercimonia super Missarum Eleemosynis sub censuri uni Pontifici reservatis damnantur.

Episcopis, & Archiepiscopis &c.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

,, Quanta cura adhibenda sit, ut Sacrosan-
,, ctum Missæ Sacrificium, non solum omni
,, Religionis cultu, ac veneratione celebre-
,, tur, verum etiam, ut a tanti Sacrificii dignitate
,, cujusvis generis mercedum condoctiones, pacta, im-
,, portunæ, atque illiberales eleemosynarum exa-
,, ctiones potius, quam postulationes, aliaque hu-
,, jusmodi, quæ a Simoniaca labe; vel certe a tur-
,, pi quæstu, non longe absunt, e medio tollantur,
,, nemo est ex Catholicæ Fidei cultoribus qui
,, ignoret.

§. 1. ,, Verum eousque tandem progressa est, si-
,, cut, non sine ingenti cordis Nostri mœrore, undi-
,, que accepimus, nonnullorum, sive Ecclesiastico-
,, rum, sive Laicorum Virorum avaritia, quæ est
,, Idolorum servitus, ut eleemosynas quidem, seu
,, stipendia propter Missarum celebrationem, juxta
,, locorum consuetudines, vel Diœcesanarum Sino-
,, dorum Sanctiones, in subsidium alimentorum
,, uniuscujusque Sacerdotis dumtaxat, pro regio-
,, num opportunitatibus præscripta colligant; Missas
,, vero celebrari curent alibi, ubi eleemosynæ, seu
,, stipendia, vel consuetudine, vel Synodali lege, pro
,, singulis Missis attributa, sunt minoris pretii, quam
,, illic, ubi accipiuntur, darentur.

§. 2. ,, Id quam absonum sit, atque alienum ab
,, ipsa, sive expressa, sive tacita, pie offerentium
,, voluntate, omnes plane intelligunt. Nec aliter
,, existimandum est; in illa enim potius Missas esse
,, celebrandas quisque vult, ad quam Religionis,
,, & pietatis stimulis ductus eleemosynas confert,
,, aut in qua quispiam fortasse tumulatus est, quam
,, in alia Ecclesia sibi prorsus ignota. Quod sane,
,, veluti mercaturis faciendis a turpis lucri cupidi-
,, tate inductum, non solum ab avaritiæ suspicione,
,, & vitio, verum etiam a furti crimine, unde re-
,, stitutioni subjacet, haud immune, in causa est,

,, ut

„ ut bonorum quamplurimi, ad quorum notitiam mercatura hujusmodi venit, graviter offensi, ab eleemosynis ad celebrandas Missas amplius offerendis se se abstineant.

§. 3. „ Execrabilem hujusmodi abusum alicubi sensim irrepentem detestantes Romani Pontifices Prædecessores Nostri, de consilio tum Congregationis S. R. E. Cardinalium Universalis Inquisitionis contra hæreticam pravitatem, tum Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, decretum voluerunt, nimirum a quolibet Sacerdote, stipendio, seu eleemosyna majoris pretii pro celebratione Missæ a quocumque accepta, non posse alteri Sacerdoti Missam hujusmodi celebraturo stipendium, seu eleemosynam minoris pretii erogari, etsi eidem Sacerdoti Missam celebranti, & consentienti, se majoris pretii stipendium, seu eleemosynam accepisse indicasset.

§. 4. „ Ea propter Vos, Venerabiles Fratres, in Apostolici Ministerii, & sollicitudinis Nostræ partem adscitos, rogamus, & maximopere in Domino hortamur, ut custodientes vigilias super gregibus Vestris enitamini, ne ea pestis amplius pervagetur, sed ut penitus extinguatur. Ab avaritia enim, tamquam a radice, mala omnia germinant; quam quidam appetentes, erraverunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. Avaritia quidem nulla potior contagio, quæ conceptam apud omnes Sacerdotalis dignitatis, perfectionisque opinionem magis inficiat, evellatque. Avaritia opibus Deum posthabere, ac servire Mammonæ docens, efficit, ut Avari hæreditatem non habeant in Regno Christi, & Dei. Quod si hæc in Laicis hominibus minime toleranda, atque adeo legibus coercenda, quid in Ecclesiasticis viris, qui terrenis rebus nuntium miserunt, qui in sortem Domini vocati, qui Deo mancipati sunt? Quid quod non per mundana lucra, sed per Altaris Ministerium tam sordide, & cum sanctissimarum legum contemptu, & cum Sacerdotalis characteris dedecore in avaritiam præcipiti animo rapiuntur? Contendite igitur, Venerabiles Fratres, quibus Christi ovium cura demandata est, non solum ut verbo, & exemplo præeuntes, Christi sitis bonus odor in omni loco, unde Populi vestigia Vestra sequantur; verum etiam, ut Ecclesiasticos primum, deinde Laicos Viros ab infectis vitiorum pascuis avertentes, per viam mandatorum Dei ad Cœleste Ovile currere doceatis.

§. 5. „ Quoniam autem ita comparatum est, ut præsentis pœnæ metu, quam salutaribus monitis facilius obtemperetur; per edictum in vestris Diœcesibus proponendum, affigendumque, universis notum facite quemcumque, qui eleemosynas, seu stipendia majoris pretii pro Missis celebrandis, quemadmodum locorum consuetudines, vel Synodalia Statuta exigunt, colligens, Missas, retenta sibi parte earumdem eleemosynarum, seu stipendiorum acceptorum, sive ibidem, sive alibi, ubi pro Missis celebrandis minora stipendia, seu eleemosynæ tribuuntur, celebrari fecerit, Laicum quidem, seu Secularem, præter alias arbitrio Vestro irrogandas pœnas, excommunicationis pœnam, Clericum vero, sive quemcumque Sacerdotem, pœnam suspensionis ipso facto incurrere; a quibus nullus per alium, quam per Nos ipsos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, nisi in mortis articulo constitutus, absolvi possit. Fore autem in Domino confidimus, ut unusquisque memor conditionis suæ, posthac bene consultum velit animæ suæ, nec tam salutares leges, censurasque Ecclesiasticas parvipendat. Interea Fraternitatibus Vestris Apostolicam Benedictionem in Populos etiam Curæ Vestræ commissos redundaturam, peramanter impertimur.

§. 6. „ Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

„ Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 30. Mensis Junii, anno millesimo septingentesimo quadragesimo primo, Pontificatus Nostri anno primo.

D. Card. Passioneus.

„ DEtestabilem hunc Mercimoniorum super Missarum eleemosynis abusum viguisse præsertim penes nonnullos Ecclesiasticos, & Laicos Pedemontii viros, testatur Pontifex Sanctissimus in literis sub iisdem die, & anno datis ad Archiepiscopum Taurinensem, quibus eumdem hortatur, ut omni cura, & solicitudine, adhibito etiam, si opus fuerit, auxilio brachii Secularis, studeat illum extinguere, ac penitus abolere.

SAVILIANEN. MONIALIUM EXEMPTARUM.

„ CUM Archiepiscopus Taurinensis contenderet, sine ejus particulari, & expressa facultate, non licere Monialibus exemptis Saviliani, & nostræ curæ subjectis, cogere Capitulum pro admittenda ad habitum, vel ad Professionem, aliqua adolescentula, acta fuit causa coram Sacr. Congreg. Episcoporum, & Regularium, a qua emanavit sequens

DECRETUM.

„ SAcra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, mature perpensis omnibus rationibus allatis, referente Eminentissimo Cardinali Gotti Ponente, censuit rescribendum, prout præsentis Decreti tenore benigne rescripsit, pro convocatione Capituli ad effectum acceptandi Educandas in Monasteriis exemptis, non requiri licentiam Archiepiscopi, sed Abbatissam teneri eidem transmittere copiam autenticam resolutionis dicti Capituli, ad effectum judicandi de ejusdem validitate.

„ Datum Romæ 2. Decembris 1741.

F. Card. Firrao.

Archiep. Damiatæ Secretarius.

Confirmatur diviſio Provinciæ Sancti Petri de Alcantara, & erectio Cuſtodiæ Sancti Paſchalis Baylon in eodem Regno Neapolitano.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

AD auferenda, & penitus eliminanda quæcumque impedimento eſſe poſſunt, quo minus ea, quæ pro felici, proſperoque Religioſorum Virorum, ſub ſeveriori potiſſimum regularis diſciplinæ obſervantia, Omnipotenti Deo mancipatorum regimine aliàs ſtatuta debitæ executioni demandentur, alacres Apoſtolicæ auctoritatis, providentiæque noſtræ partes interponere geſtimus.

Itaque, ſicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Fulgentius a Nativitate Frater expreſſe profeſſus, ac Procurator in hac Alma Urbe noſtra exiſtens Provinciæ Sancti Petri de Alcantara Neapolitanenſis, Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum nuncupatorum, nonnulli Fratres Provinciæ, & Ordinis præfatorum, propter alias noſtras in ſimili forma Brevis, die vigeſima tertia Martii currentis anni millesimi ſeptingenteſimi quadrageſimi primi, ſuper diſmembratione, & diviſione memoratæ Provinciæ, expeditas literas, quarum tenorem præſentibus pro expreſſo, & inſerto haberi volumus, uberius continetur, veluti offenſi, & ſcrupulis agitati, de earumdem noſtrarum literarum validitate dubitent, ex eo, quod in ipſis noſtris literis primum numeretur, inter Conventus Cuſtodiæ Hydrontinæ aſſignatos, Conventus Sanctæ Mariæ de Puteo Terræ Capurſi, qui eo tempore ſub lite pendebat, & paucis diebus antequam literæ præfatæ editæ fuiſſent, hac per contrarium Decretum deciſa, & fabricæ proſecutione inhibita; deinde, quod nulla fiat mentio ſubordinationis Conventus *Ritiri* Sanctæ Mariæ Angelorum, *Solitudinis* nuncupati, alii Conventui majori ejuſdem Provinciæ, ſed abſolute pro Conventu numeretur; tertium, quod non exprimatur aliquos Conventus novæ Provinciæ, & etiam novæ Cuſtodiæ non eſſe perfecte extructos, ſed actualiter perfici: cupiatque propterea opportune in præmiſſis a nobis provideri, &, ut infra, indulgeri.

Nos igitur ipſum Fulgentium Procuratorem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum dumtaxat præſentium conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, memoratas noſtras literas, diviſionem, diſmembrationem, ſeparationemque dictæ Provinciæ factam, & in unam Provinciam, & unam Cuſtodiam a Nobis erectam, continentes, licet, ſicut præmittitur, Fabrica Conventus Sanctæ Mariæ de Puteo, Terræ Capurſi præfatæ, inhibita, nec mentio ſubordinationis Conventus *Ritiri* alii Conventui majori facta; nec aliqui Conventus perfecte extructi fuerint: nihilominus in omnibus, & per omnia in eis contenta firma, valida, & efficacia ſemper exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, decernimus, & declaramus, omneſque, & ſingulos alios tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, dicta auctoritate ſupplemus, & ſanamus, & quatenus opus ſit, dictas noſtras literas, juxta tenorem præſentium, de novo innovamus. Non obſtantibus præmiſſis, cæteriſque contrariis quibuſcumque, ac omnibus, & ſingulis illis, quæ in dictis literis voluimus non obſtare.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſima Julii 1741. Pontificatus noſtri anno primo.

Loco ✠ Sigilli.

Pro D. Card. Paſſioneo:
Cajetanus Amatus.

Abrogantur omnes gratiæ perſonales hactenus in Ordine conceſſæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

APoſtolica a Paſtorum Principe Jeſu Chriſto in ſuprema Catholicæ Eccleſiæ procuratione, Romano Pontifici cum plenitudine poteſtatis commendata charitas, quæ ordinata eſſe debet, etſi ad teſtatiſſima Indulgentiæ, benignitatiſque potius, quam gravitatis, ſeveritatiſque argumenta fidelibus populis, ac potiſſimum Religioſis Viris in excolenda vinea Dei Sabaoth ſub ſuavi Religionis jugo, inſtitutoque adlaborantibus ſemper exhibenda ſuadet, & excitat; tamen cum indulta, ac privilegia ad ſuſceptum virtutum curriculum alacrius in Religionis decus, & utilitatem conficiendum conferri ſolita, in religioſæ obſervantiæ, conſtitutæque Regularis diſciplinæ perniciem, atque in diſſidiorum, inordinationumque alimenta verti conſpiciuntur, beneficum largitorem ad illa providentiſſime revocanda, ac tamquam non conceſſa pariter declaranda, acrioribus ſtimulis impellit, & urget.

Quoniam autem, ſicut accepimus, ex quampluribus dilectis filiis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci tum de Obſervantia, tum Reformatorum, tum Diſcalceatorum, tum Recollectorum nuncupatorum expreſſis, alii quidem præclara in ſpeciem tantum religioſorum laborum merita, emendicatis etiam ſuorum pro tempore Superiorum plus uni, quam alteri faventium atteſtationibus comprobata, ac quodammodo veluti præmio digna obtendentes; alii vero obſequia ſua in negotiis hujus Sanctæ Sedis, ac præſertim in Congregationibus hujus Almæ Urbis noſtræ Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium peragendis præſtita exponentes, indulta, ſeu privilegia perſonalia, tam Ex-Commiſſariorum, Ex-Procuratorum, & Ex-Definitorum Generalium, quam Ex-Miniſtrorum, Ex-Cuſtodem, & Ex-Definitorum Provincialium ab Apoſtolica hac Sancta Sede, per literas in ſimili forma Brevis deſuper expeditas, contra diſpoſitionem Conſtitutionum Ordinis hujuſmodi auctoritate Apoſtolica confirmatarum, obtinuerunt: quæ quidem indulta, & perſonalia privilegia regulari obſervantiæ incommodum, & religioſæ paci, tranquillitatique, & paternæ concordiæ perturbationem, diſſidia, lites, & jurgia afferunt.

Hinc eſt, quod Nos, qui ad ſupremum Catholicæ Eccleſiæ regimen, per inſcrutabile divinæ providentiæ conſilium, plane immerentes, aſſumpti, pro peculiari, paternaque, qua Ordinem prædictum complectimur, charitate, ut priſtinam regularis diſcipli-

næ, & observantiæ institutum, & incrementum amplius promovere, & provehere valeamus, opportunum, ac salutare malis, & incommodis hujusmodi remedium adhibere satagimus; Generalibus dicti Ordinis statutis, Ordinationibusque, & Constitutionibus per Sedem prædictam confirmatis inhærentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, quascumque Constitutiones, & Ordinationes Romanorum Pontificum, Prædecessorum nostrorum, ac præsertim felicis recordationis Benedicti Papæ XIII. Prædecessoris nostri, Constitutionem super nova eorumdem indultorum, ac privilegiorum abrogatione, die decima sexta Novembris 1724. editam, quæ incipit: *Universalis Ecclesiæ &c.* quam Constitutionem deinde recolendæ memoriæ Clemens Papa XII. itidem Prædecessor noster, ad Generalium dicti Ordinis statutorum formam redegit, & moderavit per aliam suam Constitutionem, die decima quarta Octobris 1735. datam, quæ incipit: *Circumspecta Romani Pontificis providentia. &c.* quoad omnes partes, quæ per prædictam Clementis Prædecessoris Constitutionem ad statutorum hujusmodi formam minime redactæ, ac moderatæ fuerunt, necnon ipsas Constitutiones expresse per præsentes renovantes, & quatenus opus sit, de novo confirmantes, & integre servari mandantes, quæcumque indulta, seu privilegia personalia, tam Ex-Commissariorum, seu Vice-Commissariorum, Ex-Procuratorum, Ex-Definitorum Generalium, vel Provincialium, seu quorumcumque aliorum titulorum, seu aliarum gratiarum personalium quibuslibet Fratribus de Observantia, Reformatis, Discalceatis, & Recollectis, vel quocumque alio nomine nuncupatis, sub regimine, ac directione, & obedientia Ministri Generalis dicti Ordinis viventibus, cujuscumque dignitatis, qualitatis, & conditionis existant (indulta tamen, seu privilegia hujusmodi, intuitu obsequiorum Congregationi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium in tota Republica Christiana, adversus hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum, dumtaxat præstitorum, de prædictorum Cardinalium consilio, a Sede prædicta alias concessa, hac dumtaxat conditione excipimus, ut quoad præcedentiam tantum, non autem quoad votum, sive suffragium in quibusvis Capitulis, & Congregationibus ferendum suffragentur iis, quibus alias concessa confirmamus, quemadmodum iis, qui postulante sua uniuscujusque Provincia, indulta præfata obtinuerunt) quovis titulo, prætextu, causa, & occasione, & ad cujuscumque instantiam, & supplicationem tam a nobis, & Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, quam a Congregatione memoratorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatæ Cardinalium Propagandæ Fidei præpositorum (præter, & ultra ea, quæ per quasdam felicis recordationis Clementis Papæ XI. Prædecessoris pariter nostri, in simili forma Brevis expeditas litteras præscripta, & assignata fuerunt) vel ab aliis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ Cardinalium Congregationibus, & etiam ab ipsius Sedis Apostolicæ Nunciis, aut de Latere Legatis, aut quibuslibet Ordinis hujusmodi Superioribus hactenus quoquo modo contra, & præter Regularia Ordinis prædicti Statuta, & Apostolicas Constitutiones concessa, perpetuo revocamus, cassamus, abrogamus, & abolemus, illaque in perpetuum revocata, cassata, abrogata, & abolita, viribusque, & effectu vacua esse, & fore, neminique ullatenus suffragari, neque deinceps a quoquam, præterquam a Romano Pontifice pro tempore existente, quæcumque privilegia similia concedi posse decernimus.

Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis, privationisque eorum officiorum, ac vocis activæ, & passivæ pœnis, eo ipso absque ulla alia declaratione incurrendis, directis filiis Ministro, & Commissariis, Vice-Commissariis Generalibus, Ministris Provincialibus, Custodibus, aliisque ejusdem Ordinis Superioribus quocumque nomine nuncupatis, ut cum primum præsentes nostræ literæ ad eorum notitiam pervenerint, omnes, & singulos Fratres Ordinis prædicti similia indulta, & privilegia habentes, etiamsi a nobis, seu Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris quoquomodo obtinuissent, ut præmittitur, eo ipso dictis privilegiis privatos, & spoliatos esse declarent, nec quempiam iisdem privilegiis, & indultis impostérum uti sinant, vel permittant.

Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod Superiores, & Fratres Ordinis hujusmodi, aliique quilibet cujuscumque status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis existant, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni, in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, seu ad ea vocati, citati, & auditi, causæque, propter quas ipsæ præsentes emanaverint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, vel capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, neque easdem præsentes literas, & in eis contenta hujusmodi, sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam a Nobis, & Successoribus præfatis pro tempore quomodolibet faciendis, comprehendi, nisi de ipsis literis earumque dispositione fiat mentio specialis, sed ab illis semper excepta, & perpetuo valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcusse observari, & adimpleri.

Sicque, & non aliter in præmissis censeri, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuntios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure

quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, nec non dicti Ordinis, ejusque Congregationum, reformationum, Provinciarum, & Conventuum quorumcumque, aliisve quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, ejusque Superioribus, Fratribus, & Personis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, ac quantiscumque vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, atque derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici, vel Procuratoris Generalis dicti Ordinis subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel ejusdem Ordinis munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Cæterum quæcumque indulta, & privilegia personalia quocumque pacto, ac modo, contra præscriptum earumdem Constitutionum cuicumque ex Ordinis hujusmodi Fratribus in futurum concedenda, quoad præcedentiam dumtaxat suffragari debere volumus, & declaramus.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die decima octava Mensis Augusti 1741. Pontificatus nostri anno primo.

D. Card. Passioneus.
Loco ✠ Sigilli.

Confirmantur quæ circa Pium Viæ Crucis exercitium sancita sunt, aliaque de novo statuuntur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM tanta sit passionis, Crucis, & mortis Domini Nostri Jesu Christi vis, ut nullum reperiatur tam efficax remedium ad curandum conscientiæ vulnera, quibus infirmitas humana quotidie per peccatum sauciatur, necnon ad purgandam mentis aciem, divinoque amore inflammandam, quam passionis, Crucis, mortis, atque vulnerum ejusdem Redemptoris nostri sedula meditatio, ut Christifideles in hac Nobis totius caussæ Beatitudinis occupati quotidie sese alacrius exercerent, nec Catholicæ Ecclesiæ Patres, nec Romani Pontifices Prædecessores Nostri unquam destiterunt, quin assiduis monitis, exhortationibusque, & profusis cœlestium thesaurorum elargitionibus persuaderent, allicerent, ac locupletarent. Sane fel. record. Clemens Papa XII. Prædecessor noster, non solum cœtera ad recolendam potissimum tantorum Passionis, Crucis, & mortis Dominicæ misteriorum memoriam alias ab iisdem Prædecessoribus concessa, & impertita Indulgentiarum, ac peccatorum relaxationum, remissionumque munera, quæ & ipse confirmavit, ac de novo elargitus fuit, verum etiam viam, rationemque in Via Crucis, seu Calvarii, ut dicitur, pie peragenda traditam aliis Apostolicæ suæ Providentiæ regulis ordinavit, disposuitque, prout clarius intelligitur ex ipsius Clementis Prædecessoris in simili forma Brevis literis tenoris sequentis, videlicet. CLEMENS PAPA XII. *Ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis &c.* ut supra pag. 147. A.

Quoniam autem Dilectus Filius Leonardus a Portu Mauritio ejusdem Ordinis Minorum Reformatorum nuncupatorum Frater expresse professus, Nobis humiliter supplicari fecit, ut non solum præinsertas literas Clementis Prædecessoris præfati, & in eis contenta quæcumque, quo firmius subsistant, & serventur exactius, confirmare, verum etiam nonnulla, ut infra, declarare, & præscribere de benignitate, & auctoritate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Leonardum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis &c. absolutum fore censentes, supplicationibus ejusdem Leonardi &c. Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas Clementis Prædecessoris literas, & in eis contenta quæcumque auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, nec non earumdem preinsertarum literarum tenorem, formam, & dispositionem, sine ulla interpretatione, & restrictione, omnino in posterum servari mandamus. Præterea cuicumque Parocho, ut prævia proprii Ordinarii, seu Antistitis in scriptis obtinenda Ordinis sub directione cujuslibet Fratris ejusdem licentia, Minorum, sive Observantium, sive Reformatorum, sive Recollectorum, vel ad excipiendas Sacramentales Christifidelium Confessiones approbati, vel Prædicatoris verbi Dei, de quocumque Conventu, sive proximo, sive remoto, ad Parochi arbitrium, de suorum tamen Superiorum consensu, ac permissu eligendi, Viam Crucis, seu Calvarii, ut præmittitur, sive in propria Parochiali Ecclesia, sive alibi in ejusdem Parochialis Ecclesiæ districtu, erigendi facultatem tribuimus, & impertimur.

Volumus autem, ut Via Crucis, seu Calvarii hujusmodi in iis Civitatibus, Oppidis, & locis, ubi ab ipsis Fratribus Ordinis præfati in suis respectivis Ecclesiis, sive alibi jam erecta reperitur, de novo minime erigatur, nisi ubi, licet aliis in Civitate, Oppido, & loco quolibet Via Crucis, & Calvarii hujusmodi erecta fuerit, ea tamen est itineris longitudo, vel viæ asperitas, ut Christifideles, non sine gravissimo incommodo, aut nullo pacto illuc ad eamdem Viam Crucis, seu Calvarii peragendam accedere valeant; quo casu locorum Ordinarii, quorum arbitrio, ac prudentiæ præmissa omnia ordinandi, ac præscribendi relinquimus, ordinent, & præscribant.

Decernentes pariter easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenis-

plenissime suffragari, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 30. Augusti 1741. Pontificatus Nostri Anno secundo.

D. Card. Passioneus.

DECRETUM

Ministri Generalis, per quod transfertur Hospitium Terræ Sanctæ a Cœnobio Sanctissimæ Trinitatis Neapolis ad aliud Montis Calvarii ejusdem Civitatis.

EXigente majori rerum commodo, & utilitate, quod a Conventu, quem vocant, Trinitatis, ad alium, qui Mons Calvarii dicitur, Terræ Sanctæ Hospitium transferatur: Nos votis Patrum Definitorii, tam Regularis, quam strictioris Observantiæ hujus Provinciæ Terræ Laboris super id auditis, singulisque approbantibus opus adeo necessarium, vi præsentis Decreti constabilire, & complere judicavimus. Cum enim non modicam ea Sancta Loca patiantur angustiam, devotioni Nostræ, atque debito illis cultui omni jure convenit, ut, quantum fieri potest, dilatentur, & extendantur; rebus vero omnibus, quæ Terra, Mariqua trajiciuntur, aptum parature locum, in quo repositæ conserventur, primam veteris Hospitii Cellam ejusdem Terræ Sanctæ usui, & arbitrio concedendam esse decernimus, præter alteram, quæ in inferiori parte, seu planitie Claustri reperitur. Ne vero hoc Nostrum Decretum in posterum negligatur, aut ignoretur, in Archivo utriusque Conventus servari volumus, & mandamus.

Datum Neapoli ex Nostro Conventu Sancti Didaci, die 13. Mensis Septembris anni 1741.

Fr. Cajetanus Politi a Laurino
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

CUm nonnulli in controversiam vocarent Indulgentiam Portiunculæ pro die secunda Augusti in Ecclesiis Monialium Sanctæ Claræ, delata est Caussa ad S. C. Indulgentiis &c. præpositam, a qua emanavit sequens

DECRETUM

Monialium Instituti Sanctæ Claræ Ordinis Minorum Sancti Francisci.

SAnctissimus Dominus Noster BENEDICTUS Papa XIV. sub die 23. Septembris 1741. audito voto Sacræ Congregationis Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præpositæ, habitæ die 19. ejusdem mensis, & anni, Ecclesias Sanctimonialium Instituti Sanctæ Claræ Ordinis Minorum Sancti Francisci, Indulgentia Portiunculæ die 2. Augusti a primis Vesperis, usque ad solis occasum, sicuti gaudent Ecclesiæ Fratrum ejusdemmet Ordinis, gaudere benigne declaravit, eamque, quatenus opus sit, nova concessione confirmavit.

L. Card. Picus Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

Antonius Maria Erba
Protonotarius Apostolicus Secr.

Novæ in Patres Observantes ad Pontificem querelæ super Indulgentia Portiunculæ

NArravimus supra pag. 219. quæ a Sacr. Indulgent. Congregat. sancita fuerant contra piam de quotidiana Portiunculæ Indulgentia opinionem, & quomodo horum executio, per avocationem caussæ ad Pontificem, fuerat suspensa, dummodo interea altum per Observantes de eadem quotidiana Indulgentia servaretur silentium, & in testimoniis, quæ Advenis illam Basilicam visitantibus dari solent ante Kalendas Augusti, nulla de obtenta per eos Indulgentia Portiunculæ mentio fieret, sed solum visitatio per eos facta describeretur. Exacta diligentia fuerant Fratres hæc exsequuti, donec novo instituto illius Cœnobii Guardiano, præteritorum non plane conscio, cum hic expostularetur, ut antiquam prædictorum testimoniorum formulam restitueret, nova, tamquam ex particularis Fratris arbitrio inducta, abolita, scripsit propterea ad Procuratorem Generalem Ordinis, qui rem, ut ipsi exposita fuerat, Eminentissimo Protectori significavit, a quo responsum accepit, ut antiqua formula restitueretur, nova penitus abrogata.

Hac recepta a P. Guardiano per Procuratorem Generalem Cardinalis Protectoris declaratione, statim veterem formulam restitui jussit, quæ in consueta solemnitate Augusti hujus anni fuit, ut antea, distributa. Hoc dum ad aures Episcopi pervenit, putans ipse id factum in spretum Decretorum Sedis Apostolicæ, acriter conquestus est apud Sacram Congregationem, quæ cum rem omnem Pontifici aperuisset, Sanctissimus clementer indulsit, ut absolverentur, saltem ad cautelam, Fratres, qui in censuras incurrissent dictis Decretis contraveniendo, ac simul injunxit exequutioni demandari Decretum anni 1739. de lapide apponendo ad latus Ecclesiæ, cum declaratione de Indulgentia Portiunculæ uni tantum anni diei affixa. Cum hoc secundum Patri Procuratori Generali admodum displiceret, junctis viribus conatus est, ut Religio ab hoc onere relaxaretur: quod tandem obtinuit, facta tamen conventione de dandis laudatis testimoniis sub inscripta formula, quam eadem Sacr. Congregat. una cum sequenti Epistola ad eumdem transmisit.

Dalla Segretaria della Sagra Congregazione dell' Indulgenze 30. Giugno 1742.

„ LA Santità di Nostro Signore, dopo aver
„ sentito il voto della Sagra Congregazio-
„ ne tenuta li 21. Maggio prossimo passato, si è be-
„ nignamente degnata sotto li 18. spirante Giugno
„ rivocare la formola a 4. prossimo passato Mese
„ di Aprile già prescritta de Biglietti, che dove-
„ vano

,, vano distribuirsi da' Padri dell' Ordine de' Mino-
,, ri Osservanti del Convento di Santa Maria degli
,, Angioli del Piano di Assisi, a Fedeli, che concor-
,, rono alla Visita di quella Sagra Cappella di Por-
,, ziuncola in occasione dal Santo Perdono, che
,, cade li 2. Agosto, e di approvare la formola
,, dal Padre Procurator Generale del medesimo Or-
,, dine presentata, del tenore seguente:

,, Io sottoscritto presentemente Guardiano del
,, Sagro Convento di Santa Maria degli Angioli del
,, Piano di Assisi attesto per verità, qualmente N.
,, N. è stato alla Visita di questa Santa Cappella di
,, Porziuncola in occasione del Santo Perdono di
,, quest' anno 1742. il quale solamente vi è il se-
,, condo giorno di Agosto, cominciando dalli pri-
,, mi Vesperi fino al tramontar del sole dello stes-
,, so giorno di detto mese. Onde avvertano i Fe-
,, deli, che la distribuzione anticipata de Biglietti
,, in uno, o due giorni precedenti, non serve ad
,, altro fine, che per evitare la confusione, e per
,, il commodo de Pellegrini.

,, Per tanto Monsignor Segretario, in vigore dell' or
,, dine dalla medesima Santità Sua avuto, aggiunge al
,, predetto Padre Procuratore Generale di dover fare
,, inalterabilmente osservare la sopra espressa formola,
,, sotto le stesse pene dalla medesima Sagra Congre-
,, gazione sotto li 16. Febrajo 1739. imposte, e dalla
,, Santità Sua a 4. suddetto Aprile replicate &c.

Hac ratione P. Guardianus illius Sacri Cœnobii tenetur singulis annis mittere in varias Orbis partes attestationes, quibus declarat Indulgentiam Portiunculæ uni dumtaxat anni diei esse affixam.

Indulgentia Plenaria Perpetua in Festo Sanctorum Martyrum Berardi, Petri, Acursii &c.

DECRETUM.

SAnctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XIV. audito voto Sagræ Congregationis Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præpositæ, habitæ die 29. Septembris 1741. omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitent. confessis, ac Sacra communione refectis, qui die festo Sanctorum Martyrum Ordinis Minorum Berardi, Petri, Acursii, Adjuti, & Othonis, a primis Vesperis usque ad Solis occasum diei hujusmodi, quamlibet Ecclesiam tam Fratrum, quam Monialium ejusdem Ordinis, tum de Observantia, cum Reformatorum, Excalceatorum, Recollectorum, & Tertiariorum devote visitaverint, ac inibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, & Indulgentiam benigne concessit, atque indulsit. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diœcesis die 18. Octobris anno 1741.

Loco ✠ Sigilli.

Antonius Maria Erba
Protonotarius Apostolicus
Sacr. Congr. Indulg. Secret.

Revocantur omnia Indulta, gratiæ, & privilegia concessa Regularibus existentibus in Regnis Lusitaniæ, & Algarbiorum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

REligiosorum Virorum instituta in Apostolicæ Procurationis subsidium in excolanda vinea Domini Sabaoth vocata, quo magis, cum juxta salutares, ac bene constitutas regulas eorumdem Alumni utilius ad procurandam Christifidelium salutem impendunt labores suos, laudantur; eo magis contemptui objiciuntur, cum iidem alumni susque deque habentes regulares Constitutiones, sibi omnem aditum, quibuscumque possunt artibus, patefaciunt, ac suis potius studiis indulgeant, quam sub severioris disciplinæ observantia suis Superioribus debita cum obedientia obsequantur. Ea propter in suprema Sacrosancti Apostolatus specula, altissimo divinæ Sapientiæ consilio, constituti, serio cogitantes, quantum Populis in via mandatorum Dei ambulantibus utilitatem, quantum religiosis institutis decus afferat regularis Disciplina eo, quo decet cultu, & quibus confirmata est Sanctissimis legibus custodita; ad eam in pristinum statum revocandam, provehendamque solliciti, omnem curam, atque vigilantiam adhibere tenemur.

Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli dilecti filii diversorum Ordinum Religiosi viri, ac præsertim Fratres Mendicantes nuncupati, in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis existentes, veluti immemores Instituti, quod tanta solemnitate professi sunt, nec reputantes sese mundo mortuos, ab omnibus recessisse, ut sub Superiorum obedientia Deo, iisque, quæ ad Deum sunt, liberius vacent, alii quidem perpetuas Conventualitates in Conventibus, nec sibi meritas, nec Ordini suo proficuas, & licentiam extra Claustra ad finem, & sub prætextu, ut suis affinibus, seu consanguineis in eorum rebus opem, & subsidium ferant, degendi, necnon præter, & contra suorum Ordinum Constitutiones, & Statuta, varia Indulta, privilegia, prærogativas, immunitates, & exemptiones, per quæ ab eisdem Religiosis debita obedientia exigi nequit, sibi respective comparaverint; alii vero in curribus, & alii in equis, non autem in spiritu humilitatis, nec Socio sibi adjuncto, per Civitates incedant, unde nec sibi ordinabiliter, nec Deo humiliter vivunt; & ex eo gravissima inconvenientia, & scandala, in non modicum regularis observantiæ, & Disciplinæ detrimentum, oriuntur: hinc est, quod hisce inconvenientibus, & bonorum offensionibus, quantum cum Domino possumus, occurrere, & salutare remedium afferre volentes, omnes, & singulas Conventualitates perpetuas in certis Conventibus, & quasvis licentias, & facultates extra Claustra degandi, sub quovis prætextu, & conditionibus, etiam in propriis Conventibus pernoctandi, cæteraque omnia, & singula Indulta, privilegia, prærogativas, immunitates, & exemptiones hujusmodi quorumcumq. Ordinum, Congregationum, ac institutorum Religiosis in Regnis præfatis existentibus, ex quacumque causa, & quibuscumque verborum formis, & expressionibus quomodolibet, etiam Apostolica auctoritate, præter, vel contra suorum Ordinum Constitutiones, & Statuta concessa, atque impetrata, motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque Apostolica

licæ potestatis plenitudine, tenore præsentium revocamus, cassamus, annullamus, abrogamus, & abolemus, illaque abrogata, cassata, annullata, revocata, & abolita, viribusque, & effectu vacua fore, & esse, neminique ullatenus suffragari decernimus, & declaramus, ac insuper omnibus, & singulis Ordinum, Congregationum, & Institutorum hujusmodi Religiosis præfatis, in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus, & mandamus, ne quis ipsorum per Civitates in curribus, vel in equis, nisi proprio Ordinis, Congregationis, & instituti, ac eorum prælaturæ muneris, & officii conditio, vel rerum qualitas, aut itineris longitudo aliter respective suadeat: tunc vero in curribus undique clausus, & in equis undique humilitatem spirans incedat, nec a Conventu egredi audeat, nisi ea causa, & cum Socio, licentiaque singulis vicibus impetrata, ac benedictione recepta a Superiore, qui non aliter eam concedat, nisi causa probata, Sociumque exituro adjungat, non petentia rogatu, sed arbitrio suo, neque eumdem sæpius juxta Constitutionem fel. rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri, quæ incipit - *Nullus omnino* - Verum ne imposterum conventualitates, licentiæ, facultates, indulta, privilegia, prærogativæ, immunitates, & exemptiones hujusmodi ob quamcumque causam Religiosis præfatis concedantur, quamcumque illas, & illa tribuendi, expediendique facultatem, tum Generalibus, ac omnibus aliis quibuscumque Superioribus Ordinum, Congregationum, & institutorum præfatorum, ad quos hoc spectat, tum Ordinariis locorum, tum Apostolicæ Sedi pro tempore in Regnis præfatis Nuntiis, tum denique Congregationibus Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, & Sacri Concilii Tridentini Interpretum, quavis auctoritate, privilegiis, & Indultis, quibus omnibus quoad hanc partem, earumdem præsentium tenore derogamus, respective attributam omnino inhibemus, & inhibitam esse volumus, & declaramus, quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Decembris 1742. Pontificatus Nostri anno secundo.

D. Card. Passioneus.

Clausura Monasteriorum quorumcumque Virorum Regularium asseritur, sublata quibuslibet dispensandi facultate.

BENEDICTUS PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

„ Regularis disciplinæ observantiam ante etiam, quam & generalium, ac particularium alicujus Nationis, aut Provinciæ Conciliorum decretis confirmaretur, & Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum legibus, sanctionibusque præscriberetur, quoad vetitum Mulieribus quibuscumque, etiam consanguineis, intra quorumcumque Religiosorum Virorum Clausuram ingressum, tam integerrime custoditam fuisse constat; ut, ne dum fœminis quibuscumque, sed masculis quoque, non tam ad Monasteriorum Claustra, seu septa, quam ad ipsa eorumdem Monasteriorum Oratoria, & Ecclesias, nullus patuerit aditus, & accessus: quis immo sub gravissimis pœnis fuerit interdictus, ne scilicet, ut inquit Sanctus Gregorius PP. I. Prædecessor noster, in Servorum Dei secessibus occasio præbeatur popularibus conventibus, & simpliciores ex hoc animas plerumque, quod absit, in scandalum trahat.

§. 1. „ Hujusmodi autem regularis disciplinæ observantia, etsi pro temporum varietate, ac necessitate, tot, tantasque subiit vices, ut iidem Prædecessores nostri aditum, & accessum ad publicas Monasteriorum Ecclesias dumtaxat, sive masculis, sive fœminis, Sacrosanctum Missæ Sacrificium audiendi, Prædicationibus verbi Dei interessendi, & Sacramentum Sanctissimæ Eucharistiæ sumendi, ac peccata sua confitendi causa, sine tamen Parochorum præjudicio, interdum concesserint; vicissim tamen ipsi Prædecessores nostri, tam ante Concilii Tridentini decreta, quam post eorumdem Decretorum promulgationem, denunciationemque, providis, saluberrimisque Constitutionibus, ordinationibusque, sub pœna etiam excommunicationis latæ sententiæ, fœminis quibuscumque aditum, ingressumque hujusmodi intra Monasteriorum Clausuram interdixerunt.

§. 2. „ Quoniam autem, sicut dolentes accepimus, alii quidem Apostolicas leges, ac præcepta hujusmodi, vel ausu temerario parvipendentes, vel ad eorum arbitrium interpretantes, fœminis quibuscumque aditum, ingressumque, tam manifeste, ac tanta solemnitate vetitum, permittunt; alii vero privilegia, Indulta, prærogativas, facultates, licentias, & alias quocumque pacto excogitatas concessiones, sibi sive a jure, sive ab homine factas, & impertitas, seu facta, & impertita, ac quorumcumque munerum, dignitatum, ac præeminentiarum ratione debitas, seu debita arrogantes, prætendentes, obtendentesque, fœminas quaslibet intra Monasteriorum Claustra, septa, cœnacula, cubicula, aliasque officinas aut admitti, ac recipi sinunt, mandantque, aut una secum ducunt; alii denique sub pietatis, ac Religionis prætexto, cum supplicationes, sive cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, sive cum Sacris Sanctorum, Sanctarumque Reliquiis, & Imaginibus, per Claustra, septa, & alia Monasteriorum loca de more, ut asserunt, habentur, sine ullo prorsus discrimine, masculos, & fœminas supplicationes hujusmodi per eadem loca sequi, & comitari licitum, quinimo, ut Indulgentias lucrari valeant, necessarium esse obtendunt.

§. 3. „ Hinc est, quod Nos, qui, dum in minoribus essemus, quamplurimos hujusmodi abusus compertos habebamus, in hac sublimi sacrosancti Apostolatus specula constituti, non tam assiduis nonnullorum aliarum Ecclesiarum Antistitum documentis, quam justis etiam Superiorum, aliorumque Virorum ex Religiosis Ordinibus, Dei honorem, & instituti sui disciplinam zelantium, expostulationibus, de antedictis, similibusque abusibus in dies admonemur, ut opportunum, ac salutare iisdem abusibus tollendis, quantum cum Domino possumus, remedium afferamus; auctoritate Apostolica, tenore præsentium, primum quidem omnes, & singulas Constitutiones, Sanctio-

ctioneſque a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, tam ante, quam poſt Concilii Tridentini Decreta, ſuper Clauſura Monaſteriorum quorumcumque Religioſorum Virorum editas, renovamus, & confirmamus, nec non in poſterum ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, ſub iiſdem pœnis in Conſtitutionibus, Sanctionibuſque eorumdem Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, & Decretis ejuſdem Concilii Tridentini contentis, inviolabiliter obſervandas eſſe ſtatuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus.

§. 4. „ Deinde motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, earumdem præſentium tenore, omnia, & ſingula Indulta, Privilegia, prærogativas, facultates, licentias, & quocumque alio pacto nuncupatas conceſſiones, omnibus, & ſingulis quibuſcumque Eccleſiaſticis Perſonis quacumque auctoritate, dignitate, honore præeminentia, ac juriſdictione fungentibus, & Venerabilibus Fratribus Noſtris S.R.E. Cardinalibus, ſive ſingulis, ſive eorumdem Cardinalium Congregationibus, etiam de Latere Legatis, ſive qui Provinciis, & Legationibus ſtatus noſtri Eccleſiaſtici pro tempore præſunt, ſive quod ad chariſſimos in Chriſto Filios noſtrum Romanorum Regem in Imperatorem pro tempore eligendum, vel electum, Reges, & Reginas illuſtres, aliaſque Summas Poteſtates, prout rerum conditio poſtulaverit, mitti, & ablegari contigerit; ſive qui licet aliarum inſignium Eccleſiarum Antiſtites, tamen tamquam Apoſtolicæ hujus Sanctæ Sedis Legati de Latere alias nuncupati, & habiti ſunt, & forſaſſe habentur, aut haberi, & eſſe prætendunt, & in poſterum habendi ſunt, ſive Ordinarii, & Extraordinarii noſtri, & ejuſdem Apoſtolicæ Sedis ubicumque, etiam ad ipſos Imperatorem, & Reges, ac ſummas Poteſtates Nuntii, ſive Internuntii reſident, ac demum quibuſcumque aliis quocumque nomine, & expreſſione nuncupatis Perſonis, quocumque tempore, a quibuſvis, etiam ab ipſis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, quacumque de cauſa, occaſione, titulo, colore, & prætextu, per quaſcumque Apoſtolicas, ſive in ſimili forma Brevis, ſive ſub plumbo, expeditas literas, ſub quibuſcumque verborum formis, facta, data, conceſſa, & impertita, ſive factas, datas, conceſſas, & impertitas, ſuper hujuſmodi acceſſu, & ingreſſu, revocamus, abolemus, annullamus, atque irritamus, nec non a datarum earumdem præſentium die revocata, abolita, annullata, & irrita, ac nullius prorſus momenti, ac vigoris eſſe, & fore, neminique cuilibet quocumque tempore ſuffragari ſtatuimus, decernimus, & declaramus.

§. 5. „ Quemadmodum etiam ſtatuimus, decernimus, & declaramus, quemlibet omnium antedictorum, etiam ſpeciali mentione dignorum, quacumque facultate hujuſmodi temere uti audentem, ipſo facto, abſque ulla alia declaratione, pœnas, & Eccleſiaſticas cenſuras, a quibus, præterquam a Nobis, & pro tempore exiſtente Romano Pontifice, niſi in mortis articulo, abſolvi poſſit, incurrere, & incurſum eſſe, licentiamque hujuſmodi cuicumque conceſſam nullo modo ſuffragari, atque nullius momenti, perinde, ac ſi minime conceſſa fuiſſet, ipſo facto fore, & haberi, ac pœnas, & cenſuras Eccleſiaſticas ipſo etiam facto, ut præmittitur, per contrafacientem incurri, & incurſas eſſe.

§. 6. „ Decernentes eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, ſeu alia ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque, propter quas præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ea alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quomodolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe, ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis prædictæ Nuntios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. „ Non obſtantibus præmiſſis, ac, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus, Ordinationibus Apoſtolicis, nec non quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac uſibus, & ſtylis, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis prædictis, aliiſque quibuslibet Perſonis, etiam quacumque Eccleſiaſtica, vel mundana dignitate fulgentibus, & alias quomodolibet qualificatis, ac ſpecialem expreſſionem requirentibus, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac conſiſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum, conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quavis alia expreſſio haben-

da,

da, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cœterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. „ Cœterum per præsentes non intendimus derogatum esse iis concessionibus, quæ ad favorem quarumcumque Nobilium fœminarum, ex eo, quod sive earumdem Majores, ac pro tempore existentes de Familia, fuerint, & habeantur Fundatores, vel insignes Benefactores illius Monasterii, intra cujus claustra, vel septa fœminas etiam de Familia ingredi, vel concessum, vel cautum esse sibi voluerunt, & de concessione hujusmodi confirmationem ab Apostolica hac Sancta Sede obtinuerunt, sive fœminæ hujusmodi sint consanguineæ, & affines eorum, qui sint Domini in temporalibus Locorum, in quibus Monasteria sita reperiuntur, & quacumque legitima tituli, vel consuetudinis causa, & occasione, ingressu hujusmodi de præsenti gaudent, factæ, & impertitæ fuerunt; dummodo concessiones hujusmodi per Apostolicas in simili forma Brevia, vel sub plumbo desuper expeditas literas, dumtaxat, & & non aliter, omnino factas, & impertitas fuisse prius Ordinariis locorum Antistitibus, vel Præsulibus, per legitima, & authentica documenta constare fecerint; & dummodo nec vagandi, nec otiandi, nec comedendi, cœnandique, nec per ambulacra, cubicula, cœnacula, aliaque loca, & officinas discurrendi causa, sed ad Ecclesias accedendi, Sacrosanctum Missæ Sacrificium audiendi, aliaque erga Deum pietatis officia, & opera exercendi studio ingrediantur; & dummodo de earum adventu, & ingressu interdiu, & opportune faciendo, Superiores pro tempore existentes prius certiores fiant, ad hoc, ut absque Fratrum incommodo, & offensione, recto tramite ad Ecclesiam peragatur, & alia de jure servanda serventur.

§. 9. „ Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die tertia Januarii millesimo septingentesimo quadragesimo secundo Pontificatus nostri Anno Secundo.

D. Cardinalis Passioneus.

Sanctiones Ecclesiasticæ circa Clausuram Monialium confirmantur, & facultates extraordinariæ permittendi ingressum, vel egressum e Monasteriis revocantur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

„ Salutare in Catholica Ecclesia institutum ab ipsa antiquitate susceptum, ac tanta cum sollicitudine, & Pastorali Zelo custoditum, ut flos ille Ecclesiastici germinis, decus, atque ornamentum gratiæ spiritalis, læta indoles, laudis, & honoris opus integrum, atque incorruptum, Dei Imago respondens ad Sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi, Sacræ Virgines, quarum, quo sublimior gloria est, major & cura est, intra Monasteriorum septa, & Claustra vigili, sollicitaque custodia servarentur, tam ante, quam post Tridentinæ Synodi Decreta, Romani Pontifices Prædecessores Nostri tot Sanctissimis legibus, & initis Apostolicæ providentiæ, caritatisque consiliis communire, & confirmare studuerunt; ut quæ se Christo dicaverint, & a carnali concupiscentia recedentes, tam carne, quam mente se Deo voverint, consument opus suum magno premio destinatum.

§. 1. „ Quoniam autem, etsi providas hujusmodi Sanctiones, Constitutionesque, si ea, qua decet, Regularis disciplinæ observantia custodirentur, satis esse scimus, ut Virgines ea, quæ Cœlestis earumdem Sponsi Jesu Christi sunt, cogitantes, sint Sanctæ & Corpore, & Spiritu; longa tamen experientia edocti, & assiduis Venerabilium Fratrum, aliarum Ecclesiarum Antistitum querelis admoniti, supremas Apostolicæ auctoritatis, providentiæque partes requiri, ut abusibus quamplurimis, ex nimia quorumcumque, aut sibi quocumque pacto arrogantium, aut prætendentium, aut obtendentium facultatem, alias sibi quomodolibet, sive a jure, sive ab homine concessam, vel demandatorum munerum ratione debitam esse, ut sive ipsi, sive alii, ingredi Clausuram Monialium, aut ipsæ Moniales e Clausura, ob quascumque, etiam non legitimas, causas egredi, & extra Clausuram hujusmodi commorari possint, licentiam concedendi, indulgentia sensim invectis, opportune occurratur.

§. 2. „ Hinc est, quod Nos, pro suprema omnium Christifidelium procuratione imbecillitati nostræ in universalis Orthodoxæ Ecclesiæ regimine divinitus imposita, opportunum abusibus hujusmodi remedium, quantum cum Domino possumus, adhibere satagentes, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, omnes, & singulas Constitutiones a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris tam ante, quam post Concilii Tridentini Decreta, super clausura Monialium editas, renovamus, & confirmamus, necnon imposterum ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, sub iisdem pœnis in Constitutionibus earumdem Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum, & Decretis Concilii Tridentini præfati contentis, inviolabiliter observandas esse statuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus.

§. 6. „ Præterea motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apo-

„ sto-

„ stolicæ potestatis plenitudine, earumdem præsentium tenore, omnia, & singula indulta, privilegia, prærogativas, facultates, licentias, & quocumque alio pacto nuncupatas concessiones, omnibus, & singulis quibuscumque Ecclesiasticis Personis, quacumque auctoritate, dignitate, honore, præeminentia, ac jurisdictione fungentibus, etiam Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, sive singulis, sive eorumdem Cardinalium Congregationibus, etiam de Latere Legatis, sive qui Provinciis, & Legationibus status Nostri Ecclesiastici pro tempore præsunt sive quos ad carissimos in Christo Filios Nostros Romanorum Regem in Imperatorem pro tempore eligendum, vel electum, Reges, & Reginas illustres, aliasque summas Potestates, prout rerum conditio postulaverit, mitti, & ablegari contigerit; sive qui licet aliarum insignium Ecclesiarum Antistites, tamen tamquam Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis Legati de Latere alias nuncupati, & habiti sunt, & fortasse habentur, aut haberi, & esse prætendunt, & imposterum habendi sunt, sive ordinarii, sive extraordinarii Nostri, & ejusdem Apostolicæ Sedis ubicumque, etiam apud ipsos Imperatorem, & Reges, ac summas Potestates Nuntii, sive Inter-Nuntii resident (exceptis dumtaxat locorum Ordinariis, iisque omnibus Superioribus, quibus tamquam Ordinariis, & ordinaria jurisdictione utentibus, Monialium Monasteria subjecta, & addicta sunt, in casibus tamen necessariis, & servatis aliis de jure servandis, & non aliter omnino; ac demum quibuscumque aliis quocumque nomine, & expressione nuncupatis Personis, quocumque tempore, a quibusvis, etiam ab ipsis Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris quacumque de causa, occasione, titulo, colore, & prætextu, per quascumque Apostolicas, sive in simili forma Brevis, sive sub plumbo expeditas literas, sub quibuscumque verborum formis facta, data, concessa, & impertita, sive factas, datas, concessas, & impertitas, super hujusmodi ingressus, revocamus, abolemus, annullamus, atque irritamus; necnon a datarum earumdem præsentium die revocata, abolita, annullata, & irrita, ac nullius prorsus momenti, ac vigoris esse, & fore, neminique cuilibet quocumque tempore suffragari.

§. 4. „ Ac quemlibet omnium antedictorum, etiam speciali mentione dignorum, quacumque facultate hujusmodi, sive pro se, sive pro aliis temere uti audentem, ipso facto, absque ulla alia declaratione, pœnas, & Ecclesiasticas censuras contra violantes Clausuram Monialium inflictas, a quibus, præter quam a Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi possit, incurrere, & incursam esse; licentiamque hujusmodi concessam nullo modo suffragari, atque nullius momenti, perinde, ac si minime concessa fuisset, ipso facto fore, & haberi, ac pœnas, & censuras Ecclesiasticas ipso etiam facto, ut præmittitur, per contrafacientem incurri, & incursas esse, statuimus, decernimus, ac declaramus.

§. 5. „ Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis existant, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, causæque, propter quas præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quomodolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis prædictæ Nuntios, aliosve quoslibet, quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. „ Non obstantibus præmissis, ac, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula *de jure quæsito non tollendo*, aliisque Constitutionibus Apostolicis, nec non quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, & stylis, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis prædictis, aliisque quibuslibet personis, etiam quacumque Ecclesiastica, vel mundana dignitate fungentibus, & alias quomodolibet qualificatis, ac specialem expressionem requirentibus, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Vo-

§. 7. „ Volumus autem, ut earumdem præsentium
„ literarum transumptis, seu exemplis, etiam im-
„ pressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, &
„ sigillo Pesonæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ
„ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra
„ illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur
„ ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel osten-
„ sæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Januarii 1742. Pontificatus nostri Anno secundo.

D. Card. Passioneus.

De Appellationibus, & inhibitionibus concedendis, vel denegandis.

B E N E D I C T U S

E P I S C O P U S

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

„ AD Militantis Ecclesiæ regimen, nullo meri-
„ torum Nostrorum suffragio, sed imper-
„ scrutabilia consilii altitudine, evocati, in-
„ ter graves curas, quas assidue pro nostro munere
„ sustinemus, postrema illa non est, in quam to-
„ tis viribus Nobis incumbendum esse ducimus, ut
„ graves nimium, diuturnæ, nulloque unquam tem-
„ pore intermissæ Episcoporum, aliorumque ordina-
„ riam jurisdictionem habentium, querelæ adversus
„ Majora Tribunalia, atque illa etiam nostræ Roma-
„ næ Curiæ propositæ, tandem compescantur.

§. 1. „ Intimo siquidem animi Nostri mœrore,
„ cum in minoribus adhuc essemus, jamdiu intelle-
„ ximus, plerosque Locorum Ordinarios conqueri,
„ sensim abusum irrepsisse, quod ad malitiosam pe-
„ tentium suggestionem, a Patriarchis, Metropolita-
„ nis, Sanctæ Sedis a Latere Legatis, & diversis
„ dictæ Romanæ Curiæ Judicibus, *Inhibitiones*, sine
„ delectu Causæ, & rei, de qua agitur, examine,
„ passim concedantur. Et quamvis in more positum
„ sit, dictas inhibitiones indebite expeditas pro cau-
„ sæ meritis revocari, & aboleri; remedium tamen
„ inflicto vulneri non satis esse dicunt, cum inter
„ ea oporteat Episcopos, aliosve inferiores Judices,
„ in ipso causarum, & Judiciorum cursu, otiosos
„ immorari, jus suum judicialiter asserere, & vin-
„ dicare, & ad continendos in officio Populos gra-
„ via sæpe incommoda, & dispendia subire.

§. 2. „ E contrario Nobis quoque, dum etiam
„ in minoribus essemus, Superiorum Judicum re-
„ sponsiones audire contigit, asserentium memoratas
„ querelas inanes esse, nec ulli innexas fundamen-
„ to, utpote ex hac unica re causam, & originem
„ habentes, quod inferioribus grave est obedientiæ,
„ ac subjectionis jugum erga majora Tribunalia,
„ ipsisque nimis displicet, sibi subditis appellatio-
„ nis beneficio succurri.

§. 3. „ Porro, cum facile hæc dissidia componi,
„ & succrescentia litium semina avelli possint, si,
„ quæ a Sacra Tridentina Synodo, ab Apostolicis
„ Constitutionibus, & Congregationum Decretis pro-
„ vide sancita sunt, debitæ executioni mandentur:
„ Nos idcirco, ad conservandam Ecclesiæ disciplinam,
„ restituendamque Tribunalibus formam, eisdem ca-
„ nonicis legibus consentaneam, pro credito Nobis
„ Apostolicæ servitutis officio, opportune duximus
„ consulendum.

§. 4. „ Inhærentes itaque decretis ejusdem Sacri
„ Concilii, nec non Congregationis Episcoporum, &
„ Regularium, jussu, & approbatione rec. mem.
„ Clementis PP. VIII. Prædecessoris nostri alias edi-
„ tis, die xvi. Octob. MDC. itemque aliis Con-
„ gregationis particularis, jussu pariter, & appro-
„ batione fel. rec. Urbani PP. VIII. similiter Præ-
„ decessoris nostri promulgatis, die v. Septembris
„ MDCXXVI. eorumque declarationibus nuper su-
„ peradditis a piæ mem. Benedicto XIII. etiam
„ Prædecessore nostro in Appendica Concilii Roma-
„ ni; aliisque Apostolicis Constitutionibus hac de
„ re alias editis, & innovatis, & præsertim Consti-
„ tutioni piæ mem. Gregorii XV. quæ incipit: *In-*
„ *scrutabili* sub datum Romæ apud Sanctum Petrum
„ Anno Incarnationis Dominicæ MDCXXII. nonis
„ Februarii.

§. 5. „ Districte præcipimus, & mandamus, ne
„ deinceps ab exequutione decretorum dicti Sacri
„ Concilii Tridentini in omnibus illis causis, & ne-
„ gociis, in quibus exequutio hujusmodi Episcopis,
„ & Locorum Ordinariis, etiam uti Sedis Aposto-
„ licæ Delegatis, ab eodem Sacro Concilio, vel di-
„ ctis Apostolicis Constitutionibus, *appellatione, vel*
„ *inhibitione quacumque postposita*, commissa est, ap-
„ pellatio aliqua in Tribunalibus prædictis recipia-
„ tur, vel inhibitiones, citationes generales, vel
„ speciales, cum Commissione inserta, monitoria,
„ & alia hujusmodi, per quæ dictorum Decretorum
„ exequutio retardetur, aut processus ad ulteriora,
„ in eadem exequutione suspendatur, aut impedia-
„ tur, quoquo modo concedantur.

§. 6. „ Itaque a quibuscumque mandatis, pro-
„ hibitionibus, provisionibus, & statutis tam in vi-
„ sitatione, quam extra, pro divino cultu conservan-
„ do, & augendo, & præsertim circa ea, quæ ob-
„ servanda, & evitanda sunt in celebratione Missæ,
„ aut alio quovis modo respiciunt exequutionem
„ Decreti Sac. Concilii *sess. 22. de refor. cap. 8. &*
„ *sess. 22. in decret. de observ. & evit. in celebrat.*
„ *Miss.*

§. 7. „ Item a Decretis cogentibus Clericos tam
„ Sæculares, quam Regulares, etiam Monachos, &
„ exemptos, ad publicas Processiones, servata tamen
„ forma Constitutionis san. mem. Pii V. quæ inci-
„ pit: *Et si Mendicantium*: Prout etiam a Decretis,
„ & Provisionibus super præcedentia inter Personas
„ Ecclesiasticas, tam Sæculares, quam Regulares
„ in iisdem Processionibus, vel associatione Defun-
„ ctorum, delatione Umbellæ, & hujusmodi, nec
„ non super observatione Censurarum, etiam Episco-
„ palium, & Festorum Diœcesis, juxta dispositio-
„ nem ejusdem Sacri Concilii *sess. 25. de Regular.*
„ *cap. 12. & cap. 13.*

§. 8. „ Item in omnibus iis, quæ ad curam
„ Animarum, & Sacramentorum administrationem
„ quoquo modo pertinent, & præsertim adversus
„ monitiones, Censuras, aut alias provisiones, per
„ quas Parochi, aut alii curam Animarum exer-
„ centes, diebus saltem Dominicis, & Festis solem-
„ nibus Plebs sibi commissas salutaribus verbis pa-
„ scere compellantur, docendo ea, quæ ad salutem
„ necessaria sunt, juxta Decretum Sacri Concilii
„ *sess. 5. de Reformat. cap. 2.*

§. 9. „ Item adversus deputationem Vicariorum,
„ etiam perpetuorum, cum assignatione congruæ,
„ per quos cura Animarum exerceatur, quoties plu-
„ ra beneficia curata ex dispensatione Apostolica
„ ab

,, ab aliquo obtineantur; vel quoties eadem Benefi-
,, cia Curata Cathedralibus, Collegiatis, seu aliis
,, Ecclesiis, vel Monasteriis, Beneficiis, seu Colle-
,, giis, aut piis Locis quibuscumque perpetuo uni-
,, ta, & annexa reperiuntur; juxta præscriptum di-
,, cti Sacri Concilii *sess. 7. de Reformat. cap. 5.*
,, *& cap. 7.* & juxta Constitutionem sanctæ mem.
,, Pii V. quæ incipit. *Ad Exequendum*.

§. 10. ,, Item adversus Visitationem Beneficio-
,, rum Curatorum, ut supra, perpetuo unitorum,
,, nec non quarumcumque Ecclesiarum quomodoli-
,, bet exemptarum, prout etiam adversus decreta,
,, & provisiones ab Ordinario capiendas, ut quæ in
,, eis reparatione indigent, reparentur, & Cura Ani-
,, marum, si qua illis imminet, aliisque debitis
,, obsequiis minime defraudentur, juxta dispositio-
,, nem Sacri Concilii eadem *sess. 7. de Reform. cap.*
,, *8. & sess. 21. cap 7.*

§. 11. ,, Item a Decretis, seu Mandatis, per
,, quæ Episcopi, etiam uti Apostolicæ Sedis Dele-
,, gati, in Ecclesiis Parochialibus, aut Baptismalibus,
,, in quibus Populus ita numerosus est, ut unus
,, Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramen-
,, tis ministrandis, & Cultui Divino peragendo,
,, cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, si-
,, bi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot
,, sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & Cultum Di-
,, vinum celebrandum: Aut etiam invitis Rectoribus
,, procedant ad constitutionem novarum Parochia-
,, rum, cum assignatione competentis portionis, ubi
,, ob locorum distantiam, sive difficultatem, Paro-
,, chiani, sine magno incommodo, ad percipienda Sa-
,, cramenta, & Divina Officia audienda, accedere,
,, non possunt; vel denique propter paupertatem, &
,, in cæteris casibus a jure permissis, deveniant ad
,, uniones perpetuas aliorum Beneficiorum simpli-
,, cium, non tamen Regularium, juxta dispositio-
,, nem Sacri Concilii *sess. 21. de Refor. cap. 4. &*
,, *cap. 5. & sess. 24. similiter de Reform. cap. 13.*

§. 12. ,, Item a deputatione Coadjutorum, aut
,, Vicariorum pro tempore, vel aliis provisionibus
,, ab Episcopo capiendis, etiam tamquam Apostolicæ
,, Sedis Delegato, quando illiterati, & imperiti
,, Parochialium Ecclesiarum Rectores sacris minus
,, apti sunt officiis; cum assignatione partis fructuum
,, pro sufficienti illorum victu: Nec non a suspen-
,, sione, atque etiam a privatione illorum, qui tur-
,, piter, & scandalose vivunt, & postquam præmo-
,, niti sunt, in sua nequitia incorrigibiles perseve-
,, rant, juxta præscriptum ejusdem Concilii d. *sess.*
,, *21. de Reform. cap. 6.*

§. 13. ,, Item a translatione Beneficiorum sim-
,, plicium, etiam jurispatronatus, ex Ecclesiis, quæ
,, vetustate, vel alias collapsæ sint, & ob eorum
,, inopiam nequeant instaurari, vocatis iis, quorum
,, interest, in Matrices, aut alias Ecclesias, cum
,, omnibus emolumentis, & oneribus: Prout etiam
,, a Decretis cogentibus Patronos, Rectores, Be-
,, neficiatos, aut Parochianos, sive Populum, ad
,, refectionem, & instaurationem Ecclesiarum Paro-
,, chialium, servata forma Sacri Concilii d. *sess. 21.*
,, *cap. 7.*

§ 14. ,, Item a censuris, sequestratione, & sub-
,, tractione fructuum, aut aliis quibuscumque provi-
,, sionibus, pro cogendis ad residentiam Parochis,
,, cæterisque omnibus, quibus cura Animarum in-
,, cumbit, juxta Decretum ejusdem Sacri Concilii
,, *sess. 23. de Reform. cap. 1.*

§. 15. ,, Item a derogatione, suspensione, vel
,, restrictione, & limitatione facultatis audiendi Con-
,, fessiones, respectu eorum, qui Parochiale Benefi-
,, cium non obtinent, etiam si fuerint Regulares,
,, pro excipiendis Confessionibus Sæcularium, juxta
,, Ordinationem Sacri Concilii *sess. 23. cap. 15.* &
,, Prædecessorum nostrorum Constitutiones, ac præ-
,, cipue illam fel. rec. Clementis X. quæ incipit
,, *Superna*.

§. 16. ,, Item in illis Civitatibus, aut Locis,
,, ubi vel Parochiales Ecclesiæ certos non habent fi-
,, nes, nec earum Rectores proprium Populum,
,, quem regant, sed promiscue petentibus Sacra-
,, menta administrant, vel etiam nullæ sunt Paro-
,, chiales a divisione, seu distinctione Parochiarum,
,, earumque ordinatione, sive institutione in titulum
,, perpetuum, juxta Decretum Sacri Concilii *sess. 24.*
,, *de Reform. cap. 13.*

§. 17. ,, Item a deputatione Vicarii, vel Œco-
,, nomi, cum assignatione congruæ, pro tempore,
,, quo vacat Ecclesia Parochialis: Prout etiam ab
,, indictione Concursus, relatione Examinatorum, nec
,, non prælectione, & provisione Episcopi in eo-
,, dem Concursu, juxta definitionem Sacri Concilii
,, eadem *sess 24. de Reform. cap. 18.*

§. 18. ,, Item a Mandatis, seu Decretis inhiben-
,, tibus prædicationem, vel publicas lectiones, aut
,, coercentibus, vel punientibus quoscumque, etiam
,, exemptos, tam Sæculares, quam Regulares, qui
,, in alienis Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non
,, sunt, absque Episcopi licentia, & in Ecclesiis suis,
,, aut suorum Ordinum, non petita illius Benedictio-
,, ne, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint;
,, juxta Decretum Sacri Concilii *sess. 5. de Reform.*
,, *cap. 2. & sess. 24. similiter de reform. cap. 4.* &
,, Constitutionem piæ mem. Gregorii XV. quæ in-
,, cipit: *Inscrutabili §. fin.* una cum declarationibus
,, contentis in Constitutione Clementis PP. X. quæ
,, incipit; *Superna*.

§. 19. ,, Et generaliter in omnibus, quæ perti-
,, nent ad curam Animarum, & rectam Sacramento-
,, rum administrationem, adversus visitationem, cor-
,, rectionem, coercitionem, & quascumque alias pro-
,, visiones Episcopi Diœcesani, etiam quo ad exem-
,, ptos, sive Sæculares, sive Regulares, juxta lau-
,, datam Constitutionem Gregorii XV. quæ incipit,
,, *Inscrutabili*.

§. 20. ,, Item adversus quascumque provisiones,
,, & Decreta pro conservanda, aut restituenda Clau-
,, sura Sanctimonialium, aut pro correctione, seu pu-
,, nitione eorum, qui circa Personas intra Monasteria
,, degentes, aut circa Clausuram, vel circa bonorum
,, administrationem deliquerint, prout etiam ab exa-
,, mine pro approbatione, vel reprobatione Confes-
,, sariorum sive Regularium, sive Sæcularium, quo-
,, modocumque exemptorum, & tam ordinariorum
,, quam extraordinariorum, pro excipiendis Confes-
,, sionibus Monialium, etiam Regularibus subjecta-
,, rum: Itidemque a Decretis, vel aliis quibuscum-
,, que provisionibus cogentibus Administratores, sive
,, Sæculares, sive Regulares quomodolibet exemptos,
,, ad reddendam singulis annis rationem bonorum ad
,, Monasteria Sanctimonialium hujusmodi pertinen-
,, tium: Ac demum a quibuscumque Decretis super
,, amotione Cappellanorum, Sacristarum, & aliorum
,, quorumcumque Officialium, & Ministrorum, tam
,, Sæcularium, quam Regularium, ipsis Monialibus,
,, vel eorum Ecclesiis inservientium, juxta dispositio-
,, nem Sacri Concilii *sess. 25. de Regular. & Mo-*
,, *nial. cap. 5. cap. 9. & cap. 10.* servata tamen,
,, quoad Regulares, & exemptos, forma prædictæ
,, Constitutionis rec. mem. Gregorii XV. quæ inci-
,, cipit: *Inscrutabili*.

§. 21. ,, Item adversus Pastoralem Visitationem

„ Diœcesis, & præsertim Monasteriorum commendatorum, Abbatiarum, Prioratuum, & Præpositurarum, in quibus non viget Regularis observantia, necnon Beneficiorum, tam Curatorum, quam non Curatorum, Sæcularium, & Regularium qualitercumque commendatorum, etiam exemptorum: Prout etiam ab exequutione eorum, quæ in ipsa visitatione mandata decreta, aut judicata fuerint. Nec non similiter a quibuscumque Decretis, & provisionibus, etiam extra Visitationem, pro conservatione, vel reparatione Ecclesiasticæ disciplinæ, quoad vitam, mores, & honestatem quorumcumque Clericorum, luxum, comessationes, Choreas, lusus, crimina, & Sæcularium negocia fugienda, atque evitanda; juxta plura decreta dicti Sacri Concili, & præsertim *sess. 6. de Reformat. cap. 4. sess. 13. cap. 1. sess. 14. cap. 4. sess. 21. cap. 8. sess. 22. cap. 1. & cap. 8. & sess. 24. cap. 10.* ad formam tamen Decretorum Sac. Congreg. Episcoporum de mandato san. mem. Clementis VIII. editorum Ann. MDC.

§. 22. „ Item a Decretis cogentibus præsentatos, electos, vel nominatos a quibusvis Ecclesiasticis Personis, etiam Nostris, & Sedis Apostolicæ Nunciis, ad quævis Ecclesiastica beneficia, ad se subjiciendum examini Ordinarii, antequam instituantur, confirmentur, vel admittantur, quemadmodum cavetur *sess. 7. de Reformat. cap. 13.*

§. 23. „ Item a denegatione Sacrorum Ordinum, vel adscensus ad alios majores, pro ut etiam adversus suspensionem ab Ordinibus jam susceptis, ob crimen occultum, sive ex informata conscientia, juxta dispositionem Sacri Concilii *sess. 14. de Reformat. cap. 1. & cap. 3. & sess. 21. cap. 2. & sess. 23. cap. 16.*

§. 24. „ Item à præfixione termini, intra quem Regularis Episcopo non subditus, qui intra Claustra Monasterii degat, & extra ea ita notorie deliquerit, ut Populo scandalo sit, a suo Superiore puniri debeat, ac de punitione ipse Episcopus certior fieri, juxta Decretum Sacri Concilii *sess. 25. de Regular. cap. 14.* & Constit. fel. rec. Clementis PP. VIII. quæ incipit: *Suscepti muneris*: Nec non adversus punitionem, & correctionem eorumdem Regularium, qui circa Personas intra septa degentes, aut circa Clausuram ipsam deliquerint; juxta prædictam Constitutionem Gregorii XV. quæ incipit: *Inscrutabili*.

§. 25. „ Item a Censuris, aut aliis provisionibus contra Concubinarios, & præsertim Clericos, etiam retinentes Domi, aut extra, Mulieres suspectas; juxta præscriptum Sacri Concilii *sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 8. & sess. 25. de Reform. cap. 14.*

§. 26. „ Item adversus privationem privilegii fori, & alias provisiones contra Clericos non incedentes in habitu, & tonsura, & in aliis casibus a Sacro Concilio præscriptis *sess. 14. de Reformat. cap. 6. & sess. 23. similiter cap. 6.*

§. 27. „ Prout etiam ab examine, approbatione, vel reprobatione Patrimonii Sacri, Pensionis Ecclesiasticæ, aut Beneficii, quoad Clericos promovendos ad Sacros Ordines, juxta dispositionem ejusdem Concilii *sess. 21. de Reform. cap. 2.*

§. 28. „ Item adversus convocationem Capituli, quam faciat Episcopus ad aliquid deliberandum, & juxta vota ipsorum Capitularium concludendum, quoties de re ad suum, vel suorum commodum spectante non agatur; juxta decretum Sacri Concilii *sess. 25. de Reform. cap. 6.*

§. 29. „ Item a mandatis, seu Decretis super conversione tertiæ partis fructuum, & quorumcumque proventuum, & obventionum, tam Dignitatum, quam Canonicatuum, personatuum, portionum, & officiorum, in distributiones quotidianas, earumque divisione inter Dignitates obtinentes, & cæteros Divinis interessentes, in Ecclesiis tam Cathedralibus, quam Collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones hujusmodi quotidianæ, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur; juxta Constitutionem ejusdem Concilii *sess. 21. de Reformat. cap. 13. & sess. 22. similiter de Reformat. cap. 3.*

§. 30. „ Item adversus exercitium facultatum Episcopis competentium super executione omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quam inter vivos, in casibus a jure concessis, juxta dispositionem Sacri Concilii *sess. 22. de Reformat. cap. 8.*

§. 31. „ Item a visitatione Hospitalium, Collegiorum quorumcumque, & Confraternitatum Laicorum, Eleemosynarum, Montium Pietatis, sive Charitatis, & omnium Piorum Locorum quomodocumque nuncupatorum, etiamsi eorum Cura ad Laicos pertineat, aut exemptionis privilegio sint munita: Ac denique a cognitione, & exequutione eorum omnium, quæ ad Dei cultum, aut Animarum salutem, seu Pauperes sustentandos, instituta sunt, juxta dictum Decretum Sacri Concilii *sess. 22. de Reformat. cap. 8.*

§. 32. „ Item a Decretis, seu Mandatis cogentibus Administratores, tam Ecclesiasticos, quam Laicos, etiam exemptos, Fabricæ cujusvis Ecclesiæ, etiam Cathedralis, Hospitalis, Confraternitatis, Eleemosynæ Montis Pietatis, & quorumcumque Piorum Locorum, ad reddendam singulis annis ipsi Ordinario rationem suæ administrationis, nisi aliud in institutione, & ordinatione talis Ecclesiæ, seu Fabricæ expresse cautum fuerit; juxta Decreta Sacri Concilii *sess. 7. de Reformat. cap. 15. & sess. 22. cap. 9. & sess. 25. cap. 8.*

§. 33. „ Item a Decretis compellentibus Notarios, etiam Apostolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creatos, & scribentes in Causis Ecclesiasticis, vel spiritualibus, ad se subjiciendum examini: Eorumque remotione, vel suspensione in casu delicti, vel imperitiæ; juxta præscriptum Sacri Concilii *dicta sess. 22. cap. 10.*

§. 34. „ Item ab erectione Seminarii, & taxatione quarumcumque dignitatum, Personatuum, Officiorum, Præbendarum, Portionum, Abbatiarum, & Prioratuum cujuscumque Ordinis, etiam regularis, Hospitalium, quæ dantur in titulum, vel administrationem, & beneficiorum quorumcumque, etiam Regularium, etiam juris Patronatus, etiam exemptorum, etiam nullius Diœcesis, vel aliis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, & aliis quibusvis Locis Piis, etiam exemptis, annexorum, ac quorumcumque aliorum Ecclesiasticorum redditum, seu proventuum, ad Fabricas Ecclesiarum, Confraternitates, & Monasteria omnis, non tamen Mendicantium, pertinentium, nec non decimarum quacumque ratione ad Laicos, atque etiam Milites cujuscumque Militiæ, aut Ordinis, Hierosolymitano excepto, spectantium, pro ejusdem Seminarii manutentione: Prout etiam ab unione, & applicatione aliquot beneficiorum simplicium; nec non a Decretis cogentibus eos, qui Scholasterias obtinent, vel quibus lectionis, vel doctrinæ munus est annexum, ad docendum per se ipsos, vel idoneos substitutos; & generaliter a mandatis, & provisionibus, quæ quoquo modo respiciunt curam, directionem, & admini-

„ stra-

„ strationem Seminarii, plenamque exequutionem Decreti editi a Sacro Concilio super Collegio Puerorum in singulis Cathedralibus instituendo *sess. 23. de Reformat. cap. 18.*

§. 35. „ Item a mandatis, seu Decretis cogentibus Œconomos, Vicarios Capitulares, ad reddendam rationem administrationis per eos gestæ, Sede Episcopali vacante, juxta præscriptum Sacri Concilii *sess. 24. de Reformat. cap. 16.*

§. 36. Item a comminatione excommunicationis à jure latæ, & a sententia excommunicationis latæ ab homine, suspensionis, & interdicti, nisi appellatio fuerit interposita ex capite nullitatis: Et è converso a sententia absolutionis ab eisdem Censuris Ecclesiasticis.

§. 37. „ Et generaliter ab exequutione aliorum quorumcumque Decretorum dicti Sacri Concilii Tridentini, Episcopis, atque Ordinariis locorum demandata ab ipso Concilio, & in Constitutione fel. rec. Pii Papæ IV. quæ incipit: *Benedictus Deus*.

§. 38. „ Volumus, præcipimus, & mandamus quod ab Archiepiscopis, Patriarchis, seu Primatibus, aliisque Judicibus Ecclesiasticis, etiam Nostris, & Sedis Apostolicæ Nuntiis, vel de Latere Legatis, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, atque etiam Cameræ nostræ Generali Auditore, Signaturæ Justitiæ Præfecto, cœterisque Judicibus Romanæ Curiæ, eorumque Vicariis, & Officialibus, Citationes Generales, vel speciales, cum commissione inserta, Monitoria, & alia hujusmodi, cum inhibitione, per quam exequutio Decretorum, Mandatorum, & Provisionum hujusmodi retardetur, suspendatur, aut impediatur, minime concedantur; & quatenus nunc, aut imposterum concessa fuerint, nullatenus inhibeant, atque ab Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis impune sperni possint, quacumque consuetudine, etiam immemorabili, vel quovis privilegio, aut stylo concedendi inhibitiones in Causis prædictis, tametsi temporarias, penitus exclusis. Nos enim Citationes, & Monitoria aliter, quam ut præfertur, concessa, vel imposterum concedenda, nulla, atque irrita declaramus, & pro nullis, atque irritis haberi volumus, & mandamus. Decernentes quod adversus Decreta, Mandata, & Provisiones ejusmodi, quas, vel quæ ab Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis fieri, vel capi contigerit in Causis, & negotiis prædictis, vel simplex dumtaxat, & extrajudicialiter recursus per viam supplicis libelli, ad Nos, & Successores Nostros Romanos Pontifices, vel respective, & juxta causarum naturam, & qualitatem, appellatio, ad quos de jure, in solo devolutivo, & sine retardatione, vel præjudicio legitimæ exequutionis, recipi, & admitti possit.

§. 39. „ Quoniam verò in hisce ipsis negotiis, & Causis, in quibus inhibitiones Canonicam exequutionem impedientes, aut suspendentes, concedi non debent, dari possunt casus, qui per ipsum Sacrum Concilium Tridentinum, vel juxta ejus mentem, per Apostolicas Constitutiones, & Sacrarum Congregationum declarationes, aut communem Doctorum sententiam, a præfata generali regula de non concedendis inhibitionibus, ejsque posthabendis, excipiuntur, quique, ut plurimum, non aliter, quam pendenti Judicis arbitrio secundum particulares facti circumstantias extimari possunt. Hinc Nos, ne sub ejusmodi prætextu, inhibitiones ut supra prohibitæ, vulgo, & sine ullo delectu, etiam in Casibus non exceptis, concedantur: statuimus, & mandamus, quod in dictis Causis, & negotiis superius expressis; Metropolitani, Patriarchæ, Primates, aliique Judices prædicti, & præsertim nostræ Cameræ generalis Auditor, ejusque Locumtenentes, & Signaturæ Justitiæ Præfectus, ejusque Auditor, ad quos in contigenti casu pro obtinenda inhibitione recursum haberi contigerit, etiamsi asserant casum illum a Sacro Concilio, vel Apostolicis Constitutionibus quacumque de Causa exceptum esse: Nihilominus literas Citatorias, vel Monitoria cum inhibitione hujusmodi non concedant, nisi prius ex facti circumstantiis, in supplici libello a Parte recurrente clare, ac dilucide exponendis, & cum aliquo documento semiplene saltem verificandis, eisdem summarie apparuerit, casum illum esse de exceptis, & propterea Episcopo, vel Ordinario loci inhibendum esse, ne ad ulteriora procedat; Tunc enim, & non alias, & postquam ipsi Judices, quorum conscientiam hac in parte oneramus, super dicto supplici Libello, manu sua rescripserint, quod inhibitio concedi potest, libellusque cum rescripto ejusmodi, in Actis productus fuerit, diligenter ibidem custodiendus, & asservandus, liceat eorum Notariis, sive Actuariis literas Citatorias cum dicta Inhibitione expedire, & parti recurrenti tradere, ita tamen, ut in earum calce expresse adjiciatur sequens clausula: *Nos enim, attentis Juribus, & supplici Libello Nobis præsentatis, atque in Actis exhibitis, sic, ut præfertur, inhibendum esse, speciali rescripto mandavimus*: Alias Literæ ejusmodi sine tali clausula nullam vim inhibendi habeant in Casibus prædictis.

§. 40. „ Et nihilominus si Notarii, sine dicto speciali rescripto super supplici libello, aut sine productione illius in Actis, aut sine prædicta clausula, Citationes ullas, aut monitoria cum inhibitione, sub quocumque prætextu, seu colore, expedire, ac tradere præsumpserint, etiamsi illæ, aut illa a Judice subscripta fuerint, pœnam infamiæ, & perpetuæ inhabilitatis ad Officium Notarii in Causis Ecclesiasticis exercendum, & quo ad illos Cameræ Nostræ generalis Auditoris, aut aliorum Romanæ Curiæ Judicum superius expressorum, etiam quinquaginta Ducatorum auri de Camera, pro una medietate Cameræ Nostræ Apostolicæ, & pro alia ipsi parti recurrenti, & in causa interesse habenti, sin minus alicui ex Locis Piis, arbitrio nostro, nostrorumque Successorum destinando, applicandam, ipso facto incurrant.

§. 41. „ Ad hæc similiter inhærentes dispositioni ejusdem Sacri Concilii *sess. de Reformat. cap. 24. & sess. 24. cap. 5.* nec non etiam decreto piæ mem. Benedicti XIII. hac in re promulgato inter ejus additiones ad decreta Urbani Papæ VIII. in appendice ad Concilium Romanum, volumus, & mandamus, quod Clerici Sæculares, aut Regulares extra Monasterium degentes, quomodolibet exempti, in Civilibus Causis Mercedum, & miserabilium Personarum, etiamsi certum Judicem a Sede Apostolica deputatum in partibus habeant; In aliis vero, si ipsum Judicem non habuerint, coram Locorum Ordinariis, tanquam ab ipsa Sede Delegatis, conveniri in prima instantia, & jure medio ad solvendum debitum cogi possint.

§. 42. „ Quo vero ad personas non exemptas, inhærendo similiter dispositioni ejusdem Sacri Concilii *sess. 3. de Reformat. cap. 2. & sess. 22. cap. 7. & sess. 24. cap. 20.* nec non supradictis Decretis generalibus Congregationis Episcoporum editis anno MDC. cum novissimis additionibus, seu decla-

clarationibus piæ mem. Benedicti XIII. in Appendice Concilii Romani; volumus, statuimus, & & mandamus, quod Causæ omnes, tam Civiles, quam Criminales, ad forum Ecclesiasticum pertinentes, exceptis Privilegiatis, quæ ex eodem Concilio, vel alias juxta Canonicas Sanctiones apud Nos, & Sedem Apostolicam tractari possunt, aut debent, coram Ordinariis Locorum dumtaxat in prima Instantia cognoscantur, neque a Metropolitanis, Patriarchis, aut Primatibus, aliisque Judicibus Ecclesiasticis, etiam Nostris, & Sedis Apostolicæ Nuntiis, vel de latere Legatis, aut Cameræ nostræ Generali Auditore, & cæteris quibuslibet Curiæ nostræ Judicibus, ad se avocari, vel aliis committi possint; nisi per viam legitimæ appellationis, & in casibus ut supra prohibitis, ad ipsorum Tribunalia deferantur.

§. 43. „ Appellationes autem non recipiantur, neque inhibitiones vigore illarum concedantur, nisi prius constiterit, quod nedum per legitimam Personam, & intra legitima tempora vere appellatum fuerit, sed etiam quod appellatum fuerit a sententia definitiva, vel habente vim definitivæ, aut a gravamine, quod per definitivam sententiam reparari non possit; idque per publica documenta, quæ realiter in Actis exhibeantur; Tunc enim, & non antea, Judici, ad quem appellatum fuerit, in Causa se intromittere, citationes, & inhibitiones concedere liceat; dummodo tamen concedantur cum inscriptione tenoris sententiæ, aut Decreti definitivi, seu vim difinitivæ habentis, vel damnum per definitivam irreparabile inferentis; Alias citationes, inhibitiones, Processus, & inde sequuta quæcumque, sint ipso jure nulla, atque impune sperni possint.

§. 44. „ Quod si Appellans afferat, sententiæ, aut Decreti exemplum authenticum, culpa Judicis *a quo*, vel Notarii, sive Actuarii habere non posse, tunc saltem copiam simplicem sententiæ, seu Decreti in Actis producere teneatur, ejusque tenori in literis inhibitorialibus inserto adjicienda erit, prout adjici volumus, & mandamus, in eorum corpore expressa conditio: *Quatenus tamen tenor insertus sit, & in substantialibus cum Originali concordet, eædemque Originali præsentes literæ sint in tempore posteriores, alioquin nullæ, & irritæ censeantur*; Et si secus factum fuerit, inhibitiones aliter concessæ nullatenus afficiant, & Notarii, sive Actuarii, qui illas expediverint, incidant in pœnas superius expressas.

§. 45. „ Cum vero a gravamine, quod per definitivam reparari nequit, appellatum fuerit, si quidem res sit de carceratione jam sequuta, de Mandato verbali, non aliter expediri poterunt inhibitiones vigore appellationis, quam constito prius de ipsa carceratione, per depositionem saltem duorum Testium. Interim tamen Appellans in eodem, quo reperitur, carcere permanebit, donec aliter fer. fer. judicatum fuerit. Ubi vero agatur de Censuris jam prolatis, vel de comminatione Carcerationis, Torturæ, aut Censurarum, observetur omnino dispositio dictorum Decretorum Congregationis Episcoporum sub rec. mem. Clemente VIII. juxta additiones, & declarationes piæ mem. Benedicti XIII.

§. 46. „ Ulterius in prædictis causis in prima instantia pendentibus, vel aliis superius expressis, in quibus non admittitur appellatio in suspensivo, Citationes, quæ expediri solent coram Cardinali Signaturæ Justitiæ Præfecto, vel ad effectum comparendi, vel pro adeundo eamdem Signaturam, tametsi ab ejus Auditore subscriptas, vim inhibendi nullatenus sortiri posse volumus, easque ad prædictos alios dumtaxat effectus, comparendi scilicet, vel adeundi Signaturam expeditas censeri, non autem ad retardandam exequutionem, vel suspendendum processum ad ulteriora.

§. 47. „ Denique quoad Causas privilegiatas, quæ, ut præfertur, in prima etiam Instantia apud Nos, & Sedem Apostolicam tractari possunt, nihil ex antiquo mutandum esse volumus, sed Monitoria in illis coram Cameræ nostræ generali Auditore, vel ejus Locumtenentibus, prout hactenus laudabiliter observatum est, expedienda esse, juxta præscriptum Apostolicarum Constitutionum, & præsertim fel. rec. Pauli V. Prædecessoris nostri in Constitutione, quæ incipit: *Universi*, nec non prædictarum additionum, & declarationum Benedicti XIII. exceptis tamen Monitoriis intimandis ultra Montes, in quibus, ad evitanda scandala, & litigantium incommoda, volumus omnino renovari, & observari stylum, qui olim in eo Tribunali vigebat, idest, quod ad ejusmodi Monitoriorum expeditionem non aliter procedatur, quam oblato prius ipsi Auditori, vel alteri ex ejus Locumtenentibus facti speciem clare, & dilucide continente, & prævio etiam ejusdem Judicis rescripto, quod Monitorium expediri possit, penes Causæ Notarium, vel Actuarium diligenter custodiendo. Et si aliter, quam ut præfertur, & absque dicto supplici libello, ac speciali Judicis rescripto, dicta Monitoria ultra Montes intimanda expedita fuerint, Notarius, sive Actuarius, & Substitutus, qui illa expediverit, ipso facto incidat in pœnas superius expressas.

§. 48. „ Omnia, & singula hactenus a Nobis disposita, ad rectam Judiciorum methodum restituendam, eo impensius ab omnibus exacte custodiri, & observari mandamus, quo clarius constat, hac nostra Constitutione non novas ferri, sed antiquas instaurari leges, provide, sapienterque institutas, & temporum injuria, ac hominum fraude obsoletas, & novo Pontificiæ auctoritatis præsidio communiri ordinem procedendi in causis jamdiu præscriptum Superioribus, & Inferioribus Tribunalibus a Sacra Tridentina Synodo, Congregationum Decretis, & Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum Constitutionibus, aliisque Ordinationibus Apostolicis. Ideoque si ipsi Judices, omni semoto, ut par est, humanæ cupiditatis affectu, præ oculis solum habuerint quæ tam maturo, tamquam saluberrimo sunt constituta, & ordinata consilio, facile eorum quilibet agnoscet, quæ sui, & quæ alieni Ministerii partes esse debeant in admittendis, ac respective rejiciendis Causarum Appellationibus, & Inhibitionibus: Atque ita fiet, ut non solum unicuique in suo ordine debita Jurisdictionis, & Auctoritatis prærogativa servetur, sed etiam, ut extinctis prorsus, ac radicitus avulsis omnium contentionum, & discordiarum seminibus, mutuo charitatis vinculo Tribunalia socientur, & inter illa recte agendi disciplina Christiano Populo utilis, & necessaria restituatur.

§. 49. „ Demum, ut exemplo Nostro, omnes præmissorum executioni caute, & pro viribus incumbant, &, ut præsertim Notariis, Tabellionibus, & eorum Actuariis, & substitutis omnis contraveniendi ansa præcidatur, volumus, & expresse mandamus, Processus, & Acta Causarum in nostra Romana Curia coram quovis Judice pendentium, ac Inhibitiones, Appellationes, Monitoria,

„ aliaſ-

,, aliaſque Citatorialea, & Inhibitorialca literas, quas
,, ab iiſdem Notariis, eorumque ſubſtitutis, ſcien-
,, tibus, vel inſciia Judicibua, vel alias qnomodo-
,, libet impoſterum expediti contigerit, ſedulo reco-
,, gnoſci, & examinati per fide dignas Perſonaa a
,, Nobia opportnne depntandas; quæ ſi deprehen-
,, derint eaſdem Inhibitiones contra hujus Conſti-
,, tutionis formam, & ad ſubterſugienda Ordinario-
,, rum, & Epiſcoporum judicia, qnæſito gravaminis
,, colore, fniſſe perperam conceſſaa, & expeditas, in
,, eoſdem Notarios, & ſubſtitutos canonicis pœnis,
,, aliiſque a Nobia ſupra expreſſis ſevere, pro modo
,, culpæ, animadvertant.

§. 50. ,, Decernentes has præſentes literaa ſem-
,, per firmas, validaa, & efficaces exiſtere, & fore,
,, ſnoſque plenarios, & integrca effectua ſortiri, &
,, obtinere, ac ab illia, ad quos ſpectat, &
,, pro tempore qnandocumque ſpectabit, inviolabi-
,, liter, & inconcuſſe obſervari; ſicque, & non ali-
,, ter in præmiſſis per quoſcumque Judicea ordina-
,, rios, & delegatoa, etiam Cauſarum Palatii Apo-
,, ſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ præ-
,, fatæ Cardinalea, etiam de Latere Legatoa, & ejuſ-
,, dem Sedis Nuncios, aliosve qnoalibet quacumque
,, præeminentia, & poteſtate fungentea, & functu-
,, roa, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis ali-
,, ter judicandi, & interpretandi facultate, & aucto-
,, ritate, judicari, & definiri debere, ac irritum,
,, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis
,, auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit at-
,, tentari.

§. 51. ,, Non obſtantibua præmiſſia, ac, quatenns
,, opua ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula
,, de jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutio-
,, nibns, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non qui-
,, quibnſvia, etiam jnramento, confirmatione Apo-
,, ſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatu-
,, tis, & conſnetudinibua, ac uſibns, & ſtylis, etiam
,, immemorabilibus, privilegiia qnoque, Indultis,
,, & literis Apoſtolicis præfatia, aliiſque quibnsli-
,, libet Jndicibus, Curiia, Tribunalibus, & Perſo-
,, nis, etiam quantumvis ſublimibus, & ſpecialiſſi-
,, ma mentione dignia, ſub quibuſcumque tenori-
,, bus, & formis, ac cum quibuſvis etiam deroga-
,, toriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, ef-
,, ficaciſſimia, & inſolitia clauſulis, irritantibuſque,
,, Decretia, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis
,, plenitudine paribns, ac conſiſtorialiter, & aliaa
,, quomodolibet In contrarinm præmiſſorum conceſ-
,, ſis, editis, factia, ac plnriea iteratia, & quantiſ
,, cnmque vicibna approbatis, confirmatis, & inno-
,, vatia. Quibus omnibua, & ſingulis, etiamſi pro-
,, illorum ſnfficienti derogatione de illia, eorumque
,, toeis tenoribns ſpecialia, ſpecifica, expreſſa, & in-
,, dividua, ac de verbo ad verbum, non autem per
,, clauſulas generales idem importantes, mentio,
,, ſen quævis alia expreſſio habenda, aut aliqna alia
,, exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenorea
,, hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbnm, nihil
,, penitus omiſſo, & forma in illia tradita obſerva-
,, ta, exprimerentur, & infererentur, præſentibus pro
,, plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes,
,, illis alias in ſuo robore permanſuria, ad præmiſ-
,, ſorum effectnm hac vice dumtaxat ſpecialiter, &
,, expreſſe derogamns, ac derogatum eſſe volumus,
,, cæteriſque contrariia quibuſcumque.

§. 52. ,, Ut autem eædem præſentes literæ ad om-
,, nium notitiam facilius devenianr, volnmus illas,
,, ſeu earum exempla, ad valvas Eccleſiæ Lateranen-
,, ſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, nec non
,, Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Generalia in
,, Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de
,, Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari, ſicque
,, publicatas, & affixas, omnes, & ſingulos, quos
,, illæ concernnnt, perinde arctare, & afficere, ac
,, ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter in
,, timatæ fuiſſent: ipſarum autem literarum tran-
,, ſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, ma-
,, nu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo
,, Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ mu-
,, nitia, eamdem prorſns fidem tam in jndicio, quam
,, extta illud ubique locorum haberi, quæ habere-
,, tur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel
,, oſtenſæ.

§. 53. ,, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
,, paginam Noſtri Decreti, Conſtitutionia, declara-
,, tionia, annullationis, admonitionia, & vnlnntatis
,, infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis
,, autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem
,, Omnipotentia Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apo-
,, ſtolorum ejna ſe noverit incnrſnrum.

,, Datnm Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
,, Anno Incarnationia Dominicæ milleſimo ſeptin-
,, genteſimo qnadrageſimo ſecundo, tertio Kalendas
,, Aprilia, Pontificatus Noſtri Anno ſecundo.

P. Card. Pro-Datarius.

D. Card. Paſſionena.

Executio literarum Sanctiſſimi D.Bracdlßi XIII. incipira- tiam AD NOSTRAM AUDIENTIAM PERVE- NIT &c. pro Fratribus Tertiariis S. P. N. Fran- ciſci de Pœnitentia nuncupatis, circa præcedentiam editarum, facta a Domino Jonaat Baptiſta Barnl in Regnis Hiſpaniarum Nuncio, & Legato a Latere Sanctiſſimi D. N. BENEDICTI XIV. feliciter re- gnantis.

NOS Don Juan Baptiſta Batni, por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apoſtolica, Arzo- biſpo de Edeſſa, y de nueſtro Santiſſimo Padre, y Señor BENEDICTO, por la Divina Providencia, Papa Decimo Quarto, Nuncio, y Colector General Apoſtolico en eſtos Reynos de Eſpaña, con facultad de Legado a Latere &c. A los Venerablea en Chri- ſto hermanoa, Señores Arzobiſpos, y Obiſpos de las Ciudades, Arzobiſpados, y Obiſpados de eſtoa miſmos Reynos, à ſus Proviſorea, Oficiales, Vica- rios Generales, Foraneos, y Pedaneos, y demàs que exerzan juriſdiccion Eccleſiaſtica ordinaria, à loa Ge- nerales, Vicarios Generalea, Provincialea, y Prela- dos Locales de los Conventos, Monaſterios, Hoſpi- cios, y Colegios de Regulares, y demàs perſonas à quien lo infraſcripto toca, o tocar puede en qual- quier manera, y à cada uno inſolidum; ſalud en Nueſtro Señor Jeſu Chriſto: Hacemos ſaber, que an- te Noa ſe preſentò por el Padre Fray Floriano de San Eſtevan, del Orden de San Franciſco de Deſcal- zoa, y Procurador General de la Provincia de San Joſeph, el Breve, y Peticion del tenor ſiguiente.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

„ AD Nostram Audientiam pervenit, in mul-
„ tis Hispaniarum partibus, non sine magno
„ pietatis detrimento, & populorum scan-
„ dalo, inter Fratres Seculares Tertii Ordinis Minorum
„ Observantium, de Pœnitentia nuncupatos, in pro-
„ priis suis Domibus viventes, ex parte una, &
„ Confraternitates Laicales, ex altera, complures
„ subortas fuisse lites, & controversias super præ-
„ cedentia in processionibus, aliisque functionibus Ec-
„ clesiasticis, & non sine injustitia contra eosdem
„ Fratres de Pœnitentia, quadam judicata pro qui-
„ busdam ex dictis Confraternitatibus emanasse. Hu-
„ jusmodi enim Tertiarii, licet Seculares, instar
„ Regularium habendi sunt, cum illorum Institutum
„ sub titulo Tertii Ordinis a Sancto Francisco fun-
„ datum fuerit, atque ab hac Sede Apostolica ap-
„ probatum, plurimisque gratiis, & privilegiis or-
„ natum, quæ nuper a Nobis ipsis confirmata fue-
„ runt Constitutione incipiente: *Paterna Sedis Apo-*
„ *stolicæ providentia*, Romæ vulgata 4. Idus Decem-
„ bris anno 1725. Pontificatus Nostri secundo;
„ unde consequitur, in omnibus functionibus Ecclesia-
„ sticis eumdem Tertium Ordinem, uti talem, qui-
„ buscumque Confraternitatibus Laicalibus præferen-
„ dum, ubi scilicet memorati Tertiarii sub Cruce
„ propria, vel etiam Fratrum Minorum, ad publicas
„ supplicationes, ad socianda cadavera defunctorum,
„ aliasve Ecclesiasticas functiones sub proprio habi-
„ titu per dicti Ordinis Constitutiones designato pro-
„ cesserint. His ergo ita se habentibus, præsentium
„ tenore statuimus, & declaramus, ut imposterum hu-
„ jusmodi Tertiarii sub propria Cruce distincti, &
„ separati a quibuscumque aliis Confraternitatibus
„ Laicalibus, instar aliorum Ordinum, & juxta Re-
„ gionis morem, in qua degere noscuntur, vel sub
„ Cruce Fratrum Minorum procedentes, omnibus,
„ & singulis Confraternitatibus Laicalibus hujusmo-
„ di, etiam speciali nota dignis, in quibuscumque
„ Ecclesiasticis functionibus omnino præcedant, non
„ obstantibus quibuslibet judicatis, & consuetudine,
„ etiam immemorabili, in contrarium adductis, vel
„ adducendis. Volumus autem, ut præsentium lite-
„ rarum transumptis, vel exemplis, etiam impressis,
„ manu alicujus ex Secretariis Ministri, vel Commissarii
„ Generalium dicti Ordinis Fratrum Minorum, sive
„ Notarii publici subscriptis, & sigillo officii ejusdem
„ Ministri, vel Commissarii, aut Procuratoris Genera-
„ lium ejusdem Ordinis, vel alterius Personæ in Ec-
„ clesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem om-
„ nino fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ
„ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ,
„ vel ostensæ.

„ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-
„ nam Nostræ Constitutionis, declarationis, & vo-
„ luntatis infringere, vel ei ausu temerario contrai-
„ re. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, in-
„ dignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Pe-
„ tri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursu-
„ rum.

„ Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno
„ Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo
„ vigesimo octavo, undecimo Kalendas Augustas,
„ Pontificatus Nostri Anno quinto.

P. Cardinalis Pro-Datarius. F. Cardinalis Oliverius. Visa de Curia. J. Archiepiscopus Anciranus. Lucas Martinettus. Registrata in Secretaria Brevium. Ita est, Carolus Franciscus Oddus, Collegii Civitatis Romæ, & Apostolicæ Sedis gratia Notarius infrascriptus. Loco ✠ Sigilli.

Ilustrissimo Señor.

GRegorio Martin de Haro, en nombre del Padre Fray Floriano de San Estevan, del Orden de San Francisco de Descalzos, y Procurador General de la Provincia de San Joseph, ante V. S. I. parezco, y digo, que nuestro Santissimo Padre Benedicto Decimo Tercio, de felice recordacion, expidiò su Breve Apostolico, como consta de el, que en debida forma presento, en que declara, y manda, que los Hermanos seglares de la Venerable Orden Tercera de Penitentia de los Conventos de San Francisco, precedan a qualesquiera Hermandades, y Confradias Laycales, aunque dignas de especial nota, al modo que las demas Ordenes, en todas las funciones Ecclesiasticas, assi debaxo de la Cruz de dichos Religiosos de la Orden de Nuestro Padre San Francisco, come debaxo de su propria Cruz; y para que tenga cumplido efecto lo mandado por su Santidad, suplico a V. S. &c. se sirva mandar despachar su Mandamiento, con insercion de dicho Breve, para que se guarde, y cumpla en todo, y por todo, segun, y como en el se contiene, y que à los trasllados impressos del Mandamiento que se expidiera, se les dè la misma fee, y credito, que à su original, por ser assi de justicia, que pido &c. Haro.

Y assi presentado, y por Nos visto, mandamos dar, y dimos las presentes, por las quales, y la authoridad Apostolica a Nos concedida, de que en esta parte usamos, en quanto a los Señores Arzobispos, y Obispos, exortamos, y requerimos, y siendo necessario, mandamos en virtud de santa Obediencia, so pena del entredicho, è ingresso de sus Iglesias, y de mil ducados de cada uno, applicados para gastos de la Reverenda Camara Apostolica; y en quanto à los demas contenidos en la Cabeza de ellas, mandamos, en virtud de santa obediencia, so pena de excomunion mayor Apostolica, y de quinientos ducados, aplicados segun dicho es, y de privacion de voz activa, y passiva, oficios, y otras à nuestro arbitrio, que siendo requeridos con las presentes, ò qualquiera lo fuere, vean el Breve de su Santidad preinserto, y le guarden, cumplan, y executen, hagan guardar, cumplir, y executar en toto, y por todo, segun, y como en el se contiene, sin ir, ni permitir se vaya contra su forma, y tenor en manera alguna; con apercibimiento, que no lo haciendo, procederemos contra los inobedientes à agravacion, y reagravacion de dichas censuras, execucion de penas, y à los demàs que huviere lugar en Derecho. Y mandamos, que à los traslados manuscriptos, ò impressos, siendo firmados de Don Fernando Grande, Oficial Mayor, y Archivista dè nuestro Tribunal, y sellados con el Sello de nuestras Armas, se les dè la misma fee, y credito que à su original. Y assimismo mandamos, en virtud de santa Obediencia, so pena de excomunion mayor Apostolica latæ sententiæ, a qualquier Notario, ù

Escri-

Escrivano, que fuere requerido con las presentes, las notifique, y de ellu dè fee sin las detener. Dadas en Madrid à nueve dias del Mes de Abril, año de Mil setecientos y quarenta y dos.

Azzolinus Cervini Auditor.

Por mandado de su Ilustrissima Fernando Grande.

Por el Secretario Ipeuza.

Por mandato de su Ilustrissima Fernando Grande.

Statuitur ne Commissarii delecti a Provincia Sancti Gregorii in Insulis Philippinis pro colligendis Missionariis in Hispania, ibi diutius, quam par est, commorentur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus a Jesu Frater expresse professus, ac Custos, Commissarius Missionum, & Procurator deputatus Provinciæ Sancti Gregorii in Insulis Philippinis, Ordinis Minorum Sancti Francisci, strictioris Observantiæ nuncupatorum, nomine dilectorum etiam Filiorum modernorum Ministri Provincialis, & Definitorum, ac totius Provinciæ hujusmodi, quod Provincia præfata, a primæva sua erectione, conversioni Infidelium, tam in iisdem, quam in Regno Sinarum, aliisque adjacentibus Insulis semper intenta fuit, prout de præsenti ad opus hujusmodi incumbere pergit, quemadmodum eidem sancto operi manus dedit in Japponia, ubi pro Catholicæ Fidei propagatione viginti tres ejusdem Provinciæ Alumni, Beati, videlicet, Petrus Baptista, & Socii crucibus affixi martyrium consumarunt, præter plures alios, qui tum in Japponia, tum alibi pro Christi nomine sanguinem fuderunt, quamquam Beatorum, aut Sanctorum albo adhuc conscripti non reperiantur. Ad hæc itaque opera incumbit præfata Provincia ope Fratrum, qui mittuntur ex Provinciis strictioris Observantiæ in Hispaniarum Regnis consistentium, quorum Missiones, si impediantur, vel ultra solitum differantur, gravissimum eidem Provinciæ, & conversioni Infidelium, atque conversorum instructioni, & conservationi præjudicium infertur: deficientibus enim Ministris, Evangelii prædicationem, Cathechismum, & Sacramentorum administrationem omittere necesse est. Quod sane ne contingat, dicta Provincia, sexto quoque anno, ab antiquo tempore, Commissarium mittit in Hispaniam, ut Missionarios congreget, & ad eas remotissimas Regiones conducat, quem Commissarium, regulariter, Custodem pariter creat, ut in Generali Capitulo totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum suffragium ferat; eam tamen legem eidem Commissario imponit, videlicet, quod *intra biennium* a suo in Hispaniam adventu, Missionarios congregare, & cum eis iter suum spatio duorum annorum præfatorum, sive Capitulum Generale hujusmodi celebretur, sive non celebretur, arripere debeat. Longe enim minoris momenti res est, quod Generale Capitulum prædictum, ad quod tot centena Vocalium concurrunt, absque uno ex duobus Vocalibus, quos mittit Provincia prædicta, vel etiam absque illis duobus, celebretur, quam quod retardentur Missionarii, & interim conversio Infidelium, & Conversorum profectus, detrimentum, propter defectum, & inopiam Ministrorum, patiantur. Id quod cum summo dolore dicta Provincia ad præsens experitur; nam Commissarius, & simul Custos ejusdem Provinciæ, qui ut Missionarios congregaret anno 1735. in Hispaniam pervenerat, hisce Missionariis congregatis, intra biennium in Philippinas Insulas, sive celebraretur, sive non celebraretur Capitulum Generale prædictum, iter arripere debebat, cum Capitulum Generale hujusmodi, quod juxta Ordinis prædicti Apostolicas Constitutiones celebrari debebat, ad usque annum 1740. minime celebratum fuisset, dictus Commissarius, & Custos, sub prætextu interessendi Capitulo prædicto, extortis a tunc existente Superiore, seu Commissario Generali, contra suæ propriæ Provinciæ instructiones, & mandata, literis, in Hispania permansit, ac permanet de præsenti, & sexaginta Missionarios sibi a Provinciis dicti Ordinis Hispaniarum concessos, qui juxta instructiones, & mandata hujusmodi anno 1738. ad Philippinas Insulas pervenire debuissent, per totum annum 1741. in Hispania permanserunt, & de præsenti ignoratur, an è Cadibus solverint. Præterea eadem Provincia gravissima detrimenta sentit, & animæ Christi Sanguine redemptæ petentes panem doctrinæ, amare plangunt, quod, ob inopiam Ministrorum, non sit qui frangat. Quoniam autem dictus Petrus, qui ad hanc Almam Urbem nostram, ea de causa, missus commoratur, præfatis malis remedium afferre desiderans, humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & , ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur dictum Petrum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut de cætero Commissarii, qui pro tempore a prædicta Provincia ad Hispanias missi fuerint pro congregandis Missionariis prædictis, iisdemque conducendis, ad eamdem Provinciam, intra terminum a Definitorio ejusdem Provinciæ pro tempore assignandum, redire, vel iter arripere omnino debeant, ac teneantur, absque eo, quod emendicatis prætextibus, in Hispania immorari valeant; neque Superiores Generales inibi existentes, occasione Capituli Generalis celebrandi, vel alia quacumque de Causa, executionem, instructionem, & mandata dictæ Provinciæ eosdem Commissarios, Custodes, Pro Ministros, aut Procuratores quomodolibet concernentia impedire, aut retardare possint, & valeant, sed dicti Superiores Generales potius Commissarios, Custodes, Pro-Ministros, aut Procuratores prædictos opportunis juris, & facti remediis eos cogant, & compellant, ut ea mandata, & instructiones adamussim adimpleant, & adimpleri curent, sub privationis officiorum per eos respective obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia imposterum obtinenda, ac vocis activæ, & passivæ privationis, & suspensionis a Divinis, aliisque arbitrio nostro, & Ministri Generalis pro tempore existentis, imponendis pœnis, eo ipso, absque ulla alia declaratione, incurrendis, auctoritate Apostolica tenore præsentium, præcipimus, & mandamus.

Præterea, si contingat prædictos Commissarios, sive Procuratores, Custodes, seu Pro-Ministros quacumque de Causa cogitata, vel non cogitata, voluntaria, vel non voluntaria, in Europa post lapsum terminum a Provincia prædicta illis assignandum, permanere, etiamsi Capituli Generalis præfati celebratio occurrat, dictos Commissarios, Procuratores,

Custodes, seu Pro-Ministros, uti legitimos Vocales in Capitulo Generali, ut præfertur, celebrando, interessendi, & in eo Capitulo a voto, sive suffragio tam activo, quam passivo habendo, & ferando, auctoritate, & tenore præfatis excludimus, & privamus; sed et si, qui Commissarii, Procuratores, Custodes, & Pro-Ministri posterius missi fuerint ab eadem Provincia, in Capitulo Generali, uti tales, cum voto, & voce prædictis, haberi, & recipi debeant, dicta auctoritate volumus, & declaramus.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, & Provinciæ hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, quod earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 21. Maii 1742. Pontificatus nostri anno secundo.

Loco ✠ Sigilli.

Pro D. Card. Passioneo.

Cajetanus Amatus.

Erigitur Provincia Liciensis Discalceatorum sub titulo Sancti Paschalis Baylon.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam:

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Custos, & Fratres Custodiæ Sancti Paschalis Baylon Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, quod Nos alias Provinciam Neapolitanam dicti Ordinis, quæ ex viginti Conventibus composita reperiebatur, in unam Provinciam, & in unam Custodiam divisimus, dismembravimus, & in perpetuum separavimus, quarum Provinciam quidem sub invocatione Sancti Petri de Alcantara Neapolitanam, seu Terræ Laboris; Custodiam vero sub invocatione Sancti Paschalis Baylon Terræ Hydruntinæ, seu Liciensis imposterum appellandam præcepimus, & respective ereximus, atque octo Conventus a prædicta antiqua Provincia Neapolitana divisos, & separatos, novæ Custodiæ Terræ Hydruntinæ, seu Liciensis ejusdem Sancti Paschalis Baylon, ut præmittitur, per Nos erectæ, univimus, & incorporavimus cum omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, & honoribus, quibus aliæ Custodiæ ejusdem Ordinis, atque etiam ipsa Provincia Neapolitana, seu Terræ Laboris, quæ ex duodecim aliis Conventibus composita remansit, de jure, & consuetudine gaudere solent, & eodem prorsus modo, absque ulla differentia, & sub iisdem legibus, & Constitutionibus, itaut Custodia Hydruntina, seu Liciensis hujusmodi a Provincia Neapolitana, seu Terræ Laboris, ejusque Superioribus omnino independens, & exempta intelligeretur, ac gubernari per suum Custodem Provincialem, & quatuor Definitores, uti cæteræ Custodiæ ejusdem Ordinis indapendentes habent, habere deberet, & alias, prout in binis nostris in simili forma Brevis, die vigesima tertia Mensis Martii motu proprio, & die vigesima prima Mensis Junii anni 1741. proxime elapsi, desuper expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur. Quoniam autem literæ nostræ hujusmodi debitæ executioni jam demandatæ fuerunt, ipsi Exponentes Custodiam prædictam ex octo Conventibus a Provincia supradicta dismembratis constantem, in Provinciam a Nobis erigi plurimum desiderent; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur dictos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; primum memoratam Custodiam Sancti Paschalis Baylon Hydruntinam, seu Liciensem a Nobis erectam, a Provincia Neapolitana, ut præfertur, separatam, quæ ex septem Conventibus, nempe Sancti Jacobi in Civitate Licii; Sanctæ Mariæ Gratiarum in Terra Quintiani; Sanctæ Mariæ pariter Gratiarum in Terra Galatonæ; Sanctæ Mariæ Consolationis in Terra Marthani; Sanctæ Mariæ Veteranæ in Terra Castellanæ; Sanctissimi Crucifixi in Terra Barabitæ; Sancti Paschalis Baylon in Terra Lizzani; & Conventu Sanctæ Mariæ de Puteo in Terra Capursi, olim incepto, & subinde illius Fabricæ prosequutione inhibita, ab antiqua Provincia Neapolitana Sancti Petri de Alcantara per Nos, ut præfertur, divisis, & separatis, ac novæ Custodiæ prædictæ Terræ Hydruntinæ, seu Liciensis, sicut præfertur, in quocumque statu, quo tunc reperiebantur, assignatis, constat, in novam Provinciam Sancti Paschalis Baylon, Liciensem pariter nuncupandam, auctoritate Apostolica tenore præsentium erigimus, constituimus, & deputamus.

Deinde, Provinciæ Sancti Paschalis Baylon Liciensis ex memorata Custodia sic erectæ, non solum supradictos septem Conventus, verum etiam alios quoslibet in futurum pro Provincia hujusmodi, sive in Terra Hydruntina, sive in Terra Barensi, si-

ve in

ve in Calabria, tam citra, quam ultra; sive in Lucania, vulgo Basilicata, sive in Aprutio citeriori, sive in Aprutio ulteriori, quomodolibet fundandos, & erigendos auctoritate, tenore præfatis assignamus, & constituimus, itaut eadem nova Provincia Liciensis sic per præsentes erecta, sua confinia a Terra Cirignolæ, in Apulia Daunis existente, quæ Provinciæ Neapolitanæ, seu Terræ Laboris assignata existit, habere debeat, eadem auctoritate volumus, & declaramus.

Tum etiam, eidem novæ Provinciæ Sancti Paschalis Liciensis, necnon illius pro tempore existentibus Ministro Provinciali, Custodi, & Definitoribus, aliisque Superioribus, Fratribus, & personis, ut omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, honoribus, proprio Sigillo, aliisque insigniis, quibus aliæ dicti Ordinis Provinciæ, ac Minister Provincialis, Custos, & Definitores, aliique Superiores, Fratres, & personæ, ac præsertim ipsa Provincia Neapolitana tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia, ac sub eisdem legibus per Constitutiones dicti Ordinis auctoritate Apostolica confirmatas, præscriptis, uti, frui, & gaudere libere, & licite possint, & valeant respective, auctoritate præfata concedimus, & impartimur.

Insuper & nova Provincia Liciensis Sancti Paschalis hujusmodi sic erecta semper imposterum per suum Ministrum Provincialem, Custodem, & quatuor Definitores, juxta Statuta regularia dicti Ordinis in Capitulo Provinciali intra præscriptum tempus celebrando, gubernetur, & gubernari debeat, auctoritate, & tenore præsentis volumus, præcipimus, & declaramus.

Præterea, dilecto filio Cajetano a Laurino, Ministro Generali Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia committimus, & mandamus, ut pro hac prima vice dumtaxat, Ministrum Provincialem, Custodem, & quatuor Definitores novæ Provinciæ, qui in officiis hujusmodi per triennium, juxta Regularia instituta prædicta, durent, constituat.

Denique volumus, præcipimus, & mandamus, ut quantitas illa lanæ, quæ a charissimo in Christo Filio nostro Carolo utriusque Siciliæ, & Hierusalem Rege, illustris Regia liberalitate eidem Provinciæ Neapolitanæ dari solet, ea lanæ quantitas in duas æquales partes inter utramq. Provinciam imposterum dividatur, & Minister Provincialis Provinciæ Neapolitanæ prædictæ unum Fratrem lanificii arte peritum, & unum telarium ad opus textrinum lanificii hujusmodi necessarium, per triennium, & ultra, quatenus opus fuerit, donec Fratres novæ Provinciæ Hydruntinæ, seu Liciensis lanificii hujusmodi artem perfecte calluerint, ad eamdem Provinciam Hydruntinam, seu Liciensem mittere; quemadmodum etiam iisdem Fratribus interea temporis vestiaria suppeditare (parte propterea ejusdem lanæ quantitatis ad dictam Provinciam Hydruntinam, seu Liciensem mittendæ in Civitate Neapoli per dictum temporis spatium relicta) omnino teneatur.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ

Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, Provinciæ, & Custodiæ hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima octava Junii 1742. Pontificatus Nostri anno secundo.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

D. Card. Passioneus.

CUm in Cœnobio Sanctæ Mariæ Majoris Tiburis die 5. Augusti 1742. ex hac vita migrasset A. R. P. Joannes Jacobus de Vallico, qui in Comitiis Generalibus Vallisoletanis ad officium Procuratoris Generalis Ordinis fuerat assumptus, Minister Generalis volens, juxta dispositionem fel. mem. Clementis XII. illius loco sufficere unum ex tribus, qui in casu vacantiæ ad id munus in laudatis Comitiis fuerant nominati, instituit propterea A. R. P. Benedictum Mariam de Florentia per suas Literas Patentes, quæ cum primæ extiterint in hoc genere, opportunum judicavi illas referre, suntque ejusmodi.

F. CAJETANUS DE LAURINO

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu Matriten. pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Patris Nostri Francisci Minister Generalis, Commissarius Visitator Apostolicus, & in Domino Servus.

Dilecto Nobis in Christo Reverendo Patri Fratri Benedicto Mariæ a Florentia, Nostræ Observantis Provinciæ Tusciæ Lectori Jubilato, & ex-Commissario Terræ Sanctæ, Salutem, & Seraphicam Benedictionem.

INter maximas muneris Nostri solicitudines, in id potissimum tenemur incumbere, ut pro gravioribus negotiis obeundis, eos Ordinis Nostri destinemus Alumnos, quos pietate, discretione, ac doctrina conspicuos esse noverimus. Cum igitur ad pertractanda in Romana Curia Religionis Nostræ negotia Procurator Generalis sit deputandus, qui esto sit in Capitulo Generali eligendus, juxta tamen dispositionem Brevis S. M. Clementis XII. quod, scilicet, una simul cum ipso sint alii tres Patres nominandi, quorum alter, in defectu Procuratoris electi, arbitrio Ministri Generalis sufficiatur; Cumque in nupero Generali Capitulo Vallis-Oletano de anno 1740. ad tale munus fuerit assumptus A. R. P. Joan-

nes Jacobus de Vallico, qui jam demum fato cessit, Te, qui unus ex tribus ad hoc nominatis existis, de cujus vitæ integritate, prudentia, zelo, & ad hujusmodi onus ferendum idoneitate, Nos sumus certiores effecti, vigore præsentium in Romana Curia Nostrum Generalem Procuratorem loco supradicti Patris de Vallico instituimus, ac deputamus, cum facultate comparendi coram quovis Tribunali, tam Ecclesiastico, quam Sæculari, pro conservandis Ordinis Privilegiis, & Indultis, cœteraque omnia præstandi, quæ consimiles Procuratores Generales ad Apostolicarum, Nostrarumque Constitutionum præscriptum peragere consuevere, cum omnibus, & singulis exemptionibus, immunitatibus, & gratiis iisdem Procuratoribus de jure, vel consuetudine congruentibus; præcipientes omnibus Nostræ jurisdictioni subjectis in virtute sanctæ obedientiæ, nec non sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ut Te sic a Nobis institutum, & deputatum recipiant, recognoscant, & revereantur. Vale.

Datum Neapoli ex Nostro Conventu Sancti Didaci die 21. Augusti 1742.

F. Cajetanus de Laurino
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Gregorius a Turri
Secr. Gen. Ordinis.

Literæ Reverendissimi Patris Ministri Generalis convocatoriæ ad Congregationem Generalem intermediam habendam Barcinone anno 1743.

FR. CAJETANUS A LAURINO

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Patris Nostri Francisci Minister Generalis, & Servus &c.

Universis in Christo Jesu dilectissimis Fratribus, ac Sororibus, tam Superioribus, quam subditis Nostræ Obedientiæ in tota Familia Ultramontana concreditis, Spiritum Domini, Sanctam ejus operationem, Pacem, & Charitatem, Salutem, & vitam æternam.

Congregationem Generalem intermediam istius Nostræ Ultramontanæ Familiæ post triennii ab ultimo Capitulo Generali decursum in proximo imminentem, ac in Vigilia Pentecostes anni 1743. die prima Junii in Hispania, & in Nostro Conventu Sancti Patris Nostri Francisci Barchinonensi, ad tenorem Apostolicarum, & Generalium Nostri Ordinis Constitutionum, aspirante Patre luminum, sub Nostra assistentia, & Præsidentia, vel etiam Delegati Nostri, quando legitimo impedimento detenti simus, celebrandam, Vobis omnibus per præsentes notam facimus, & pronc Pastoralis Nostri Officii cura exigit, indicimus, & publicamus, atque ad ejus canonicam, & legitimam celebrationem, ac electionem præsertim Commissarii Generalis, & juxta percelebrem Unionis Bullam, harum serie, & ad præscriptum Statuti Generalis Romani de anno 1676. convocamus Patres omnes, quibus jus est in ipsa Generali Congregatione suffragium ferre, videlicet: Reverendissimum Patrem Fratrem Joannem de Bermejo ex-Ministrum Generalem, Reverendissimum Patrem Commissarium Generalem Familiæ, Reverendissimum Patrem Commissarium Generalem Indiarum, RR. Adm. PP. Commissarium Generalem Romanæ Curiæ, Generalem Procuratorem Discalceatorum, & Recollectorum, Definitores Generales Ordinis, & Nationum Hispanicæ, Gallicæ, & Germano-Belgicæ, tam primi, quam Tertii Ordinis, Observantes, Excalceatos, atque etiam Recollectos; Præcipientes omnibus, & singulis per sanctam obedientiam, & sub pœnis in Nostris Constitutionibus Generalibus contentis, quatenus opportuno tempore ad diem præfixam, Vigiliam nempe Ascensionis Domini, die vigesima secunda Mensis Maii ejusdem sequentis anni 1743. in præfato Nostro Conventu Barchinonensi personaliter compareant, nisi vera, & realis causa testimoniis fide dignis roborata, & a Definitorii Patribus approbanda, hujusmodi accessum excuset, impediatque.

Vocalibus præterea hujusmodi stricte mandamus, sub pœnis arbitrio Nostro infligendis, ut non nisi unicum dumtaxat socium eorum quisque secum ducat; & si expensæ aliquæ in itinere ex necessitate faciendæ sint, Tertiarium etiam deferre possint, qui Sindici Apostolici vices gerat, & ipsius nomine expensas prædictas inevitabiles faciat; supradictosque omnes in Domino monemus, & pro muneris Nostri debito hortamur, ut euntes, & redeuntes cum exemplari modestia, religiosa compositione, & gravitate se gerant, sicut decet S. P. N. Filios, sanctæ humilitatis, altissimæque paupertatis professores. Præcipientes insuper sub pœna Apostasiæ ipso facto incurrenda, aliisque arbitrariis, ne præter Patres supradictos cum suis Sociis, & eos, quibus a Nobis, aut Delegato Nostro concessa fuerit licencia specialis, nullus sub quovis prætexto, aut quæsito colore, ad præfatam Generalem Congregationem accedere, aut ad hunc effectum e propriis Provincia exire audeat, vel præsumat; Ministris autem Provincialibus, & Custodibus injungimus, ut, si quid dignum, aut commendabile, vel etiam necessario providendum, aut resolvendum cognoverint in propriis respectivis Provinciis, aut Custodiis, illud Definitoribus suæ Nationis commendent, vel ad Generalem Congregationem transmittant.

Denique, ut a D. O. M. bonorum omnium largitore actionum Nostratum directionem, & felicem agendorum successum impetrare valeamus, his Nostris Encyclicis Literis acceptis, ac in singulis Provinciis præfatæ Ultramontanæ Familiæ, earumque Communitatibus solemniter promulgatis, preces ad Deum fervide, & incessanter fundantur, & a Paschate Resurrectionis Domini supradicti anni, usque ad diem electionis faciendæ, qualibet quinta feria solemni festo non impedita, in singulis Conventibus decantetur Missa de Spiritu Sancto, ac ds eodem in Missis privatis a Sacerdotibus Collecta recitetur; In Choro post Matutinum, Vesperas, & Missam Conventualem, seu majorem, dicatur Hymnus *Veni Creator Spiritus* cum Antiphonis, & Orationibus de Spiritu Sancto, de Immaculata Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, & de Sancto Patre Nostro Francisco. Ab Ascensione autem Domini, usque ad prædictum Pentecostes festum exclusive, per Ecclesias, & Claustra solemnes fiant Processiones, in quibus Litaniæ Sanctorum cum Precibus, & Orationibus decantentur; In ipsaque Vigilia Pentecostes Religiosi omnes peccata sua devote confiteantur, quos Patres Confessarii

tii auctoritate Nostra ipsis per præsentes concessa, ab omnibus Casibus, & Censuris Nobis reservatis absolvere valeant; Sacerdotes celebrent, & alii Sacrosanctam Synaxim devotè sumant; summo mane sacrum etiam de Spiritu Sancto solemniter decantetur, fiatque Processio, ut supra. In quibus omnibus Religiosi singuli ad Deum pias preces effundere curent pro incolumitate Sanctissimi D. Nostri BENEDICTI PAPÆ XIV. S. R. E. exaltatione, hæresum extirpatione, & Christianorum Principum pace; memoresque sint Eminentissimi Domini Cardinalis de Aquaviva, totius Ordinis Nostri Protectoris vigilantissimi, & illorum insuper, quibus Nos, & Nostra Religio patrocinii, munificentiæ, & beneficii jure adstringimur; summam item, atque infinitam bonitatem ejus, & devote exorantes, ut quæ agenda sunt, ad sui laudem, & honorem, ad Nostri Ordinis incrementum, animarum salutem, totius Ecclesiæ suæ sanctæ utilitatem, & profectum cedant, ut ea præveniendo aspiret, & adjuvando prosequatur. Cæterum valere omnes, & in timore Domini permanere vos cupimus, & verba Sancti Patris Nostri Francisci usurpantes, precamur, ut Patris Vos adjuvet Potentia; Filii Vos dirigat Sapientia; & Spiritus Sancti Vos foveat clementia. Amen.

Datum Neapoli ex Nostro Conventu Sancti Didaci die 17. Septembris anni 1742.

F. Cajetanus a Laurino
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato suæ P. Rmæ
F. Joannes de Quevedo
Secr. Gen. Ordinis.

CONductor Vectigalium Civitatis Fani in Piceno inique præsumens Religiosos Observantes ad publica Vectigalia solvenda teneri, jussit satellitibus, ut eorumdem Fratrum grani molitores, quas in via deprehendissent, surriperent, atque auferrent. Satellites paruere mandatis, & quidem tanta audacia, ac violentia, ut in Fratres, qui aderant, quique Benefactorum eleemosynas viriliter, ac modeste tueri conabantur, arma moverint, turpissimisque verbis illos exceperint. Justæ proinde Nostræ querelæ ad Judicem Privilegiorum Ordinis Conservatorem delatæ sunt, qui cum Processum inire vellet, Conductor prædictus ad Auditorem Signaturæ Justitiæ appellavit, ut caussam ad Gubernatorem Fani spectare decerneret. Auditor tamen utriusque Partis rationibus perpensis, decrevit, ut sequitur, sub die 10. Decembris 1742.

Prævia circumscriptione omnium, & singulorum actorum, declaravit causam super prætenso exemptione a solutione Vectigalium macinati spectare ad Sacram Congregationem Immunitatis: quo vero ad violentas manus injectas in Religiosos, declaravit causam spectare, per modum compositionis tantum, ad Judicem Conservatorialem Privilegiorum, & amplius.

QUam sententiam sub die 12. Januarii 1743. confirmavit etiam Eminentissimus Præfectus, præsertim quoad secundam partem, in qua erat cardo difficultatis. Conductor iterum appellavit ad Auditorem Sanctissimi, qui sub die 9. Februarii ejusdem anni ita pronunciavit: *Prævia repositione a quocumque prætenso judiciali Decreto facto ab Auditore Signaturæ Justitiæ, & ab Eminentissimo Præfecto, declaravit causam spectare in prima instantia ad Reverendissimum Episcopum Fanen. tanquam Judicem ordinarium.*

Exinde deducant Judices Conservatores quanta nunc polleant auctoritate in judicandis Fratrum controversiis, in quibus Fratres ipsi sunt *Actores*, & non *Rei*, etiamsi de manifestis agatur injuriis, & violentiis, ne se implicent inutilibus, & dispendiosis disceptationibus.

Collegium Missionariorum PP. Observantium de Estornalbou Diœcesis Tarraconensis confirmatur, & in pristinum statum restituitur.

BENEDICTVS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

QUæcumque a Sede Apostolica ad promovendam, procurandamque Christifidelium salutem providentissime olim sancita, & decreta, interdum Romanus Pontifex de animarum salute sollicitus, sensim aliquos abusus in præscriptis ordinationibus, statutisque observandis, propter assiduas temporum vices, invectos animadvertens, pro sui pastoralis officii munere, abusibus opportune correctis, aliter sancire, & decernere cogitur. Nuper pro parte dilectorum filiorum Guardiani, Discretorum, & Missionariorum Collegii, seu Seminarii Sancti Michaelis de Estornalbou, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Diœcesis Tarraconensis, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositæ expositum fuit, quod alias idem Collegium, seu Seminarium, institutum, erectumque fuerat, juxta formam quarumdam rec. memor. Innocentii Papæ XI. Prædecessoris nostri in simili forma Brevis xxviii. Junii, & xv. Octobris respective diebus anni 1686. expeditarum literarum, & juxta Decretum ejusdem Congregationis die 16. Novembris 1688. editum, quod sane Decretum die 24. Januarii 1724. latum, denuo confirmatum extitit. Per hujusmodi vero Decretum declarabatur, Collegia, seu Seminaria Missionariorum, sive inter Christifideles, sive in partibus Infidelium ubicumque fundata, jurisdictioni pro tempore existentis Ministri Generalis dicti Ordinis immediate subjecta esse. Hac itaque ratione Collegium, sive Seminarium hujusmodi in perfecta regularis disciplinæ observantia diu permansit, & tum ob numerum Missionariorum, tum etiam ob uberrimos Missionum fructus auctum, amplificatumque fuit. Ab anno vero 1728. usque ad præsens, cum ex praxi quarumdam literarum felic. record. Benedicti Papæ XIII. itidem Prædecessoris nostri, quoque in simili forma Brevis die 16. Septembris 1727. expeditarum, per quas Seminaria, & Collegia Missionariorum dicti Ordinis in Provinciis Hispaniæ, sub Dominio charissimi in Christo Filii Nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici existentia, erecta, aliquibus tamen exceptis, sub obedientia, & regimine pro tempore existentium Ministrorum Provincialium posita fuerunt, & alias, prout in ejusdem Benedicti, & memorati Innocentii Prædecessorum literis, ac dictæ Congregationis Decretis, quorum, & quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius dicitur contineri, oriri cœpissent nonnullæ perturbationes, quæ non parum Exponentium præfatorum quietem, pacemque avocarent, iidem

Expo-

Exponentes ab omnimoda subjectione Collegii, seu Seminarii prædicti Ministro Provinciali hujusmodi, vigore dictarum literarum Benedicti Prædecessoris facta, ad evitandas, dirimendasque perturbationes præfatas, eximi plurimum desiderantes, ad eamdem Cardinalium Congregationem recursum habuerunt. Quæ quidem Congregatio, omnibus mature perpensis, edidit Decretum tenoris sequentis, videlicet:

DECRETUM

Sacræ Congregationis Generalis

DE PROPAGANDA FIDE

Habitæ die 15. Januarii 1743.

REferente Eminentissimo, & Reverendissimo D. D. Cardinali Caraffa, expositæ fuerunt preces PP. Guardiani, Discretorum, & Missionariorum Collegii, seu Seminarii Sancti Michaelis de Istornalbou, Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia in Diœcesi Tarraconen. videlicet, quod, cum idem Collegium, seu Seminarium institutum, & erectum fuisset juxta formam Brevium Ven. Servi Dei Innocentii Papæ XI. dat. die 28. Junii, & 16. Octobris anni 1686. & juxta Decretum hujus Sacræ Congregationis de Propaganda Fide editum sub die 16. Novembris 1638. quod deinde confirmatum extitit vigore alterius Decreti lati die 24. Januarii anni 1724. per quod declaratum fuit Collegia Missionariorum esse immediate subjecta Superiori Generali, sive sint fundata inter Christifideles, sive in partibus Infidelium, & ubicumque; diu in perfecta regularis disciplinæ observantia permansit, & plurimum auctum, & amplificatum fuit, tum numero Missionariorum, tum etiam uberrimis Missionum fructibus.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ab anno 1728. usque in præsens, non modicæ exortæ fuerint perturbationes, quæ non parum Religiosorum quietem, pacemque averterunt, eorumque animos a ferventi, & assiduo Missionum exercitio avocarunt, & praxi cujusdam Brevis san. mem. Benedicti PP. XIII. sub datum 16. Septembris 1728. cujus vigore, ad preces P. Joannis de Soto tunc Ministri Generalis Ordinis, Seminaria, & Collegia erecta in Provinciis Hispaniæ sub Dominio Regis Catholici, aliquibus tamen exceptis, posita fuerunt sub obedientia, & regimine Ministrorum Provincialium, prout latius in Oratorum precibus habetur; Eapropter suppliciter exorarunt, ut ad pristinam observantiam præfatum Collegium, seu Seminarium de Estornalbou, ad formam memoratorum Brevium Innocentii XI. reduceretur. Matura igitur indagine perpensis rationibus per Oratores fuse deductis, ac prævia informatione, & voto Patris Joannis Francisci Yduri Commissarii Generalis Curiæ pro Ultramontana Familia, Eminentissimi Patres unanimiter decreverunt, Collegium, de quo agitur, in pristinum statum esse restituendum, ad formam Brevis Venerab. Servi Dei Innocentii XI. non obstante Brevi san. mem. Benedicti XIII. si Sanctissimo placuerit. Quam sane Congregationis sententiam per R. P. D. Philippum de Montibus Secretarium relatam Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO divina Providentia PAPÆ XIV. in audientia habita die xxi. ejusdem mensis Januarii, Sanctitas Sua plene approbavit, & Breve desuper opportunum expediri mandavit.

Datum Romæ ex Ædibus ejusdem Sacræ Congregationis, die 11. Martii anno, quo supra.

Vinc. Card. Petra Præf.

Loco ✠ Sigilli.

Philippus de Montibus Secretarius.

Quoniam autem, sicut Exponentes præfati Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere cupiunt: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tamen consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præfatis Benedicti Prædecessoris, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Ordinis, Provinciæ, Conventus, seu Collegii hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Martii 1743. Pontificatus nostri anno tertio:

Pro D. Card. Passioneo.
Cajetanus Amatus.

INdicta per Ministrum Generalem, ut supra vidimus, Congregatione Generali intermedia Barcinone habenda hoc eodem anno, illa ob bellorum caussas cogi non potuit, obtinuitque Reverendissimus Pater Joannes *de la Torre* Breve Apostolicum, quo ad aliud triennium, & usque ad Capitulum Generale in Officio Commissarii Generalis Familiæ Ultramontanæ confirmatur, estque ut sequitur.

BE-

BENEDICTUS PP. XIV.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

Religionis Zelus &c. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Charissimus in Christo filius noster Phillippus Hispaniarum Rex Catholicus, quod cum Congregatio Generalis in Familia Ultramontana Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, pro electione alterius Commissarii, juxta literas Apostolicas, & Ordinis prædicti Constitutiones auctoritate Apostolica confirmatas, forsan jam indicta fuerit; dilectus vero Philippus Rex considerans, propter præsentium temporum calamitates, & mutua bellicos ubique urgentes, quod Vocalibus, qui Congregationi hujusmodi interesse debent, valde difficilis redditur accessus, tempusque determinationis ejusdem Commissarii imminere; ac proinde Ipse Philippus Rex, Te, qui, ut ipse asserit, Frater expresse professus Ordinis prædicti existis, & idem officium, alias tibi canonice demandatum, adhuc exercere pergis, in dicto officio ex animi sententia dilectorum filiorum Joannis Bermejo, Ex-Ministri Generalis, & Matthiæ de Velasco Commissarii Generalis Indiarum, ac omnium Provinciarum istarum partium a Nobis confirmari plurimum desiderat.

Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Philippi Regis votis in præmissis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, teque specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, te in præfati Commissarii officio ad triennium, & usque ad proxime venturum Capitulum Generale Ordinis hujusmodi, cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, Tibique idem Commissarii officium ad triennium, a die, quo Congregatio Generalis hujusmodi habenda foret, computandum, prorogamus, extendimus, & ampliamus.

Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrio nostro imponendis pœnis, omnibus, & singulis Ordinis prædicti Superioribus, Fratribus, & personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut te in Commissarii hujusmodi officio, illiusque libero exercitio, juxta tenorem præsentium, continuare sinant, & faciant, tibique in omnibus idem officium concernentibus, pareant, obediant, faveantque, & assistant respective; ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die tertia Aprilis 1743. Pontificatus Nostri anno tertio.

Loco ✠ Sigilli.

D. Card. Passioneus.

Confirmatur Decretum Sacræ Congregationis super libera facultate Provinciarum Indiarum constituendi Procuratores in quocumque loco pro earumdem negotiis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Joannetius de Molina, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Discalceatorum, & Recollectorum nuncupatorum Ultramontanæ Familiæ, quod alias exe'tata lite coram dilecto pariter filio Joanne Betmejo, tunc temporis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Ministro Generali, ac Indiarum Occidentalium Commissario Generali in Oppido Matriti, Toletanæ Diœcesis, tunc commorante, inter dilectum Itidem filium Bernardi.um a Sancta Maria, Procuratorem in Regio Conventu Sancti Ægidii Oppidi prædicti, & Provinciarum Sancti Gregorii Insularum Philippinarum, & Sancti Didaci Mexicani Ordinis Discalceatorum hujusmodi ex una, & dilectum etiam filium Josephum Terrubia, memoratæ Provinciæ Sancti Gregorii tunc temporis Custodem, & Procuratorem ex altera partibus, super usu mandatorum Procuræ suæ respective procurationis, aliisque dubiis in infradicenda Congregatione subinde propositis, Die 25. Februarii 1739. dictus Joannes Minister, & Commissarius Generalis sententiam ad favorem memorati Josephi pretulit, ac in eadem sententia, præter dubia controversa, alia quoque mandata, & decreta, non solum municipalibus statutis eorumdem Fratrum Discalceatorum, quibus ii, ad præscriptum plurimarum Constitutionum Apostolicarum regi, & gubernari debent, verum etiam quibusdam felic. record. Urbani PP. VIII. Prædecessoris nostri, in simili forma Brevis, die 22. Decembris 1642. quarum initium est: *Alias pro felic. &c.* expeditis literis, contraria, atque opposita adjecit: ea propter dictus Bernardus appellationem a sententia, & decretis hujusmodi ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum interposuit, quæ quidem Congregatio Cardinalium actorum trasmissionem ordinavit, quam quidem

quidem transmissionem dictus Josephus, auctoritate Regii Consilii Indiarum impedire conatus fuit, e contra Consiliarii hujusmodi, quippe qui non solum doctrina, sed pietate, & Religionis zelo præditi, præscriptum ab eadem Congregatione Cardinalium debitæ executioni demandari jusserunt; imo dilecto itidem filio Petro a Jesu, Fratri expresse professo, ac Provinciæ Sancti Gregorii hujusmodi Custodi, nec non dictæ, & alterius Sancti Didaci Provinciarum Procuratori deputato, Regias commendatitias pro petenda Alma Urbe nostra, & causa hujusmodi in his, quæ ad prædictas Provincias spectabant, definitione coram dicta Congregatione Cardinalium urgenda, concesserunt: demum propositis in ejusmodi Congregatione Cardinalium nonnullis dubiis, eadem Congregatio edidit Decretum tenoris sequentis, videlicet.

In causa Indiarum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum, vertente inter Patres Discalceatos Insularum Philippinarum, & Mexici ex una, & Patrem Commissarium Generalem Curiæ Hispanum ex altera partibus, proposita fuerunt infrascripta dubia.

Primo; An liceat Provinciis Indiarum constituere Procuratores sibi benevisos pro earum negotiis in quocumque loco, sine licentia, consensu, aut consilio Patris Commissarii Generalis Indiarum, in casu &c?

Secundo: An Procuratores ut supra constituti, vel constituendi, præter literas obedientiales, & mandatum Procuræ, teneantur quoque ostendere eidem Commissario Generali instructiones secretas, & singula negocia sibi per Provincias commissa, & propterea an sententia dicti Reverendissimi Patris Commissarii Generalis Indiarum in hac parte sit confirmanda, vel infirmanda in casu &c?

„ Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Ro-
„ manæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consulta-
„ tionibus Episcoporum, & Regularium præposita,
„ referente Eminentissimo Firrao Præfecto, ac Po-
„ nente, re mature perpensa, censuit respondendum,
„ dum, prout respondit, nempe: ad primum *affirma-*
„ *tive*: qui ad secundum *negative*, & propterea *sen-*
„ *tentiam Patris Commissarii Generalis esse infirman-*
„ *dam*. Romæ 17. Maii 1742.

J. Cardinalis Firrao.

Loco ✠ Sigilli.

C. Arch. Damiat. Secr.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Petrus Joannetius Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos specialem Petro Joannetio, ac Petro Custodi, nec non Provinciis præfatis gratiam facere volentes, dictorumque Petri Joannetii Procuratoris Generalis, & Petri Custodis singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis, super hoc humiliter porrectis inclinati; Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: Salva tamen semper in præmissis, auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium.

Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis Apostolicæ Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Julii 1743. Pontificatus nostri anno tertio.

Dominicus Card. Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

Confirmantur literæ Apostolicæ Clementis XI. de Visitatoribus Provinciarum Discalceatorum in Brasilia.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

IN supremo militantis Ecclesiæ solio, per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, constituti, ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris pro felici, prosperoque Religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei pie, Sancteque institutorum, ac uberes bonorum operum fructus, adspirante superni favoris auxilio, proferre jugiter satagentium, regimine, & gubernio provide, prudenterque disposita, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata serventur, Apostolici muniminis nostri patrocinio libenter roboramus, ac alias desuper disponimus, sicut omnibus maturæ considerationis trutina perpensis, salubriter in Domino expedire arbitramur. Aliæ siquidem a fel. record. Clemente Papa XI. Prædecessore nostro emanarunt quædam in simili forma Brevis literæ tenoris sequentis, videlicet: CLEMENS PAPA XI. *Ad futuram rei memoriam*. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius a Plagis &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 7. Septembris 1717. &c. *Ut supra Part. I. pag. 562. A.*

Cum autem, sicut dilectus Filius Paulus à Nativitate, Frater expresse professus, ac Custos, nec non Procurator Generalis Provinciæ sub invocatione Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ Fluminis Januarii in Brasilia, Ordinis Minorum Sancti

cti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, quod ministri Generales, seu Commissarii Generales pro tempore existentes, dictam nominationem non semper attendentes, Commissarium, & Visitatorem prædictum ex alia Provincia eligunt ex cujus electione non paucæ perturbationes in eadem Provincia evenire solent, ac proinde dictus Paulus Custos, & Procurator hisce incommodis opportunis rationibus occurrere, sibique in præmissis opportune provideri, &, ut infra, indulgeri summopere desiderat. Nos igitur ipsum Paulum Custodem, & Procuratorem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas Clementis Prædecessoris literas, cum omnibus, & singulis in eis contenta, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, ac, quatenus opus sit, innovamus; illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; Insuper, si contingat in Ministrum Provincialem supradictæ Provinciæ electum esse Europæum, tunc pro Commissario Visitatore eligatur, seu deputetur unus ex Brasilia; si autem Minister Provincialis fuerit ex Brasilia tunc in Commissarium Visitatorem constituatur unus ex Europa, eaque nominatio sic a prædicta Provincia peracta, ad Ministros Generales, seu Commissarios Generales pro tempore existentes remitti debeat, qui prædictam methodum invertere minime possint, & multo minus, ad evitanda quamplurima incommoda, & maximas, gravissimasque expensas ex deputatione Commissariorum Visitatorum alterius Provinciæ provenientes, necessarias, Commissarios Visitatores ex aliis Provinciis mittere, & nominare debeant, auctoritate, & tenore præsentis volumus, præcipimus, & mandamus, & quatenus Ministri Generales, seu Commissarii Generales pro tempore existentes in Commissarium Visitatorem aliquem ex aliena Provincia Fratrem elegerint, & deputaverint, si dictæ Provinciæ pro tempore pariter existentes Ministri Provinciales, & Definitores Provinciales, aliique dictæ Provinciæ Fratres, Visitatores hujusmodi recipi, & admitti recusaverint, nullam inobedientiæ pœnam incurrant, seu incurrisse dici, vel censeri possint, dicta auctoritate decernimus, & declaramus.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, & adimpleri. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & hujus Sanctæ Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, & singulis, quæ idem Clemens Prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem

Chronol. Seraph. *

sub Annulo Piscatoris, die 17. Augusti 1743. Pontificatus nostri anno tertio.

D. Cardinalis Passioneus.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

Statuitur, ut ad minus quatuor vicibus quolibet anno, Adventus, & Quadragesimæ temporibus, commendentur fidelium pietati Loca Terræ Sanctæ in Sacris Concionibus, vel aliis Ecclesiasticis functionibus ubique locorum fieri consuetis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

EManarunt nuper a Nobis quædam literæ in simili forma Brevis expeditæ tenoris sequentis, videlicet -- *BENEDICTUS PP. XIV. Ad futuram rei memoriam. Salvatoris, & Domini Nostri JESU CHRISTI &c.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Januarii MDCCXLI. Vide supra Tor. II. pag. 247. A.

Cum autem, sicut dilecti filii moderni Procurator, & Commissarius Generalis Terræ Sanctæ hujusmodi, Nobis nuper exponi fecerunt, licet necessitates Terræ Sanctæ prædictæ propositæ, & commendatæ sint, nihilominus Eleemosinæ pluribus abhinc Annis, ob præsentium temporum calamitates, ita tenues sint, ut Exponentes prædicti necessitatibus hujusmodi præsto esse nequeant, ac propterea opportune sibi in præmissis a Nobis provideri, & ut infra, indulgeri summopere desiderent. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, nec non omnibus, & singulis quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutorum Regularium Generalibus per præsentes committimus, & mandamus, *ut ad minus quatuor vicibus quolibet anno, Adventus, & Quadragesimæ Temporibus*, tam per verbi Dei Prædicatores in suis Sacris Concionibus, quam in quibusvis aliis actionibus, & functionibus publicis, necessitates ejusdem Terræ Sanctæ proponi, & commendari curent, & faciant. Ac insuper, ut Parochialium Rectores, aliarumque Ecclesiarum Administratores unum, seu plures viros probos ad colligendas eleemosynas hujusmodi in earum Ecclesiis statutis diebus deputent, qui statim Eleemosinas collectas in eorum manibus consignari debeant, & faciant, qui elapsis Adventus, & Quadragesimæ Temporibus ad proprios Ordinarios pecuniam sibi consignatam transmitti debeant, dictique Ordinarii eam Sindicis in earum respective Diœcesibus ad hoc deputatis consignari curent, & faciant, servata in reliquis prædictarum literarum forma, & dispositione, auctoritate Apostolica tenore præsentium, volumus, præcipimus, & ordinamus, contrariis non obstantibus quibuscumque. Volumus insuper, ut earumdem præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impres-

pressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xx. Augusti MDCCXLIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Pro Domino Card. Passioneo.

Cajetanus Amatus.

DECRETUM

Quo declarantur jura Ex-Procuratorum Generalium Discalceatorum, & Recollectorum.

Nos Frater Cajetanus a Laurino, Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis pro Regali Congressu Immaculatæ Conceptionis Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, Commissarius, Visitator Apostolicus, & Servus.

ATtentis retroscriptis precibus innixis Decreto Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, quo in institutione Procuratoris Generalis Discalceatorum, & Recollectorum Ultramontanæ Familiæ, expressis, & clarissimis verbis conceduntur iisdem Procuratoribus eadem Privilegia, & prærogativæ, quibus fruuntur Procuratores Generales in Familia Cismontana Reformatorum, cum ex Decreto in omnibus debeant esse similes &c. Quod quidem Decretum confirmatum vidimus per san. mem. Clementem XI. sub die 12. Martii 1705. cognito etiam nobis præfatos Procuratores Generales Reformatorum Cismontanæ Familiæ, inter alia, etiam constanter privilegio frui Socii grati, ac voti perpetui in propria Provincia, uniformiter ad Constitutionem latam per san. mem. Alexandrum VII. quæ incipit: *Ratio justitiæ exigit &c.* consequenter ad expressa verba præfati Decreti Sacræ Episcoporum Congregationis confirmati auctoritate Clementis, ut supra, quo Procuratores Generales Excalceatorum, & Recollectorum prorsus ponuntur in eodem gradu, in quo Procuratores Generales Cismontani Reformatorum sunt constituti, qui quidem gaudent præfatis juribus, nec non præcedentia super omnes Provinciæ Patres, ac etiam super Definitores Generales, dum actu exercent officium Procuratoratus, & Ex-Definitores Generales, expleto officio Procuratoratus hujusmodi, uniformiter ad alia Decreta, & praxim prædictæ Cismontanæ Familiæ, tenore præsentium, & in virtute sanctæ obedientiæ, præcipimus, & mandamus omnibus Superioribus, & Subditis Familiæ Ultramontanæ, quatenus in executione prædicti Decreti Sacræ Congregationis in institutione præfatorum Procuratorum emanati, non audeant, vel præsumant eosdem Procuratores Generales Excalceatorum, & Recollectorum super jura, Privilegia, & præeminentias, seu præcedentiam, suffragium in Capitulis &c. quibus gaudent Procuratores Generales Reformatorum Cismontanæ Familiæ, molestare, seu deturbare, quin imo assistentiam, & favorem eisdem præstare teneantur, sub poenis in contrafacientes taxatis pro Rebellibus, & inobedientibus.

Datum Romæ ex nostro Aracœlitano Conventu, die 4. Septembris 1743.

Loco ✠ Sigilli.

F. Cajetanus a Laurino
Minister Generalis.

De mand. Suæ Paternitatis Rmæ.
F. Joannes Carbonell
Secr. Generalis Ordinis.

Decisiones Sacræ Rotæ super præcedentia, quæ competit Fratribus Secularibus Tertii Ordinis S. P. N. Francisci.

R. P. D. DE VAIS

Gadicen. Juris præcedendi super bono jure.

Lunæ 11. *Martii* 1743.

ULtra alias singulares prærogativas, quibus a diversis Summis Pontificibus decoratus fuerat *Ordo* Tertiariorum S. Francisci nuncupatus *de Pœnitentia* confirmatas, & longe erectas a san. mem. Benedicto XIII. in sua Constitutione, quæ incipit: *Paterna*, idem Summus Pontifex subsecutis litteris incipientibus: *Ad nostram audientiam*, expeditis in forma Brevis die undecima Kalendas Augusti, anni millesimi septingentesimi vigesimi octavi, concessit iisdem Tertiariis incedentibus sub propria, vel Fratrum Minorum Cruce, & proprio indutis habitu ab ejusdem Ordinis Constitutionibus designato, præcedentiam in omnibus Ecclesiasticis functionibus supra omnes, & quascumque Confraternitates Laicales, etiam speciali nota dignas, non obstante quacumque contraria, tam consuetudine, quam re judicata.

Hanc Pontificia lege constitutam præcedentiam impugnare fategit Ven: Confraternitas Sanctissimi Sacramenti Civitatis Gadicensis: qua de causa, delata controversia ad Curiam Episcopalem ejusdem Civitatis tam super manutentione, quam super bono jure, dict. Ven: Confraternitas voti compos in omnibus effecta fuit, eamdemque sortem experta est devoluta causa ad nostrum Tribunal, ut ex Decisionibus die 23. Martii 1735. Reverendissimi Crescentii, quæ, Tertiariis non comparentibus, confirmari promeruerunt coram eodem die 9. Martii 1736. in quarum sequelam emanavit sententia Rotalis in contumaciam, pariter confirmata, die 9. Junii 1738. coram R. P. D. meo Peralta, cum illius successiva sententia.

Post hæc Tertiarii ab eorum contumacia resipiscentes, recursum habuerunt ad Signaturam justitiæ, & obtenta commissione cum clausula, *de Causis*, eaque mihi directa, hoc mane, una cum dubio respiciente manutentionem, de quo in contemporanea Decisione, proposui infrascriptum, respiciens bonum Jus, *an constet de causis restitutionis in integrum*, cui DD. responderunt *constare de Causis juxta modum*.

Injustitia sententiarum, quæ viam sternit restitutioni in integrum, juxta dispositionem *Text. in leg. 4. Condemnatum, ff. de Re judicata*, apparuit ex supradictis litteris expeditis in forma Brevis sanctæ mem. Benedicti XIII. in quibus, cum clare, & literaliter elucescat facrit præfato Tertiariorum Ordini præ-

ni præcedentiam in omnibus Ecclesiasticis functionibus supra quascumque Confraternitates Laicales, etiam speciali more dignas, sententiæ illam denegantes, uti adversativæ concessioni Pontificiæ, redduntur injustæ; ut ait Rot. *in Milevitana nullitatis brevis* 20. *Junii* 1727. Ratio in fin. coram bon. mem. Cornelio, & in Colonien. *Canonicatus super executione litterarum Apostolicarum* 27. *Aprilis* 1731. §. 2. *in fin.* coram Reverendissimo Crescentio. Quin subsistat laudatum Breve suam non promereri executionem, ob superventam Bullam san. mem. Clementis XII. quæ incipit; *Romanus Pontifex*, in qua revocando præcedentes Constitutiones san. mem. Benedicti XIII. quas inter etiam illam superius expositam incipient. *Paterna*, dici debeat revocassa etiam dictum Breve consecutorium, & accessorium dictæ Constitutioni, ut arguit Rot. *Decis.* 144. *num.* 10. *part.* 10. *Recent.* & *in Essendien. Præpositura*, 3. *Decemb.* 1704. §. *Sed. en*, coram Reverendissimo Calcagnino.

Quandoquidem, cum Bulla san. mem. Clementis XII. specifice enumeraverit Bullas, & Constitutiones san. mem. Benedicti XIII. quas revocare, aut moderari voluit, talis revocatio extendi nequit ad comprehensionem Brevis non enunciati in dicta Bulla Clementina, ut apposite Rot. *decis.* 533. *num.* 44. & 45. *part.* 14. *Recent*, & *in Leodien. Canonicatus* 9. *Maii* 1727. §. *Respectu*, coram clar. mem. Card. Corio: & licet inter Bullas, seu Constitutiones enumeratas in dicta Clementina, habita fuerit expressa mentio de Constitutione, quæ incipit: *Paterna* directa ad Tertiarios, quos san. mem. Benedictus XIII pluribus prærogativis, & privilegiis speciali munificentia prosequi voluit; non inde tamen resultat ipsum san. mem. Clementem XII. revocasse Breve Benedicti XIII. loquens de præcedentia, quam impertitus fuit Ordini Tertiariorum, de qua non disposuit dicta Constitutio, per Pignatell. *Consult. Canon.* 71. *num.* 2. & 3. *tom.* 9. *Rot. in dicta Leodien. Canonicatus* 9. *Maii* 1727. §. *Respectu in fin.* coram clar. mem. Cardin. Corio.

" Nec ex privilegiis, & prærogativis concessis Ordini Tertiariorum a san. mem. Benedicto XIII. in dicta ejus Constitutione *Paterna* argui potest aliqua dependentia subsecuti Brevis, disponentis de prærogativa præcedentiæ, quia, cum ratio motiva Brevis constituta non fuerit in privilegiis, & prærogativis antea ab eodem Summo Pontifice concessis, sed in qualitate Ordinis, ex quo Tertiarii, licet Sæculares, habendi sunt ad instar Regularium, cum eorum Institutum a D. Francisco fundatum, & a Sancta Sede approbatum fuerit, ratio Brevis, quæ suum recipit a jure fomentum; ut probant Portell. *de Dub. Regular. Verb. Tertiarii num.* 4. Leander. *Oper. Moral. Tom.* 7. *art.* 2. *disput.* 4. *quæst.* 3. & *in Summ. Verb. Tertiarii num.* 2. Eminentissimus Petra *ad Constitutionem* 2. *Nicolai IV. num.* 3. & 4. *tom.* 3. Rot. *decis.* 598. *num.* 7. *part.* 5. Recent. excludit quamlibet dependentiam Brevis a Constitutione *Paterna*, fundata in sola S. Pontificis liberalitate. Rot. *decis.* 4. *num.* 4. *in fin. de Pension.* coram Falconerio.

Quemadmodum igitur laudatum Breve non subjacet revocationi contentæ in Bulla Clementina, tum quia de eo nulla habita fuit specialis mentio, ad differentiam aliarum Constitutionum; tum quia nullimode dependet a Constitutione *Paterna* expresse revocata in eadem Bulla Clementina; ita etiam recurri non potest ad illius finalem rationem sedandi rumores, qui de die in diem oriebantur, occasione dd. Constitutionum san. mem. Benedicti XIII. *Chronol. Seraph.* "

quasi quod stante hac generali ratione, utpote verificabili etiam in controversis, præcedentia concessa in dicto Brevi, ipsum Breve, æque ac supradictæ Constitutiones Benedictinæ, reputari debeat comprehensum in Bulla Clementina. Rot. *decis.* 149. *num.* 15. & 16. *part.* 19. *Recent. decis.* 34. *num* 16. coram Ansald. *decis.* 1190. *num.* 4. & *decis.* 1271. *num.* 3. coram Lancetta.

Omisso enim rationem finalem dictæ Bullæ, quæ suum plenarium effectum sortitur in Constitutionibus in ea expressis trahendam non esse ad comprehensionem Brevis, de quo in dicta Bulla nulla habita fuit mentio, ut ponderat Rot. *in Romana, seu Mantuana Pensionis* 9. *Aprilis* 1731. §. *Facile*, coram Reverendissimo P. D. Calcagnino.

Urget animadverso identitatem rationis nequaquam revera subsistere; quia finis sedandi jam excitatos rumores, mutuamque, & vere Christianam servandi pacem inter Episcopos, & Regulares Familias, ac etiam inter Sæculares Ordines, & sodalitates publicas, expressus in Bulla Clementina, verificari quidem poterat in privilegiis munificenter concessis a san. mem. Benedicto XIII. in suis Constitutionibus, quarum occasione rumores ortum habuerant, & quæ Christianam pacem subvertere poterant: nullo tamen modo aptari dispositioni Brevis, quod concedendo dumtaxat Ordini Tertiariorum, qui processerint cum proprio habitu per Ordinis Constitutiones designato, præcedentiam supra Laicales Confraternitates nullam præbere poterat causam excitandi rumores, & perturbandi religiosam tranquillitatem, cum dispositio dicti Brevis non aliud præseferat revera, quam quod magis dignus præcedat minus digno; ut probant Bordon. *Var. resol.* 75. *num.* 12. & 13. Lezan. *Oper. Moral. tom.* 7. *art.* 1. *disput.* 4. *quæst.* 14. *num.* 27. Sylver. *in Opusc. de Tertiar. quæst.* 2. *num.* 8.

Quemadmodum itaque DD. recognoverunt Breve Benedictinum in suo robore adhuc permanere, ita non curarunt de prærogativis assistentibus Ven. Archiconfraternitati, licet in judicio confirmatis, quibus omnibus in dicto Brevi derogatum fuerat, sed dumtaxat animadvertentes Breve qualificatum allegari non posse deficiente qualitate per summum Pontificem requisita; ut monet Rot. *decis.* 578. *num.* 4. *part.* 11. *Recent. decis.* 59. *num.* 15. coram Caprar. & *decis.* 817. *num.* 5. coram Molinea, modum resolutionis addiderunt, nempe omnes Tertiarios in publicis functionibus incedere debere cum habitu exteriori proprii Ordinis, ad formam ejusdem Brevis san. mem. Benedicti XIII. prout ipsi quoque propriam obligationem dignoscentes decreverunt.

Nihil refert hujusmodi Decretum attendi non posse uti superventum post rem judicatam S. Triosalis denegantem Tertiariis præcedentiam supra Archiconfraternitatem; quia res judicata loquens in casu, quo Tertiarii non gestent habitum exteriorem Ordinis, obstare nequit executioni Brevis Benedictini, quoties Tertiarii ad illius formam decreverunt ipsos cum illo incedere velle. Et ita &c. Utraque &c.

EADEM SUPER MANUTENTIONE

Lunæ 11. *Martii* 1743.

Conteporanee ad dubium super bono jure exquisivi DD. meos super altero respiciente manutentionem: *An constet de Causis restitutionis in integrum*: cui responsum dederunt: *Constare de Causis juxta modum*.

Quemadmodum enim fuerunt in sensu constare de bono jure Tertiariorum praecedendi in Ecclesiasticis functionibus Archiconfraternitatem SS. Sacramenti, dummodo deferant exteriorem habitum eorum Ordinis, ad formam Brevis san. mem. Benedicti XIII. ita hoc modo censuerunt illis concedendam esse manutentionem, juxta stylum nostri Tribunalis regulandi manutentionem, non a sola possessione, sed a substantia boni juris, una simul recognita, ut passim respondit Rot. & signanter *in decis.* 260. n. 2. coram Crispo, & in Vicen. *Juris admittendi Presbyteros super manutentione, & attentatis*, 12. *Februarii* 1734. §. *Porro*, coram clar. mem. Card. Corio. Et ita &c. utraque &c. Romae 1743.

VAJUS MARIA DE VAIS,

Juris utriusque Doctor, ac Sanctissimi Domini Nostri Papae Cappellanus, ac ipsius Sacri Palatii Apostolici causarum, & Sacrae Romanae Rotae Auditor, & in causa, & causis, ac partibus infrascriptis Judex Commissarius, Apostolica auctoritate specialiter electus, & deputatus.

Universis, & singulis hoc praesens publicum sententiae diffinitivae instrumentum visuris, lecturis & audituris, omnibusque aliis, & singulis, seu quomodolibet interesse putant. quibuscumque nominibus censeantur, & quacumque praefulgeant dignitate, Salutem in Domino.

Noveritis, quod alias introducta coram Nobis, in vim specialis Commissionis S. D. N. Papae, lite, & causa inter Venerabilem Tertium Ordinem Poenitentiae Sancti Francisci, scilicet in Domo magna Civitatis Gadicensis ex una, & Venerabilem Confraternitatem Sanctissimi Sacramenti, erectam in Venerabili Ecclesia Cathedrali ejusdem Civitatis Gadicensis ex altera partibus, de, & super contentis in infrascripta sententia, fuit in eadem causa, ad quam plures actus, & terminos judiciarios coram Nobis inter easdem partes rite, & legitime processum, & formato desuper particulari dubio, illoque in Sacrae Rotae Auditorio per Nos proposito, ibique ad plenum, & mature discusso, & ad favorem Venerabilis Tertii Ordinis Sancti Francisci Poenitentiae, scilicet in Domo magna Civitatis Gadicensis principalis, resoluto, tandem servatis omnibus de jure, & stylo servandis, solitis, & consuetis, cognitisque ad plenum hujus causae meritis, & legitime citato coram Nobis, & de mandato Nostro, Domino Flavio Bravi, Procuratore Venerabilis Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti, erectae in Venerabili Ecclesia Cathedrali ejusdem Civitatis Gadicensis ex adverso principalis, ad infrascripta, & pro die infrascripta, qua adveniente, de Reverendissimorum PP. DD. Coauditorum voto, consilio pariter, & assensu, quibus de hujusmodi causae meritis relationem plenariam fecimus fidelem Nostram, ad favorem Venerabilis Tertii Ordinis Poenitentiae Sancti Francisci, scilicet in Domo magni Civitatis Gadicensis principalis, tulimus, & in scriptis promulgavimus sententiam definitivam hujusmodi, sub tenore, videlicet.

Christi nomine invocato, pro Tribunali sedentes, & solum Deum praeoculis habentes, per hanc Nostram definitivam sententiam, quam de RR. PP. DD. Coauditorum Nostrorum consilio, voto pariter, & assensu, in his scriptis ferimus in causa, & causis, quae primo, & in prima coram Ordinario Gadicensi, secundo, & in secunda coram R. P. D. Crescentio, tunc Coauditore Nostro, nunc Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali; tertio, & in tertia, coram R. P. D. Peralta, Nostro pariter Coauditore; & quarto, & in quarta, seu alia veriori, coram Nobis in gradu restitutionis in integrum versae fuerunt, & vertuntur instantia inter Venerabilem Confraternitatem Sanctissimi Sacramenti, erectam in Venerabili Ecclesia Cathedrali Civitatis Gadicensis, actorem, & appellatam, ex una, & Venerabilem Tertium Ordinem Poenitentiae Sancti Francisci, scilicet in Venerabili Conventu Sancti Francisci Domo magna ejusdem Civitatis Gadicensis, Reum conventum, & appellatum, partibus ex altera, de, & super restitutione in integrum, adversus rem judicatam. coram eodem R. P. D. meo Peralta emanata, qua fuit declaratum competiisse, & competere dictae Venerabili Confraternitati jus praecedendi super dicto Venerabili Tertio Ordine Sancti Francisci in omnibus, & singulis processionibus, & functionibus quibuscumque, tam in dicta Civitate Gadicensi, quam alibi, quavis causa, & occasione faciendis, rebusque aliis in processu causae, & causarum hujusmodi latius deductis, Inhaerentes decisionibus coram Nobis sub die 21. Martii proxime praeteriti emanatis, ad quas &c. Dicimus, decernimus, ac definitive sententiamus, firmo tamen remanente mandato super manutentione in jure praecedenti, per Nos sub hodierna die, favore dicti Venerabilis Tertii Ordinis relaxato, constitisse, & constare de causis restitutionis in integrum adversus rem judicatam, & supra coram R. P. D. Peralta emanatam, maleque, & perperam per ipsum fuisse, & esse judicatum, beneque fuisse, & esse appellatum per dictum Venerabilem Tertium Ordinem, proindeque illius sententiam definitivam fuisse, & esse, juxta tamen modum infra dicendum, revocandam, & annullandam, prout revocamus, & annullamus, & pro revocata, & annullata haberi volumus, & mandamus, & pro effectu revocationis hujusmodi dicimus, decernimus, declaramus, & definitive sententiamus competiisse, & competere dicto Venerabili Tertio Ordini Sancti Francisci, ejusque Tertiariis, quatenus incedentibus cum habitu exteriori proprii Ordinis, ad formam Brevis san. mem. Benedicti XIII. jus praecedendi dictam Venerabilem Societatem Sanctissimi Sacramenti in omnibus, & singulis processionibus, & functionibus quibuscumque in dicta Civitate Gadicensi faciendis, quacumque causa, & occasione, prout tale jus praecedendi eidem Venerabili Tertio Ordini competiisse, & competere declaramus, & pro declarato haberi volumus, & mandamus, perpetuumque silentium super praemissis imponendum fore, & esse dictae Venerabili Societati Sanctissimi Sacramenti, prout Nos per praesentes imponimus, victumque victricae in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure, imposterum reservamus, & ita dicimus, decernimus, declaramus, atque definitive pronunciamus, non solum praemisso, sed omni alio meliori modo.

Ita pronunciavi, Ego Vajus Maria de Vais, Sacrae Rotae Auditor, & Judex Commissarius.

Lecta, lata, & promulgata fuit supra inserta definitiva sententia per Nos Vajum Mariam de Vais, S. R. A. Judicemque Commissarium praefatum. Romae in Cancellaria Apostolica, & in Aedibus, in quibus jura audi solent de mane, hora audientiae causarum consueta, ad jura redden. & causas audien. sub anno a salutifera Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo quadragesimo tertio, Indictione sexta, die vero septima Mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri, Domini BENEDICTI, Divina

vina

vina Providentia PAPÆ XIV. anno ejus quarto. In quorum fidem præsens publicum sententiæ definitivæ instrumentum fieri, & per infrascriptum Notarium nostrum subscribi, & publicari mandavimus, sigilloque in similibus uti solito, & consueto fecimus communiri.

Datum Romæ in loco, ubi supra, die, mense, Anno, indictione, & Pontificatu, quibus supra. Præsentibus DD. Vincentio Cuellio, & Cyriaco Blondo, Con-Notariis, de quibus &c.

Et quia Dominus Philippus Ouccumoe, Sacri Palatii Apostolici Causarum, & Sacræ Romanæ Rotæ Notarius, de præmissis rogatus fuit, ideo, ego Marcus Antonius Lotti, ejusdem Sacræ Rotæ Cappellanus, & Notarius Sanctissimo deputatus, hoc præsens publicum sententiæ instrumentum, ad effectum ostendendi, subscripsi, & publicavi requisitus.

Loco ✠ Signi.

Loco ✠ Sigilli.

DECRETUM.

Reverendissimi Patris Generalis circa executionem Literarum obedientialium, quas dare solent Superiores Generales in hac Cismontana Familia.

CUM ad frænandam nonnullorum vagationem, & inobedientiam coercendam, fuerit in Capitulo Generali Romano anno 1688. tit. pro Cismontana Familia num. 1. statutum, quod obedientiales literæ Superiorum Generalium exequi nequeant, absque consensu Provincialis, sub Apostasiæ nota, ortum est dubium: An sub hac dispositione, ac pœna comprehensi quoque intelligantur ii, qui præfatis obedientialibus literis in aliquo determinato Conventu extra Provinciam collocantur, sive ad aliquod determinatum munus, ac officium eliguntur &c. Nos igitur omnes dubietates dirimere cupientes, de consilio, & voto nonnullorum Patrum nostri Discretorii Generalis, auctoritate, qua fungimur, dicimus, & declaramus, eos minime comprehendi: & ita ab omnibus nostræ Cismontanæ Familiæ Subditis, tam Observantibus, quam Reformatis observari mandamus.

Datum Romæ ex Aracœlitano nostro Conventu, die 5. Februarii 1744.

Loco ✠ Sigilli.

F. Cajetanus a Laurino
Minister Generalis.

EPISTOLA ENCYCLICA

Ministri Generalis ad universam Cismontanam Familiam de pie recolenda nostrorum Fratrum Defunctorum memoria.

FRA GAETANO DI LAURINO

Lettor Giubilato, nel Real Congresso di Madrid per l' Immaculata Concezione Teologo, Commissario, Visitatore Apostolico, e di tutto l' Ordine de' Frati Minori Ministro Generale, e Servo nel Signore.

Alli Molto Amati, e diletti in Christo RR. PP. Ministri Provinciali, Superiori, e Sudditi della nostra Cismontana Famiglia tanto Osservanti, quanto Riformati Salute, e vera Pace nel Signore.

CON altra nostra Circolare, sin dal principio del nostro Governo, incaricammo alle Provincie, anche per Oracolo avuto da Nostro Signore Papa BENEDETTO XIV. felicemente Regnante, che si facesse giornalmente una memoria in suffragio de nostri Religiosi trapassati, a qual' effetto ordinammo, che giusta il lodevole costume di alcune Provincie, si raccogliessero le memorie dell' anno, mese, e giorno, per quanto è possibile, della morte de' Religiosi, e che poi riducendo il tutto in un libro separato, si tenesse l' ordine seguente, scrivendo così:

In questo giorno nell' anno N. morì NN.

In questo medesimo giorno Anno N. morì parimente NN.

E così degli altri morti nel giorno stesso, ancorchè con variazione di Anni.

E che poi ogni giorno nel principio della commune Refezione si leggesse dal solito Lettor di mensa la detta disposizione ordinata per giornate, coll'annotazione dell' Anno, per quanto è possibile, da ritroversi negli Archivj, e che dopo la detta lettura giorno per giorno, si dicesse dal suddetto Lettore: *Quorum Animæ, aliorumque ob negligentiam omissorum, per misericordiam Dei requiescant in pace:* E che immediatamente intonandosi dal Superiore il *De profundis*, fosse seguitato dalla Communità, con aggiungersi dall' Eddomadario l' Orazione *Absolve Domine Animas Fratrum nostrorum &c.* Cominciandosi poi la benedizione della Mensa, secondo il solito; o pure dicendo il detto *De profundis* dopo la benedizione.

Ma perche non sentiamo generalmente eseguita questa lodevole Ordinazione in suffragio giornale de nostri Defonti: perciò ripigliando il già detto Oracolo di Nostro Signore, con nostra ancora autorità ordinaria, e delegata Apostolica, vogliamo, che incontanente s' ordini dagli Archivj d' ogni Provincia il detto Registro de morti, respettivamente per ciascheduna Provincia, e che si legga, e si faccia il giornale suffragio, come di sopra; avvertendo, che il Registro si faccia per giornate, come per esempio: *il dì primo Luglio dell' anno &c. morì &c.* e così *secondo, terzo &c.* lasciando uno spazio conveniente tra l' una giornata, e l' altra per notarvi quei, che moriranno in appresso.

Questo Registro dovrà essere d' una mediocre gran-

grandezza, purche sia capace di registrare i detti Defonti giornata per giornata, secondo il giudizio de RR. PP. Provinciali, dando Noi a medesimi il tempo di due mesi per compilarlo dagli Archivj delle Provincie, e mandarne la copia a ciascun Convento, affinchè ogni Guardiano lo faccia mettere in polizia, e leggerlo, come di sopra. Ognun vede, che questa è un opera di somma pietà, e carità; onde qualunque R. Provinciale deve insistere a tutto potere, come lodevolmente si prattica in molte Provincie, e come specialmente, da che eravamo in istato minore, nella Provincia di Bologna, abbiam veduto colà con molta lode pratticare. Per la qual' opera diamo a tutti il merito della Santa Ubbidienza.

Vogliamo ancora, che giusta il lodevole costume di molte Provincie, ed altri instituti, nella morte del Padre, o Madre di qualsisia Religioso, avutone l' avviso i RR. PP. Provinciali, per attestati autentici de Parochi, se ne passi la lettera a Conventi respettivamente, affinchè si celebri il suffragio, almeno d' una Messa cantata per ogni Convento, quattro basse per i Conventi maggiori, e due per li minori, che dovranno recitarsi dallo stesso Figlio, se sarà Sacerdote, oltre qualche Messa, che secondo il costume si lascia a Sacerdoti nel solo giorno di Natale: benche non manchino alcuni Superiori Locali, che troppo applicati al guadagno, appena lasciano ad essi nel detto giorno del Sagro Natale una sola Messa: lo che non può essere se non tratto da vituperarsi, giachè dopo, che tutto l' anno celebrano per il Convento, non è gran cosa il lasciare loro libere almeno due Messe al detto giorno di solennità; dovendo ognun riflettere, che siccome l' abuso porta, che i poveri Sacerdoti neppure abbiano una Messa libera per applicarla a loro Genitori Defonti, in testimonianaa della gratitudine, che per legge di natura ogni Figlio deve dimostrare a medesimi; almeno abbiano la tenue consolazione di vedere suffragate l' anime loro con pochi Sacrifizj, dopo che si sono i medesimi Figli consagrati al total servizio della Provincia. Ordiniamo ciò non solo con autorità ordinaria, ma anche Apostolica, di cui con Breve speciale del Regnante Sommo Pontefice siamo per benignità, e clemenza pienamente muniti, volendo in oltre, che tali suffragj siano registrati nelli libri delle Sagrestie, per darne conto nelle Congregazioni, e Capitoli, come si fa, e dee farsi per li Religiosi Defonti, ed anche a Superiori Generali, se loro piacerà di richiederlo, secondo i ricorsi, che ad essi verranno in caso di trasgressione. Tanto dovranno puntualmente eseguire, sotto le pene tassate contro gl' innubbidienti; e diamo a tutti la nostra Serafica benedizione.

Data in Roma dal nostro Convento d' Araceli 8. Febbrajo 1744.

Loco ✠ Sigilli.

F. Gaetano di Laurino
Ministro Generale.

D' ordine di Sua Paternità Rma.

F. Benedetto di Napoli
Segret. Gen. dell' Ordine.

Provincia Sancti Joannis Baptistæ Discalceatorum in Regno Valentiæ dividitur, & nova Sancti Paschalis Custodia in Regno Murciæ erigitur.

FR. CAJETANUS A LAURINO,

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu Matritensi pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, Commissarius Visitator Apostolicus, & Servus.

Dilecto Nobis in Christo Rev. Patri Ministro Provinciæ Nostræ S. Joannis Baptistæ Discalceatorum in Hispania, salutem, & Seraphicam benedictionem.

EXponi Nobis nuper fecit R. A. P. F. Petrus Joannetius de Molina, Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum, quod præfata nostra Provincia Sancti Joannis Baptistæ triginta duobus Conventibus constat, sparsis in Regnis Valentiæ, Murciæ, & Aragoniæ, unde fit, quod Ministri Provinciales nonnisi cum ingenti labore perficere valeant visitationem dictæ Provinciæ, pro qua peragenda bis centum Leucas, & ultra peragrare tenenatur, idque pedibus, uti Regula, & Constitutiones præcipiunt, conficere vix possint, ut multo minus immorari per octo dies in unoquoque Conventu, quemadmodum pariter in Constitutionibus municipalibus præscribitur. Quibus accedit, quod omnibus casibus, qui in tam dissitis locis occurrere solent, & præsentaneum remedium exigunt, præstare non possint, cum non levi detrimento observantiæ severioris instituti dictæ Provinciæ, quæ nihilominus frequenter patitur jacturam suorum Provincialium in actualitate officii decedentium, quippe qui tot laboribus tum spiritualibus, tum corporalibus oppressi, quam cito infirmitates contrahere consueverunt, & occumbere, uti paucis ab hinc annis tribus Ministris Provincialibus accidit, & modernus etiam morti proximus fuit, & consequenter unus tantum ex-Minister Provincialis reperitur ad præsens in dicta Provincia, reliquis omnibus extinctis.

Qua propter legitime convocata Congregatione Definitorii enunciatæ nostræ Provinciæ in nostro Conventu Beatæ Virginis Mariæ de Monte Sion, Loci de Torrente Valentinæ Diœcesis, cum interventu unici Patris Provinciæ superstitis cum voto consultivo, sub die vigesima Januarii currentis anni 1744. concordibus suffragiis nemine discrepante, decretum extitit, quod ad obviandum enunciatis gravibus inconvenientibus, & formandam, atque promovendam observantiam regularem in omnibus, & singulis Conventibus dictæ Provinciæ, unicum esset remedium, erigere ex novem Conventibus Regni Murciæ inferius exprimendis, novam Custodiam sub invocatione Sancti Paschalis Baylon; sic enim Minister Provincialis commode curam gerere congrue posset Provinciæ reliquis viginti tribus Conventibus constantis, & proprius Custos Custodiæ de novo erigendæ, absque notabili incommodo, & cum evidenti utilitate tam Provinciæ, quam Custodiæ, cum Incremento Divini Cultus, & Regularis Observantiæ, & ulterius in præfata Congregatione Definitorii expresse datum fuit in Commissis supradicto A. R. P. Procuratori Generali, quatenus Nobis opportunas preces porrigeret, & hujusmodi instantiam promoveret, quemadmo-

quadmodum fecit, Nobis humillima supplicando, quatenus ad erectionem dictæ novæ Custodiæ devenire dignaremur.

Nos igitur mature perpensis expositis, & majorem Dei gloriam intendentes, atque observantiam Regularem, & severiorem Instituti Discalceatorum promovere cupientes, Auctoritate Apostolica Nobis expresse, & specialiter ad hoc attributa per Breve Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI XIV. feliciter regnantis, sub die decima septima Februarii anni Domini 1742. Tenore præsentium Conventus infrascriptos, videlicet, Sancti Jacobi Apostoli de Almansa, S. P. N. Francisci de Yecla, Sanctæ Annæ de Monte Jumillæ, Sancti Antonii de Padua Ayoræ, Sancti Francisci de Jumilla, ejusdem Sancti Francisci de Yorquera, Beatæ Virginis Mariæ de Gratia de Mahora, Beatæ Virginis Mariæ vulgo *de las Planas* de Albacete, & Sancti Joachim de Zieza a Provincia nostra præfata Sancti Joannis Baptistæ dismembramus, & separamus, & ex ipsis novem Conventibus novam Custodiam Sancti Pascualis Baylon Fratrum Minorum de Observantia Discalceatorum appellandam erigimus, & constituimus, ipsisque novæ Custodiæ sic per nos erectæ, & constitutæ eosdem novem Conventus perpetuo unimus, & incorporamus cum aliis, qui de novo fundari contigerit, tam in Territoriis dictorum novem Conventuum, quæ Guardianias vocant, quam in spatio quindecim leucarum computandarum a prædicto Conventu B. V. Mariæ *de las Planas* de Albacete, & Conventu pariter dicto de Mahora, versus Toletanam, Corduben. & Conchen. Civitates, atque Oppidum, Civitas nuncupata Molinæ Aragoniæ, in quo spatio nullus alius Conventus hujusmodi Fratrum Minorum de Observantia Discalceatorum reperitur erectus.

Dictamque novam Custodiam per Nos a dicta Provincia Sancti Joannis Baptistæ extractam, dismembratam, separatam, erectam, & constitutam, gubernari volumus, & decernimus per suum Custodem Provincialem, & quatuor Definitores per Nos pro hac prima vice tantum, ut infra, deputandos, & instituendos, & deinceps perpetuis futuris temporibus in Capitulo Custodiali canonice eligendos, sub iisdem legibus, & Constitutionibus, quibus regitur prædicta nostra Provincia Sancti Joannis Baptistæ, cum omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, & honoribus, quibus aliæ Custodiæ ejusdem Ordinis, atque etiam ipsa Provincia Sancti Joannis Baptistæ, respectiva, de jure, & consuetudine gaudere solent, & eodem prorsus modo, absque ulla differentia, quin prædicta Custodia, postquam hæ nostræ Literæ Patentes debitæ executioni demandatæ erunt, ipsiusque Conventus, & Fratres dependeant amplius, neque subjaceant jurisdictioni Ministri Provincialis, & Definitorum præfatæ Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ, quamquam hæc illius Mater sit, & haberi debeat, sed tantummodo subjaceat, quemadmodum cæteræ Custodiæ independentes nostri Ordinis, immediatæ nostræ, & Successorum nostrorum, atque Commissariorum Generalium Ultramontanæ Familiæ jurisdictioni.

Insuper auctoritate tam Ordinaria nostri Officii, quam Apostolica Nobis ut supra expresse attributa earumdem præsentium tenore nominamus, & instituimus in primum Custodem dictæ novæ Custodiæ Sancti Paschalis Baylon Fratrum Minorum de Observantia Discalceatorum, Patrem Fratrem Petrum Mathiam Soriano Theologiæ Lectorem; in Definitores vero PP. FF. Joannem Castano Philosophiæ ex-Lectorem, & antiquum Concionatorem; Dionysium Sevilla, antiquum Concionatorem; Julianum Soriano, Sacræ Theologiæ Lectorem; & Joannem Molina de Albacete, antiquum Concionatorem, dictosque Patres FF. Petrum Mathiam Soriano in Custodem, Fratres vero Joannem Castano, Dionysium Sevilla, Julianum Soriano, & Joannem Molina in Definitores legitime, & canonice institutos ad triennium a die executionis præsentium computandum declaramus, & confirmamus, cum omnibus auctoritatibus, facultatibus, præeminentiis, & prærogativis hujusmodi Custodibus, & Definitoribus tam de jure, quam de consuetudine, vel alias quomodolibet in Provinciis, & Custodiis Discalceatorum respective competentibus, & concedi solitis. Item omnibus Religiosis dictæ Provinciæ undecumque oriundis, & sive existant in Conventibus, qui remanent, sive in novem aliis quibus nova Custodia constituitur, liberam concedimus facultatem, & licentiam sese aggregandi Provinciæ, vel Custodiæ de novo erectæ, infra terminum sex mensium computandorum a die executionis præsentium, quibus elapsis, neque a Provincia in Custodiam, neque e converso ex Custodia in Provinciam transire valeant, nisi servatis aliis de jure servandis.

Utque hæ nostræ Literæ Patentes debitum sortiantur effectum Te R. P. Ministrum Provincialem Almæ nostræ Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ, Commissarium nostrum instituimus, & institutum declaramus, etiam auctoritate Apostolica, qua fungimur, concedentes Tibi vices nostras cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis pro executione harum nostrarum literarum, & omnium contentorum in ipsis, cum facultate etiam præsidendi Congregationi, vel Congregationibus Definitorialibus dictæ novæ Custodiæ, quæ celebrari debeant spatio unius mensis a die executionis præsentium computandi pro electionibus Guardianorum, Lectorum, & aliorum Officialium, atque etiam pro aliis disponendis circa studia tam Philosophiæ, quam Theologiæ, Novitiatus, & cætera concernentia utilitatem, & salubrius dictæ novæ Custodiæ gubernium.

Tandem præcipimus per Sanctam Obedientiam, & sub pœnis taxatis contra inobedientes, & rebelles in statutis nostri Ordinis, omnibus tam Superioribus, quam Subditis nostræ jurisdictioni subjectis, ne audeant, vel præsumant impedire, seu retardare executionem harum nostrarum Literarum Patentium, sub quovis prætextu, & quæsito colore, sed potius mandatis nostris prompte pareant, & obediant, prout quemlibet hæc nostra Decreta concernant, & concernere possint.

Datum Romæ ex hoc nostro Aracœlitano Conventu, die 7. Martii 1744.

Loco ✠ Sigilli.

F. Cajetanus a Laurino
Minister Generalis.

De Mandato P. S. Rmæ;

F. Joannes Carbonell
Secr. Gener. Ordinis.

ACTA

A C T A

CONGREGATIONIS GENERALIS

Habitæ in Cœnobio S. Mariæ de Aracœli Urbis die 11. Junii 1744.

Præsente in ea, ac de jure Præsidente

Reverendissimo P. F. Joanne Cosma de Monteminiano, Provinciæ Reformatæ Tusciæ Lectore Emerito, ac olim Vice Commissario Generali.

Pro eligendo Vicario Generali Ordinis

Ob mortem Rmi P. F. CAJETANI A LAURINO Ministri Generalis totius Ordinis Minorum.

VIx supremam Ordinis Præfecturam inierat Reverendissimus Pater Frater Cajetanus a Laurino, cum ex Hispania solvens ut in Italiam trajiceret, cœpit ex intervallo diris angi doloribus, qui certa sibi indicia gravis, diuturnique morbi fuere. Nec diu stetit, quin plane cognosceret se vitio hepatis quam maxime laborare, cui vix, ac ne vix quidem ullum parari poterat remedium. Cum enim sequenti anno ad Nuceriæ in Apulia Cœnobium diverteret, morbo ex improviso recrudescente, tam vehementer ægrotavit, ut jam de illius vita actum esse videretur. Convaluit tamen; sed qui illum antea & oris elegantia, & egregio corporis habitu præditum noverat, non profecto deinceps illum novisset. Itaque in deterius ruens in dies, nondum quarto sui Magistratus anno elapso, tandem obiit in Cœnobio Aracœlitano IV. Idus Martii anni 1744. ætat. LVI. mens. 11. D xx. Justis pro ejus animæ requie, qua decebat, funebri pompa persolutis, de illius successore eligendo convenerunt qui Romæ erant Patres. Cogenda erat Synodus omnium Patrum, qui Definitorium Generale, quod ajunt, hujus præsertim Cisalpinæ Familiæ constituebant, & quidem cogenda erat a cœteris digniori, qui Viennæ Austriæ morabatur, & ad quem etiam sigilla Ordinis, ac Regesta, juxta leges nostras, erant ab iis, qui Defuncto fuerant a Secretis, perferenda. Verum tanta erat illorum temporum perturbatio, ut ea omnia, nisi Pontificis intercessisset auctoritas, vix fieri posse viderentur.

Italia pene omnis erat undique stipata militibus, qua Germanis, qua Gallis, qua Hispanis, qua Allobrogibus, qui Carolo VI. Romanorum Imperatore è vivis sine mascula prole sublato, pro ejus Regnis, & Provinciis hæreditariis acerrime decertabant. Hinc viæ omnes interclusæ, nec licebat per eas transire, nisi post uniuscujusque fidem evidenter probatam. His malis accesserat omnium maximum, teterrima nempe pestis, quæ Messanam Siciliæ Urbem oppresserat, quæque stragem universæ Italiæ minitabatur, nisi ipsa quam diligentissime sibi cavisset. Hac etiam de caussa Viatoribus non permittebatur ex una in aliam ditionem migrare, iis præcipue, qui ex locis Siciliæ proximioribus veniebant, nisi post diuturnum bonæ valetudinis datum experimentum. Hæc itaque serio cogitantes Patres Romani, in eam denique ivere sententiam, humiliter scilicet precandi Pontificem, ut S.S. dignaretur antedictos a Secretis absolvere ab onere Viennam Austriæ petendi, ac deferendi Sigillum, & Regesta Ordinis ad Reverendissimum P. Crescentium Krisper digniorem Familiæ Patrem, cui Sigillum, per Cursorem S. S. illuc trasmittendum, poterat tradi a Nuncio Apostolico; retentis interim apud S. S. Ordinis Regestis Sigillo Ministri Provinciæ Romanæ munitis, ut jura præscribunt. Ita factum est: & ne ob recensitas caussas diutius, quam par erat, Synodus cogenda intermitteretur, supplicatum quoque fuit, ut S. S. præciperet, ne illa extra Urbem haberetur. His omnibus benigne annuit Sanctissimus Pontifex, dato prius epistolio tenoris sequentis:

Foris

Al P. Procurator Generale de' Minori Osservanti.

Intus.

Dalla Segretaria di Stato.
12. *Marzo* 1744.

E' Mente di Nostro Signore, che i Segretarj Generali de Minori Osservanti in Araceli non partano da Roma senza espressa licenza di Sua Santità, dalla quale saranno fra poco chiamati per ricevere dalla medesima gli ulteriori suoi ordini. Si partecipa pertanto al P. Procurator Generale questa sovrana volontà Pontificia, perche sia esattamente eseguita. *Deinde edito rescripto, quod sequitur.*

Ex audientia Sanctissimi die 14. mensis Martii 1744.

Sanctissimus benigne super expositis providendo mandavit, quod Sigillum Ordinis, deferatur ad Dominum Cardinalem Secretarium Status, qui illud recipiat transmittendum ad Dominum Cardinalem Paulutium, qui illud consignet P. Crescentio Krisper tamquam digniori; cum quo etiam tractet de Congregatione Generali juxta instructionem ad eumdem D. Cardinalem transmittendam. Quoad scripturas sigillatas Sigillo Ministri Provinciais, eadem ad Sanctitatem Suam deferantur, quæ easdem tempore opportuno consignare faciet eidem Patri Crescentio Krisper. Demum, quoad gubernium interinum, fiat Discretorium Generale duobus vicibus in Hebdomada, juxta petita, & cum addito, quod in rebus respicientibus Ordinem Universum, Dominus Cardinalis Protector rem agat cum Sanctitate Sua.

Loco ✠ Sigilli.

Joseph Livizzani Secretarius.

Quæ omnia cum adamussim fuissent executioni mandata, Reverendissimus P. Krisper sequentes emisit encyclicas Literas.

FRATER CRESCENTIUS KRISPER,

Lector Emeritus, Scriptor Ordinis, ac totius Cismontanæ Familiæ Ex-Commissarius Generalis, ejusdemq. Discretus primus, & Servus.

Dilectissimis Nobis plurimum in Christo Patribus, & Fratribus, Superioribus, & Subditis hujus nostræ Cismontanæ Familiæ salutem, & pacem in Domino.

TRagicum vitæ humanæ fatum, incertumque funeris ejus momentum, adeo funeste nostras hodie concussit sensus, ut nonnisi tremula manu, tinctoque

ítoque deplnantibus lachrumis calamo, mœstissimum vobis nunciara per has encyclicas cogamur eventum, extrema niminm dolendam mortem Reverendissimi Patris Cajatani a Laurino, totius Ordinis Ministri Generalis, ac Patris amantissimi, qui, Eheu! sui regiminis medio, & aliquantum ultra protracto, plusimis prudentiæ, moderationis, integritatisque monumantis commandato, heroica quoque animi patientia, proliziurlbus toleratis languoribus exantlato die 22. Martii anni currentis Romæ in Conventu Aracœlitano, non sine celebrioribns Pietatis, Religionis, & Paternæ charitatis notis, rem suam cum Deo, & Religions pie componens, Sacrosanctis Ecclesiæ signis mnnitus, amarissimo omium Filiorum suorum luctu, diem clausit supremum, relinquens Nos commiserandos orphanos, & de tanti Patris, & Præsulis desideratissimos. Sed ne amissi hujus sollicitissimi Parentis laudes memorando acceptum ex tancta jactura vulnus recrudescat, præteritæ virtutes ejus nobis jus, fasque sint, & ad ea tantum adjicere animum sinant, quæ tum in lugnbri hoc casu, Sanctissimo, supremoque Ecclasiæ capiti, BENEDICTO XIV. in nostræ indignissimæ personæ existimationem, atqua gratiam, placuit determinare, jussa, videlicet, ut manibus nostris per Eminentissimum suum Nuntium ad Aulam Viennensem residentem Sigilla totius Ordinis Seraphici, cum potestate ad interim gubarnandi, una cum Discretorio Cenerali præsente in Romana Curia, juxta Ordiuis sanctiones, usqua ad suam, & novam par Nos convocandæ Congregationis Generalis alectionam, consignentur: quod ipsum his præsentibus etiam notum facere vobis amantissimis Patribus, & Fratribus necessum duximus, ut in occurrantiis axigentiarum vestrarum vós dirigere noscatis, tum ad ea, quæ amoram nostrum arga prænunciatum amorosissimum Patram, tanta cum cordinm amaritudine Nobis sublatum, axplere poterunt, modumq: Imponere acerbissimo dolori, qui animis vestris tanti funcris nuncio procreatus est, animam nimlrum ejusdem Cœlo natam, dilectissimorum Patrom, & Fratrum orationibus, & meritis commeudando, ut Deus ter optimus Illam beatifico quamprimum beet intuitn, ejusdemqua pro bono religionis exantlatos indilata coronet labores. Quem in finem decretata ab Ordlnis Constitutionibus inferiarum officia, ut eidem quam citius exhibeatis, demandamus, quæ sunt, ot tribus diebus continuis in omnibus Convantlbus pro anima ipsius parentetis, decantata videlicet Missa solemnl, & singulis Sacerdotibus illis ipsis diebus pro ea celebrantibus, nec non Clericis Defunctorum Officiom, & Laicis centies orationem Dominicam cum salutatione Angelica, & requiam aternam &c. singulis eisdem diebus personantibus.

Reliquum est, ut de harum receptione Encyclicarum, dequa illius executione, quod in eisdem continetur, nos val hic Viennæ, val PP. Procuratores nostros Romæ certiores reddere studeatis. Hæc dum vobis pro debito nostro annunclamus, etiam preces vestras pro futuræ elactionis felicitate, & nostra etiam tenuitata axoramus. Datum Viannæ Austriæ die 4. Aprilis 1744.

Loco ✠ Sigilli.

F. Crescentios Krisper Ex-Com. Gen.
& Discratus primns.

De mandato P. S. Reserendissimæ.
F. Benedictus a Neapoli
Secret. Generalis Ordinis.

Chranol. Seraph.

CUm autem P. Krisper ætate admodum gravis esset, nec omnino integræ valetudinis, hæc incusans coram Nuncio Apostolico Viennausi, se ad iter Romannm arripiendum Impotentem declaravit, eidemque sigillum Ordinis restitnit. Quæ cum Pontifex rescivisset, jussit ut statim Romam vocaretur Pater ille, ad quem de jure, post laudatum P. Krisper, spectabat hujus loco succedere. Is erat Raverendissimus P. Joannes Cosmas de Monteminiano, qui accepto nuncio ex Monte Alverniæ statim Romam se contulit, Pontificem adivit, ab eoque sigillum, & Regesta Ordinis accepit.

Contigit inter hæc, ut Minister Provinciæ Romanæ graviter apud Sanctissimum per supplicem libellnm eidem exhibitum conquereretur de Reverendissimo P. Krisper, quod is proxime futura Comitia indicendo nullam de eo; cui ex aliquibus Ordinis Constitutionibus deberi In illis suffragium procnldubio censebat, mentionem fecisset. Precabatur proinde S. S. ut dignaretur ejusmodi Caussam Eminentissimo Protectori committere judicandam: Rescripsit Pontifex, quod Cardinalis Protector ea de re cum S. S. loqueretur: Cardinalis vero, antequam Pontificam alloqueretur, voluit utriusque Partis rationes summatim saltem audire: quibus auditis, ac postea consulto Pontifice, rescripsit, ut infra:

Ex audientia Sanctissimi habita die 2. Junii 1744. Sanctissimus remisit instantiam ad Discretorium Generale Ordinis, quod procedat prout de jure.

Trojanus Card. da Aqnaviva Protector.

Patres igitur Definitorii Generalis sedulo, ac diligenter perpensis, libratisque rationum momentis, quæ etiam typis consignata fuere, sententiam tulara, prout sequitur:

Die 8. Junii 1744.

,, MAtnre perpansa, & discussa instantia R. P.
,, Ministri Almæ Provinciæ Romanæ Observan-
,, tium per Sanctissimum Dominum Nostrum BENE-
,, DICTUM XIV. remissa ad Discretorium Genera-
,, la Ordinis cum rescripto, *ut procederet prout de*
,, *jure*; qua quidem instantia dictus R. Pater Mini-
,, ster prætendebat sibi competere Votum activum
,, in electione Vicarii Generalis Ordinis, signanter
,, ob mortem Ministri Generalis celebranda, sub
,, motivo, quod hujusmodi electio Vicarii Genera-
,, lis Ordinis celebranda venit in Conventu Aracœ-
,, litano; iidem Patres Discretorii Generalis, nume-
,, ro septemdecim, audlto tum voce, tum scriptis
,, dicto R. P. Ministro Provinciali, omnes unani-
,, miter censuerunt minime dicto R. P. Ministro com-
,, petere votum activum in dicta electione Vicarii
,, Generalis Ordinis, & ita servari mandarunt. Acta
,, sunt hæc in Congressu Generali habito in Con-
,, ventu Sancti Francisci ad Ripas die, & anno ut
,, supra.

Sequuntur subscriptiones.

FR. Joannes Cosmas a Monteminiano, Præses Discretorii Generalis.

F. Joannes Antonius a Sancta Cruce, Discretus perpetuus.

F. Felix a Roma, Discretus Familiæ perpetuus.

F. Benadictus Maria de Florentia, Procurator Generalis Ordinis.

F. Joannes Franciscus Yduri, Commissarins Generalis Coriæ.

F. Alexius a Roma, Procurator Generalis Reformatorum.
F. Petrus Joannetius de Molina, Procurator Generalis Disc. & Recollect.
F. Bernardinus a Terlitio, Definitor Generalis.
F. Vincentius Antonius de Caprarola, Definitor Generalis.
F. Petrus de Justaniana, Definitor Generalis.
F. Sigismundus Skerpin, Definitor Generalis.
F. Bonagratia ab Alexandria, Definitor Generalis.
F. Prosper a Brixia, Definitor Generalis.
F. Joseph Maria a Gallipoli, Definitor Generalis.
F. Joseph Maria de Fano, Definitor Generalis.
F. Alexander Negovetz, Definitor Generalis.
F. Marcus Antonius Gravois, Definitor Generalis.

His ita compositis, jam tempus appropinquabat electionis habendæ, decrat tamen A. R. P. Aloysius de Partsfranca, Definitor Generalis Provinciæ Siciliæ Reformatæ, qui timore pestis rejectus ab omnibus, tandem admissus in Limocomium Portus Speciæ Reipublicæ Genuensis ditionis, ibidem suæ bonæ valetudinis diutinum dabat experimentum. Quamobrem Comitia indicta ad diem 7. Junii fuerunt Decreto Congregationis Generalis sub die 5. ejusdem mensis dilata ad aliud tempus opportunius. At vero cum calores æstivi advenirent, quos vulgus venientibus, & Roma abeuntibus noxios existimat, excogitarunt PP. Summum Pontificem interpellare, qui sua auctoritate deficientis locum suppleret, deputando P. Benvenutum de Badolatu Provinciæ Reformatæ Septem Martyrum Lectorem Generalem, & antea Definitorem. Rescripsit Pontifex: *die 9. Junii 1744. Pro gratia juxta petita*. BENEDICTUS PP. XIV. Cum nihil itaque futuram electionem amplius moraretur, eadem die prodiit Decretum, quod pro more fieri solet, de Congregatione celebranda sub die 11. Junii currentis anni.

Ne autem qui hac in re condignam sibi laudem promeruit, eadem silentio nostro frustretur, id unum pro coronide addi liceat, quod cum Emus Trojanus Aquaviva esset tunc Ordinis a protectione, Reverendissimus P. Joannes Cosmas a Monteminiano de jure Præses proxime habendi Conventus, in sui, ac totius Familiæ obsequii argumentum, precatus est E. S. ut dignaretur Comitiis præesse, quo munere sese ultro abdicare ajebat, ne tanto honore Franciscana Synodus privaretur. Renuit tamen sapientissimus Princeps, & quidem non alia de Caussa, quam ne vel minimum in illa temporum circumstantia quis de amplissima Electorum libertate suspicari posset, si illis præfuisset Negotiorum Regis Catholici, & utriusque Siciliæ Regis apud S. Sedem, ut ipse erat, Administrator. Itaque statuta die devenerunt PP. ad memoratam electionem, quam antedictus Reverendissimus P. Joannes Cosmas a Montemininiano est moderatus, eaque cessit in absentem Reverendissimum P. F. Raphaelem a Lugagnano, Diœcesis Placentinæ Oppido, Provinciæ Reformatæ Bononiensis Lectorem Emeritum, Concionatorem insignem, antea Ministrum Provincialem, & tunc Guardiani munus agentem in Regio S. Claræ Neapolis Monasterio, ac publicata fuit sequenti formula:

In Dei Nomine. Amen.

HÆc est electio Reverendissimi Patris Vicarii Generalis totius Ordinis Minorum per Patres Vocales in Conventu Aracœlitano capitulariter congregatos anno Domini 1744. die vero 11. Junii canonice, & rite celebrata, in qua quidem electione Reverendissimus P. Frater Raphael a Lugagnano habuit vota decem, & octo.

Et ego Frater Petrus Joannetius de Molina, Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum unus ex-Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute compromissi in me, & in socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam electionem convenerunt, & consenserunt, præfatum Reverendissimum Patrem Fratrem Raphaelem a Lugagnano in Vicarium Generalem canonice electum nomino, & sic electum denuncio: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.*

F. Joannes Cosmas a Montemininiano, Præses.
F. Vincentius Antonius a Caprarola, Definitor, & Disquisitor.
F. Joseph Maria a Gallipoli, Definitor Generalis, & Disquisitor.
F. Petrus Joannetius de Molina, Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum Disquisitor, & Scriba.

Loco ✠ Sigilli.

Qua secuta electione idem Reverendissimus P. noviter electus fuit a S. S. ad preces totius Discretorii Generalis, renunciatus MINISTER GENERALIS Ordinis literis Apostolicis datis sub die 22. ejusdem mensis, & anni, quæ similes sunt aliis, quas supra dedimus Part. II. pag. 78. B.

Conceditur Ministro Generali facultas faciendi per se Capitula Provincialia.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

CUm, sicut Nobis nuper exponi fecisti, in Capitulis Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, cujus Tu Vicarius Generalis cum titulo, & facultatibus Ministri Generalis existis, quando Ministrorum Provincialium, & Definitorum fit electio, interdum eveniat, ut dum Præses Capituli bono Provinciarum regimini, & reformationi maxime invigilat, indigni, seu minus digni, & ad reformationem omnino inepti, ab vocem, sive suffragium habentibus, malitia temporum sic favente, eligantur, ac confirmandi proponantur; Nos præmissis obviam ire, ac felici, prosperoque Provinciarum ejusdem Ordinis statui, atq. regimini, quantum nobis ex alto conceditur, providere, Teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi, de cujus fide, prudentia, integritate, vigilantia, & religionis zelo plurimum in Domino confidimus, ut in eisdem Capitulis Provincialibus, quando necessitas, bonumque dictarum Provinciarum regimen, sive utilitas id exegerit, Tu solus, juxta datam tibi a Domino prudentiam, Ministros Provinciales, Definitores, aliosque Officiales una vice in qualibet Provincia, in qua Capitulum Provinciale habendum, celebrandumque erit, ante cele-

celebrationem Capituli Generalis Ordinis præfati, eligere, nominare, & deputare libere, & licite possis, & valeas, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus, quam etiam facultatem tuo arbitrio vel augendam, vel minuendam tuis Commissariis Visitatoribus delegandis, juxta rerum, & locorum exigentiam, in iis Provinciis, ad quas accedere nequiveris, tribuere, & subdelegare possis dicta auctoritate impertimur.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmationa Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Julii 1744. Pontificatus nostri anno quarto.

D. Cardinalis Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

Minister Generalis instituitur Commissarius, & Visitator Apostolicus totius Ordinis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

IN specula supremæ dignitatis, divina dispositione, meritis licet insufficientibus, constituti, inter multiplices rerum, negotiorumque, quibus obruimur, curas, ad ea etiam ex debito Pastoralis Officii Nobis commissi sollicite advigilare debemus, per quæ religiosa loca, illorumque personæ divinis mancipatæ obsequiis, in pacis, & quietis tranquillitate, & regularis vitæ, Ecclesiasticæque disciplinæ norma, coadjuvante Domino, perenniter conservari valeant, & quæ his contraria esse noscuntur, per nostræ providentiæ studium, penitus evellantur, prout personarum, rerum, & locorum qualitate pensata conspicimus in Domino salubriter expedire.

Cum, sicut accepimus, defuncto Cajetano a Laurino, dum vixit, Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci electo in ultimo Capitulo Generali dicti Ordinis in Civitate Vallisoletana habito, Tu, qui Frater expresse professus dicti Ordinis existis, in Vicarium Generalem canonice electus fueris, & subinde per quasdam nostras in simili forma Brevis desuper expeditas literas, ut titulo Ministri Generalis uti valeres, concessimus; nunc vero Tu, ad injunctum Tibi ministerii tui munus rite, sancteque obeundum, iter instituere paratus sis, ut Provincias memorati Ordinis ab eodem Cajetano Ministro Generali minime visitatas per Te ipsum visitare possis: Hinc est, quod Nos, ut majora Apostolicæ nostræ caritatis erga dictum Ordinem, & Te ipsum argumenta declaremus, atque omnia hac in visitatione, vel extra eam, opportune, salubriterque peragenda, Tibi fortasse necessaria Apostolicæ auctoritatis documenta præstemus, ac de tua fide, prudentia, integritate, dexteritate, vigilantia, doctrina, rerumque agendarum peritia, ac religionis zelo plurimum in Domino confisi, Teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, motu proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te Commissarium Apostolicum, ac Visitatorem, Reformatoremque ejusdem Ordinis creamus, facimus, constituimus, deputamus, & delegamus, ac Tibi præter, & ultra facultates solitas, & consuetas, ac ratione muneris Ministri Generalis præfati Tibi competentes, concedimus, & impertimur, ut in visitatione Provinciarum, & Conventuum dicti Ordinis per Te, seu Commissarios Visitatores a Te deputatos, & deputandos peragenda, seu illa peracta, ac etiam extra visitationem præfatam, quoscumque Conventus cujuscumque Provinciæ pro studiis generalibus præscriptos, & assignatos, juxta datam Tibi a Domino prudentiam, & ut res postulaverit, de alio in alium Conventum tibi opportuniorem visum, studia generalia hujusmodi permutes, transferas, statuas, & præscribas, novosque in iis Provinciis, in quibus Conventus studiorum hujusmodi nondum assignati, & fundati fuerint, tuo arbitrio assignes, fundes, & deputes, ac facultatem Novitios supranumerarios in Provinciis, in quibus necessitas id exegerit, suscipiendi, & admittendi concedas, nec non quæcumque Capitula Provincialia, quæ forsan contra Constitutiones Ordinis præfati auctoritate Apostolica confirmatas, peracta fuisse compereris, confirmes, atque convalides, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper intervenerint, suppleas, & sanes, ac quamcumque Provinciam vigore cujuscumque facultatis inter se divisam, & separatam de novo unias, & incorpores, aliasque dividas, & separes, ac Guardianos haud habiles quavis auctoritate electos amoveas, & alios de novo eligas, & ultra triennium dispensare possis, & confirmes, aliaque similia utilitatem, bonumque regimen, & gubernium Provinciarum, & Conventuum præfatorum concernentia, quæ per Constitutiones Ordinis, & Apostolica præscripta, & per Te ipsum peragenda, prohibita, vetitaque sunt, libera, & licite peragere possis, & valeas.

Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, Provinciarum, & Conventuum præfatorum, etiam juramento, confir-

matione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenorea præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Julii 1744. Pontificatus nostri anno quarto.

D. Cardinalis Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

Ad preces Serenissimi Regis Catholici confirmatur Breve Clementis Papæ VIII. circa Conventus Recollectitioris Diœcesis Palentinæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Alias fel. record. Clemens Papa VIII. Prædecessor Noster edidit Apostolicas alias suas in simili forma Brevis literas tenoris sequentis - *Clemens Papa VIII. ad futuram rei memoriam* - Decet Romanum Pontificem Religiosorum commoditati, ac Regularis Observantiæ conservationi opportune prospicere, prout in Domino salubriter conspicit expedire &c. Cum itaque, sicut accepimus, in Provincia Conceptionis Ordinis Recollectorum nuncupatorum Sancti Francisci Diœcesis Palentinæ, septem Monasteria, seu Conventus existant, in quibus Regularis Observantia summa cum pietate, zelo, ac fidelium ædificatione custoditur, & erga quæ, seu quos Carissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus singularem gerit devotionis affectum, cumque pro Regularis hujusmodi observantiæ conservatione maxime expediat, ut alia ejusdem Ordinis Monasteria per quinque leucas circumcirca minime ædificentur, Nos in præmissis opportune providere volentes supplicationibus dicti Philippi Regis nomine super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, Monasteria, seu Conventus Ordinis prædicti in eadem Provincia, intra terminum quinque leucarum, circumcirca ædificari posse perpetuo prohibemus.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Ordinisque prædicti, etiam consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Tusculi sub Annulo Piscatoris, die 19. Octobris MDXCV. Pontificatus Nostri anno quarto.

M. Vestrius Barbianus.

Quoniam autem nuper pro parte Carissimi filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici Nobis humiliter supplicatum fuit, ut præinsertas Clementis Prædecessoris prædicti literas, quo firmius subsistant, & serventur exactius Apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communiri de benignitate Apostolica dignaremur: Nos igitur piis ipsius Philippi Regis votis, quantum cum Domino possumus, annuentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas literas auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, illisque Apostolicæ confirmationis robor adjicimus. Non obstantibus iis omnibus, quæ in præinsertis literis idem Clemens Prædecessor noluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 3. Julii 1744. Pontificatus Nostri anno quarto.

Loco ✠ Sigilli.

D. Cardinalis Passioneus.

P. Julii Veneti exemplum imitati, qui in sua Chronologiæ Historico-Legalis editione evulgavit pag. 381. nos vero Part. I. pag. 541. & seqq. novis typis recudi fecimus, *Acta Consistorii habiti in Aula consueta Vaticana, die 28. Aprilis 1713.* super Samuele Capasulia Patriarcha Alexandrino, qui damnato Schismate, atque hæresi ejurata, ad Orthodoxam Ecclesiam Romanam, ope FF. nostrorum, & præcipue Reverendissimi Patris Laurentii a S. Laurentio sese converterat; visum quoque nobis est, ad Ordinis gloriam, hoc in loco referre *Acta Consistorii habiti in Palatio Quirinali die 13. Julii 1744.* super foluto teterrimo Schismate in inclita Maronitarum Natione, ac super libera Sacrarum legum nonæ Synodi Montis Libani a S. S. confirmatæ acceptatione facta per Episcopos, & Archiepiscopos ejusdem Nationis, ope FF. Minorum, & præsertim A.R.P. Jacobi Lucensis, Provinciæ Romanæ alumni, & semel, atque iterum tertius Terræ Sanctæ Custodis. Sunt autem ut sequuntur.

IN CONSISTORIO

SEMIPUBLICO

Habito die 13. Julii 1744.

ARGUMENTUM.

Postquam R. P. D. Simon Petrus Evodius Patriarcha Antiochenus, & Archiepiscopi, atque Episcopi nationis Maronitarum, omnia quæcumque ipsis Sanctissimus Dominus Noster BENEDICTUS *Papa XIV. per suas Apostolicas Literas in forma Brevis, die 1. Septembris 1741. 14. Februarii 1742. 13. & 16. Martii 1743. injunxerat & præceperat, exacte accurateque in Conventu Harissæ in Monte Libano mense Octobri anni 1743. executi sunt; Synodicas Literas rerum gestarum seriem complectentes ad Sanctitatem Suam, & ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide scripserunt, quas Romam hoc anno 1744. die 31. Maii P. Desiderius de Domo Basciana, P. Jacobi Lucensis Ablegati Apostolici Secretarius, pertulit. His in Literis significant, teterrimum schisma, quod ex duplici in Patriarcham Maronitarum Electione conflatum fuerat, utroque Electo mandatis Pontificiis obtemperante, penitus evanuisse, ac Simonem Evodium auctoritate Apostolica electum Patriarcham, ab universis Maronitis exceptum fuisse; Synodi præterea Montis Libani a Sanctitate Sua probatæ ac confirmatæ statuta legesque sese adamussim servaturos, Patriarcham ipsum, Archiepiscopos, & Episcopos coram antedicto Ablegato Apostolico spopondisse.*

Tam læto accepto nuncio, Sanctissimus Dominus Noster statuit in proximo Consistorio facti tam memorabilis seriem Fratribus suis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus palam facere; eaque insuper peragere, quæ

quæ Electus Simoa Petrus Patriarcba, & Præsules Maronitæ postulabant. Indictum itaque fuit de more Secretum Consistorium die 13. Julii 1744. & peculiariter nomine Sanctitatis Suæ per R. P. Ignatium Reali primum Ceremoniarum Magistrum Collegiis tam Episcoporum Pontificio Solio Assistentium, quam Protonotariorum de numero Participantium, necnon Rev. Cameræ Apostolicæ Procuratore Fiscali hac de re admonitis, eadem die, postquam in Secreto Consistorio Ecclesiarum propositiones, ac alia occurrentia negotia fuerunt absoluta, Aulæ Consistorialis foribus undequoque apertis, in illam, præter prædictos Prælatorum ordines, quamplurimis etiam Nobilibus, & Collegiorum Pontificiorum Alumnis, aliisque Orientalibus, & præcipue Maronitis, introeundi patuit aditus.

His vero dispositis, admonitisque Eminentissimis Marina, & Mosca antiquioribus ex præsentibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Diaconis, ut ad latus Sanctitatis Suæ accederent, eidem Assistentes, præcedentibus ad arcendum populum duobus ex satellitibus armorum, qui & Mazzerii vocitantur, ab una ex DD. Ceremoniarum Magistris, per Aulæ partem è Regione Pontificiæ Sedis in Consistorium introducti fuere D. Andreas Scaramutius Sacræ Consistorialis Aulæ Advocatus, R. P. Joseph Simonius Assemanus Procurator Electi Patriarchæ, & P. Desiderius de Domo Basciano ab antedicto Ablegato Apostolica cum literis ejusdem Patriarchæ, Præsulum Maronitarum in Urbem ablegatus. Cum autem ante Consistoriale scamnum exterius in Tetragoni exitu in genua provoluti essent, Dominus Scaramutius scilicet in medio, R. P. Assemanus a dexteris, & P. Desiderius a sinistris; idem D. Scaramutius Sanctitatem Suam sic fuit allocutus.

Allocutio D. Advocati Sacræ Aulæ Consistorialis.

BEATISSIME PATER.

HAbet SANCTITAS VESTRA ad sacros provolutum pedes Procuratorem Simonis Petri Electi Patriarchæ Antiocheni Maronitarum. Nunciat idem Procurator, Reverendus nempe Pater Joseph Assemani, quid ante, quid post Electionem tum ab Electo Patriarcha, tum ab Archiepiscopis, & Episcopis dictæ Nationis opportune gestum est; D. O. M. annuente piissimæ SANCTITATIS VESTRÆ voluntati, qua sicuti universis Catholicis gentibus prospicere indesinenter curat, ita sapientissima dedit mandata, quibus Maronitas ad Religionis, ac disruptæ inter ipsos pacis tranquillitatem restitueret; Et profert transmissa authentica documenta SANCTITATI VESTRÆ exhibenda, quibus hæc omnia humillime significet, atque testetur.

Tum vero Sanctissimus de Maronitarum patria, origine, Patriarchatu, fide, & eximio in Sanctam Sedem obsequio præfatus, quid ante & post electionem Patriarchæ in Monte Libano a Maronitis Præsulibus, & hic in Urbe a Sanctitate Sua gestum fuerit, ornatissima & doctissima hac Allocutione expasuit.

Allocutio Sanctissimi Domini Nostri.

Venerabiles Fratres.

,, ANtequam Vos certiores faciamus de iis, quæ contigerunt in electione Venerabilis Fratris Simonis Petri Patriarchæ Antiocheni, nonnulla Vobis in antecessum referre necesse est.

,, Non dubitamus eruditioni Vestræ compertum esse, Maronitas Christianos Syros ad Patriarchatum Antiochenum pertinere: quippe qui Syriam, & Phœniciam maritimam ac mediterraneam, tum etiam Palæstinam, Cyprum, Ægyptum, aliasque Orientis partes incolunt; quorum tamen maxima pars in Monte Libano commoratur.

,, Eruditioni pariter Vestræ notum esse censemus, quod sæculi septimi prope finem, cum hæresis Monothelitarum in Patriarchatum Antiochenum grassaretur, Maronitæ, quo se ab ea contagione integros servarent, statuerunt sibi Patriarcham eligere, qui a Romano Pontifice confirmaretur, ab eoque Pallii dignitatem acciperet. Cum autem, pluribus deinde sæculis elapsis, Saraceni Antiochiam, depulsis inde Latinis, occupassent; cumque Latini ipsi Catholici in Montem Libanum, ubi a Patriarcha Maronitarum perbenigne recepti sunt, secessissent; Alexander IV. Romanus Pontifex Patriarcham ipsum Maronitarum Antiocheni Patriarchæ titulo decoravit: quem quidem titulum ad hanc usque diem Patriarchæ Maronitæ retinent, etiamsi in Monte Libano sedem perpetuam habuerint.

,, Profecto Maronitæ fuerunt semper qualea & hodie sunt, integre Catholici, cum hac Sancta Sede conjuncti, & erga suum Patriarcham, tum etiam erga Romanum Pontificem, obsequii ac reverentiæ pleni. Cum autem homines sint, mirandum non est, aliquando humani quicquam inter eos accidisse, & accidere, in eo præsertim, quod eorum Patriarcham spectat.

,, Recordari potest unusquisque Vestrum, quid acciderit in Pontificatu felicis recordationis Clementis XI. qui Patriarcha Jacobo deposito, cum injuriam præclaro illi Præsuli, tum etiam Apostolicæ Sedis juribus, quæ electionem ejus confirmaverat, illatam nosset, P. Laurentium a Sancto Laurentio ex Minoribus Observantiæ, tum Sancti Sepulcri Custodem, deinde Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, eo misit, ut, auditis iis quæ Patriarchæ opponebantur, ad hanc Sanctam Sedem illa referret. Quo facto, cum in Congregatione de Propoganda Fide fuisset res mature discussa, Congregatio ipsa, optimi Præsulis innocentia cognita, in Patriarchalem Sedem, unde fuerat injuste dejectus, eum esse restituendum censuit. Cumque sententiam hanc Summus Pontifex ratam habuisset, ad optatum finem deducta res fuit. Quocirca Maronitæ hoc novum suæ erga Romanam Sedem obedientiæ dederunt argumentum.

,, Pontificatus quidem nostri tempore nullus fuit, Deo favente, apud eos Patriarcha depositus. Sed aliud contigit, quod molestia non exigua animum nostrum affecit. Decessit anno millesimo septingentesimo quadragesimo secundo Josephus Petrus Gazenus Patriarcha: & cum Archiepiscopi, & Episcopi Maronitæ ad Successorem eligendum de

,, more

„ mote convenissent, in factiones duas divisi sunt; quarum altera elegit, seu postulavit Patriarcham Eliam Archiepiscopum Arcensem, altera Tobiam Archiepiscopum Cypri. Facile erit unicuique Vestrum animo concipere, qualis esset Maronitarum Catholicorum Montis Libani ex duplici illa electione conflictus animorum ac perturbatio. Alii quidem uni, alii alteri electo adhærebant: & ecce dissensio, & schisma eo magis periculosum, quo magis regio illa ab Apostolica Sede remota est, & in medio Principum infidelium, immo, dici potest, in manibus Turcarum posita. Quare Nos ex his omnibus summam Catholicæ Religionis perniciem in ea regione metuebamus, in qua perpetuo, peculiari Dei gratia, incorrupta viguit.

„ Uterque electus, seu postulatus Romanæ Sedis auctoritatem imploravit: uterque nuntium ad Nos ablegavit, precibusque institit, ut, competitoria electione, seu postulatione rejecta penitus ac deleta, electionem, seu postulationem sui firmam, ratamque haberemus, cum utraque pars opportuna ad id documenta, & bene longas facti, & juris Scripturas a Patronis, & Advocatis utriusque partis Romæ compositas Nobis exhibuisset.

„ Cum igitur de electione, aut postulatione in Oriente facta res ageretur, visum fuit Nobis expedire, ut Cardinales aliquot ex Congregatione Generali de Propaganda Fide seligerentur, qui coram Nobis congregati, utriusque competitoris jura, rationesque accurate perpenderent. Examinatis itaque quanta potuit diligentia, pro utraque parte juribus, & rationibus, una eademque fuit Cardinalium sententia, neutram electionem, seu postulationem posse a Nobis ex præscripto Sacrorum Canonum admitti, seu confirmari. Ex quo autem neutra subsisteret, propositum fuit, an, & quænam ex illis a Nobis sanari, seu Apostolica auctoritate roborari deberet. Sed communi pariter consensu decretum est, nullam esse sanandam. Consultum fuit denique, quid consilii in ejusmodi rerum statu capere expediret. Summa fuit, illud arbitrio, & prudentiæ nostræ relinqui.

„ Obversabantur animo nostro variæ, & graves cogitationes propter ejusmodi rei difficultates, quæ passim occurrebant. Communicata itaque re cum Venerabili Fratre nostro Vincentio Cardinali Petra Episcopo Prænestino, & Congregationis de Propaganda Fide Præfecto, cujus doctrinæ, & spectatæ in rebus Canonicis intelligentiæ atque usus, præter tot præclara Opera edita, Nos certe Testes sumus, cum sæpe, dum in minoribus essemus, frequenti cum eo congressu convenerimus; statuimus aliquorum Pontificum Prædecessorum nostrorum vestigiis insistere; qui licet sedulo caverent, ne jus alienum læderetur, neque electionum canonicarum jure privarentur ii, qui illud obtinebant, cum nihilominus animadverterent, electum, nulla licet sui culpa, Ecclesiæ tamen bono minime profuturum; aut pluribus electis, si alter alteri præferretur, turbas nequaquam sedari, sed magis augeri; neque inde pacem populorum regimini adeo necessariam sperari ullo modo posse; alium quidem extra electos, seu postulatos assumpserunt, sive assumptum probaverunt.

„ Quocirca illustre satis exemplum Nobis in Annalium Ecclesiasticorum monumentis occurrit. Defuncto Sancto Eustachio Patriarcha Antiocheno, cum Ariani quemdam ex suis, Euzojum nomine, Catholici vero Meletium Patriarcham elegissent, Lucifer Calaritanus, & Eusebius Vercellensis Episcopus, quid id temporis in Oriente Sedis Apostolicæ legatione fungebantur, electionem utriusque nullam irritamque declararunt, & Patriarcham statuerunt Paulinum: id quod Summis Pontificibus Liberio, & Damaso confirmatum fuit, tum etiam Sancto Athanasio cum Ecclesia Alexandrina, & Divo Hieronymo, qui ab eodem Paulino ordinatus fuerat Presbyter, maxime probatum.

„ Hoc præclarum exemplum & Nos secuti, ad elidenda discordiarum semina, pacemque inter Maronitas conciliandam, Simonem Petrum Evodium Damasci Archiepiscopum in Patriarcham Antiochenum Maronitarum elegimus, & constituimus. Fuit Evodius Romæ a puero in Collegio Maronitarum educatus, ibique liberalibus disciplinis institutus, clarum de se nomen reliquit. Est ille inter Episcopos Maronitas Decanus. Aberat longe a turbarum præsentium tumultu, quibus se minime miscuerat; se seque ab omni ambitu alienum ostenderat, cum omnem operam posuisset, ne Patriarcha eligeretur. Hunc itaque Patriarchatu præ cæteris dignum censuimus, atque illi Patriarchæ dignitatem contulimus, spe freti hac ratione Nos Ecclesiæ illius bono maxime profuturos, schisma omne penitus extinctum iri. Complures igitur Apostolicas Literas expediri mandavimus, easque Fratri Aloysio a Casali majori ex Ordine Minorum de Observantia, in Collegio Sancti Bartholomæi ad Insulam linguæ Arabicæ Lectori traditas, per ipsum deferri curavimus ad Patrem Jacobum Lucensem ejusdem Ordinis in Terra Sancta Visitatorem, & Vicarium Apostolicum, quem quidem Nos ad Maronitas Apostolicæ Sedis Ablegatum constituimus. In iis autem Literis illud expresse declaravimus, hanc Patriarchæ electionem non a Nobis esse factam ad jus tollendum Episcopis Maronitis in futuris successive electionibus suorum Patriarcharum, sed ad dissensiones amputandas, eorumque Ecclesiæ pacem ac tranquillitatem restituendam.

„ Ecce, quod Vobis exponendum erat, antequam Patriarchæ electi, tum Episcoporum, & Archiepiscorum Maronitarum literæ, tum etiam documenta perlegerentur, ex quibus quidquid in ejusmodi re factum sit, facile intelligetis.

Expleta Sanctissimi Allocutione, R. P. Assemanus Procurator, & P. Desiderius Literas Patriarchæ, & Præsulum Maronitarum in theca auro ornata repositas præ manibus gestans, comitante Ceremoniarum Magistro, ad deosculandum Sanctitatis Suæ pedes, consuetis emissis genuflexionibus, accessere. Et Assemanus quidem edactas è theca literas, ori prius in obsequii signum admotas, Sanctissimo Domino Nostro humillime obtulit: Sanctissimus autem illas R. P. Vincentio Lucchesinio Brevium Apostolicorum ad Principes Secretario tradidit, ut prius Arabice a D. Andrea Scander, linguæ Arabicæ in Urbis Archigymnasio, & in Collegio Urbano de Propaganda Fide Professore, atque Interprete, recitarentur, deinde Latine ab eodem R. P. Lucchesinio. Inde vero præfati R. P. Assemanus, & P. Desiderius redeuntes, in loco sua juxta D. Advocatum Consistorialem genuflexi constiterant; donec Literæ quo hic impressæ sunt ordine, legerentur. Exemplaria Arabica omittuntur.

AR-

ARCHIEPISCOPORUM, ET EPISCOPORUM

Maronitarum Documentum.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

DIE septima Mensis Octobris Anno 1743. hora quarta post meridiem, convenerunt Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi, & Episcopi Nationis Maronitarum in Ecclesia Sanctæ Mariæ, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli Fratrum Minorum in Arissa, jussu Reverendissimi Patris Jacobi de Luca Ablegati Apostolici. Postquam autem idem Ablegatus antedictos Antistites adhortatus fuisset, eorumque animum ad hos præparasset, ut debitam Decretis Sanctæ Sedis obedientiam, submissionemque exhiberent, invocato Sancto Spiritu jussit, primum quidam recitari, atque promulgari Ablegationis suæ Breve Pontificium: deinde alterum Breve, quo Illustrissimorum, ac Reverendissimorum Episcoporum Eliæ, ac Tobiæ ad Antiochenum Nationis Maronitarum Patriarchatum Electiones irritæ, ac nullæ declarabantur. Tertium denique Breve, quo Simon Archiepiscopus Damasci a Summo Pontifice feliciter Regnante ad eumdem Patriarchatum evehebatur. Cumque hæc Brevia omnes auditione accepissent, ut propensiori quodam studio se obedientes, ac morigeros mandatis Pontificiis ostenderent, illico ad Aram maximam, cujus in medio Illustrissimus, ac Reverendissimus electus ac declaratus Patriarcha sedebat, sese contulere, eique tamquam suo Patriarchæ se subditos subjectosque professi sunt.

His quiete tranquilleque gestis, agitari cæptum est de modo, ac tempore peragendæ publicæ Ecclesiasticæ Ceremoniæ, quæ ab ipsis in Patriarcharum inauguratione servari consuevit. Ea vero ad undecimam ejusdem mensis diem, Divino favente Numine, indicta fuit. Sacram autem illam functionem, quam majori optandum esset pace ac tranquillitate, circa horam diei septimam, in eadem Ecclesia inchoavit, perfecitque Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Elias, una cum reliquis Illustrissimis ac Reverendissimis Archiepiscopis, & Episcopis, qui ut horum omnium indubium darent testimonium, præsentibus literis scripto chirographum, propriumque sigillum appofuere.

Datum in Ariffe die 12. Octobris anno 1743.

ARCHIEPISCOPI, ET EPISCOPI.

Elias Arcæ.
Philippus Lystræ.
Stephanus Botri.
Gabriel Ptolemaidis.
Ignatius Tyri.
Joannes Beryti.
Michael Paneadis.
Tobias Neapolis.

Epistola electi Patriarchæ ad Sanctissimum.

Sanctissimo, ac Beatissimo Patri ac Domino Nostro

BENEDICTO XIV. PONT. MAX.

Christi Domini Vicario, & Petri Apostoli Successori.

Sanctissime Pater.

EGo Simon Petrus Evodius, olim Damasci Archiepiscopus, nunc vero miseratione Dei, & Sanctitatis Tuæ beneficio Patriarcha Antiochenus, flexis genibus ad purissimos tuos Pedes submisse ac reverenter provolutus, Beatitudini Tuæ expono, Apostolicas me literas accepisse, quibus mihi demandasti, ut Patriarchalem Nationis Maronitarum Dignitatem susciperem. Tua igitur ipsius gratia, & in obsequium Apostolici mandati tui, id munus suscepi, tametsi nihil esse in me cognoscerem, quare hoc mihi beneficium conferatur, aut quo pacto humeris meis onus istud portare queam. Venerabiles autem Fratres mei Archiepiscopi, & Episcopi non modo non sunt mihi reluctati, sed summa potius cum reverentia, & obsequio subjectionem, & obedientiam coram Reverendissimo Patre Jacobo de Luca, Sanctitatis Tuæ Ablegato, exhibuere. Oro itaque, quæsoque, pro tua illa Tibi insita erga omnes benignitate singulari, ut cæleste mihi auxilium precibus tuis a Deo implores, cujus in terris vices geris: sum etenim undequaque calamitatibus, ac molestiis circumseptus.

Porro nostrarum apud Sanctam Apostolicam Romanam Sedem causarum Procuratorem deputavi, ac præfeci R. P. D. Josephum Assemanum, Virum in Ecclesia Dei celebritate nominis clarum: qui Pallium confirmationis a Sanctitate Tua supplex nomine meo petat, impetret, atque recipiat: Quam mihi gratiam in Apostolicis literis, pro tua Ta humanitate non denegaturum significasti. Fidem vero Procuratori ante omnia mandavi, ut debitam Sanctitati Tuæ, & Apostolicæ Sedi, quæ Orthodoxæ Fidei petra est, & fundamentum, sine quo salus æterna obtineri nequit, obedientiam omnino præstet; & quoniam mihi procul agenti, quantum vellem, & optarem, fas non est, ipse coram maximas Beatitudini Tuæ gratias verbis accuratissimis agat, de collato mihi Patriarchalis Dignitatis beneficio, deque acceptis muneribus omnibus, quæ ad bonæ memoriæ Decessorem meum a Te transmissa fuerant: quæque per Ablegatum tuum sunt mihi tradita. Hie sane donis incredibilem tuum erga me amorem, ac singularem humanitatem ut libenter agnosco, ita studio colam sempiterno.

Idem Ablegatus tuus recitavit mihi, & Venerabilibus Fratribus meis Archiepiscopis, & Episcopis alias Apostolicas literas, quibus nostram Synodum in Monte Libano nuper celebratam Sanctitas Tua confirmare dignata est. Reliqua præterea Decreta ad eam rem spectantia, quæ post confirmatam Synodum edita fuere. Hæc porro omnia, qua decet animi submissione & excepimus, & probavimus: Nosque eadem ad exitum perducturos spopondimus: quod Apostolicis tuis Deo acceptis gratisque precibus freti speramus.

Antequam autem Patriarchalem Dignitatem inirem, Orthodoxæ Fidei Professionem, ac juramen-

tum

tum fidelitatis de more præscriptum emisi coram Venerabili Fratre meo Elia Masebl, Archiepiscopo Arcensi, & coram Apostolico Ablegato tuo, quem commissi sibi muneris partes omnes prudenter, diligenter, accurateque implevisse testamor.

Obsecro itaque, ut me in tuorum servorum numerum amodo adscribas: sunt enim & alia quædam negotia, quæ ad Me, & ad nostram Antiochenam Sedem pertinent, quæque laudatus noster Procurator Sanctitati Tuæ est expositurus. Id quæso gratiæ mihi novellæ plantæ tuæ concede, ut quas ille nomine meo porriget, ne patiaris pro tua eximia, ac universum terrarum orbem complectente benignitate, irritas esse, & inanes preces.

Ipsius vero Procuratoris mei rationem habere velis. Sunt enim magna illius in Apostolicam Sedem merita, nec minora erga Antiochenam Ecclesiam nostram beneficia. Nos autem non fugit, extitisse quosdam, qui apud Sanctitatem Tuam ipsi labem infamiæ aspergere sunt conati. Te igitur etiam atque etiam rogo, ut pro tua, quæ in universo mundo celebratur clementia, illius rationem habeas, neve fidem tribuas eorum dictis, qui eidem adversantur. Præclara etenim quæ gessit opera, animique ipsius candor, ac fervens Religionis studium, eundem declarant contra jus, & æquum ab adversariis insimulatum fuisse.

Hæc omnia, Sanctissime Pater, precibus a Te quam possum studiosissime contendo, tuisque iterum sanctis pedibus demississima oscula defigens, Deum oro, & obtestor, ut ad multos Te annos sanum, & incolumem servet.

Datum in Conventu Arissæ in Chesroano, die 12. Octobris Anno 1743.

Sanctitatis Tuæ humillimus, & obsequentissimus Servus, & Creatura,

Simon Petrus Evodius Patriarcha Antiochenus.

Epistola Archiepiscoporum, & Episcoporum ad Sanctissimum.

Sanctissimo, ac Beatissimo Patri ac Domino Nostro

BENEDICTO XIV. PONT. MAX.

Christi Domini Vicario, & Petri Apostoli Successori.

Sanctissime Pater.

NOs Archiepiscopi, & Episcopi Antiochenæ Sedis, Sanctitatis Vestræ Servi, ad puros Vestros Pedes submisse, ac reverenter provoluti significamus Reverendissimum Pattem Jacobum de Luca Ablegatum Vestrum, statim atque huc pervenit, Apostolicas ad Nos literas Vestras pertulisse, quibus lectis, & auditis, continuo Nos omnes Reverendissimo Domino Simoni Patriarchæ a Sanctitate Vestra constituto obedientiam exhibuimus, tanta sum animorum consensione, ut nemo nostrum contra vel hiscere, vel unum verbum proferre ausus sit. Idque in obsequium Sanctitatis Vestræ, & Sedis Apostolicæ: est enim Nobis exploratum, & compertum Apostolicam Sedem esse Petram Orthodoxæ Fidei, quam a Majoribus nostris accepimus: Nosque universi parati sumus sanguinem nostrum in illius gratiam profundere. Gratias igitur Sanctitati Vestræ agimus quam possumus maximas de Apostolica, quam nostri gessistis cura, in hoc præsertim calamitoso rerum statu, in quo eramus constituti.

Idem Reverendissimus Ablegatus Vester, qui munere suo apud Nos prudenter, sapienter, ac studiosissime defunctus est, alias Nobis tradidit Apostolicas literas Vestras, quibus Synodum nostram Libaniticam confirmatis: quas quidem literas, qua filios obsequentissimos decet reverentia, suscepimus: obsecrantes Deum Optimum Maximum, ut quæ in ea Synodo sunt constituta, opere impleamus: quod sanctis precibus Vestris, & Apostolica Benedictione fruti, Nos facturos speramus.

Quod reliquum est, Te etiam atque etiam, Beatissime Pater, rogamus, ut antedicto Patriarchæ nostro, una cum reliquis consuetis spiritualibus muneribus, Pallium confirmationis mittatis; atque iterum prono corpore ad terram procumbentes, Sanctos Pedes Vestros reverenter deosculamur, Deumque rogamus, ut Sanctitatem Vestram diu servet incolumem. Amen.

Datum in Conventu Arissæ in Chesroano, die undecima Octobris Anno Christi 1743.

Sanctitatis Vestræ humillimi, & obsequentissimi Servi Archiepiscopi, & Episcopi.

Elias Arcæ.
Philippus Lystræ.
Stephanus Botri.
Gabriel Ptolemaidis.
Ignatius Tyri.
Joannes Beryti.
Michael Paneadis.
Tobias Neapolis.

Absoluta antedictarum Epistolarum Arabica lectione, & Latina earundem interpretatione, D. Advocatus Consistorialis hanc Allocutionem adjecit.

Allocutio D. Advocati Consistorialis.

AUdivit ex his SANCTITAS VESTRA, quanta Electus Patriarcha se gesserit humilitate simul atque solertia: quanta Archiepiscopi, & Episcopi obedientia, ut quæ sibi per Literas in forma Brevis injuncta fuerunt, sedulo exequutioni mandarent. Dum ergo obsequentissimos sese Filios præstiterunt, paternam SANCTITATIS VESTRÆ exorant clementiam, ut Apostolicam, quatenus opus est, confirmationem iis omnibus, quæ in ipsorum Synodo tam ante, quam post receptam præfati Patriarchæ Electionem, acta sunt, elargiri dignetur.

Post hæc Sanctissimus intermissam Allocutionem prosequens, Electum Patriarcham, & Præsules, totamque Maronitarum nationem, nec non ipsum Ablegatum Apostolicum, hoc laudum præconia exornare, simulque quæcumque ab ipsis in executionem Brevium Apostolicorum gesta fuerunt, benigne approbare, & quatenus opus sit, Apostolica auctoritate confirmare dignatus est.

ALLOCUTIO SANCTISSIMI.

„ INtellexistis jam, Venerabiles Fratres, omnipotentis Dei ope, Antiocheni Patriarchæ electioni finem summa cum pace impositum, & ea „ ratione, quam Nos, Deo ipso, ut putamus, inspirante

„ spirante, propnsuimus. Simon Petrus Evodius Damasci Archiepiscopus ad Patriarchatum evectus est. Apostolica nostra Brevia singulari veneratione recepta sunt, & executioni mandata. Pater Jacobus Lucensis, Ablegatus Apostolicus, multa cum laude se gessit. Duo illi Præsules, Elias, & Tobias, qui, ut paulo ante audistis, in Patriarcham electi fuerant, vix audita Patriarchæ electione a Nobis facta, statim acquieverunt; & ipsimet Patriarchæ sese subjicientes, palam profecto fecerunt, quanta sit eorum erga hanc Sanctam Sedem obedientia. Commendatione pariter summa digni sunt Archiepiscopi, & Præsules Maronitæ, tum etiam tota Maronitarum gens. Proinde Nos amplissima illa elogia, quibus Romani Pontifices Prædecessores nostri eam cohortarunt, libenter subscribimus: cum Pius IV. in quibusdam suis Apostolicis Literis affirmaverit, tot millia hominum, quibus componitur, nunquam adorasse Baal; qui tametsi hæreticis, & schismaticis circumsesti, semper tamen in Christiana Fide, & Catholica Religione constantes perstiterunt: cum Clemens VIII. hoc ipsum confirmaverit addendo, Maronitas Romanæ Ecclesiæ, Parenti omnium fidelium, & Magistræ semper obedientiam præstitisse: cum Paulus V. in suis Literis Maronitas rosarum similes esse dixerit, quod, singulari Dei gratia, inter spinas infidelitatis in Oriente florerent: cum Urbanus VIII. in suis pariter Apostolicis Literis asseruerit, nou concidisse Carmeli decus, neque extinctam esse Libani gloriam; quandoquidem Patriarcha, Præsules, & Sacerdotes Maronitæ in Apostolica Sede ac Romano Pontifice Divi Petri auctoritatem venerantur: cum denique Clemens XI. in suis Apostolicis Brevibus in lucem editis similia, & alia plurima in Maronitarum commendationem congesserit.

„ Utuntur Maronitæ Ritu huic Sanctæ Sedi probato, quique ad Ritum Romanum quamproxime accedit: cum & ipsi in azymo, non in fermentato conficiant: Sacras Vestes ad Ecclesiæ Romanæ formam adhibeant: Missas privatas, pluresque in diem super eodem Altari celebrent: neque in Missis aquam calidam, ut Græci, apponant; cum denique soli Episcopi Confirmationis Sacramentum conferant; & novum Calendarium juxta correctionem Gregorianam apud eos in usu sit. Quare nonnulla legentes ipsorum monumenta ad Nos hac occasione transmissa, mirati sumus, quod, quæ circa novum suum Patriarcham, licet antea ordinatum Episcopum, præstant, ea Consecrationis nomine vocarent. At vero si conferantur quæ ipsi faciunt cum Patriarcha, qui Episcopus non sit, cum iis quæ facere solent cum Patriarcha ad Episcopatum jam promoto, facile erit intelligere, hanc quidem non esse Ordinationem, neque veram Consecrationem, sed solemnem potius benedictionem, ac publicæ obedientiæ protestationem, aut etiam Divini super ipsum Patriarcham, ejusque regnum auxilii implorationem. Et sane apud nostrates quoque Auctores, immo in quibusdam Pontificum Romanorum Literis Ordinatio, & Consecratio pro benedictione, electione, ac solemni sugitatione usurpantur. Neque vero apud illos id novum, ac recens inventum; sed ritus, & ceremonia ex vetusto Rituali Syriaco deprompta: quemadmodum Petrus Maronitarum Patriarcha ad Leonem X. retulit; & in ultima Libanensi Synodo ab hac Sancta Sede confirmata, tantoque, ut audistis, plausu recepta, explicatur. „ Ut vero eo revertamur, unde discessimus, pri-
Chronol. Seraph. * mum Deo immortali, bonorum omnium datori, gratias, quantum possumus, ex corde agimus. Deinde quæcumque gesta sunt in executionem Brevium nostrorum ab Episcopis, & Archiepiscopis Maronitis pro Simone Evodio Damasci Archiepiscopo, & Nobis Patriarcha Antiocheno per Literas Apostolicas constituto, approbamus, &, quatenus opus sit, auctoritate Apostolica confirmamus.

Peracta Sanctissimi Allocutione, D. Scaramutius Advocatus Consistorialis instantissime eidem Pontifici pro Pallio supplicavit, in hæc verba.

Instantia D. Advocati pro Pallio.

Non beneficentiæ Tuæ, Pater Sanctissime, hic finis est. Ecclesiam Antiochenam a dissidiis purgasti: Patriarcham ei dedisti acceptissimum, ac meritissimum: Quæ acta sunt, Tua benignitate, atque auctoritate confirmasti. Superest nunc, ut quod complementum est Patriarchalis Dignitatis, eidem pari humanitate concedas; Pallium scilicet de Corpore Beati Petri Apostolorum Principis sumptum, in quo Pastoralis Officii plenitudo continetur, & pro quo obtinendo idem Rev. Pater Joseph Assemani hic præsens peculiari legitimo mandato fultus, Electi Patriarchæ Simonis Petri nomine, instanter, instantius, & instantissime supplicat.

Cui postulationi Sanctissimus Dominus Noster benigne annuit, inquiens.

ALLOCUTIO SANCTISSIMI.

„ Non semel hac nostra ætate Archiepiscopi, & Patriarchæ Orientales honore Pallii donati sunt. Consimili celebritate Pallium a Clemente XI. pro Patriarcha Alexandrino Nos postulavimus, & obtinuimus, cum inter Advocatos Consistoriales ageremus. Nos item manibus nostris eodem ornavimus Petrum Abrahamum Armenorum Catholicorum Patriarcham. Nos ipsi hoc ad Cyrillum Patriarcham Antiochenum Græcorum Melchitarum electum illud solemni ritu misimus. Itaque libenter admittimus petitionem Pallii Nobis factam pro Simone Petro Patriarcha Maronitarum electo, statim ac ipse Fidei professionem rursus emiserit, erga hanc Sanctam Sedem juramento fidei de more præstito.

„ Quin etiam uberiora tam erga ipsum Patriarcham electum, quam erga Clerum universum, & Populum Maronitarum, benevolentiæ nostræ argumenta exhibere cupientes, Pauli V. Prædecessoris nostri exemplo, qui peculiari sua Constitutione ad Petrum Patriarcham Maronitarum Apostolicam Benedictionem misit, cum facultate Clero, & Populo Maronitarum benedicendi, & Indulgentias elargiendi, Nos quoque prædicto Simoni Patriarchæ Apostolicam nostram Benedictionem amantissimè impartimur, eique facultatem tribuimus, ut sive per se, sive per alium Episcopali dignitate fulgentem, dilecto Clero, ac Populo Maronitarum, eorumque domibus, agris, prædiis, & bonis quibuscumque solemni ritu semel benedicere; iis vero utriusque sexus, qui per Pœnitentiæ Sacramen-

„ tum a peccatis expiati, & Sanctissima Eucharistia „ refecti, benedictioni hujusmodi præsentes interfuerint, Plenariam omnium peccatorum suorum „ Indulgentiam, eadem auctoritate nostra Apostolica largiri possit ac valeat.

Hac Allocutione completa, Procurator Generalis Sanctitatis Suæ, & Cameræ Apostolicæ in Consistoris Coppo indutus ad RR. PP. Protonotarios & Notarios Apostolicos conversus, in hunc modum interpellavit.

EGo Joannes Philippus Toppi Sanctissimi Domini Nostri, & Cameræ Apostolicæ Procurator Generalis rogo vos omnes Protonotarios, & Notarios Apostolicos hic præsentes, ut de omnibus gestis a R. P. Simone Petro Electo Patriarcha Antiocheno, ut ex authenticis Literis ejusdem nuper lectis audistis; nec non de Actorum per eundem Electum Patriarcham, Archiepiscopos, & Episcopos gestorum approbatione, ac concessionis Pallii eidem Patriarchæ facta instantia per R. P. Josephum Assemani legitimum Procuratorem ejusdem Electi Patriarchæ Sanctissimo Domino Nostro, Decretoque super illius concessione a Sanctitate Sua benigne edito unum, seu plura, publicum, seu publica conficiatis Instrumentum, vel Instrumenta ad perpetuam rei memoriam.

Tunc antedictarum Protonotariorum Decanus subdidit. Conficiemus. *Et ad intimos Sanctitatis Suæ Cubicularios conversus, dixit*: Vobis Testibus.

Denique R. P. Assemanus electi Patriarchæ Procurator, pro singularibus a Sanctitate Sua collatis beneficiis, ejusdem Patriarchæ nomine gratias acturus, in hunc modum verba fecit.

Gratiarum actio nomine electi Patriarchæ.

BEATISSIME PATER.

NOn uno Tibi nomine Simon Petrus Evodius, Consanguineus meus, a Te electus, & confirmatus Antiochenus Maronitarum Patriarcha, gratias agit immortales, & referet quotidie maximas. Nam Synodum Nationalem in Monte Libano Apostolica auctoritate celebratam, cujus ipse pars magna fuit, ejusque leges, atque Constitutiones, quibus (a) *Ecclesiastica Disciplina facilius retineri possit, & omnis suspiciosa consuetudo a rebus sacris prorsus amovetur*, supremo Tuo judicio decretoque probasti (b), ratas habuisti, servandasque jussisti. Quum vero Maronitarum Archiepiscopi, & Episcopi *duas in factiones divisi (c), ac duplici electione suæ Nationis Patriarcha, schisma conflassent, & Catholicum suum Gregem, Deo, & Apostolicæ Sedi fidissimum, in discrimen adduxissent, ne per domesticas discordias a vera pietate dissideret*, huic malo sapientissime occurrere properasti, deleta utraque illa in Patriarchalem Sedem illegitima cooptatione. Cumulus denique eximiæ Tuæ in Maronitas omnes, & in Ipsum præcipue Simonem Petrum, benevolentiæ, ac benignitatis tum accessit, quum eumdem (d), ad tantam Dignitatem non modo sua studia non conferentem, sed ne cogitantem quidem, Patriarcham Antiochenum delegisti, eique honorem Pallii de Corpore Beati Petri sumpti, in quo Pastoralis officii plenitudo continetur, summa cum celebritate contulisti. Verum his omissis, quæ tantopere testata vulgataque sunt, illud plane verbis exprimere haud facile fuerit, quantum Sanctitati Tuæ debeat, quod cum ipsius, tum suæ Gentis fidem, & obedientiam tam diserta oratione, tamque incomparabili eloquentia, laudum præconiis exornasti. Quidquid autem hoc est, quod nuper Maronitæ fecerunt, Tui unius nutus omnes intuentes, & sequentes; id Tibi, BEATISSIME PATER, omni jure debebatur propter immortalia Tua, tuorumque Civium erga illos beneficia. Te enim admirantur vehementissime, quod in tanta dignitate vigil semper & intentus, quum maxima quæque totius Christiani orbis optime ac prudentissime regas atque disponas, in rebus etiam Montis Libani mira diligentia atque sedulitate, quasi id Tibi solum agendum esset, verseris. Bononiensium vero Civium Tuorum, qui de Maronitis optime sunt meriti, memoria nunquam apud ipsos consenescet: Gregorii, inquam, Tertii decimi (e) Pontificis Maximi; Gabrielis (f) Palæotti Cardinalis, primi Bononiæ Archiepiscopi; & Joannis Baptistæ de Lambertinis (g) Societatis Jesu, gentilis Tui, viri Dignitatum abdicatione clarissimi: quorum primus Collegium hic in Urbe pro Maronitis fundavit, ex quo Collegio, tamquam ex Equo Trojano, tot Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & præstantissimi doctrina atque pietate Viri prodiere: in quo etiam electus meus Patriarcha a prima ætate literis humanioribus eruditus, severiores cæteras facultates, cum humanas, tum divinas summa cum laude est adseqoutus. Alter ejusdem Collegii Protector, Tertius denique Rector, eum laborum curarumque suarum fructum retulere, ut complures insignis eruditionis, eximiæque probitatis Alumnos temporibus suis floruisse gauderent. Hæc igitur studiose, diligenterque meus Patriarcha apud se cogitans, Tuorumque magnitudine meritorum inductus, quod olim Decessori Tuo Leoni Decimo Petrus Maronitarum Antiochenus Patriarcha (h) pietate ac religione conspicuus, exemplo (i) Majorum, palam ac publice professus est: *quia sive vivimus, sive morimur, pro Dei, Ecclesiæ ac* SANCTITATIS VESTRÆ *honore, quæcumque etiam durissimo perpeti æquanimiter parati sumus: Sumus namque sub perfecta obedientia* SANCTITATIS VESTRÆ, *& Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in omnibus, quæ nobis præcipit, & imponit*: Eandem ultro hodie Maronitæ omnes, eandem Electus meus Pa-

(a) *Breve Sanctissimi Domini Nostri ad Josephum Patriarcham die 27. Septembris 1741.*
(b) *Breve ejusdem die 1. Septembris 1741., & die 14. Februarii 1742.*
(c) *Brevia ejusdem die 13. Martii 1743. & 17. Aprilis 1744.*
(d) *Breve ejusdem die 16. Martii 1743.*
(e) *Gregor. XIII. Bulla fundationis Collegii Maronitarum die 27. Junii 1584.*
(f) *Gabriel Cardinalis Palæottus Protector Collegii Maronitarum ab anno 1591. ad annum 1597.*
(g) *P. Joannes Baptista de Lambertinis Societatis Jesu, Rector ejusdem Collegii a die 17. Junii 1594. ad diem 16. Februarii 1596.*
(h) *Concil. Labb. Tom. 14. pag. 354.*
(i) *Vide Epistolam Monachorum S. Maronis ad Hormisdam Papam Tom. 4. Concil. Labb. pag. 1461. & Responsionem ejusdem Hormisdæ Tom. 5. Concil. Labb. pag. 143.*

Patriarcha, in SANCTITATEM TUAM, & Apostolicam Sedem non verbis tantum, sed illustribus etiam factis ostendunt, & pollicentur obsequii significationem. Sibi enim, suæque Genti testantur devinctam beneficio voluntatem ob susceptam, gestamque perpetuam ab hac Sanctissima Sede curam fovendæ in ipsis Catholicæ Religionis, *quam a (a) Petro Apostolorum Principe sibi traditam, integreque a majoribus suis conservatam, nec Infidelium jugum tam grave corrumpere, nec Hæreticorum, aut Schismaticorum propinquitas labefactare potuit*. Ita Electus meus Patriarcha, & Maronitæ omnes, de fide Catholica, deque suo erga Sanctam Romanam Ecclesiam obsequio, ac veneratione senserunt semper, ac sentire pergunt. Hac grati animi significatione studium Tibi suum agnoscendis, & prædicendis Tuis erga ipsos beneficiis, in hoc Augustissimo Consessu declarant. Quod superest, SANCTISSIME PATER, *Nationem istam (b) tot tantisque inter Hæreticos, Schismaticos, & Infideles, veluti rosam inter spinas, circumdatam angustiis, & calamitatibus*, amplissimo SANCTITATIS TUÆ patrocinio, quod Innocentius III. Decessor Tuus (c) fecerat, fulcire velis, & in clientelam accipere. Tuo Patriarcham ipsum præsidio tuere. *Perfice (d) eam, quam plantavit dextera tua: Fiat manus Tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis, quem confirmasti Tibi.*

His expeditis, una cum P. Desiderio idem R. P. Assemanus ad deosculandum Sanctitatis Suæ pedes, factis de more genuflexionibus, iterum accessit. Hactenus relata ACTA CONSISTORIALIA.

DECRETUM S. R. C.

Circa Servorum Dei Canonizationem post declarationem casus excepti.

POstquam Sanctæ memoriæ Urbanus Papa VIII. die 13. Martii 1625. prohibuit exhibitionem publici cultus erga eos Dei Servos, qui nec fuerunt Beatificati, nec a Sede Apostolica canonizati, addita declaratione, quod non intendebat per hoc ullum præjudicium inferre iis Dei Servis, qui vel ex indulto Summorum Pontificum, aut Sacræ Congregationis permissione, vel per communem Ecclesiæ consensum, vel per immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii coluntur; idemque Summus Pontifex die 5. Julii 1634. in suis literis Apostolicis in forma Brevis expeditis antedictum Decretum solemniter confirmavit, & pro firmiori ejus executione statuit, quod in causis procedentibus per viam casus excepti, hoc est cultus publici exhibiti, altero ex modis supra enunciatis, ferri ante omnia deberet Sententia a Judice ordinario, vel a Judice delegato a Sede Apostolica, a sacrorum deinde Rituum Congregatione confirmanda super prædicto cultu, declaravitque, longissimum tempus, & illius immemorabilem cursum, de quo in antecedenti enunciato Decreto, intelligendum esse tempus centum annorum metam excedens.

Item post quam a Sacrorum Rituum Congregatione die 23. Martii 1652. pro regula firmatum est, pro complemento dictæ centenariæ non esse attendenda gesta post eadem Decreta, hoc est post annum 1634. in quo prodierunt literæ Apostolicæ supradictæ Urbani Papæ VIII. itaut centenaria in re, de qua nunc agitur, debeat esse completa anno 1633. juxta plene relata, & discussa *lib. 2. de Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione* cap. 22. edito a Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO PAPA XIV. *& in Appendice ad dictum Tomum secundum*, in qua Decreta, & Constitutio Urbani referuntur.

Postquam demum a Sanctæ memoriæ Clemente Papa IX. die 10. Septembris 1668. Decretum est, ut in Causis Canonizationis, sive procedentibus per viam non cultus, sive per viam casus excepti a Decretis Urbani VIII. proponi deberent, & discuti, ac ad juris trutinam redigi miracula, quæ post indultam venerationem supervenerunt, ut ex iis constare possit, num Sedes Apostolica tuto valeat ad solemnem Canonizationem, juxta Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Ritum, & Canonicas Sanctiones devenire, juxta ea, quæ plene habentur *in citato opere de Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione lib. 1. cap. 25.* Controversiæ exortæ sunt inter fidei Promotorem, & Postulatores, in causis procedentibus per viam Casus excepti, hoc est vel cultus Indulti ab Apostolica Sede per speciales concessiones, vel dependenter a Cultu publico per spatium centum annorum continuato, juxta ea, quæ supradicta sunt, quænam miracula censeri debeant secuta post indultam venerationem, contendente fidei Promotore, miraculum non posse dici secutum post Indultam venerationem, hoc est post primam Apostolicam concessionem, si alia amplior subsecuta sit; nec miraculum dici posse secutum post indultam venerationem, si secutum sit post completum centenarium, cum pro hujusmodi effectu opus sit, ut sit secutum post sententiam Cultus publici approbativam a Sacra Congregatione confirmatam, & excipientibus Postulatoribus, miracula dicenda esse secuta post indultam venerationem, si secuta sint, vel post primam Apostolicam cultus concessionem, etiamsi alia amplior subsecuta sit, vel contigerint post completum tempus centum annorum publici cultus, etiamsi contigerint ante sententiam prædicti cultus approbativam.

Porro licet super hisce controversiis plures in casibus propositis a Sacrorum Rituum Congregatione resolutiones prodierint semper favorabiles intentioni Postulatorum, juxta ea, quæ plene habentur *in citato opere lib. 2. cap. 21.* cum tamen hucusque super eis nullum prodierit Generale Decretum, Sanctissimus Dominus Noster BENEDICTUS PAPA XIV. statuendum censuit, prout præsenti Generali Decreto statuit, miracula dici debere secuta post indultam venerationem, & sic de eis habendam esse rationem in ordine ad Canonizationem, si secuta sint post primam Cultus concessionem, etiamsi amplior concessio postmodum subsecuta sit, cum aliud sit veneratio, aliud augmentum venerationis; vel si secuta sint post complementum Centenarii cultus, an-

Chronol. Seraph. * Qq 2 tequam

(a) *Pius IV. Epist. ad Moysem Maronitarum Patriarcham 8. Septembris 1562.*
Clemens VIII. ad Sergium Patriarcham 1. Augusti 1595.
Urbanus VIII. ad Johannem Patriarcham 30. Augusti 1625.
Clemens XI. ad Jacobum Patriarcham, Episcopos, & Maronitas omnes 29. Januarii 1718.
(b) *Breve Sanctissimi Domini Nostri die 16. Martii 1743.*
(c) *Innocentii III. Bulla ad Hieremiam Maronitarum Patriarcham die 3. Januarii 1215.*
(d) *Psalm. 79.*

tequam sententiam de eodem prolata sit, cum sententia super casu excepto nihil novi importet, sed declaret, Cultum publicum fuisse exhibitum per annos centum ante Urbanam Constitutionem, & de interventu Apostolicæ Auctoritatis, etiam præcisive a sententia, dubitandum non sit, cum Summus Pontifex Urbanus VIII. tum in citatis Decretis, tum in Constitutione allegata protestatus sit, uti supra visum est, se nullum velle præjudicium afferre hisce Dei Servis, quibus per centenarium completum annorum numerum Cultus publicus antea fuisset exhibitus. In quorum omnium fidem Ego infrascriptus Sacræ Congregationis Rituum Secretarius præsens Decretum propria manu subscripsi, & mandato Sanctissimi Domini Nostri obtemperans inter Regesta Sacræ Congregationis retuli, & in publicis locis Urbis more solito affigendum curavi; hac die 14. Julii 1744.

C. Card. de Marinis Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

Th. Patriar. Hierosolym. Secret.

LITERÆ ENCYCLICÆ

Reverendissimi Patris Ministri Generalis de sua ad universum Ordinem electione.

FR. RAPHAEL A LUGAGNANO

Lector Emeritus, ac totius Ordinis S. P. Nostri Francisci Minister Generalis, & Servus.

Dilectis in Christo Patribus, ac Fratribus, Superioribus, & Subditis ejusdem Ordinis, salutem, & Seraphicam benedictionem.

Quamvis tenuitatem nostram semper præ oculis habentes nullam unquam vel minimam locaverimus operam, aut desiderium aliquod foverimus, sed ne quidem nobis tunc temporis Regionum intervallo longe dissitis in mentem venerit, ut ad supremum in Ordine nostro Generalatus apicem eveheremur; nihilo tamen secius luminum Patre aliter disponente, accidit ultra omnem expectationem nostram, quod jampridem è vivis sublato Reverendissimo Patre Cajetano a Laurino olim totius Ordinis Minorum Generali Ministro, in nupera Congregatione Generali, die 11. mensis Junii proxime elapsi Romæ celebrata, unanimi Patrum Discretorii, Definitoriique Generalis calculo, & consensu, tot inter alios probatissimos Patres in nostra Cismontana Familia pluribus titulis de Religione optime meritos, totius Ordinis regimen, & gubernium humilitati, & infirmitati nostræ demandaretur. Ad augendam præterea confusionem, qua incredibili prorsus, & maxima suffundimur, placuit insuper Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO Divina Providentia PAPÆ XIV. pro sua erga Ordinem nostrum pietate, ac elementia, (quemadmodum cum aliis Prædecessoribus nostris factum est a diversis Romanis Pontificibus) nos specialibus favoribus, & gratiis prosequi, totius Ordinis Minorum, nedum Generalem Ministrum etiam quoad titulum declarando, sed Commissarium quoque, & Apostolicum Visitatorem instituendo, amplissimis ad id Nobis traditis facultatibus, quatenus ea omnia reformare, ac corrigere possimus, quæ majorem Dei cultum, & gloriam, Ordinisque emolumentum, & commodum concernere viderentur.

Hæc igitur omnia in acceptis referentes bonorum largitori, qui dispositione mirabili infirma mundi eligit, atque ea, qua possumus, animi humilitate, & obsequio, Dei opera venerantes, promptissima cordis alacritate oneri gravissimo nobis imposito colla submittimus (quod cœteroquin religiosissimis moderatione ferre recusavit, qui rerum experientia, doctrina, zelo, prudentia, & pietate longe spectatissimus, ad ipsissimam hanc in Ordine nostro capessendam dignitatem, ut reluctans ab ipsis Electoribus feliciter pertrahebatur) curam omnem nostram, ac sollicitudinem in Domino reponentes, cujus infinita bonitas eò nobis cœlestis gratiæ uberiora dona largiri non dedignabitur, quo infirmioribus viribus ad Dei gloriam, & religionis commodum omni ex parte arduitate plenum opus aggredimur.

Itaque, dum PP. ac RR. VV. electionem nostram canonicam palam facimus, omnes, & singulos ea suavissima charitate complectimur, quæ omnium amantissimum Patrem decet, ac studiosissimum Servum, ut omnibus sinceri amoris, & promptissimæ servitutis vera, & ingenua testimonia reddamus. Hoc siquidem præ primis in animum nostrum induximus, ne ullis unquam intervenientibus partium studiis, humanis respectibus, munus nostrum ad æquitatis apicem usque adeo exequi valeamus, ut Deo unice gratum opus exhibere possimus, atque, pro meritorum ratione, dilectissimorum filiorum spiritualia commoda promovere: quemadmodum haud dubie assequi posse confidimus, si omnes, sincera animi moderatione, nostram immediate opem implorare non verebuntur, qua eorum spiritualibus, & religiosis necessitatibus, quantum in Domino possumus, opportune consulamus.

Ea propter omnibus, & singulis serio, ac districte præcipimus, ne sub aliquo colore, causa, vel prætextu, sæcularium hominum gratiam, aut favores sibi demereri audeant, ut in Ordine gratias quascumque, Officia, dignitates, vel gradus extorqueant; quippe ad horum effrænem ambitum, & audaciam compescendam, nec zelo parcemus nostro, nec operi; proindeque Religiosos quoscumque ad alias extra Ordinem nostrum personas recursum habentes, seu admittentes, nedum omni gratia, & favore indignos reputabimus; sed præterea in eos ad rigoris apices animadvertemus pœnis in Statutis Generalibus anni 1593. 1600. 1670. contra ejusmodi subdolos, ac inquietos homines in dictis, aliisque similibus, quas Apostolicæ Constitutiones Sancti Pii V. incip. *Pastoralis* 28. *Maii* 1571. Gregorii XIII. incip. *Consuevit* 29. *Aprilis* 1579. Pauli V. incip. *Admonemur* 18. *Aprilis* 1619. Urbani VIII. incip. *Admonemur* 26. *Junii* 1639. contra præfatos ambitiosos torquent. Porro has omnes Apostolicas, Ordinisque æquissimas Sanctiones, & Leges pro viribus fideliter, atque adamussim executioni demandari instituemus, ut inde gravissima ea damna præcaveantur, quæ identidem in Religionem derivare possent, si quarumcumque extra Ordinem Personarum intuitu Religiosi superbiæ typhone obcæcati, minusque digni, ad dignitates, aut officia promoverentur.

Pari itidem solicitudine, ac nunquam emollienda animi nostri firmitate, eorum audaciam retundere adia-

adlaborabimus, qui anonymis libellis, aliisque detestabilibus mendaciis, atque calumniis, Fratrum suorum bonæ famæ, & existimationi detrahere attentarent, aut literis, etiam proprio nomine signatis, aliorum defectus ampullosis, & invidis detrectationibus supra modum aggravare, atq. adaugere præsumerent, normam, & methodum non implentes, quam in delationibus, seu querelis generalia Ordinis Statuta præscribunt. Iis dumtaxat casibus exceptis, ad quos expediendos, propter urgentes negotiorum circumstantias, immediatus, vel secretus ad Nos interponendus esset recursus.

Quum insuper æquitati, ac justitiæ apprime consonum sit, ut unaquæque Provincia onus suum portet, omnibus, & singulis, sub pœna Apostasiæ, serio jubemus, ut quam primum harum notitia ad ipsos fuerit delata, nobis in scriptis significare teneantur causas, & motiva, quorum intuitu ipsis facultas concessa est ad diutius immorandum in Provinciis, quas inpresentiarum tamquam hospites inhabitant: maturiori enim examine nostro accedente, de opportuno remedio providere satagemus. Interea præcipimus Superioribus Provincialibus, ne ad contiguas Provincias mittere audeant, nisi Religiosos illos, quos vitæ probitas, & morum innocentia commendant, ad ea præcise negotia absolvenda, quæ in similibus circumstantiis generales Constitutiones expresse commemorant. Ipsi quoque Superiores sedulo invigilare teneantur, nullaque ratione, aut prætextu indulgere præsumant Religiosos advenas extra Ordinis Conventus, in Secularium, aut aliorum Regularium domibus, hospitio detineri: quinimo ipsi Religiosi in Locis, & Civitatibus, ubi Conventus jurisdictioni nostræ subjecti siti sunt, taliter se gerere studeant, ut tam Observantes, quam Reformati, ad proprios respective Conventus, ad hospites recipiendos accedant, ne inter Fratres simulationes, & jurgia unquam suboriri contingat.

Cæterum in Domino confidimus has omnes ordinationes jam pridem in Capitulis Generalibus sancitas ea, qua par est, animi obedientia, ac promptitudine, ab omnibus observatum iri; ac præterea, subditorum Nostrorum pietate freti, certo certius speramus, Regulam, quam Domino promisimus, itidemque Apostolicas, & Ordinis Constitutiones, integre ac fideliter, non lingua, aut verbo, sed opere, & veritate, ab omnibus fore adimplendas. Idcirco etenim Nos a legibus efformandis abstinere consultius duximus, quo majori sollicitudine, ac attentione adlaboremus, ut illæ omnes, quæ jam dudum in Religione Nostra obtinent Constitutiones, ac leges alacrius, & promptius executioni demandentur.

Postremo Superioribus Provincialibus jubemus præsentes hasce literas in singulis suarum Provinciarum Conventibus coram Religiosis in Communitate congregatis, publice, prout moris est, quantocius legi procurent; omnesque in Domino hortamur, fervidas, & indesinentes ad Deum preces effundere, ut pro sua infinita pietate, & clementia, diu sospitem, incolumemque servet Sanctissimum Dominum Nostrum feliciter in terris regnantem; Regibus, & Principibus Christianis pacem, & veram concordiam concedere dignetur; Eminentissimo Cardinali totius Ordinis Nostri vigilantissimo Protectori veras, ac diutinas felicitates elargiatur; ac Nobis tandem exoptatum suæ dilectionis spiritum infundat, dum Sanctissimi Patris Nostri Francisci opem, atque auxilium humillime implorantes, Vobis omnibus dilectissimis Filiis paternam, ac Seraphicam Benedictionem peramanter impertimur.

Romæ ex Nostro Aracœlitano Conventu die 1. Augusti 1744.

PP. & RR. VV.

Addictissimus in Domino Servus
F. Raphael a Lugagnano
Minister Gen. Ordinis.

De mand. Suæ Paternitatis Rmæ.
F. Joannes Carbonell
Secr. Gen. Ordinis.

CUM R. P. Desiderius de Domobascians, Provinciæ Romanæ Observ. alumnus, renunciandus esset Præses Cœnobii Hierosolymitani, & Custodiæ totius Terræ Sanctæ, loco A. R. P. Jacobi Luceusis in Italiam redituri, supplicem exhibuit libellum S. S. pro facultate exercendi Pontificalia, & administrandi Sacramentum Confirmationis, qua frui solent Guardiani Hierosolomytani, habuitque rescriptum, prout sequitur.

SUPPLEX LIBELLUS.

Foris.

Alla Santità di Nostro Signore

PAPA BENEDETTO XIV.

Felicemente Regnante.

Per Il P. F. Desiderio di Casabasciana Min. Oss.

Intus.

FRA Desiderio di Casabasciana, dopo averle baciato i SS. Piedi, umilmente le rappresenta, qualmente essendo destinato Presidente di Terra Santa, per esercitare l'officio con maggior decoro, supplica la S. V. volergli concedere tutte le autorità, grazie, e Privilegi soliti concedersi dalla S. Sede a i PP. Guardiani di Gerusalemme, & *signanter* di poter fare i Pontificali, e conferire la Cresima. Che della grazia &c. *Quam Deus &c.*

RESCRIPTUM.

Ex audientia Sanctissimi die 12. Mensis Augusti 1744.

Sanctissimus benigne concedit Oratori, quatenus in Præsidem a P. Jacobo una cum Discretorio deputetur, facultates omnes, & singulas, quæ competere solent, & a S. Sede concedi Guardiano Terræ Sanctæ, ac nominatim exercendi Pontificalia, & conferendi Sacramentum Confirmationis; volens etiam, quod eadem præsens gratis per hoc simplex Rescriptum ei suffragetur, ac si per literas in forma Brevis concessa fuisset.

Joseph Livizzani Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Sto-

Statuitur ne Fratres ex Indiis revertentes in Domibus Sæcularium Civitatis Gadicensis commorentur, sub pœna Apostasiæ.

F. RAPHAEL A LUGAGNANO &c.

Dilectis nobis plurimum in Domino &c.

CUM ad officium nostrum pertineat, vi nostræ Seraphicæ Regulæ, omnes ejusdem professores in via Domini salubriter dirigere, & deviantes a semitis justitiæ per inobservantiam ejusdem Regulæ, & Constitutionum Apostolicarum, & nostri Ordinis, reducere ad arctam viam observantiæ regularis, quæ ducit ad vitam: inde est, quod certiores effecti de defectibus nostrorum Subditorum fiere non possimus, sed potius opportunum remedium eisdem adhibere cogamur. Fide dignis sane testimoniis; & omni exceptione majoribus ad Nos delatum est aliquos Religiosos, tam Regularis Observantiæ, quam Discalceatorum, occasione pergendi ad Indos, seu inde redeundi, longas trahentes moras, permanere extra Claustra in domibus Sæcularium, contra Decreta Sacri Concilii Tridentini, & iteratas Constitutiones Apostolicas, & nostri Ordinis, idipsum vetantes fieri absque licentia Sanctæ Apostolicæ Sedis. Quapropter hujusmodi malo, quod vergit in perniciem animarum (pro quibus in divino judicio rationem reddere tenemur) in scandalum Populi, & dedecus Religionis, efficax remedium adhibere cupientes; vobis præfatis PP. Guardianis Conventuum nostrorum tam Regularis Observantiæ, quam Discalceatorum Gadicensis Civitatis tenore præsentium, vestram ordinariam jurisdictionem excitantes, serio committimus, & mandamus, quatenus omnes Religiosos pergentes ad Indos, seu inde revertentes, in vestris respective Conventibus Hospitio recipiatis, & charitative tractetis, ad præscriptum Constitutionum Generalium nostri Ordinis, & municipalium Discalceatorum, proportione servata; Nullo tamen modo patiamini, ut aliquis eorum permaneat extra Claustra in Domibus Sæcularium, sed potius opportunis mandatis, & præceptis, etiam sub pœnis contra Apostatas taxatis, in vestris Conventibus assistere, ac sub vestra respective obedientia, & regulari Disciplina omnino cogite. Si autem ullus ad missiones pridem destinatus, obstante aliquo impedimento, seu aliis quacumque de causa, in dicta Civitate remanserit, postquam Socii ab ea ad Indos discesserint, eumdem ad suam nativam Provinciam redire mandate, usquequo alteri missioni contingat se legitime adjungere.

Tandem omnibus Religiosis hujusmodi ad Indos pergentes, seu inde redeuntes præcipimus per Sanctam obedientiam, quatenus ad præscriptum nostrarum Constitutionum, quæ de hospitibus, & de eorum obedientia, & subjectione ad Superiores locales, ad quorum Conventus accedunt, expresse loquuntur, vos præfatos Guardianos in suos legitimos Superiores pro tempore, quo in vestris Conventibus, eorumque districtibus moram traxerint, omnino recognoscant, & revereantur, vobisque ad normam earumdem Constitutionum omnino pareant, & obediant.

Valete in Domino, & pro nobis orare non gravemini, & interim vobis Seraphicam benedictionem impertimur.

Dat. Romæ in hoc nostro Aracœlitano Conventu, die 20. Augusti 1744.

F. Raphael a Lugagnano
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mand. Suæ Patern. Rmæ.
F. Joannes Carbonell
Secretarius Gen. Ordinis.

DECRETUM.

Congregationis particularis

DE PROPAGANDA FIDE

Super rebus Indiarum Orientalium habitæ in Palatio Apostolico Quirinali coram SSmo die 1. Septembris 1744.

PRævio recessu a decisis sub die 19. Septembris 1741. PP. Franciscanos esse manutenendos in possessione Ecclesiarum, & Residentiarum, quas habebant in Regno Cochinchinæ ante promulgationem Decretorum Episcopi Halicarnassensis, & deputandum esse in Delegatum Apostolicæ Sedis, cum solitis, & necessariis facultatibus, Episcopum Coricensem Vicarium Apostolicum Tunquini Orientalis, qui personaliter in Cochinchinam se conferat, ibique, auditis extrajudicialiter tantum, & pro animi sui instructione, interesse habentibus, certum numerum dictarum Ecclesiarum ad Patres Franciscanæ Familiæ, ut supra, spectantium, recognoscat, verificet, ac probet, & earum unicuique, sicut, & aliis tum ad PP. Societatis Jesu, tum ad Presbyteros Seminarii Parisiensis, tum etiam ad Sacram Congregationem Propagandæ fidei pertinentibus, in iis tamen dumtaxat Provinciis, Toparchiis, & Civitatibus, quæ pluribus ex præfatis institutis sunt communes, certum, & congruum districtum assignet, singulisque Districtibus certos fines constituat, & de hujusmodi assignatione, & finium constitutione peracta memoratam Sacram Congregationem diserte certioret; firmis quoad reliqua remanentibus Decretis præfati Episcopi Halicarnassensis relatis, & approbatis in dicta Congregatione particulari habita die 19. Septembris.

Insuper, admittendam, & laudandam esse oblationem RR. PP. Franciscanorum laborandi in conversionem, & salutem animarum in Regnis Ciampæ, & Cambodiæ, propriis stipendiis; ita tamen, ut ejus Ordinis Missionarii assidue, & sine intermissione in iis resideant, subjecti semper auctoritati, & jurisdictioni Vicarii Apostolici Cochinchinæ, nec non reservato jure Missionariis aliorum quorumcumq. Ordinum, & Institutorum, in eadem Regna ingrediendi, & Missiones ibidem exercendi in districtibus certis assignandis, & constituendis a Vicario Apostolico pro tempore, & certiorata supradicta Sacra Congregatione — Breve autem super præmissis expediendum exaretur ad mentem hujus Sacræ Congregationis, juxta minutam conficiendam a Reverendissimis Cardinalibus Petra Præfecto, & Columna de Sciarra, una cum D. Secretario.

DE-

DECRETUM.

Reverendissimi P. Ministri Generalis.

„ Proposito dubio: Cui competat praecedentia,
„ An Patri Ex-Custodi Petro de Roma, qui
„ suffragatus est in Capitulo Generali Vallisoletano
„ novissime celebrato, tamquam Custos Observantis
„ Provinciae Romanae: num vero Patribus Jubilatis de
„ non numero? Discretorii Generalis Patres, au-
„ ditis partibus, unanimiter censuerunt, in casu de
„ quo agitur, praecedentiam deberi Patribus Jubila-
„ tis; ita tamen, ut praefato Patri Petro nullum
„ praejudicium inferatur quo ad praecedentiam sibi,
„ tamquam ex Custodi Provinciae, debitam.

Datum in hoc Conventu Araecoelitano die prima Octobris 1744.

Ita est Fr. Marcus Antonius Gravois Definitor Gen.
Ita est Fr. Vincentius Antonius de Caprarola Definitor Generalis.
Ita est Fr. Petrus Joannes de Molina Proc. Generalis Disc. & Recol.
Ita est Fr. Alexius de Roma Procurator Generalis Reformat.
Ita est Fr. Joannes Franciscus Yduri Com. Generalis Curiae.
Ita est Fr. Benedictus Maria de Florentia Procurator Generalis Ordinis.
Ita est Fr. Felix a Roma Discretus Perp. Cismontan. Familiae.

F. Raphael a Lugagnano
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Joseph Maria de Fano
Def. Gen. & Secret. Gen. Ordinis.

Literae Ministri Generalis, quibus Generalia Ordinis Comitia Bononiae habenda indicuntur.

FR. RAPHAEL A LUGAGNANO

Lector Emeritus, Catholicae Majestatis in Regali Congressu Matritensi pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, Commissarius, Visitator Apostolicus, & in Domino Servus.

Universis in Christo Jesu dilectissimis ejusdem Ordinis Fratribus tam Superioribus, quam Subditis Cismontanae, ac Ultramontanae Familiae salutem, pacem, & a Domino sempiternam benedictionem.

Quum pro muneris Nostri ratione, summo desiderio, ac studio accendamur, ut integre, & inviolabiliter executioni demandentur tum Apostolicae, tum Ordinis Constitutiones, in iis praesertim, quae Regulae Nostrae observantiam etiam quodammodo concernunt; cumque in iisdem quolibet sexennio in Pentecostes pervigilio Generale Capitulum celebrari, atque novum totius Ordinis Generalem Ministrum eligi decernatur; idcirco omnibus, & singulis Religiosis Fratribus, praecipue vero legitimis Vocalibus jurisdictioni Nostrae quoquo modo subjectis indicimus, & palam facimus, quod sub die 28. Maii 1746. Bononiae in Nostro Annunciationis Conventu, eadem (Superis bene annuentibus) absolventur generalia Comitia.

Proinde harum serie ad praefatum tempus, & Locum, praedictos omnes utriusque Familiae Vocales, qua summum hoc negocium ad felicem exitum deducatur, citamus, & convocamus, ac pro citatis, & convocatis habemus Reverendissimos Patres Joannem Bermejo olim totius Ordinis Nostri Generalem Ministrum; Ultramontanae Familiae Commissarium Generalem; Cismontanae tum ex-Commissarios, tum ex-Vice-Commissarios Generales; Indiarum quoque Generalem Commissarium: Reverendos admodum Patres, Ordinis Generalem Procuratorem; Romanae Curiae Generalem Commissarium; Generalem itidem Procuratorem tam Reformatorum, quam Discalceatorum, ac Recollectorum; Definitores Generales; Nostros respective Ordinis Generales Secretarios; Ministros etiam Provinciales, & Custodes omnium, & singularum Provinciarum, atque Custodiarum ab istis independentium utriusque Familiae, tam Primi, quam Tertii Ordinis Poenitentium, qui Nostrae jurisdictioni subsunt; Terrae Sanctae Custodem; Magni Conventus Parisiensis Guardianum; illos denique omnes, & singulos, quibus in Comitiis Generalibus competit jus suffragii.

Universis ergo, & eorum cuilibet, cum salutaris Obedientiae merito, sub poenis per Nostras Generales Constitutiones inflictis, injungimus, districteque mandamus, quatenus opportuno tempore a propriis abscedant, ut statuta die 28. Maii supradicti anni 1746. in designatum Capitularem Conventum personaliter omnino compareant, nisi vera, & legitima causa, a Testibus fide dignis recognita, atque a Generali Definitorio examinanda, & adprobanda, praepediantur: hac tamen conditione, quod praedictam Bononiae Civitatem ante decimam nonam diem ipsius mensis Maii nullus ingredi praesumat, exceptis Reverendissimi Definitorii Generalis Patribus, quibus, una cum propriis Sociis, ante praedictum tempus, ad praefixum Capituli Conventum liber indulgetur accessus.

Quia vero confusionem omnem, quae ex nimia Religiosorum affluentia suboriri posset, pro viribus e medio tollere anhelamus, Generalium Statutorum sanctionibus inhaerentes, praecipimus, sub poena privationis Suffragii, ut cujuscumque Provinciae Minister, seu Pro-Minister, & Custos, insimul ad Generale Capitulum, unico tantum Religioso Socio utrumque comitante, iter aggrediantur; addito tamen, si opus fuerit, Tertiario, qui Sindici Apostolici munere defungatur, ad necessarias expensas in itinere faciendas: Quos omnes per Jesu Christi viscera obtestamur, ut euntes, & redeuntes, eam verbo, & exemplo morum gravitatem, vitae sanctimoniam, & Seraphicae perfectionis indolem praeseferant, quae veros Religiosos decet, profundae humilitatis, altissimae paupertatis, atque Evangelici Instituti Sectatores.

Ultra praefatos omnes, nisi speciali, & expressa a Nobis obtenta licentia, nullus penitus, sub quovis colore, praetextu, aut causa, ad Comitiorum Generalium Locum, & Civitatem accedere audeat, sub poena Apostasiae: Cui etiam Vocales illos subjacere volumus, qui vanae curiositatis, aut negotiorum expediendorum causa, a via recta notabiliter deflecterent, quae ad Bononiae Civitatem tendit ac ducit. Nihil insuper eo temporis intervallo, quo Ministri, & Custodes absentes fuerint, in Provinciis innovetur: Quod si secus contigerit, id omne, irritum, & inane, nulliusque ponderis, ac momenti ipso facto censeatur. Por-

Porro memiaerint Provinciarum Custod.s, juxta antiquam, & laudabilem Religionis consuetudinem, Ordinisque Constitutiones, secum deferre Conventuum, Fratrum, Monialium viventium, & a postremo Generali Capitulo e vivis sublatorum numerum; eorum insuper nomina, qui Sanctitatis nota insignes extremum diem clauserunt; atque illorum, qui inter Infideles, vel ad servitium Terræ Sanctæ actu commorantur; Authentica item documenta rerum notabilium, quæ a proxime elapso Capitulo Generali in propriis respective acciderunt Provinciis; Operum, quæ vel nuper edita fuere, vel typis evulganda parantur. Rursus scripturas publicas, & quærelas, si quæ adernnt, contra Superiores, vel Officiales Curiæ Generales; aut testimoniales literas, quibus tales scripturas, seu quærelas non adesse legitime demonstretur, ad formam Statut. Gen. in Compil. Sambuc. cap. 8. §. 28. n. 18. & 19. Ac demum, sub pœna privationis Officii, omnibus Commissariis Terræ Sanctæ injungimus, ut, ad eorumdem Statutorum præscriptum, eleemosynarum ad Loca Sancta pertinentium computus, illarumque fidelis administrationis legitimas probationes, & documenta per eosdem Custodes transmittant.

His itaque encyclicis nostris literis acceptis, & solemniter, prout moris est, in omnibus, & singulis Provinciarum Conventibus quantocius promulgandis promulgatis, preces publice, & privatim fiant, signanter vero a Paschate Dominicæ Resurrectionis ejusdem anni, usque ad Electionis diem, qualibet quinta feria solemni Festo non impedita in singulis Conventibus Missa de Spiritu Sancto decantetur, vel saltem legatur, ac de eodem in privatis Missis a cunctis Sacerdotibus Collecta recitetur. In Choro autem, expletis Matutinis, & Vespertinis horis, quotidie dicatur Hymnus *Veni Creator Spiritus &c.* cum Versiculis, & Orationibus de Spiritu Sancto, de Immaculata Virginis Conceptione, & de B. P. N. Francisco. Præterea ab Ascensione Domini, diebus Festivis solemnes per Ecclesias instituantur Processiones, & Litaniæ, ac in ipsa Pentecostes Vigilia omnes peccatorum suorum confessionem emittant, quos Religiosi Confessarii a casibus omnibus, & censuris Nobis reservatis, plenaria nostra auctoritate poterunt absolvere. Sacerdotes celebrent; Reliqui omnes Eucharistica Mensa valde mane reficiantur; quo etiam tempore Sacrum de Spiritu Sancto solemniter celebretur, & Processio, uti supra, fiat, ut omnes a Regalibus Sedibus subsidium humillime deposcentes, Luminum Patrem servide, ac suppliciter exorent, qui mentes omnium collustret, voluntatem inflammet, corda excitet, atque accendat, quatenus arduum opus, pro cujus felici exitu omnium nostrum desideria tendunt, ac vota, vergat in Domini nostri gloriam, Religionis incrementum, totiusque Ecclesiæ Sanctæ utilitatem. Valete Fratres charissimi, Nostri etiam in vestris orationibus memores. Dat. Romæ ex nostro Aracœlitano Conventu die 17. Octobris 1744.

Addictissimus in Domino Servus.
Fr. Raphael a Lugagnano
Minist. Gen. Ordinis.

De mandato &c.

Episcoporum Jurisdictio in Ecclesias Parochiales Regularium, & Personas curam animarum Subditorum Secularium in eis exercentes asseritur, & confirmatur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Firmandis, atque asserendis Ecclesiasticæ Disciplinæ regulis studiose intenti Prædecessores nostri Romani Pontifices consueverunt, peculiaribus rerum, aut temporum necessitatibus animadversis, ad generalis providentiæ curam animum adjicere, easque Apostolicas Constitutiones opportune promulgare, quibus gliscentes morum corruptelas rescearent, & inordinatas humanæ arrogantiæ præsumptiones reprimerent. Cui rei obtinendæ utilissimum plane experti sunt, vel antiqua Patrum constituta renovare, interpretari, aut declarare, vel competentium Romanæ Curiæ Tribunalium, sive Congregationum judicata, & responsa colligere, confirmare, aut in aliquibus remittere, eademque prudenter, atque apte conciliare, si quando inter ea non satis convenire videretur. Utque antiquiora omittamus exempla, non alia sane ratione fel. record. Prædecessor Noster Clemens Papa X. per suam Constitutionem, quæ incipit *Superna*, datam xi. Kal. Junii Anno 1670. inhærendo pluribus resolutionibus Congregationum S. R. E. Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, ac Tridentini Concilii interpretationi Auctoritate Apostolica præpositorum, multa constituit circa debitam a Regularibus erga Episcopos Locorum Ordinarios observantiam, & subjectionem; tam in petenda eorum licentia, & benedictione pro Verbi Dei prædicatione in Ecclesiis etiam suorum respective Ordinum habenda, quam in approbatione, & facultate ab eisdem obtinenda, pro administrando Secularibus Pœnitentiæ Sacramento. Ita pariter se gessit recolendæ memoriæ Prædecessor noster Innocentius Papa XII. quum, ad normam plurium resolutionum Congregationis Concilii præfatæ, certas Sacrarum Ordinationum regulas, & singulorum Episcoporum jura in proprios subditos præfinivit; lata Constitutione, quæ incipit: *Speculatores*, sub datum pridie nonas Novembris anni 1694.

§. 1. „ Hanc ipsam rationem Nos ipsi secuti sumus in Apostolicis nostris Literis, quarum initium est: *Sacramentum Pœnitentiæ*, anno 1741. Kalendis Junii datis, in quibus nonnulla decrevimus, & statuimus adversus Sacerdotes in Sacramentali Confessione suos Pœnitentes ad turpia sollicitantes, juxta declarationes in causis hujus generis, diversis temporibus, & casibus prolatas a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum. Id ipsum nuperrime egimus, dum Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cunctisque Locorum Ordinariis per Italiam constitutis Encyclicas Literas dedimus, sub die 19. Augusti hujusce anni 1744. quarum initium est: *Cum semper oblatas*, quibus a prædictæ Congregationis Concilii Tridentini Interpretis resolutionibus, & placitis neutiquam discrdentes, plura declaramus circa onus, quod habent tum omnes

„ anima-

„ animarum curam gerentes, Missam pro Populo applicandi diebus saltem festis de præcepto; tum etiam Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum Canonici, aliique de earum gremio Missam Conventualem quotidie pro Benefactoribus in genere specialiter offerendi. Nunc denique hoc idem a Nobis servatum iri declaramus, dum Episcoporum jura, quod attinet ad Visitationem Ecclesiarum Parochialium ad Regularium Monasteria pertinentium, hac nostra perpetuo valitura Constitutione asserere, atque, ut infra, definire, & constituere in animum induximus.

§. 2. „ Animarum curam in Sæculares personas exercentes in iis Ecclesiis, quæ Monasteriis, seu Domibus Virorum aut Mulierum adnexæ sunt, sive ipsi Regulares sint, sive Sæculares, Sacri Tridentini Concilii præscripto *sess. 25. cap. 11. de Regularibus*, subesse debent *immediate in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Diœcesi* prædicta Monasteria *sunt sita*, exceptis dumtaxat iis Monasteriis seu locis, *in quibus Abbates Generales, aut capita Ordinum Sedem ordinariam principalem habent, atque aliis Monasteriis, seu Domibus, in quibus Abbates, aut alii Regularium Superiores jurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exerceant; Salvo tamen eorum Episcoporum jure, qui majorem in prædicta loca, vel personas jurisdictionem exercent.*

§. 3. „ Cum itaque nonnulli Sacerdotes ab Episcopali jurisdictione exempti, quos neque Parochos, neque animarum curæ addictos esse constaret, ausi fuissent aliquibus Christifidelium matrimoniis interesse, sine prævia Episcopi, aut Parochi licentia; quæsitum fuit, utrum hujusmodi Sacerdotum correctio, atque in eosdem animadversio ad Episcopum, an vero ad eorum Superiores privative spectaret; Cumque ii privativum ejusmodi jus ex eo deducerent, quod Tridentina Synodus *loco citato*, dum facultatem tribuit Episcopis corrigendi, & puniendi Sacerdotes ab eorum jurisdictione exemptos, in his, quæ ad animarum curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, de iis dumtaxat Sacerdotibus loquitur, qui vel Parochi sunt, vel animarum curam exercent; hujusmodi sane ii non erant, de quibus agebatur: futilem hanc, vanamque præsumptionem reprimere statuit fel. record. Prædecessor Noster Gregorius Papa XV. ac de consilio Congregationis Sacri Concilii Tridentini Interpretis, edita Constitutione, quæ incipit *Inscrutabili*, data nonis Februarii anno Incarnationis Dominicæ 1622. decrevit, ac declaravit, *ut deinceps tam Regulares, quam Sæculares, quomodolibet exempti, sive Animarum curam personarum Sæcularium in Monasteriis, seu Domibus Regularibus, aut quibusvis aliis Ecclesiis, vel beneficiis, sive Regularibus, sive Sæcularibus incumbentem exerceant, sive alios Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis ministrent, prævia Episcopi licentia, & approbatione; sive quoquo modo in dictæ Curæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione de facto absque ulla auctoritate se ingerant; in his, quæ ejusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi, tamquam Sedis Apostolicæ delegati, plene in omnibus subjiciantur.*

§. 4. „ Hac controversia per Constitutionem Gregorianam è medio sublata, non ideo ab aliis quæstionibus, & litibus circa idem rerum genus promovendis cessatum fuit; pluraque Dubia tam in Congregationibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, quam in Auditorio Rotæ, frequenter agitata, & resoluta fuerunt circa peculiarium quorumdam actuum naturam, an scilcet iidem censendi essent ad animarum curam, seu ad Sacramentorum administrationem pertinere; & consequenter, an Episcopus in visitandis Regularium Ecclesiis, quibus imminet Animarum cura personarum sæcularium, posset, nec ne, suam circa hujusmodi actus jurisdictionem exercere; tum etiam, an hoc, aut illud Monasterium dici posset ordinaria, & principalis Sedes Abbatis Generalis, seu Capitis Ordinis, ideoque Ecclesia hujusmodi Monasterio adnexa, quamvis Parochialis foret, Episcopo in visitatione subjecta non esset. Cum igitur resolutiones in prædictis Curiæ nostræ Tribunalibus circa hujus generis quæstiones identidem captas, earumque rationes, & fundamenta, diligenter, & considerate perpenderimus, consilium quoque, & sententiam audierimus aliquot ex Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aliorumque Virorum in juris Canonici scientia præstantium; nonnulla super his de Apostolicæ potestatis plenitudine decernere deliberavimus, ac præsenti nostra Constitutione inviolabilem quamdam normam præfinire, qua posita, omnes de cætero lites, & controversiæ prædictis de rebus, si fieri possit, penitus eliminentur, atque omnia submoveantur obstacula, quæ debitam Decretorum Sacri Tridentini Concilii executionem in re tam gravis momenti impedire, aut retardare hactenus consueverunt.

§. 5. „ Optimo sane consilio ab Episcopis Pastoralem visitationem aggredientibus præmitti solent in singulas Diœcesis loca aliqui Sacerdotes Missionarii, qui, ante ipsorum adventum, prædicationibus verbi Dei, & administratione Sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, spiritualem Populorum profectum, & animarum salutem, qui potissimus est Pastoralis visitationis scopus, studeant promovere. Inventi sunt autem ex iis Regularibus, quorum Ecclesiis incumbit Parochialis sæcularium cura, qui in dubium revocarent, an hujusmodi Missionarios, sive sæculares, sive alterius Instituti, vel Ordinis Regulares, ab Episcopo missos tamquam visitationis suæ prænuntios, in propriis Ecclesiis, & Domibus ad exercenda munera eisdem commissa admittere, & recipere ipsi tenerentur. Quod dubium quum in Congregatione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita examinatum fuisset sub die 31. Augusti Anni 1718. *affirmative* resolutum fuit; ut scilicet prædicti Missionarii etiam a Regularibus Parochis, seu Curatis libenter excipi debeant, omnibusque rebus juvari, quibus ad injunctum sibi onus adimplendum opus illis esse contigerit. Quod Nos quoque probamus, & auctoritate Apostolica confirmamus, atque imposterum (quoties id opus esse prudentis Episcopi arbitrio judicatum fuerit) ab omnibus hujusmodi Parochis, seu Curatis præcipimus observari.

§. 6. „ Sed & in ipso Visitationis cursu, atque etiam extra illam aliqui Regulares de suorum privilegiorum, & exemptionum Idemnitate plus nimio solliciti, hanc Episcopis controversiam moverunt, utrum iis liceret in ipsorum Regularium Ecclesiis, sive Parochialibus, sive non Parochialibus, Sacramentum Confirmationis administrare; quæ quidem controversia in Congregatione Concilii,

Chronol. Seraph. *

„ iis, partibus plenissime auditis, pro Episcopia decisa fuit, quemadmodum & Nos generaliter, & sine exceptione eandem definimus.

§. 7. „ In exequenda vero Pastorali visitatione Ecclesiarum Parochialium, quæ a Regularibus administrantur, minime quidem licet Episcopo omnia Ecclesiarum hujusmodi Altaria visitare, sed illud dumtaxat, in quo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asservatur, & consequenter Sacrum ipsum Tabernaculum, Fontem quoque Baptisterii si adsit; item Confessionale, in quo Parochus ad audiendas Confessiones residere solet; Pulpitum Ecclesiæ, è quo Parochus jus habet verbi Dei, juxta præcipuum Ministerii sui munus, annunciandi; Sacrarium pariter Ecclesiæ, ad inspiciendum locum, in quo asservatur sacra supellex pro Sacramentis tam intra Ecclesiam, quam extra illam decenter administrandis; sepulcbrum excipiendis subditorum Parochiæ corporibus addictum, Cœmeterium Parochianorum humandis cadaveribus destinatum: Turrim Campanariam, dummodo in ea sint Campanæ ad Parochiam proprie spectantes: ac demum, præter res supra enunciatas, omnia Sacra Vasa, quibus vel particulæ consecratæ servantur, vel Sacra Olea sive in Baptismo, sive in extrema Unctione adhibenda, vel aqua Baptisterii, vel alia rite benedicta, quæ pro ingredientium aspersione ad Ecclesiæ fores poni consuevit.

§. 8. „ Visitationi locali proxima est ea, quæ personam respicit Parochi; cujus quidem, si Regularis sit, agendi rationem in iis, quæ spectant ad observationem proprii ipsius Regularis Instituti, non est Episcopi inquirere, quum ad ipsius Superiorem Regularem privative id pertineat. Licet tamen Episcopo, vel potius ipsi specialiter incumbit, ipsius Parochi, seu Curati, etiam Regularis, vitam ac mores scrutari, quatenus ea, quæ extra Claustrum prodierint, Rectoris animarum exempla, plurimum conferre ad Populi ædificationem, vel contra eidem obesse maxime possunt, quemadmodum alias eadem Concilii Tridentini Congregatio sapienter decrevit, & Nos etiam earumdem præsentium tenore decernimus, & statuimus.

§. 9. „ Ad personalem quoque Parochi visitationem, proindeque ad Episcopi jus, & officium pertinet ea occasione examinare, an titulo legitimo Parochus etiam Regularis animarum curam exerceat, an residentiæ lex ab eo observata fuerit, atque observetur; an ad Synodum vocatus iverit; an Congregationes seu conferentias super casibus conscientiæ haberi solitas frequentet; an onera, quæ secum fert animarum cura, adimpleverit; ac inter alia, an Missam pro Populo applicaverit diebus festis de præcepto; an iisdem festis diebus omnia præstiterit, quæ a Sacro Tridentino Concilio præscripta sunt, Populum verbi Dei prædicatione, & Pueros in Fidei rudimentis, Christianæque Doctrinæ præceptis instruendo; an statis diebus, excipiendis Fidelium confessionibus vacet; an ægrotantibus, & in extremo vitæ agone laborantibus debita spiritualia subsidia sedulo præstet, & Sacramenta Ecclesiæ tempestive conferat; an pueros, & puellae ante susceptionem Sacramenti Confirmationis, tum etiam ante primam eorum Communionem, opportunis instructionibus erudierit; an priusquam Fideles ad matrimonia in faciem Ecclesiæ celebranda admittat, debitas inquisitiones adhibuerit, atque adhibeat, quibus tuto deprehendere possit, nullum inter contrahentes impedimentum existere, eosdemque libere matrimonio consentire, ac demum in Doctrina Christiana, maxime vero in præcipuis Religionis nostræ Mysteriis, illos instructos esse; denique, an Parochus apud se recte ordinatos retineat libros tum baptizatorum, ubi Baptismalis adsit in ipsius Ecclesia, tum Sacro Chrismate confirmatorum, libros etiam Matrimoniorum, & status animarum.

§. 10. „ Uno verbo quidquid Episcopus a Parocho Sæculari exquirere, atque exigere solet, ac debet, id omne, Regulari observantia unice excepta, a Parocho Regulari exquirere, & exigere potest; atque ubi hunc muneri suo defecisse compererit, opportuna Decreta condere, & pronunciare, ac meritas in eumdem pœnas statuere, in quo nihilominus Episcopi facultates minime privativæ sunt, sed Presul Regularis jus cumulativum cum ipso habet; ita tamen, ut, si aliter a Superiore Regulari, aliter ab Episcopo decerni contingat, hujus, non vero illius, Decretis sit standum; prout alias a Congregatione Tridentini interprete judicatum fuit, Nosque Auctoritate Apostolica probamus, confirmamus, atque decernimus. Privativum tamen Episcopi jus est in Parochianorum mores inquirere, ac si quæ inter ipsos scandala oborta fuerint, auditis proborum, ac prudentium Virorum sinceris relationibus, de iis cognoscere, eaque opportunis remediis resecare, & reformare: nec enim Superioribus Regularibus in hujusmodi Sæculares Parochiæ subditos ulla competit jurisdictio.

§. 11. „ Eveniente autem casu, quo vel Episcopus, vel Superior Regularis aliquem ex prædictis Parochis ab exercitio Curæ removendum, eademque privandum esse judicaverint, quoniam hujusmodi Parochis, sine prævia Episcopi approbatione, ad Curam animarum accedere nequaquam licet, quamvis a suis Superioribus deputati, iidemque ad nutum sint amovibiles; dubitatum propterea fuit, an Episcopus posset ad hujusmodi remotiones procedere, sine Superioris Regularis consensu, & an remotionis causas eidem adducere, easque verificare deberet; tum etiam an Regularis Superior ad similem remotionem, & privationem suo jure deveniens, consensum Episcopi exquirere, suasque agendi rationes illi notas, atque probatas facere teneretur. Qua de re, supradicta Congregatio Concilii decrevit, hujusmodi Parochos tam ab Episcopo, quam a Superiori Regulari æquo jure, non requisito alterius consensu, ab animarum cura removeri posse, nec unum alteri causas judicii sui aperire, multoque minus probare, & verificare debere. Id quod a Nobis in omnibus approbatur, & confirmatur.

§. 12. „ Postquam vero Tridentina Synodus loco superius laudato declaravit, prædictos Curatos, seu Parochos tam Sæculares, quam Regulares, animarum curam exercentes in Monasteriis, seu Domibus Religiosis, quibus hujusmodi cura personarum sæcularium incumbit, subesse debere immediate, in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, (quod quidem, juxta magis receptam Tribunalium hujus Nostræ Curiæ sententiam, intelligitur de jurisdictione Episcopi ordinaria, non vero de delegata) illa tamen Monasteria, seu loca ibidem a Concilio excipiuntur, in quibus Abbates, aut alii Regularium Superiores jurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent; salvo nihilominus eorum Episcoporum jure, qui alia quæpiam ex causa, seu titulo, majorem

„ in

in prædicta loca, vel personas jurisdictionem exercent. Quare nonnullis Episcopis contendentibus, licere sibi, saltem tamquam Delegatis a Sede Apostolica, in Parochos prædictos, sive in Parochianos, aliquem jurisdictionis actum exercere, Congregatio Concilii respondit, quod ubi Abbas, aut Superior Regularis suam probat jurisdictionem Episcopalem, & temporalem in ipsos Parochos, & Parochianos, & contra Episcopus probare nequit ampliorem in eosdem jurisdictionem ex alio capite sibi acquisitam fuisse, abstinere omnino debet Episcopus tam a visitatione, quam ab alio quocumque jurisdictionis actu in hujusmodi Parochos, & Parochianos. Quod quidem, veluti ipsius Concilii Decretis consonum, Nos etiam Apostolica confirmatione roboramus.

§. 13. „ Similiter ab Episcopi jurisdictione, Visitatione, & correctione, etiam in his, quæ ad animarum Curam, & Sacramentorum administrationem spectant, prædicta Sancta Synodus excipit tam Sæculares, quam Regulares Parochos, qui Animarum curam exercent in iis Monasteriis, seu locis, in quibus Abbates Generales, aut Capita Ordinum Sedem ordinariam principalem habent: quæ exceptio, sive limitatio, pluribus controversiis occasionem præbuit. Et primo, an ad inducendam hujusmodi exemptionem ab Episcopali visitatione satis sit, quod in aliquo Monasterio resideat Abbas Regularis, licet is Ordinis sui Generalis non existat. Super quo præfata Concilii Congregatio pronunciavit, non sufficere Abbatis cujuslibet residentiam, nisi sit Abbas totius Ordinis sui Generalis. Tunc enim Tridentinum Concilium supplices Abbates, aut Regularium Superiores nominat, quum ab Episcopi jurisdictione, ac visitatione eximit Parochos Ecclesiarum, seu Monasteriorum, in quibus Abbates, aut alii Regularium Superiores jurisdictionem Episcopalem, & temporalem exerceant; qua jurisdictione compertum est nonnullos etiam supplices Abbates, aut Superiores Regulares gaudere, quamvis non sint Ordinum Generales. De Abbatibus autem Generalibus, seu Ordinum Capitibus tunc loquitur eadem Sancta Synodus, quum a jurisdictione, & visitatione Episcopali exemptos esse indulget eorum Monasteriorum, seu Locorum Parochos, in quibus Abbates Generales prædicti, aut capita Ordinum, Sedem ordinariam principalem habent. Cumque ea dubio procul sit Concilii mens, in hunc plane modum semper in posterum judicari, & censeri debere statuimus: minime attenta distinctionis nota, quæ in plerisque Concilii Tridentini editionibus impressis apposita conspicitur inter verbum *Abbates*, aliudque *Generales*, utpote quæ nullatenus reperitur in exemplari authentico Actorum ipsius Concilii, quod in Archivo Sedis Apostolicæ in Arce Sancti Angeli asservatur; quodque, ut genuinam hujus loci lectionem certo cognosceremus, diligenter inspici fecimus; proindeque a prædictis exemplaribus impressis eadem distinctionis nota omnino est expungenda.

§. 14. „ Altera quæstio est, an ad obtinendam exemptionem ab Episcopali jurisdictione, & visitatione, sufficiat, quod aliquod Monasterium Superioris Generalis Sedes ordinaria existat; an vero præterea requiratur, ut ipsum Monasterium sit caput Ordinis. De quo, quidquid alii opinati fuerint, decernimus sufficere, quod Monasterium, seu Domus, sit ordinaria, & principalis Sedes Superioris Generalis; prout a Congregatione Concilii constanter judicatum fuit; quum verba Tridentini de Capitibus Ordinum loquentia, non ad loca, sed ad personas Præsulum Regularium in iis locis residentium referantur.

§. 15. „ Tertio dubitari contingit, an exemptio ab Episcopi Visitatione, quam Tridentina Synodus, ut supra, concedit Ecclesiis Parochialibus eorum Monasteriorum, in quibus resident Abbates Generales, aut Capita Ordinum, ad alias quoque Parochiales extendatur, quæ prædictis Monasteriis unitæ sunt, & ab eisdem dependent. Sed quum de aliis hisce Ecclesiis unitis taceant Conciliaria Decreta, neque porro eadem ratio honoris cujusdam, & reverentiæ habendæ erga Superiores Ordinum Generales in propriis Monasteriis, vel Ecclesiis residentes, locum habeat in aliis Parochialibus, eisdem Monasteriis, ut præfertur, unitis; quod pluries Congregatio Concilii censuit, hujusmodi scilicet Ecclesias unitas minime exemptas esse a jurisdictione, & Visitatione Episcopi, quamvis illæ a Parochis regularibus administrentur, id ipsum Nos, prædictæ Congregationis resolutionibus inhærentes, decernimus, & constituimus.

§. 16. „ Quæsitum fuit quarto loco, an ratione exemptionis a jurisdictione Episcopi, quæ competit supradictis Rectoribus Ecclesiarum residentialium Superiorum Generalium, & propter eorumdem Rectorum omnimodam subjectionem jurisdictioni, & correctioni prædictorum Generalium Regularium, jus aliquod, & jurisdictio attributa sit iisdem Superioribus Generalibus in Sæculares Subditos hujusmodi Ecclesiarum, sive Parochianos; an vero dicendum sit jus istud ad Episcopum privative pertinere. Super quo decernimus, Episcopo plenam, & privativam jurisdictionem competere in Parochianos, ad eumdemque Episcopum pertinere, non solum propriam auctoritatem, & consensum (prævio examine per se ipsum, vel per Vicarium suum faciendo) interponere, quotiescumque Superior hujusmodi Generalis aliquem sive Sæcularem, sive Regularem Parochum, seu Curatum, etiam ad nutum amovibilem, ad exercendam in prædictis Ecclesiis animarum curam personarum Sæcularium deputare voluerit; sed etiam si Episcopi hujusce Parochiæ regimen a supradictis Parochis exemptis, sive Sæcularibus, sive Regularibus, non recte administrari cognoverit, posse ipsum, & aliquando etiam debere pro sui officii munere, apud Superiorem Generalem instare, ut Parochum, seu Curatum hujusmodi ab animarum cura removeat; implorata quoque, quatenus opus sit, Apostolicæ Sedis auctoritate; si nempe Generalem prædictum, aut reluctantem, aut Parocho plus æquo faventem invenerit.

§. 17. „ Præcipua in hac materia quæstio illa fuit, quænam essent Monasteria, in quibus Abbates Generales, seu Capita Ordinum, Sedem ordinariam principalem habeant; contendentibus nonnullis, quodlibet Monasterium, aut locum quemlibet, in quo Abbas Generalis, sive caput Ordinis manet, inibique moratur, Sedem ipsius ordinariam principalem dici oportere, itaut ejusdem Monasterii, aut loci Parochus ab Episcopali jurisdictione, & visitatione immunis statim fiat. Verum vaga, & arbitraria hujusmodi Sedes, quæ a sola Superioris Generalis præsentia, naturam Sedis ordinariæ, & principalis mutuatur, cum rectæ rationi, tum Concilii verbis, ac sensui plane adversatur. Quapropter quum Nobis compertum sit in aliquibus Ordinum Regularium Constitutionibus assignatum reperiri locum pro residentia

* Chronol. Seraph.

„ dentia Superioris Generalis, ejuſque Curiæ; in aliis vero Ordinibus, ubi Conſtitutiones de eo nihil ſtatuunt, eamdem reſidentiam veteri conſuetudine eſſe præfinitam; quoties de Ordinum hujuſmodi Superioribus Generalibus agatur; eorum Sedem ordinariam principalem, ad effectum, de quo agitur, illam eſſe, & cenſeri decernimus, quæ ab ipſorum Conſtitutionibus, vel inveterata conſuetudine prædicta præſcribi dignoſcitur; idque tantummodo Monaſterium, non vero aliud, in quo quacumque de cauſa Superior Generalis commoratus fuerit, pro ordinaria Generalis Sede haberi præcipimus, licet ipſe Generalis ibi actu non reſideat.

§. 18. „ Quod ſi aliqui ſint Religioſi Ordines, ſeu Congregatinnea, quorum Conſtitutionibus, vel conſuetudinibus minime præfinitum ſit Monaſterium, in quo Abbas Generalis, ſeu Caput Ordinis reſidere debeat, nullum Monaſterium ejuſdem Generalis Sede Ordinaria principali, ad effectum eximendi Parochum ab Epiſcopi juriſdictione, & Viſitatione, ex eo tantum haberi debere ſtatuimus, quod ſolus ipſe Superior Generalis in eo degat, abſque conſuetis Miniſtris, quos in Ordine regendo Socios habet; ſed illud dumtaxat Monaſterium pro Sede Generalis ordinaria principali haberi volumus, quod ſemel ipſe Superior Generalis, ſeu Caput Ordinis, initio Generalatus, elegerit pro ſua ſtabili reſidentia, & officialium, ſeu Miniſtrorum prædictorum. Verum ſi, facta ſemel hujuſmodi electione, eamdem poſtmodum variare præſumpſerit, declaramus, neque Monaſterium initio electum, neque alterum, etiamſi cum ſua Curia eo ſe tranſtulerit, privilegia ordinariæ, & principalis Generalitiæ Sedis habiturum.

§. 19. „ In omnibus autem præmiſſis exemptionum caſibus ſalvum ſemper, atque illæſum eſſe volumus eorum Epiſcoporum jus, ſi qui ſunt, qui ſupradictas Parochiales Eccleſias, earumque Rectores viſitare conſueverint, nimirum tam illas, quæ Monaſteriis, ſeu Domibus iis adnexæ ſunt, in quibus Generales Ordinum Superiores Sedem ordinariam principalem, vel a ſuorum Ordinum Conſtitutionibus, vel ab inveterata conſuetudine præfinitam habent; quam eos, quæ ab ipſis Superioribus Generalibus alias pro ordinaria principali reſidentia fuerint electæ, & nihilominus, hujuſmodi reſidentia durante, Epiſcopi Viſitationi, juriſdictioni, & correctioni ſubjectæ fuerint.

§. 20. „ Decernentes præſentes noſtras literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmiſſis, ſeu eorum aliquo, jus, vel intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis exiſtant, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, & auditi, neque cauſæ, propter quas eædem præſentes emanaverint, adductæ, verificatæ, vel ſufficienter, aut nullo modo juſtificatæ fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, & ſubſtantiali defectu, notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut etiam motu pari, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſimili conceſſo, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe: ſed ipſas præſentes ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari.

§. 21. „ Sicque, & non aliter in præmiſſis cenſeri, atque ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores; ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis prædictæ Nuntios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, ac poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 22. „ Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula *de jure quæſito non tollendo*, aliiſque Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus; nec non quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, etiam in corpore juris clauſis, aut literis Apoſtolicis quibuſvis Perſonis, Collegiis, Locis, Ordinibus, etiam Militaribus, Congregationibus, Societatibus, & Inſtitutis, etiam Societatis Jeſu, & Sancti Joannis Hieroſolymitani, aliiſque quibuslibet ſpecifica, & individua mentione dignis, etiam ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam clauſulis, & decretis, etiam derogatoriarum derogatoriis, & irritantibus in genere, vel in ſpecie, etiam motu ſimili, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſeu conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiam pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua mentio, ſeu quævis alia expreſſio ad id ſervanda foret, illorum tenores, formas, cauſas, & occaſiones præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & exactiſſime ſervatis, & ſpecificatis reſpective habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ad præmiſſorum effectum pleniſſime, & ampliſſime motu pari derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cœteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 23. „ Volumus inſuper, & eadem auctoritate prædicta mandamus, ut eædem præſentes, & in eis contenta quæcumque, ad omnium notitiam facilius deducantur, nec quiſquam de eis ignorantiam prætendere valeat, ipſas præſentes, ſeu earum tranſumpta, ad valvas Eccleſiæ Sancti Joannis in Laterano, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis Innocentianæ in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, per aliquem ex Curſoribus noſtris, ut moris eſt, publicari, & affigi, ſicque publicatas, & affixas, omnes, & ſingulos, quos concernunt, ſeu concernent in futurum

" rum, perinde afficere, & arctare, ac si unicuique " illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

§. 24. " Utque earumdem præsentium transumptis, " seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus No- " tarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in " Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem " prorsus fides tam in judicio, quam extra illud, " ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus " haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 25. " Nulli ergo omnino hominum liceat pa- " ginam hanc nostrarum confirmationis, approba- " tionis, innovationis, voluntatis, mandati, statuti, " decreti, & declarationis infringere, vel ei ausu " temerario contraire. Si quis autem hoc attenta- " re præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, " ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se " noverit incursurum.

" Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem " Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septin- " gentesimo quadragesimo quarto, octavo Idus No- " vembris, Pontificatus nostri anno quinto.

D. Card. Passioneus.
I. Datarius.

Visa de Curia

I. C. Boschi.
L. Eugenius.

Confirmatur erectio Custodiæ Sancti Paschalis in Regno Murciæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam:

Militantis Ecclesiæ regimini per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, præsidentes, Religiosorum Virorum Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum, uberesque in Ecclesia Dei fructus, adspirante superni favoris auxilio, proferre jugiter satagentium commodis, & felicibus in via mandatorum Domini progressibus libenter consulimus, sicut ad omnipotentis Dei gloriam, Religionis incrementum, & animarum salutem in Domino expedire arbitramur. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Joannetius de Molina, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum, & Recollectorum nuncupatorum, quod dilectus etiam filius Raphael a Lugagnano, Minister Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, per suas patentes literas novem Conventus a Provincia Sancti Joannis Baptistæ Ordinis prædicti Discalceatorum, quippe quod Provincia hujusmodi triginta duobus Conventibus in Regnis Valentiæ, Murciæ, & Aragoniæ existentibus constabat, dismembravit, & separavit, & subinde per alias suas patentes literas Conventum Sancti Francisci Civitatis Villenæ, quæ ad Regnum Murciæ pertinere noscitur, ab eadem Provincia itidem separavit, ac Custodiæ Sancti Paschalis Baylon ex novem Conventibus separatis erectæ, aggregavit, & alias, prout in binis ejusdem Raphaelis Ministri Generalis patentibus literis continetur, tenoris, qui sequitur, videlicet.

FR. RAPHAEL A LUGAGNANO

Lector Emeritus, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti P. N. Francisci Minister Generalis, Commissarius Visitator Apostolicus, & Servus.

Dilecto Nobis plurimum in Christo R. P. Ministro nostræ Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ Discalceatorum in Hispania, Salutem, & Seraphicam Benedictionem.

Exponi Nobis nuper fecit Adm. R. P. F. Petrus Joannetius de Molina Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum, quod præfata nostra Provincia Sancti Joannis Baptistæ constat triginta duobus Conventibus, sparsis in Regnis Valentiæ, Murciæ, & Aragoniæ, unde fit, quod Ministri Provinciales nonnisi cum ingenti labore perficere valeant visitationem ejusdem, pro qua peragenda bis centum leucas, & ultra peragrare teneantur, idque pedibus, quemadmodum Regula, & Constitutiones præcipiunt, vix possint explere, & multo minus immorari per octo dies in visitatione uniuscujusque Conventus, uti etiam præscribitur in municipalibus Constitutionibus dictæ Provinciæ. Quibus accedit, quod omnibus casibus, qui solent occurrere in tam dissitis locis, & præsentaneum exigunt remedium, præstare non possint, cum non levi detrimento severioris instituti dictæ Provinciæ, quæ nihilominus frequenter patitur jacturam suorum Provincialium, quippe qui tot laboribus, tum spiritualibus, tum corporalibus oppressi, infirmitates, dum actu Ministeriatum exercent, contrahere consueverunt, & occumbere, uti paucis abhinc annis accidit tribus Ministris Provincialibus, & immediatus sæpius febribus laboravit, unde Provinciam nonnisi per Delegatos, in magna parte, potuit visitare.

Quapropter legitime convocata Congregatione Definitorii enunciatæ Provinciæ in Nostro Conventu B. V. M. Montis Sion de Turrente, Valentinæ Diœcesis, cum interventu unici Patris Provinciæ tunc superstitis, sub die vigesima Januarii currentis anni 1744. ab omnibus Patribus Definitorium integrantibus, & præfato Provinciæ ex-Ministro, nemine discrepante, Decretum extitit; quod ad obviandam enunciatis gravissimis inconvenientibus, & firmandam, atque promovendam observantiam regularem in omnibus, & singulis Conventibus dictæ Provinciæ, unicum esse remedium erigere ex novem Conventibus a parte Regni Murciæ existentibus, & inferius exprimendis, novam Custodiam sub invocatione Sancti Paschalis Baylon; sic enim Minister Provincialis posset congrue gerere curam Provinciæ reliquis viginti tribus Conventibus constantis, & proprius Custos Custodiæ de novo erigendæ, cum evidenti utilitate tam Provinciæ, quam Custodiæ, cum incremento divini cultus, & regularis, atque Strictioris Observantiæ dictæ Provinciæ. Et ulterius in præfata Congregatione Definitoriali datum fuit in commissis enunciato Adm. R. P. Procuratori Generali, quatenus Nobis opportunas preces porrigeret, & hujusmodi instantiam promoveret, quemadmodum fecit Nobis humiliter supplicando, ut ad erectionem dictæ novæ Custodiæ devenire dignaremur.

Nos igitur mature perpensis expositis, & majorem Dei gloriam intendentes, atque observantiam Regularem Strictioris instituti Discalceatorum promovere cupientes, auctoritate Apostolica Nobis ex-

presss

presse ad hoc attributa per Breve Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI XIV. feliciter regnantis, sub die 16. mensis Julii currentis anni, in hac parte utentes, tenore præsentium infrascriptos Conventus, videlicet Sancti Jacobi Apostoli de Almansa, Sancti Patris Nostri Francisci de Yecla, Sanctæ Annæ de Monte Jumillæ, Sancti Antonii de Padua de Ayora, Sancti Francisci de Jumilla, ejusdem Sancti Francisci de Yorquera, Beatæ Mariæ Virginis de Gratia Mahoræ, Beatæ Virginis Mariæ vulgo *de los Llanos* de Albacete, & S. Joachim de Ziezs a præfata Nostra Provincia S. Joannis Baptistæ dismembramus, & separamus, & ex ipsis novem Conventibus sic per nos dismembratis, & separatis, novam Custodiam Sancti Paschalis Baylon Fratrum Minorum de Strictiori Observantia Discalceatorum appellandam erigimus, & constituimus, ipsique Nostræ Custodiæ sic per nos erectæ, & constitutæ, eosdem novem Conventus perpetuo unimus, & incorporamus cum aliis, qui de novo fundari contingat, tam in territoriis dictorum novem Conventuum, quæ Guardianiæ vocantur, quam in spatio decem & octo leucarum computandarum á præfatis Conventibus B. M. V. *de los Llanos* de Albacete, & ejusdem Virginis Mariæ de Gratia Mahoræ, versus Toletanam, Cordub. & Conchens. Civitates, atque Oppidum, Civitas nuncupata Molinæ Aragoniæ.

Dictamque novam Custodiam per Nos a dicta Provincia Sancti Joannis Baptistæ extractam dismembramus, separatam, erectam, & constitutam gubernari volumus, & decernimus per suum Custodem Provincialem, & quatuor Definitores per Nos pro hac vice tantum, ut infra, deputandos, constituendos, & seligendos, & deinceps perpetuis futuris temporibus in Capitulo Custodiali ejusdem Custodiæ canonice eligendis, sub eisdem Legibus, & Constitutionibus, quibus regitur præfata nostra Provincia Sancti Joannis Baptistæ Discalceatorum, cum omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, & honoribus, quibus aliæ Custodiæ ejusdem Ordinis, atque etiam ipsa Provincia Sancti Joannis respective, de jure, & consuetudine gaudere solent, & gaudent, & eodem prorsus modo, absque ulla differentia: quin præfata Custodia, postquam hæ literæ Nostræ patentes debitæ executioni demandatæ erunt, ipsiusque Conventus, & Fratres dependeant amplius, neque subjaceant jurisdictioni Ministri Provincialis, & Definitorum dictæ Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ, quamquam hæc illius Mater sit, & censeri debeat, sed tantummodo subjaceat, quemadmodum cæteræ Custodiæ independentes, immediate jurisdictioni Nostræ, & Successorum Nostrorum, atque respective Commissariorum Generalium Ultramontanæ Familiæ. Insuper auctoritate Apostolica, qua fungimur, earumdem præsentium tenore instituimus, nominamus, & seligimus in primum Custodem dictæ novæ Custodiæ Sancti Paschalis Baylon Fratrum Minorum de Strictiori Observantia Discalceatorum, P. Fratrem Petrum Matthiam Soriano, Theologiæ Lecturem: in Definitores vero PP. FF. Josephum Velasquez, Theologiæ Lectorem, Dionysium Sevilla Concionatorem, Julianum Soriano, & Didacum Ortiz, Theologiæ Lectores; dictosque Patres, Fratrem Petrum Matthiam Soriano in Custodem, Fratres vero Josephum Velasquez, Dionysium Sevilla, Julianum Soriano, & Didacum Ortiz in Definitores legitime, & canonice electos, & Institutos, ad triennium a die executionis præsentium computandum, declaramus, & confirmamus cum omnibus auctoritatibus, facultatibus, præeminentiis, & prærogativis hujusmodi Custodibus, & Definitoribus respective tam de jure, quam consuetudine, vel alias quomodolibet in Provinciis, & Custodiis Discalceatorum competentibus, & concedi solitis.

Item omnibus Fratribus dictæ Provinciæ undecumque oriundis, & sive existant in Conventibus, qui illi remanent, sive in novem aliis, quibus nova Custodia constat, liberam concedimus facultatem, & licentiam sese aggregandi Provinciæ, vel Custodiæ de novo per Nos erectæ, infra terminum sex mensium computandorum a die executionis præsentium, quibus elapsis neque a Provincia in Custodiam, neque e converso ex Custodia in Provinciam transire valeant, nisi servatis aliàs de jure servandis. Novitiis vero liberum arbitrium quoque sit professionem emittere, sive pro Provincia, sive pro Custodia, durante eodem termino sex mensium. Utque hæ Nostræ literæ Patentes debitum sortiantur effectum, Te R. P. Ministrum Almæ Nostræ Provinciæ Discalceatorum, Commissarium Nostrum instituimus, & institutum declaramus, etiam auctoritate Apostolica, qua fungimur, concedentes tibi vices Nostras cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis pro executione harum Nostrarum literarum, & omnium contentorum in ipsis, cum facultate etiam celebrandi, & præsidendi Congregationi, vel Congregationibus Definitorialibus dictæ Nostræ Custodiæ, quæ celebrari debebunt pro electionibus Guardianorum, Lectorum, & aliorum Officialium, atque etiam pro aliis decernendis circa studia tam Philosophiæ, quam Theologiæ, Novitiatus, & cætera concernentia utilitatem, & salubrius dictæ Nostræ Custodiæ gubernium. Quam quidem Commissionem nostram durare volumus, & mandamus per spatium unius mensis a die publicationis præsentium in Conventu Nostræ Custodiæ tibi bene viso.

Volumus tamen, quod in omnibus supradictis procedas etiam cum consilio ex-Ministrorum, & Definitorum Provinciæ, ut omnia cum majori fraternitate, charitate, & publica utilitate peragantur. Si autem contingeret, ut Custos, vel aliquis ex Definitoribus per Nos institutis pro gubernio novæ Custodiæ, ante publicationem harum nostrarum literarum, decederet, vel officium, ad quod assumptus est, acceptare renuerit, utroque in casu, tibi committimus, quatenus de consilio, & assensu ex-Ministrorum, & Definitorum Provintiæ, & Custodis, & Definitorum Custodiæ auctoritate nostra devenire possis ad nominationem, & institutionem alterius, vel aliorum loco illius, vel illorum qui post decedere, vel officium acceptare nolle contigerit. Tandem præcipimus per Sanctam Obedientiam, sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ, & sub aliis pœnis taxatis contra inobedientes, & rebelles, omnibus tam Superioribus, quam subditis nostræ jurisdictioni subjectis, ut nullo modo prætextu, vel quæsito colore audeant, vel præsumant impedire, seu retardare plenariam executionem harum nostrarum literarum Patentium, sed potius mandatis nostris, & verius Apostolicis, prompte pareant, & obediant, prout eorum quemlibet hæc nostra decreta, & mandata concernant, & concernere possint. Datum Romæ in hoc nostro Aracœlitano Conventu die 8. Augusti 1744.

Frater Raphael a Lugagnano
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Suæ Paternitatis Rmæ,
Fr. Joannes Carbonell Secretarius
Generalis Ordinis.

FR.

FR. RAPHAEL A LUGAGNANO &c.

Dilectis Nobis plurimum in Christo RR. PP. Fr. Josepho Lamorea, Ministro Provinciali nostræ Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ Fratrum Minorum Discalceatorum in Regno Valentiæ, & Fr. Petro Matthiæ Sariono, Custodi nostræ Custodiæ Sancti Paschalis Baylon eorumdem Discalceatorum in Regno Murciæ salutem, & Seraphicam Benedictionem.

ALias Nos per similes nostras Patentes literas auctoritate Apostolica, que fungebamur, & fungimur, e dictis Provinciis novem Conventus dismembravimus, & separavimus, & ex illis sic dismembratis, & separatis enunciatam Custodiam ereximus, Custodem, & Definitores pro illius gubernio instituimus, & elegimus, aliaque subinde decrevimus, & ordinavimus ad Omnipotentis Dei gloriam, & utriusque tam Provinciæ, quam Custodiæ profectum salubrius gubernium, & Disciplinæ Regularis augmentum, prout magis in Domino censuimus expedire, & latius in præfatis nostris literis Patentibus sub die prima Augusti currentis anni Domini 1744. emanatis continetur, quas præsentibus pro expressis, & sufficienter contensis haberi volumus.

Cum autem, sicuti ex Epistolis vestris accepimus, sub die 22. elapsi Mensis Septembris, unanimi consensu, & communi satisfactione, atque exemplari pace ad omnimodam præfatarum literarum executionem in nostro Conventu Sancti Patris nostri Francisci de Yecla, Deo vos dirigente, deveneritis, inde est, quod Nos plurimum in Domino gaudentes, electiones, omniaque acta, & gesta, ad tenorem dictarum nostrarum literarum patentium, laudamus, approbamus, & confirmamus.

Et quoniam R. Adm. Pater Petrus Joannetius de Molina Procurator Generalis Fratrum Minorum Discalceatorum, & Recollectorum tam proprio, quam vestro nomine, a Nobis humillime supplicavit, quatenus Custodiæ de novo erectæ Conventum Sancti Patris Nostri Francisci Civitatis Villenæ aggregare, & incorporare dignaremur, tenore præsentium auctoritate Apostolica, qua fungimur, illius, & vestrum votis annuentes, præfatum Conventum Sancti Patris nostri Francisci Civitatis Villenæ, qui ad Regnum Murciæ pertinere noscitur, a dicta nostra Provincia Sancti Joannis Baptistæ separamus, & dismembramus, & eumdem sic separatum, & dismembratum, Custodiæ nostræ Sancti Pascalis Baylon unimus, aggregamus, & incorporamus: declarantes earumdem præsentium tenore, quod eidem Conventui, illiusque Guardianis pro tempore competant, & competere debeant, precedentia, & aliæ prærogativæ supra alios Conventus ejusdem Custodiæ, quæ illi competebant ante creationem dictæ Custodiæ.

Quod vero attinet ad Conventum Sancti Antonii de Padua de Ayora, quem per supra enunciatas alias nostras literas patentales aggregaverimus novæ Custodiæ, cum consistere noscatur intra limites Regni Valentiæ, earumdem præsentium tenore, vobis Ministro Provinciali, & Custodi per præsentes committimus, quatenus, auditis votis PP. utriusque Definitorii, eumdem Conventum Provinciæ Matriti de novo uniatis, & incorporetis, vel Custodiæ relinquatis, prout magis in Domino expedire judicaveritis: attendentes præterea ad inclinationem Magistratus, & Populi dictæ Villæ, seu Oppidi de Ayora, a cujus pietate, & charitate pendet potissimum manutentio, & conservatio dicti Conventus. Valete in Domino, & pro Nobis ad Deum preces fundere non desistatis. Dat. Romæ in nostro Aracœlitano Conventu die 7. Novembris 1744.

Frater Raphael a Lugagnano,
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Suæ Rmæ Paternitatis
Fr. Joannes Carbonell Secretarius
Generalis Ordinis.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Petrus Joannetius Procurator Generalis præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ Patrocinio communiri summopere desideret: Nos igitur ipsum Petrum Joannetium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas supradicti Raphaelis Ministri Generalis patentes literas, dismembrationem, separationemque introscriptorum Conventuum a memorata Provincia, & erectionem Custodiæ ex Conventibus sic separatis, ut præfertur, factas, continentes, nec non omnia, & singula in eis contenta auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & sanamus.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari.

Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Novembris 1744. Pontificatus nostri anno quinto.

D. Cardinalis Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

Hanc

HAnc eamdem Custodiæ Sancti Paschalis Baylon in Regno Murciæ erectionem statuerat Reverendissimus Pater Cajetanus a Laurino Minister Generalis literis datis sub die 7. Martii 1744. quæ referuntur supra pag. 294. B. Sed quoniam paucis post diebus ille ex hac vita migravit, res veluti ex integro commissa fuit sequenti Superiori Generali.

Sententia pro Patribus Discalceatis Provinciæ Sancti Gregorii in Insulis Philippinis contra Missionarios Seminarii Parisiensis circa Missiones Cochinchinæ.

Venerabili Fratri Hilario Costa, Episcopo Corlicensi, & Apostolico Vicario Regni Tunchini Orientalis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

QUantopere charitas Christi, & solicitudo omnium Ecclesiarum urgere pergat Apostolicam hanc Sanctam Sedem, cujus Pastorum Princeps Jesus Christus per abundantiam divinæ bonitatis Nobis quamvis immerentibus Vicarium auctoritatis suæ in supremæ Catholicæ Ecclesiæ administratione tribuit potestatem, adeo certum est, ut luculentissima Apostolicæ charitatis, & solicitudinis hujusmodi argumenta ubique terrarum luce clarius conspiciantur. Romani sane Pontifices Prædecessores nostri, Nosque ipsi remotissimis Orbis terrarum regionibus, etsi corpore absentes, spiritu tamen præsentes nunquam destituimus, quin per sacros Operarios ad Evangelicam Christi vineam excolendam omni tempore missos, uberrimos Christianis pietatis, & æternæ salutis fructus colligeremus. Inter cæteras vero Apostolicas in Asia institutas Missiones nobilior, & fructuosior olim commendabatur illa Cochinchinæ, sed ad statum tam perniciosum, deplorabilemque jam dudum redacta est, atque in tanta perturbatione modo versatur, ut de illa non sine obortis lacrymis, ingentique animi nostri mœrore cogitare possimus. Quæ autem status perturbationis, quæ hujusmodi causa fuerit, atque in præsentia sit manifestius Fraternitati tuæ, quippe quæ prope oculis spectat, quam Nobis tam longe existentibus, nota est, quamplurimæ scilicet, gravissimæque controversiæ, & concertationes, non minus inter Missionarios diversorum Ordinum, Congregationum, & Institutorum ibi adlaborantes, quam inter nonnullos ipsorum, & Apostolicos pro tempore Vicarios, eorumque Coadjutores exortæ, quæ magis animorum ardore fotæ in dies concrescunt. Tota vero harum controversiarum, concertationumque summa in finibus, terminisque Ecclesiarum, earumque inibi erectarum constitutis residentiis, nec non in regimine, & directione illorum Christifidelium ab unoquoque ex iisdem Ordinibus, Congregationibus & Institutis seorsim, ac private prætensæ consistit: quemadmodum etiam quoad varias doctrinas, ac Ritus, seu consuetudines per eas regiones etiam disseminatas, vel subinductas ab integerrima Catholicæ Ecclesiæ doctrina, disciplinaque discrepantes, aut minime consentaneas vertitur. Etsi autem Apostolica hæc Sancta Sedes, prout rerum, ac temporum rationem exposcere visum fuit, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum consilio, per varias ordinationes, præscriptasque rationes salutares, & opportunum tum auferendis, componendisque exortis jam dissidiis, perturbationibusque tum avertendis, impediendisque ulterioribus malis remedium adhibere non omisit: ipsa tamen locorum distantia in causa fuit, quod Apostolicæ providentiæ hujusmodi nedum optatus exitus, ardentibusque discordiarum incendiis penitus extinguendis successus responderit; quinimo propter immaturum Apostolicorum Vicariorum, eorumque Coadjutorum obitum, necessariamque novorum utriusque successorum deputationem magis, magisque dissidiorum, concertationumque fervor exarserit. Quoniam autem ex elatis, prepositisque partium studiis, rationibus, & documentis invicem ut plurimum pugnantibus, rectum, æquum, certumque rerum tam longe dissitarum judicium haud facere, & pronunciare poterat, ipsa Congregatio Cardinalium Propagandæ Fidei in eam sententiam, ne Missiones hujusmodi penitus interirent, venit anno millesimo septingentesimo trigesimo sexto, ut Apostolicus Visitator facultatibus necessariis, & opportunis instructus per felic. record. Clementem Papam XII. Prædecessorem nostrum illuc adlegaretur, qui omnibus inibi perspectis, ac mature expensis, præ oculis Deum habens, & ad promovendum Sacrosanctæ Catholicæ Religionis incrementum dumtaxat intentus, exortas inter Missionarios, aliosque controversias, & dissidia componeret, atque sedaret, inordinationes emendaret, salutaris providentiæ ordinem pro recto illorum Christifidelium regimine induceret, ac denique per opportuna decreta (super quibus tamen semper intelligeretur reservata ejusdem Congregationis Cardinalium auctoritas, & dictæ Apostolicæ Sedis suprema confirmatio) pristina tranquillitas, concordia, ac præsidium Missionibus illic fere languentibus restitueretur, firmaretturque, hujusmodi consilio adhærens idem Clemens Prædecessor Venerabilem Fratrem Elzearium Franciscum de Achards *de la Beaume*, Episcopum Halicarnassensem, & Pontificio Solio Assistentem, in Civitate nostra Avenionensi natum, & Metropolitanæ Ecclesiæ Avenionensis Præpositum, in Apostolicum Cochinchinæ Visitatorem delegit, & delegavit. Anno itaque 1739. illuc appulsus, ut injuncti muneris partes expleret, vigore facultatum sibi tributarum, post ceptam, absolutamque Visitationem Ecclesiarum uniuscujusque Instituti, nempe dilectorum filiorum Presbyterorum Sæcularium Seminarii Missionum ad Exteras, Civitatis Parisiensis, Clericorum Regularium Societatis Jesu, Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Excalceatorum Provinciæ Sancti Gregorii Insularum Philippinarum, & Missionariorum ipsius Congregationis Propagandæ Fidei, de rebus omnibus, quantum cum Domino potuit, edoctus, edidit decreta tenoris sequentis, videlicet.

ELZEARIUS FRANCISCUS

DES ACHARDS DE LA BEAUME

Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Halicarnasseus, Sanctissimi Domini Nostri Papæ Prælatus Domesticus, Solii Pontificii Assistens, Ecclesiæ Metropolitanæ Avenionensis Præpositus, & Missionum Cochinchinæ, Cambodiæ, & Ciampæ Visitator Apostolicus specialiter Delegatus

Omnibus Venerabilibus Missionariis in hac vinea laborantibus salutem.

» EA fuit mens Summi Pontificis, & Sacræ Con-
» gregationis de Propaganda Fide in decer-
» nenda Visitatione Apostolica, ut eradicatis zizaniis,

„ niis, quæ in his partibus semen Patris Familias
„ suffocabant, granum prædicationis Evangelicæ al-
„ tas, & liberas radices ageret, uberesque fructus,
„ qui hujusce Ecclesiæ horreum implerent, deinde
„ produceret. Cum igitur tantum onus humeris no-
„ stris licet imparibus impositum fuerit, ex quo ad
„ has oras appulimus nullam non adhibuimus dili-
„ gentiam, ut ab iis finibus exulem tranquillitatem
„ reduceremus, Deoque, qui charitas est, preces, &
„ supplicationes offerre non cessavimus, ut plebis
„ suæ miseratus, iis, quibus dederat, fidem largiretur
„ & pacem. Jam votis nostris benignus annuit Deus,
„ & cum summa animi nostri voluptara infelices hos
„ Neophitos, quos Diabolus, aut ignorantia deca-
„ perat, tediisse ad cor, & præstara omnimodam
„ Ecclesiæ, & Pastoribus obedientiam videmus; jam
„ Sacra frequentantur, ac de sua nunc salute soli-
„ citi, qui a pluribus annis peccata sua non de-
„ ponebant, ad Tribunalia advolant, & alia Eccle-
„ siæ Sacramenta petunt, ac recipiunt. Sed ad il-
„ lud gaudium, quo ex tot, & tam subiris muta-
„ tionibus repleti sumus, aliud multo majus acces-
„ sit, vestræ scilicet, Venerabiles Fratres, Nos adju-
„ vandi voluntatis affectio, vastrumque exequendi no-
„ stra Decreta propositum; sic enim Dei opus con-
„ sumabitur, & pia Sacræ Congregationis desideria
„ complebuntur. Ut itaque ad optatum finem per-
„ veniamus, paxque ista, quæ de Cœlo descandit,
„ firma, & stabilis perseveret, Christianique in plu-
„ res factiones imposterum non scindantur, suosque
„ legitimos cognoscant Pastores, & ut decet reva-
„ reantur, sequentia Decreta edenda existimavimus,
„ quæ sub pœna disobedientiæ, & alia majori ar-
„ bitrio Sacræ Congregationis, & nostro imponen-
„ da, inviolabiliter ab omnibus vobis servari man-
„ damus, usquedum da iis certior facta eadem Sa-
„ cra Congregatio aliter statuendum senserit. Primo
„ quidem, cum experientia compertum sit, jurgiorum,
„ & dissensionum non pauca præbere semina, quan-
„ do diversæ Christianitates a suis legitimis non
„ reguntur Pastoribus, mandamus, ne imposterum
„ aliquis Missionarius cujuslibet instituti, aut Ordi-
„ nis Sæcularis, aut Regularis, etiam Societatis
„ Jesu, audaat mittere falcem in mensem alienam,
„ sed contentus unusquisque portionis vineæ, quæ
„ illi contigit, illam accurate excolat. Secundo, &
„ quoniam pro bono, & incramento harum Missio-
„ num Sacra Congregatio de anno 1658. Vicarios
„ Apostolicos duxerit deputandos, qui istarum vi-
„ nearum culturæ invigilarent, & cum Sociis è
„ Seminario Parisiensi illis adjunctis in illis labo-
„ rarent, & Clerum indigenam formarent; volumus,
„ ut ordo antiquus ab iisdem Vicariis Apostolicis
„ institutus omnino servetur. Tertio, adhærentes
„ Sacræ Congregationis Decretis, quibus probibitum
„ est, ne diversi Instituti Missionarii in eodem distri-
„ ctu se collocent, ut præcipua videre est in Decre-
„ to 26. Julii 1703. dato, ac ne Ordo Ecclesiasticus
„ confundatur, unicuique Gregi, juxta præscriptum
„ Sacri Concilii Tridentini, proprios Pastores, qui
„ suarum quisque ovium curam habeant, attribuen-
„ dos, ut infra, duximus. Discussis igitur sedulo
„ omnium juribus, quæ variis in Congressibus co-
„ ram Nobis habitis, tam verbo, quam scripto
„ Nobis ab unoquoque, & ab omnibus partibus ex-
„ posita sunt, decernimus primo, ut Provincia *Huè*,
„ seu Aulæ remaneat communis, uti hactenus fuit,
„ inter inclytum Parisiense Seminarium, & Venera-
„ bilem Jesu Societatem, itaut RR. DD. Galli suas
„ residentias, quas possidebant, & adhuc habent in
„ Toparchiis *Ibu-cam*, & *Tho-duc* pacifice conser-
„ vabunt, unde Christianitatibus, seu Populationibus
„ illis annexis inserviant. Similiter RR. PP. Socie-
„ tatis, absque ulla contradictione, remaneount in
„ possessione residentiarum, quas habent in *Kabat*,
„ unde quoque Christianitatibus ab ipsis dependen-
„ tibus occurrent. Sed cum RR. PP. Franciscani
„ contra tenorem Decreturum superius allegatorum,
„ a septem circiter annis, unam aperuerint Eccla-
„ siam in Toporchia *Tho-duc* in districtu, & pro-
„ pe Ecclesiam RR. Gallorum, mandamus, ut in
„ spatio octo dierum post prumulgationem nostro-
„ rum Decretorum, R. P. Hieronymus a Sanctissi-
„ ma Trinitate, qui memoratam Ecclesiam *Soingua*,
„ sitam ad litus Insulæ Regis, & quæ pertinere
„ dicitur ad Religionem Seraphicam. At vero cum
„ hæc Ecclesia Soingua repetiatur in districtu Kebat
„ RR. PP. Jesuitarum, dictus P. Hieronymus ibi re-
„ manere poterit quoad vixarit, sed illu discedente,
„ vel decedente nullus alius ex Familia Sancti Fran-
„ cisci illi sufficiatur. Secundo decernimus pariter,
„ ut Provincia *Cham* communis administretur, si-
„ cut hactenus consuetum est, a RR. DD. Missionariis
„ Gallis, & RR. PP. Jesuiris, & quilibet respective
„ in suis districtibus curam habeas Christianitatum
„ ab ipsis dependentium, quæ quidem Christianita-
„ tes RR. PP. Gallorum inciplunt a *Con-vè*, & *Ke-*
„ *thà* inclusive, usque ad *Sacln* ex parte Boreali;
„ Christianitates autem RR. PP. Societatis inci-
„ piunt a *Fayfò*, & *Trachièu* usque ad *Cantlun*
„ ex parte Australi. Verum cum RR. PP. Francis-
„ cani a paucis annis in medio dictarum Christia-
„ nitatum se collocaverint, cum magno prajudicio
„ præcipue RR. PP. Jesuitarum semper reclama-
„ rium, mandamus, ut dictæ Christianitates tam
„ RR. PP. Societatis, quam RR. Gallis restituan-
„ tur, & R. P. Philippus a Conceptione, qui in
„ Portu *Fayfò* unam aperuit Ecclesiam, quæ solum
„ aliquot minutis distat a residentia RR. PP. Socie-
„ tatis, dictus R. P. Philippus se recipiat in Ec-
„ clesiam Supariorem *Chindoa*, quæ etiam pertinera
„ dicitur ad Religionem Seraphicam, ubi quoad
„ vixerit, si voluerit, remanebit, itaut discedente
„ illo, vel decedente nullus alius Franciscanus ipsi
„ substituatur, sed tota hæc Christianitas, vel aliæ
„ ad proprios redeant Pastores. Tertiu, examinara
„ summa cum attentione, & diligentia contentione,
„ quæ orta est inter RR. PP. Missionarios Gallos,
„ & RR. PP. Societatis circa Provincias Boreales
„ *Dinchat*, *Quamgbrinh*, & *Lingcè* a pratendente
„ utraque parte illarum Provinciarum administratio-
„ nem ad se pertinere, affirmantibus RR. PP. Jesui-
„ tis se eas aperuisse, & aliquor millia Gentilium
„ Sacro Lavacro in iis abluisse: asserentibus è con-
„ tra RR. DD. Gallis sibi ab ipso ingressu DD. Vi-
„ cariorum Apostolicorum illas Provincias Boreales
„ *Dinchat*, *Quamgbrinh*, & *Lingcè* assignatas fuisse,
„ ut illas excolerent, ut de facto eas soli, ab illo
„ tempore, semper excoluere, aut per se, aut per
„ Sacerdotes Anamitas suos Alumnos, usque ad annum
„ 1719. quo R. P. Morera Jesuita se in eas Provin-
„ cias intromisit, fabricando Ecclasiam prupe alteram
„ RR. PP. Gallorum; Nos considerantes utramque
„ partem æqualibus inniti rationibus, & insuper con-
„ sulentes æquitati, quæ videretur exigere, ut dictæ
„ Provinciæ Boreales inter Venerabilem Jesu Societa-
„ tem, & inclytum Parisiense Seminarium communes
„ remanerent, quandoquidem tam RR. PP. Jesuitæ,
„ quam RR. DD. Missionarii Galli in dictis Provin-
„ ciis Christianitates aperuerint; attamen cum RR.
„ DD. Missionarii Galli omnia jura sua Nobis commi-
„ serint, & RR. PP. Societatis sint in actuali possessiona

dictarum Provinciarum *Dinchat*, *Quangbrinh*, & *Dingeè*, decernimus pro bono pacis, ut res remaneant in eodem statu, in quo sunt, scilicet, a RR. PP. Jesuitis, memoratarum Provinciarum *Dinchat*, *Quangbrinh*, & *Dingeè* Christianitates administrentur. Quarto: circa Provinciaa *Quingha*, & *Quining* cum probatum fuerit esa arte RR. PP. Franciscanorum usurpationem communiter administratas fuisse a RR. DD. Missionariis Gallia, & a RR. PP. Jesuitis, qui adhuc in dictis Provinciis suas habent Ecclesias, decernimus, ut Charitas inter hæc duo Corpora magis firmetur, ut Provinciæ *Quingha* curam habeant privative RR. PP. Jesuitæ, & RR. DD. Missionarii Galli etiam privative Provinciæ *Quining* inservient. Quoad vero RR. PP. Franciscanos, qui ultimi in dictaa Provinciis intrarunt, stationesque prædictorum RR. DD. Gallorum, & RR. PP. Jesuitarum invaserunt, mandamus, ut quamprimum dicti RR. PP. Franciscani se recipiant in *Raygon*, quæ est pars Provinciæ *Dounay*, ubi messis multa est, undeque facile in vastissimum totius Regni Cambodiæ campum poterunt se extendere, cum ibi supersit unicus Missionarius Franciscanus ex Propaganda Fide. Quinto: Provinciis *Phu-yen*, *Nharu*, & *Nhatlang*, præficimus privative RR. DD. Missionarios Gallos, utpote ab ipsis solis semper sine contradictione administratis. Sexto, cum nullus Missionariorum adhuc voluerit suscipere curam Provinciarum *Fhans*, & *Phanrang* in Regno Ciampæ, mandamus, ut RR. DD. Missionarii Galli suo Zelo illud pondus, ad majorem Dei gloriam, sustinere continuent. Septimo: quantum ad Provinciam *Dounay* omnium majorem subjacebit omnino charitati RR. PP. Societatis, reservata tamen RR. DD. Missionariis Gallis Ecclesia *Bingo*, quæ ad illos pertinet. Octavo, & ultimo, de Ecclesiis Sacræ Congregationis, quæ omnes in districtibus RR. PP. Missionariorum Gallorum reperiuntur, scilicet, in *Phucam* Provinciæ Aulæ; alteram in *Fhuyen*, tertiam in *Nbrau*, & quartam in *Nhatlang*, nihil audemus statuere: cum enim dictæ Ecclesiæ, absque consensu, & sine licentia ejusdem Sacræ Congregationis structæ fuerint, nullasque habeant Christianitates sibi annexas, illas supremæ dispositioni dictæ Sacræ Congregationis relinquimus. Porro ad evitanda scandala, quæ ex multitudine operariorum diversi Instituti, aut Ordinis nascuntur; præcipimus, ut nullus Missionarius, sive Sæcularis, sive Regularis, etiam è Societate Jesu, extra Christianitates sibi assignatas, ullum jurisdictionis actum exercere audeat, aut illis facultatibus sibi concessis uti possit; secus tamen, si a Gentilibus, vel alia rationabili de causa extra suos limites exire cogatur, tunc de licentia Vicarii Apostolici, & de consensu Missionarii hujus districtus, exercere functiones solitas poterit. Et quia in hac prohibitione non intendimus comprehendere casus urgentes, in quibus Missionarii vocantur ad infirmos, & sine mora illis debent succurrere, quinimo hortamur omnes nostros Venerabiles Fratres Missionarios, ut sese mutua charitate adjuvare satagant. Datum Huæ, ac in Civitate Aulæ, die 11. Julii 1740.

Elzearius Franciscus Episcopus Halicarnassus,
Visitator Apostolicus.

Præinserta vero Decreta statim, atque idem Elzearius Franciscus Episcopus Visitator proposuit, ac publicari fecit, antedicti Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Excalceatorum ad Apostolicam hanc Sanctam Sedem appellarunt, unde ad laudatam Congregationem Propagandæ Fidei, ac potissimum ad particularem Congregationem nonnullorum Cardinalium super Missionibus Indiarum Orientalium specialiter deputatorum remisimus præinserta Decreta, ut mature examinarentur; præfata autem particularis Congregatio Cardinalium, quæ die 19. Mensis Septembris anno 1741. Decreta hujusmodi ad trutinam juxta nuntios, acceptasque suoc primas rerum omnium notiones expenderat, de consilio ejusdem non solum sæpedicta Decreta die 22. immediate sequenti ejusdem mensis, & anni, Pontificio vocis Nostræ oraculo approbata, & confirmata; verum etiam quoad tertium, & quartum ampliata fuerunt, prout sequitur.

Injungendum Patribus Franciscanis, etiam in virtute, & sub formali præcepto Sanctæ Obedientiæ, ut a toto Regno Cochinchinæ omnino recedant, seque in proximum Cambodiæ Regnum recipiant, ubi messis quidem multa est, operarii autem vel pauci, vel nulli sunt, ibique Missionariorum munus, & aeli sui partes expleant, sub auctoritate, & protectione Sacræ Congregationis, & sub regimine, & directione Vicarii, seu Pro-Vicarii Apostolici pro tempore a Sancta Sede constituti, & respective constituendi in Regnis Cochinchinæ, Ciampæ, & Cambodiæ, a quo facultates necessarias, & opportunas ad Missiones exercendas accipere debeant. Ecclesiæ vero, quas ad hæc usque tempora in memorato Cochinchinæ prædicti Patres Ordinis Sancti Francisci vel aperuerunt, vel administrarunt, remaneant sub libera dispositione Vicarii Apostolici: exceptis tamen iis, quæ per recensita decreta visitationis Apostolicæ, vel Patribus Societatis Jesu, vel Sacerdotibus Seminarii Parisiensis adjudicatæ sunt; firmis remanentibus tum in ea parte, tum in reliquis, iisdem Decretis.

A quibus sane decretis ita, ut præmittitur, approbatis, & confirmatis, atque ampliatis, habito ad Nos recursu, dilectus Filius Vices-Procuratoris Generalis Gerens in hac Romana Curia residens eorumdem Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Excalceatorum nomine Nobis humiliter exponi fecit præjudicium, ac damnum, quod ex tertio, & quarto Decretis, tum juxta formam, & tenorem ab ipso Apostolico Visitatore conceptis, tum juxta ampliationem eorumdem a laudata Congregatione particulari Cardinalium factam, iisdem Fratribus inferebatur: hinc enim emanabat quædam veluti eorumdem expulsio ab omnibus Missionibus Cochinchinæ, & ab Ecclesiis, residentiisque, quas ipsi Fratres, prout asserebant, justo, legitimoque titulo, & auctoritate Vicariorum Apostolicorum, non odioso invasorum, occupatorumque nomine, veluti quodammodo notabantur, obtentas semper possederant, & reipsa possidebant, ac propterea Nobis etiam supplicari fecit, ut non obstante antedicta approbatione, confirmatione, ac præsertim tertii, & quarti Decretorum præinsertis ampliatione, de novo in præfata Congregatione Cardinalium, super iisdem tertio, & quarto Decretis rationum momenta discuterentur.

Nos itaque ad dilectum filium nostrum Vincentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem Petram nuncupatum, dictæ Congregationis Propagandæ Fidei Præfectum, rescripsimus die 23. mensis Novembris ejusdem anni, eosdem Patres Franciscanos audiri, & interim supersederi in executione memoratorum Decretorum in ea parte dumtaxat, quæ ipsos respicit, non retardata executione quoad reliqua.

Interim animadvertentes negotium hujusmodi non levis esse ponderis, præscripsimus, ut tam Fratres Ordinis

Ordinis

dinis Minorum Sancti Francisci, quam Presbiteri Seminarii Parisiensis prædicti (inter utrosque namque præcipua dissensionum causa agitabatur) argumenta, documentave pro utrorumque causa facientia, ad præfatam particularem Congregationem coram Nobis habendam afferrent, producerentque. Quod cum ab utriusque causæ Procuratoribus tum voce, tum scripto præstitum, tandem die prima mensis Septembris currentis anni, post exactam controversiæ discussionem, in unanimem eorumdem Cardinalium sententiam Nos quoque euntes, *decrevimus recedendum esse a decisis*; nec non decreta tum tertium, tum quartum, ab Apostolico Visitatore edita, a particulari Congregatione Cardinalium ampliata, & a Nobis, ut præmittitur, approbata, & confirmata, esse revocanda, ac propterea eosdem Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum in omnium Ecclesiarum, & residentiarum, quibus antequam memorata decreta edita fuissent, gavisi, ac potiti fuerant, & gaudebant, ac potiebantur, possessione manutenendos, & confirmandos esse.

Quoniam autem inaccurato harum rerum examine, ut præmittitur, habito, certus, verusque numerus Ecclesiarum, residentiarumque, ut asserebatur, antea ab ipsis Fratribus Ordinis Sancti Francisci possessarum, aliarumque rerum ad easdem Cochinchinæ Missiones spectantium, notitia haberi non potuit: Hinc est, quod Nos quamcumque super iisdem Ecclesiis, ac residentiis designandis imposterum altercandi occasionem præripere, ac penitus auferre cupientes, nec non de Fraternitatis tuæ fide, prudentia, doctrina, vigilantia, integritate, & pastorali animarum salute, ac zelo plenam in Domino fiduciam habentes, te nostrum, atque hujus Apostolicæ Sedis Delegatum ad præmissa, aliaque, ut infra, negotia in Cochinchinæ Regnis peragenda cum facultatibus infra dicendis, auctoritate Apostolica tenore præsentium constituimus, & deputamus, ac tibi committimus, & mandamus, ut redditis tibi hisce nostris in forma Brevis literis, ac pro-Vicario, ad omnia, & singula muneris Fraternitati tuæ demandati (exceptis tamen iis, quæ Ordinem Episcopalem requirunt) officia, toto absentiæ tuæ tempore, in Regno Tunchini Orientalis supplenda, ac præstanda apto, & idoneo cum facultatibus necessariis, & opportunis ad tui arbitrium constituto, & deputato, te statim ad Cochinchinæ Regna conferas. Volumus autem, ut antequam pergas, Venerabilem Fratrem Armandum Franciscum de Feburc, Episcopum Neolen. modernum Vicarium Apostolicum Cochinchinæ, de Apostolica Visitatione hujusmodi, deque tuo accessu, quemadmodum Nos etiam per alias nostras in simili forma Brevis literas eumdem admonemus, certiorem facias, ut nulla propterea intercedat animorum quoad jurisdictionem discordia, sed glutino charitatis Jesu Christi conjuncti, æternæ animarum Christifidelium saluti opportune consulatis. Postquam igitur illuc perveneris, primum omnium, Apostolico Vicario prædicto in virtute Sanctæ Obedientiæ nostro nomine, & auctoritate tua, injungas, ut omnia, & singula præinserta decreta debitæ executioni demandari curet, & faciat, iisdem prorsus modo, & forma, quibus proposita, & publici juris facta fuere; exceptis tamen tertio, & quarto decretis, quorum executionem juxta nostram emendationem, reformationemque tibi dumtaxat demandamus.

Porro, ut Imposito Fraternitati Tuæ hac super re gravissimo muneri secundum vota nostra satisfacere valeas, oportet, ut partes invicem contendentes, aliosque neutri parti adhærentes, sed probatæ fidei, & integritate viros extrajudicialiter, sine strepitu, & forma judicii audias, quoad veram omnium, & singularum rerum ad effectum hujusmodi necessariam notitiam, pro tua dumtaxat intelligentia, ductu, ac regimine devenire valeas. Statim vero, atque certum Ecclesiarum, residentiarumque ab iisdem Fratribus Ordinis Minorum Sancti Francisci ante prædictam Visitationem justo, legitimoque titulo possessarum numerum habueris, ipsis Fratribus easdem Ecclesias, residentiasque restituas, & restitui facias, atque in antiquam earumdem possessionem immittas, & confirmes. Præterea unicuique tam ex dictis Ecclesiis, residentiisque, quam ex aliis Societatis Jesu, & Seminarii Parisiensis in illis Provinciis, Præfecturis, & Civitatibus, quæ promiscue per eosdem Societatis Jesu, & Seminarii Parisiensis alumnos reguntur, & administrantur, habita semper ratione congruentiæ, commodæque distantiæ unius ab altera Ecclesiæ, ac insimul numeri, multitudinisque Christifidelium ibi commorantium, fines, ac terminos, seu districtum assignes, atque ipsos etiam uniuscujusque districtus, fines, terminosque statuas, & constituas cum inhibitione, etiam cum pœnarum, censurarumque, prout Fraternitati tuæ visum fuerit, & quatenus opus sit, ad tuum arbitrium imponendarum, atque ipso facto incurrendarum denunciatione, ne quis Missionarius unius Ordinis, Congregationis, & instituti audeat irrumpere, & se immiscere in districtum aliis Missionariis cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti assignatum, & præscriptum, nisi in casibus claræ, puræque necessitatis, juxta normam in Decretis præinsertis in paragrapho *Porro* traditam.

Insuper, cum laudata Congregatio particularis die 19. Mensis Septembris anno 1741. ut præmittitur, habita, octavum ex præinsertis Decretis declarans, præscripserit, ut Ecclesiæ ad Sacram Congregationem (nempe Propagandæ Fidei) spectantes, videlicet ea, quæ reperitur in Provincia, & Civitate Aulæ, & in qua residere consueverat bonæ memoriæ Episcopus Nabucensis, Vicarius Apostolicus, alia, quæ sita est in Portu *Falsò*, nec non illæ, quæ sunt in *Phuijen*, in *Nharu*, & *Nathiang* serventur pro Missionariis ejusdem Sacræ Congregationis, & Vicarius Apostolicus unicuique ex prædictis Ecclesiis districtum congruum, & Christianitatem assignet a Missionario in ea constituendo regendam. Interim vero, & donec Missionarii ab eadem Sacra Congregatione mittendi ad Regnum Cochinchinæ pervenerint, idem Vicarius Apostolicus prædictas Ecclesias, & respective Christianitates earum cuilibet, sicut præfertur, annexas, vel assignatas administrari curet per Sacerdotes Seminarii Parisiensis, nomine tamen præfatæ Sacræ Congregationis, & non aliter, nec alio modo, & usque ad novam ipsius Sacræ Congregationis dispositionem, quod quidem per eumdem Vicarium Apostolicum præstandum erit semper, & quandocumque futuris temporibus aliquis Missionarius dictæ Sacræ Congregationis decesserit, vel discesserit, de reliquis autem Ecclesiis ad eamdem Sacram Congregationem pertinentibus, idem Vicarius Apostolicus disponat, sicut ipse in Domino magis opportunum arbitrabitur.

Nos præinsertam octavi Decreti declarationem auctoritate, & tenore paribus confirmantes, tibique pariter committimus, & mandamus, ut si per Vicarium Apostolicum Cochinchinæ declaratio, & præscriptio hujusmodi debitæ, vel in totum, vel in partem, quoad descriptas quinque Ecclesias ad dictam Congregationem Propagandæ Fidei spectantes, executioni minime demandata sit, eamdem declarationem, præscriptionemque omnimodæ executioni cum ipsius Apostolici Vicarii scientia demandari facias, & cures Fraternitas tua. In uno, aut altero

Chronol. Seraph. * Ss 2 hujus-

hujusce negotii casibus, a præfatis Seminarii Parisiensis Missionariis, qui antedictas Ecclesias, earumque districtus pro tempore regunt, & administrant, per authentica documenta ab iis, quoa in unaquaque earumdem Ecclesiarum, earumque districtuus residere, & addictos esse repereris, propria manu subscripta, & interposito etiam jurejurando confirmata, & publica facta, exigas apertam, sinceramque declarationem, qua se nimirum Ecclesias, & districtus hujusmodi præcario tantum nomine regere, & administrare, neque per illud temporarium, sive eventuale regimen, & administrationem umquam, ac ullo prorsus modo sibi quemcumque titulum, aut jus dominii, manutentionis, possessionisque venire, quæri, deberi, & vindicare posse, contestentur.

Pari itidem modo, authentica ejusmodi documenta exiges a Fratribus Ordinis Minorum Sancti Francisci sæpedictis, qui non solum declarent, sed juridice, ac legitime etiam spondeant, obligentur, & obstringantur, se Ecclesias, & residentias in Cochinchina, ipsis per Nos, prout præmittitur, adjudicates, & propriis sumptibus eorum Provinciæ Insularum Philippinarum conservaturos, & nunquam deserturos, & cum semper retenturos congruentem numerum Missionariorum, quibus Fraternitas tua unamquamque Ecclesiam, habita rerum, personarum, locorumque ratione, indigere noverit, atque existimaverit statuere, & præscribere, quemadmodum ut statuas, & præscribas tibi pariter injungimus, & mandamus. Declarationem denique authenticis etiam, ut præmittitur, documentis, instructam exiges ab iisdem Fratribus Ordinis Minorum Sancti Francisci, qui nomine antedictæ Provinciæ Insularum Philippinarum nobis ultro obtulerunt, nimirum sese subituros totum onus propriis suis omnino sumptibus semper sustinendum, Missionum Regni Ciampæ (in ea tamen Regni ejusdem parte, in qua nullus alterius Ordinis, Congregationis, & Instituti Operarius existat) & in Regno Cambodiæ, quæ Regna per Apostolicam hanc Sanctam Sedem Apostolici Cochinchinæ pro tempore existentis Vicarii jurisdictioni addicta reperiuntur.

Hoc certe, quemadmodum Nobis pergratum accidit, ita omnem altercandi deinceps aditum obstruere cupientes, volumus, & mandamus, ut accedente finium, seu districtuum assignatione a prædicto Vicario facienda, & ab eisdem omnino ut supra servanda, Fratres antedicti ad Regna Ciampæ, & Cambodiæ Missionum hujusmodi causa accedentes, nullum penitus propter hæc Christianæ Charitatis sponte suscepta, & omnino imposterum præstanda officia, sibi unquam asserere, vindicare, & contendere valeant jus privativum, sive directe, vel indirecte quoad alios Operarios, quos ad eadem Regna per Apostolicum Cochinchinæ pro tempore existentem Vicarium Ordinarium, ut præfertur, jurisdictionem habentem, cum opportunis, legitimisque facultatibus, & licentiis, quocumque tempore mitti contigerit. Ceterum authentica documenta antedictarum declarationum, tam Missionariorum Ordinis Sancti Francisci, quam Seminarii Parisiensis, aliorumque, si qui fuerint, tibi exhibenda, & a te sub pœnis, & censuris, quatenus opus sit, exigenda, postquam acceperis, manu tua singula subscribes, signoque tuo munies, atque ita subscripta, & monita una cum claro, distinctoque omnium Ecclesiarum, residentiarum, & districtuum, eorumque finium, & terminorum cathalogo, sive indice, vulgo nota, necnon dilucida, amplaque non solum rerum omnium ad conficiendum hujusmodi negotium per te gestarum, seu etiam rerum omnium ibi gerendarum ad commissionem, mandatumque nostrum, & facultates tuas pertinentium, sed propter inordinationes etiam, confusionesque, atque alia hujusmodi necessario Apostolicæ nostræ providentiæ, supremæque auctoritatis remedio indigentium, relatione, & narratione insimul conjuncta, quam tutissime, & quantocius curabis perferenda ad ipsam Congregationem Propagandæ Fidei. Præclaram vero, quam de Apostolicis Fraternitatis tuæ virtutibus, & laboribus conceptam habemus opinionem, ut magis, magisque Nobis probes, atque confirmes, oblata occasio, & demandata a Nobis commissio, tibi esse debet acriori incitamento.

Nos enim ad præmissa omnia opportune, salubriter, canonice, ac legitime peragenda, & præstanda, facultates omnes necessarias, & opportunas tibi tribuimus, & impertimur, necnon auctoritate, & tenore paribus derogamus iis omnibus, & singulis, quæ fortasse obstare possent, nostra nempe, & Cancellariæ Apostolicæ regula, quatenus opus sit, de jure quæsito non tollendo, & aliis Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & sinodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon supradictorum Ordinum, Societatis Jesu, & Instituti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 26. Novembris 1744. Pontificatus nostri anno quinto.

D. Card. Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

Dismembrantur duo Cœnobia a Provincia S. Josephi Discalceatorum, & uniuntur novæ Provinciæ Immaculatæ Conceptionis, cui etiam jus ferendi suffragium in Congressibus Generalibus adseritur.

FR. RAPHAEL A LUGAGNANO &c.

Dilectis Nobis in Christo RR. PP. Ministris Provincialibus nostrarum Provinciarum S. Joseph, & Immaculatæ Conceptionis Fratrum Minorum Discalceatorum in Hispania salutem, & Seraphicam Benedictionem.

DUdum Nos ad preces Almæ nostræ Provinciæ S. Joseph Discalceatorum in nova Castella, & mature perpensis momentis rationum, quibus eædem preces innitebantur, & pariter quod unanimi consensu tam Patrum ejusdem Provinciæ, quam actualis Definitorii, inter quos R. P. Gaspar a Teiveque, modernus Minister Provincialis Provinciæ nostræ Immaculatæ Conceptionis connumerabatur, subscriptæ erant, e dicta nostra Provincia S. Joseph novem Conventus dismembravimus, & ex ipsis novem Conventibus sic dismembratis novam Provinciam sub invocatione Immaculatæ Conceptionis Discalceatorum ereximus, & constituimus auctoritate Apostolica, qua fungebamur, & fungimur, aliaque decrevimus, & ordinavimus, prout in Domino, ad bonum utriusque Provinciæ magis expedire censuimus, quemadmodum in nostris Literis Patentalibus sub die 8. Augusti currentis anni, quas præsentibus pro plene, & sufficienter expressis haberi volumus, ple-

nius

nius continetur. Subsequenter per alias nostras similes Literas Patentes simili auctoritate Apostolica per nos editas sub die 12. currentis mensis, & anni eidem novæ Provinciæ Immaculatæ Conceptionis de novo erectæ Conventum Sancti Angeli Civitatis Compluti ab eadem nostra Provincia S. Joseph dimembratum, & separatum sæpedictæ novæ Provinciæ Immaculatæ Conceptionis aggregavimus, univimus atque incorporavimus.

Cum autem deinde per Epistolas Definitorii novæ Provinciæ ejusdem prætensiones circa plures Conventus Nobis innotuissent, simulque sensus, & vota PP. & Definitorum antiquæ Provinciæ nostræ Sancti Joseph per authentica documenta ad Nos transmissa, tenore præsentium, utentes auctoritate Apostolica nobis concessa, Deum solum præ oculis habentes, atque bono, & paci utriusque Provinciæ consulere cupientes, sequentia duximus decernenda -- Et primo quidem Conventus Sancti Didaci *del Coral* de Almaguer, & Beati Petri Baptistæ de Lillo a præfata nostra Provincia Sancti Joseph dismembramus, & separamus, & aliis decem Conventibus, quibus præfata Provincia Immaculatæ Conceptionis jam constat, aggregamus, & unimus, eidemque Provinciæ eosdem binos Conventus de novo incorporamus, & legitime unitos, & incorporatos declaramus -- Secundo committimus R. P. Ministro Almæ nostræ Provinciæ Sancti Joseph, quatenus Conventum Sancti Joannis Evangelistæ *de Colmenar Viejo*, cum consilio sui Definitorii, eidem novæ Provinciæ concedere, & aggregare valeat, si id pro pace, & bono ejusdem novæ Provinciæ censuerit expedire. -- Tertio: Dictæ novæ Provinciæ Immaculatæ Conceptionis præcedentiam concedimus in omnibus Capitulis, Congregationibus, sive Congressibus generalibus, in quibus alii Ministri Provinciales, & Custodes suffragium habent de jure, vel consuetudine; non obstante statuto Generali Victoriensi, quod contraria praxi, & consuetudine abrogatum declaramus: & nihilominus ad majorem abundantiam eidem statuto, cæterisque contrariis quibuscumque, Auctoritate Apostolica, qua fungimur, expresse derogamus. -- Quarto R. P. Ministrum, Definitores, & Custodem dictæ nostræ Provinciæ Immaculatæ Conceptionis serio admonemus, & in Domino hortamur, quatenus officia eisdem assignata, & per eos canonice accepta fideliter administrent, & postpositis privatis affectibus, bono regimini Provinciæ sibi creditæ assidue invigilent, a Deo bonorum operum auctore, & remuneratore præmium sperantes, qui Servos bonos, & fideles supra multa constituit, & in gaudium æternum intromittit. Si tamen nostris Paternis monitis non acquiescentes, & privatum interesse bono communi præponentes suis officiis renunciaverint, Tenore præsentium eosdem voce activa, & passiva per decennium privamus, & alterius tenore præsentium vices nostras, etiam auctoritate Apostolica, qua fungimur, plenarie committimus R. P. Ministro Provinciali dictæ nostræ Provinciæ Sancti Joseph, quatenus has nostras Patentales Literas debitæ executioni mandet, & in eventu renunciationis tam Ministri Provincialis, quam Definitorum, & Custodis novæ Provinciæ Immaculatæ Conceptionis, cum consilio Patrum sui Definitorii, deveniat auctoritate Apostolica, ac nostra, ad institutionem, & deputationem alterius, seu aliorum Ministri Provincialis, Definitorum, & Custodis dictæ novæ Provinciæ Immaculatæ Conceptionis, super quo illius conscientiam oneramus.

Tandem præcipimus per Sanctam obedientiam, & sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ vobis omnibus, & aliis tam Superioribus, quam subditis nostræ jurisdictioni subjectis, ut iis nostris literis, & ordinationibus minime contraire præsumatis, vel præsumant, sed potius iisdem, atque omnibus in eisdem contentis prompte, & exacte pareatis, & pareant, uti decet veros Sancti Francisci Alumnos. Valete in Domino.

Datum Romæ ex nostro Aracœlitano Conventu, die 25. Decembris 1744.

Fr. Raphael a Lugagnano
Minister Gener. & Com. Apostolicus.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato P. Suæ Reverendissimæ.

F. Joannes Carbonell Secretarius
Generalis Ordinis.

Sententia Ministri Generalis in Caussa vertente inter Superiores Provinciæ Sancti Petri de Alcantara Discalceatorum Provinciæ Neapolis, & Laicos ejusdem Provinciæ.

FR. RAPHAEL A LUGAGNANO

Totius Ordinis Minorum Minister Generalis.

IN Caussa vertente inter Superiores Nostræ Sancti Petri de Alcantara Discalceatorum Neapolis Provinciæ ex una, & Fratres Laicos ejusdem Provinciæ ex altera partibus, introducta primo in Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium, ac postea de consensu partium, annuente Eminentissimo Domino Cardinali Cavalchino Ponente, pro finali decisione nobis remissa, omnibus mature examinatis, ac discussis, de consilio, & voto quorumdam Ordinis Nostri Patrum in scriptis, & viva voce habito, quietem, & pacem Provinciæ, ac regularitatis restitutionem, si forsan in aliquo Conventu defecerit, unice desiderantes, & Deum solum præ oculis habentes, ea, quæ sequuntur, decernenda, ac determinanda stabilivimus, prout per præsentes auctoritate Nostra decernimus, ac determinamus.

Primo. Quod in dicta Nostra Provincia inviolabiliter observentur Constitutiones municipales anno 1685. pro eadem typis editæ, & a Summis Pontificibus Clem. X. ac Inn. XI. approbatæ, & confirmatæ; revocatis omnino & absolute omnibus Decretis, aut Statutis, sive a Superioribus, sive a Capitulis Provincialibus post dictum annum 1685. factis, in ea parte, qua præfatis Constitutionibus adversari reperiantur.

Secundo. Quod Minister Provincialis de consilio Definitorii per sanctam obedientiam ea omnia præcipere possit, quæ in aliis Discalceatorum Provinciis, & in eademmet Neapolis Provincia sic præcipere Ministri Provinciales consueverunt, videlicet ne Fratres ingrediantur in aliorum Fratrum Cellas, nisi in eas Superiorum, & Infirmorum; ne ludant aleis; ne percipiant Missarum eleemosynas, nisi in quibusdam gravissimis casibus, & de licentia Ministri Provincialis, & alia hujusmodi. Alia vero obedientiæ præcepta in dicta Provincia imponi non consueta, universæ Provinciæ imponere non possit Minister Provincialis, nisi ex gravissima causa ab universo Capitulo Provinciali per vota secreta approbanda: Fratribus autem in particulari per sanctam obedientiam ea præcipere, aut prohibere valeat Min. Provincialis, quæ necessaria existimaverit pro eorum salute, & hoc sive in visitatione, sive extra. Recordetur tamen, quod caute,

pru-

prudenter, & raro tali auctoritate uti debet.

Tertio. Quod circa Tertiariorum receptionem nihil innovari debeat, sed recipi valeant, prout usque nunc factum fuit, & ad tenorem Constitutionum municipalium, dummodo recipiatur Laicorum numeros per Sacram Congregationem Disciplinæ Regularis taxatus, prout usque nunc factum fuisse in sua relatione asserere dignatus est Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Nuntius.

Quarto. Quod servetur laudabilis consuetudo, prout etiam in aliis Discalceatorum Provinciis practicatur, deputandi videlicet per hebdomadam unum Laicum, aut unum Tertiarium, qui vigilare debeant usque ad medium noctis, & tunc Campanam pulsare, & Communitatem vocare ad Matutinum. Locales tamen Superiores hortamur, ut Laicum, vel Tertiarium, qui sic vigilaverit, ab assistendo horis Matutinis pro sui prudentia dispensent, si ætate, vel speciali labore die præcedenti fatigatum agnoverint.

Quinto. Quod conformiter ad praxim omnium Discalceatorum teneantur omnes Fratres Laici in fine mensæ surgere ad recolligendas ejusdem mensæ reliquias; Superiores tamen Locales hortamur, ut discrete, & charitative in hoc puncto dispensent cum senibus, & cum iis, quos fatigatos noscunt, præsertim si prandium, aut Cœnam nondum absolverint.

Sexto. Quod Fratres Laici, & Tertiarii mensæ inservire, & pannos lineos lavare teneantur, prout ubique apud Discalceatos practicatur.

Septimo. Quod teneantur Religiosi Subditi Sandalia ex Canape confecta portare; sed simul teneantur Superiores tot ipsis providere, quot respective necessaria fuerint.

Octavo. Quod in arbitrio Superiorum Localium remaneat pueros ad inserviendum Missis, & Sacristiæ, admittere; dummodo dicti pueri in Conventibus non pernoctent.

Nono. Quod Fratres Josephus a Purificatione, & Petrus Baptista a Sancta Maria Angelorum in primo suæ collocationis Conventu, exercitiis spiritualibus spatio decem dierum vacent, & in medio Refectorii suam agnoscant culpam, & a Communitate veniam de peractis, & commissis supplicent; hacque sola salutari pœnitentia contenti, eos ab omnibus criminibus, & etiam apostasiæ, super quibus processus efformati sunt, absolvimus, & absolutos declaramus, ipsisque processibus finem facimus, perpetuumque silentium imponimus.

Decimo. Quod Fratres Franciscus a Sancto Antonio, Petrus a Jesu Maria, Vincentius a Sancto Petro de Alcantara, & Innocentius a Sancta Maria, quos & facto, & ex relatione Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Nuntii obstinatos ad mensam scandalose sedere, aliis surgentibus, contra Superiorum mandatum novimus; Hi quatuor in pleno Refectorio suam agnoscant culpam, & veniam petant ab integra Communitate; Superiores autem eosdem benigne, & charitative suam culpam fatentes excipiant, paternaque charitate amplectantur.

Cœterum circa præfatam Causam, & omnia ipsam concernentia perpetuum imponimus silentium, ac per Sanctam obedientiam, & sub pœnis excommunicationis majoris ipso facto incurrendæ, & aliis contra inobedientes, & rebelles in Ordinis Constitutionibus stabilitis, prohibemus Provinciæ Superioribus præsentibus, & futuris, ne ob prædictam Causam ullum ex suis subditis ulterius puniant, vel quocumque modo alicui molestiam inferant. Similiter sub iisdem pœnis omnibus ejusdem Nostræ Provinciæ Religiosis tam Superioribus, quam subditis vetamus, ne imposterum se ad invicem verbis, aut signis, vel quocumque alio modo ob prædicta provocent, vel improperent, quinimo omnes, & singulos in visceribus Christi hortamur, ut omnium præfactorum omnimode obliti, charitative, religiose, & prout Seraphici Nostri Patris Sancti Francisci filios decet, ad invicem se tractent. Tandem sub iisdem pœnis, ac aliis arbitrio Nostro infligendis, præcipimus, ut omnia per præsentes a Nobis decreta, & determinata omnimodæ executioni mandentur.

Datum Romæ ex Nostro Aracœlitano Conventu die 16. Januarii 1745.

F. Raphael a Lugagnano
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

Confirmatur erectio Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Discalceatorum in nova Castella.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam, nullo licet meritorum suffragio, præsidentes, Religiosorum Virorum Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum, uberesque in Ecclesia Dei fructus, adspirante superni favoris auxilio, proferre jugiter satagentium commodis, & felicibus in via mandatorum Domini progressibus libenter consulimus, sicut ad omnipotentis Dei gloriam, religionis incrementum, & animarum salutem in Domino expedire arbitramur.

Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Joannetius de Molina Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum, & Recollectorum nuncupatorum Ultramontanæ Familiæ, quod dilectus etiam Filius Raphaël a Lugagnano, Minister Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum per suas patentes literas, utens facultate a Nobis attributa, decem Conventus ex Provincia S. Josephi in Nova Castella eorumdem Fratrum Discalceatorum, quæ uno supra quadraginta Conventibus constabat, dismembravit, & separavit, & subinde per alias suas itidem patentes literas ex memoratis decem Conventibus sic dismembratis, & separatis novam Provinciam sub titulo Conceptionis B. M. V. Immaculatæ memoratorum Fratrum Discalceatorum erexit, & alias, prout in binis ejusdem Raphaelis Ministri Generalis patentibus literis plenius continetur: tenor autem patentium literarum hujusmodi est qui sequitur, videlicet:

F. RAPHAEL A LUGAGNANO &c.

Dilecto nobis in Christo R. P. Ministro Almæ nostræ Provinciæ Sancti Joseph Minorum Discalceatorum, Salutem, & Seraphicam benedictionem.

Exponi nobis nuper fecit R. Adm. Pater Frater Petrus Joannetius de Molina Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum, qualiter præfata nostra Provincia Sancti Joseph, e qua plures

aliæ

aliæ jam prodierunt, Dei benedictionibus præventa, & Sancti Petri de Alcantara, qui illam fundavit, præſidio munita, tot adhuc Conventibus abundat, ut uno ſupra quadraginta ad præſens conſtet, unde fit, quod Miniſter Provincialis pro explanda eorum viſitatione plura centena leucarum conficere cogatur, idque pedibus, uti Seraphica Regula præſcribit, vix præſtare valeat, præſertim cum ad hujuſmodi officium non niſi Viri graves, ætate grandævi, & laboribus fracti, aſſumi conſueverunt. Quapropter hac noſtra ætate, quinque in actualitate officii è vivis abierunt, & alii abſoluto officio, ob infirmitates eo durante contractas, ad Infirmarias impediri ſe receperunt, atque paucis ab hinc annis Provincia ita magna omnibus Provinciæ Patribus orbata remanſit. Quæ omnia modernum Miniſtrum Provincialem, aliosque primarios Patres induxerunt, ut de remedio his malis adhibendo ſerio conſulerent, tandemque ſub die ſecunda Januarii currentis anni 1744. in Regio Conventu Sancti Ægidii Matritenſi coacta per eumdem Miniſtrum Provincialem Congregatione Patrum Diſcretorum, & Definitorum Provinciæ, unanimi omnium conſenſu decretum extitit, opportunius fore remedium ex eadem Provincia infra exprimendos diſmembrare Conventus, & ex ipſis diſmembratis, quoniam inter eos plures ex præcipuis computantur, devenire ad erectionem novæ Provinciæ ſub titulo Immaculatæ Conceptionis. Quamvis enim ipſi Provinciæ Sancti Joſeph duo ſupra triginta Conventus remaneant, ſunt tamen ſufficienter vicini inter ſe, & cum centro Provinciæ, ac propterea congrue gubernari poterunt; ceteri autem ſunt magis diſtantes, & per novum Miniſtrum Provincialem, Definitores, & Cuſtodem ſanctè valebunt regi, cum augmento divini cultus, & regularis obſervantiæ in antiqua, & alia de novo erigenda Provincia; & ulterius in præfata Congregatione Diſcretorii, & Definitorii præfato Adm. R. Patri Procuratori Generali datum fuit in commiſſis, quatenus opportunas preces porrigeret, & hujuſmodi inſtantiam promoveret, quemadmodum præſtitit, a nobis humiliter ſupplicando, ut ad erectionem dictæ novæ Provinciæ devenire dignaremur.

Nos igitur mature perpenſis expoſitis, & conſiderantes, quod aliàs Provincia Sancti Petri de Alcantara Granatenſis cum novem tantum Conventibus a ſanctæ memoriæ Alexandro VII. extitit erecta, & alia ejuſdem Sancti Petri de Alcantara Neapolis cum octo tantum Conventibus pariter Provincia fuit declarata a felicis recordationis Clemente X. & denuo a Sanctiſſimo Domino noſtro BENEDICTO XIV. feliciter regnante, Provincia Sancti Paſchalis Baylon in Regione Licienſi, ſeu Hydruntina, cum numero tantum octo Conventuum erecta, & conſtituta fuit, majorem Dei gloriam intendentes, atque obſervantiam regularem & ſtrictiorem inſtituti Diſcalceatorum promovere cupientes, auctoritate Apoſtolica nobis ad hoc ſpecialiter attributa per Breve Sanctiſſimi Domini noſtri BENEDICTI XIV. ſub die 16. Julii currentis anni 1744. tenore præſentium infraſcriptos Conventus, videlicet Sancti Laurentii Civitatis Conchenſis; Sancti Antonii de Padua Civitatis Guadalaxaræ; Sancti Michaelis Archangeli de Priego; Sancti Sebaſtiani de Aniron, Beatæ Virginis Mariæ vulgo *del Roſal de Buendia*; Sancti Joannis Baptiſtæ de Horche; Sancti Angeli Cuſtodis de Torrejoncillo; Sancti Joſeph Civitatis Birhuega, & Sancti Franciſci de Uzeda a præfata Noſtra Provincia Sancti Joſeph diſmembramus, & perpetuo ſeparamus, & ex ipſis novem Conventibus ſic diſmembratis, & perpetuo ſeparatis novam Provinciam Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Fratrum Minorum de Strictiori Obſervantia Diſcalceatorum appellandam, erigimus, & conſtituimus, ipſique novæ Provinciæ ſic per Nos erectæ, & conſtitutæ eoſdem novem Conventus perpetuo unimus, & incorporamus cum aliis, qui de novo fundari contigerit in territoriis dictorum novem Conventuum, quæ Guardianiæ vocari ſolent, quam in Diœceſi Conchenſi a parte Aragoniæ, in univerſa Diœceſi Seguntina, & in parte Diœceſis Cæſarauguſtanæ, quæ ab ipſa Cæſarauguſta reſpicit verſus Matritum, excluſa tamen ipſa Cæſarauguſta, quæ remanere debeat intra limites Noſtræ Provinciæ Sancti Joannis Baptiſtæ; dictamque novam Provinciam per Nos a præfata Provincia Sancti Joſeph Diſcalceatorum extractam, diſmembratam, ſeparatam, erectam, & conſtitutam gubernari volumus, & decernimus per ſuum Miniſtrum Provincialem, quatuor Definitores, & unum Cuſtodem, pro hac vice tantum per Nos, ut infra, deputandos, & inſtituendos, ac deinceps perpetuis futuris temporibus in Capitulo Provinciali canonice eligendos, ſub iiſdem Legibus, & Conſtitutionibus, quibus regitur prædicta Noſtra Provincia Sancti Joſeph, cum omnibus, & ſingulis privilegiis, prærogativis, & honoribus, quibus gaudent, & gaudere ſolent aliæ Provinciæ ejuſdem Ordinis, atque etiam ipſa Provincia Sancti Joſeph, eodem prorſus modo, & abſque ulla differentia, quin prædicta nova Provincia, poſtquam hæ Noſtræ literæ Patentes executioni demandatæ erunt, ipſiuſque Conventus, & Fratres dependeant amplius, neque ſubjaceant juriſdictioni Miniſtri Provincialis, & Definitorum prædictæ Provinciæ Sancti Joſeph, quamquam hæc illius mater ſit, & cenſeri debeat, ſed tantummodo ſubjaceat immediatæ juriſdictioni Noſtræ, & Succeſſorum Noſtrorum, atque Commiſſariorum Generalium Ultramontanæ Familiæ, quemadmodum ſubjacere noſcuntur aliæ Provinciæ Fratrum Minorum Diſcalceatorum Ultramontanæ Familiæ.

Inſuper, eadem auctoritate Apoſtolica, qua fungimur, earumdem patentium tenore nominamus, inſtituimus, & eligimus in primum Miniſtrum Provincialem dictæ novæ Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Fratrum Minorum de Strictiori Obſervantia Diſcalceatorum, Patrem Fratrem Gaſparem de Trijueque, Lectorem Sacræ Theologiæ, & actualem antiquæ Provinciæ Definitorem; in Definitores vero PP. FF. Michaelem a Villaconejos, Joannem de Valdecomenas, Joannem item de Cañaveras, & Petrum de Albalate, antiquos Concionatores. In Cuſtodem autem Patrem Fratrem Franciſcum de Sacedon, Sacræ Theologiæ Lectorem, & Conventus Sancti Antonii de Guadalaxara actualem Guardianum, dictoſque PP. Gaſparem a Trijueque in Miniſtrum Provincialem, Michaelem a Villaconejos, Joannem de Valdecolmenas, Joannem item de Cañaveras, & Petrum de Albalate in Definitores, Franciſcum vero de Sacedon in Cuſtodem legitime, & canonice inſtitutos, ad triennium a die publicationis præſentium computandum, declaramus, & confirmamus cum omnibus auctoritatibus, facultatibus, præeminentiis, & prærogativis hujuſmodi Miniſtris Provincialibus, Definitoribus, & Cuſtodibus, tam de jure, quam de conſuetudine, vel alias quomodolibet in Provinciis Diſcalceatorum reſpective competentibus, & concedi ſolitis.

Item, omnibus Religioſis dictæ Provinciæ Sancti Joſeph undecumque oriundis, & ſive exiſtant ad præſens in Conventibus, qui illi remanent, ſive in aliis, quibus nova Provincia conſtituitur, liberam concedimus facultatem, & licentiam ſeſe aggregan-

Com-

di antiquæ, vel de novo erectæ Provinciæ, infra terminum sex mensium computandorum a die publicationis præsentium, quibus elapsis, neque ab antiqua in novam, neque è converso a nova in antiquam transire valeant, nisi servatis alias de jure servandis. Novitiis vero nondum professis optio pariter remaneat eligendi quam maluerint ex duabus Provinciam. Usque hæ nostræ literæ patentes debitum sortiantur effectum, Te R. P. Ministrum Provincialem Almæ nostræ Provinciæ Sancti Joseph, Commissarium nostrum instituimus, & institutum declaramus, etiam auctoritate Apostolica, qua fungimur, concedentes tibi vices nostras, cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis pro executione harum nostrarum literarum, & omnium contentorum in ipsis, cum facultate etiam præsidendi Congregationi, vel Congregationibus Definitorialibus dictæ novæ Provinciæ, quæ celebrari debebunt spatio unius mensis a die publicationis præsentium pro electionibus Guardianorum, Lectorum, & aliorum Officialium, atque etiam pro aliis disponendis circa studia, tam Philosophiæ, quam Theologiæ, Noviatus, & cætera concernentia utilitatem, & salubrius dictæ novæ Provinciæ gubernium, in quibus tamen omnibus, ut cum majori soliditate, atque utriusque Provinciæ satisfactione, & fraterna charitate peragantur, procedere debeas cum consilio, & assensu omnium Patrum Definitorum tam antiquæ, quam novæ Provinciæ. Si autem ante publicationem, & executionem harum nostrarum literarum contigerit viam universæ carnis ingredi aliquem, vel aliquos ex institutis per Nos in Ministrum, Definitores, & Custodem sæpedictæ novæ Provinciæ, seu officium sibi assignatum acceptare nolle, earumdem præsentium tenore tibi facultatem impertimur, quatenus cum consilio pariter, & assensu Patrum Definitorii antiquæ, & residuorum novæ Provinciæ devenire valeas ad electionem alterius, vel aliorum, quos mori, vel acceptare nolle contingeret. Tandem præcipimus per Sanctam obedientiam, & sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ, atque aliis contra inobedientes, & rebelles de jure taxatis, omnibus tam superioribus, quam Subditis nostræ jurisdictioni subjectis, ne ullo modo, sub quovis prætextu, vel quæsito colore audeant, vel præsumant impedire, seu retardare executionem harum nostrarum literarum patentium, sed potius mandatis nostris prompte pareant, & obediant; prout eorum quemlibet hæc nostra Decreta concernant, & concernere possint.

Datum Romæ in hoc nostro Aracœlitano Conventu die 8. Augusti 1744.

Fr. Raphael a Lugagnano
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Suæ P. Rmæ.
Fr. Joannes Carbonell
Secretarius Generalis Ordinis.

FR. RAPHAEL A LUGAGNANO &c.

Dilectis Nobis in Christo RR. PP. Ministris Provincialibus nostrarum Provinciarum Sancti Joseph, & Immaculatæ Conceptionis Fratrum Minorum Discalceatorum in Hispania, salutem, & Seraphicam benedictionem.

Aliis Nos per similes nostras patentes literas auctoritate Apostolica, qua fungebamur, & fungimur, e dicta Provincia S. Joseph novem Conventus dismembravimus, & separavimus, & ex illis sic dismembratis, & separatis enunciatam Provinciam Immaculatæ Conceptionis ereximus, Provincialem, Custodem, & Definitores pro illius gubernio instituimus, & elegimus, aliaque subinde decrevimus, & ordinavimus ad Omnipotentis Dei gloriam, & utriusque Provinciæ profectum, salubrius gubernium, & disciplinæ regularis augmentum, prout magis in Domino censuimus expedire, & latius in præfatis nostris literis patentibus sub die octava Augusti currentis anni Domini 1744. emanatis, continetur, quas præsentibus pro expressis, & sufficienter contentis haberi volumus. Cum autem, sicut ex Epistolis vestris accepimus, sub die 24. elapsi mensis Octobris, unanimi consensu, & communi satisfactione, atque exemplari pace ad omnimodam præfatarum literarum executionem in nostro Conventu Immaculatæ Conceptionis de Barajas, Deo vos dirigente, deveneritis, inde est, quod Nos plurimum in Domino gaudentes, electiones, omnisque acta, & gesta ad tenorem dictarum nostrarum literarum patentium laudamus, & approbamus, & confirmamus. Et quoniam R. Adm. P. F. Petrus Joannetius de Molina Procurator Generalis Fratrum Minorum Discalceatorum, & Recollectorum, tam proprio, quam vestrum nomine a Nobis humillime supplicavit, quatenus Provinciæ de novo erectæ Conventum Sancti Angeli Civitatis Complutensis aggregare, & incorporare dignaremur; tenore præsentium, auctoritate Apostolica, qua fungimur, illius, & vestrum votis annuentes, præfatum Conventum Sancti Angeli Civitatis Complutensis a dicta nostra Provincia Sancti Joseph separamus, & dismembramus, & eumdem sic separatum, & dismembratum Provinciæ nostræ Immaculatæ Conceptionis unimus, aggregamus, & incorporamus, declarantes earumdem præsentium tenore, quod eidem Conventui, illiusque Guardiano pro tempore competant, & competere debeant præcedentia, & aliæ prærogativæ supra alios Conventus ejusdem Provinciæ, quæ illi competebant ante erectionem dictæ Provinciæ. Valete in Domino, & pro Nobis ad Deum preces effundere non desistatis. Datum Romæ ex nostro Aracœlitano Conventu die 12. Decembris 1744.

Frater Raphael a Lugagnano
Min. Gen. & Vicarius Apostolicus.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Suæ Rmæ Paternitatis.
Frater Joannes Carbonell
Secretarius Generalis Ordinis.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Petrus Joannetius Procurator Generalis præinsertas Patentes Literas, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos igitur ipsum Petrum Joannetium Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas binas ejusdem Raphaelis Ministri Generalis

Pa-

Patentes Literaa, disnembrationem, separationemqua introscriptorum Conventuum a supradicta Provincia Sancti Josephi, illorumqua erectionem in novam Provinciam, ut præfertur, factaa, continantea, necnon omnia, & singula in eis contenta, auctoritata Apostolica, tenorc præsentium approbamua, & aonfirmamus, illisque inviolabilia Apostolicæ firmitatia robur adjicimus, omnesque, & singulos juria, & facti desectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & sanamus.

Decernentes easdem præsentes literaa semper firmas, validas, & efficacea existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judicea ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, sublataeia, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoriate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Provinciæ, Conventuum, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratia statutis, & consuetudinibua, privilegiis quoque, Indultia, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibua pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertia habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum affectum hac vice dumtaxat, specialitar, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 29. Januarii 1745. Pontificatua nostri anno quinto.

D. Card. Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

J.

Declaratio Constitutionis Sacramentum Pœnitentiæ &c. *quam jampridem idem Sanctissimus Pontifex ediderat, quæque refertur supra Part. II. pag. 260. A.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Apostolici muneria partes in procuranda præcipue rerum sacrarum pura, illibataque penitua administratione versari debere probe intelligentes, non modo & assiduis hortationibus, & justa, ubi res postulat, legum severitate, ut ab Ecclesiasticis quibusque Ministris sancta sancte tractentur, quantum cum Domino possumua, providere studemua, verum etiam legas ipsas, ne forte sinistris intarpretationibus in alterutram extremam partem, aut immoderati rigoris, aut detestabilis laxitatis perperam detorqueantur, opportune communire, ac roborare pro earumdem tuendo vigore, cum occasio poposcerit, non prætermittimus.

1. Sane, cum Nos alias par quamdam nostram Constitutionem, cujus initium est: *Sacramentum Pœnitentiæ* Anno Incarnationis Dominicæ 1741. Kalendis Junii Pontificatus Nostri Anno Primo editam, omnibus, & singulis Sacerdotibus tam sæcularibus, quam regularibus interdiximua, & prohibuimus, ne aliquis eorum, extra casum extremæ necessitatis, nimirum in ipsius mortis articulo, & deficiente tunc quocumque alio Sacerdote, qui Confessarii munus obire possit, Confessionem Sacramentalem personæ complicis in peccato turpi, atque inhonesto, contra sextum Decalogi Præceptum commisso axcipere auderet: Itaut absolutio, si quam impertivisset, nulla, atque irrita omnino esset, tamquam impertita a Sacerdote, qui jurisdictione, & facultate ad valide absolvendum necessaria ipsi per Nos vigora ejusdem Constitutionis adempta privatus existeret, & alias, prout in memorata Constitutione, cujus tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumua, uberius dicitur contineri. Cum Nos subinde super ea dictæ Constitutionis parte, quæ mortis articulum respicit, dubitationes quasdam exortas fuisse accepimus, quarum resolutionem privato cujusque judicio relinquendam minime existimamus, ne Lex incertis conjecturis, & opinionibua jactata in sensua a mente Nostra alienos forsitan distrahatur, ejusque vigor paulatim langueat, atqua enervetur.

Chronol. Seraph.

2. Hinc est, quod Nos omnem dubitandi rationem, quantum cum Domino possumus, de medio auferre cupientes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potastatia plenitudine memoratam Constitutionem nostram, cum omnibus, & singulis in ea contentis tenore præsentium, quatenus opua sit, confirmamus, illamque integre, penitus, ut omnino, atque ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari præcipimus, & mandamua. Præterea habita super his cum Venerabili Fratre Nostro Vincentio Episcopo Prænestino Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Petra nuncupato Pœnitentiario Nostro Majori, ac dilectis Filiis Officii Pœnitentiariæ Apostolicæ Ministris, qui rem jussu Nostro mature perpenderunt, deliberatione, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribua edicimus, ac declaramua, eadem Constitutione singulis, ut supra, Sacerdotibus, quemadmodum interdictum non est in mortia articulo personam in prædicto turpi peccato complicem confitentem audire, atque ab hujusmodi quoque culpa rite contritam absolvere, deficiente tunc quocumque alio Sacerdote, qui Confessarii munua obira possit; ita interdici re ipsa, & prohiberi prædicto modo tunc audire, & absolvere, ut si alius aliquis Sacerdos non defuerit, etiamsi forte iste alius simplex tantummodo Sacerdos fuerit, sive alias ad confessionea audiendas non approbatua, possit nihilominua ipse Sacardos simplex confessionem excipere, ac absolutionem impertire.

3. Porro, si casua urgentis qualitaa, & concurrentes circumstantiæ, quæ vitari non possint, ejusmodi fuerint, ut alius Sacerdos ad audiendam constitutæ in dicto articulo personæ confessionem vocari, aut accedere sine gravi aliqua exoritura infamia, vel scandalo nequeat, tunc alium Sacerdotem perinde haberi, censeriqua posse, ac si revera abesset, atque deficeret: ac proinde in eo rerum statu non prohibere socio criminis Sacardoti absolutionem pœnitenti ab eo quoque crimine impertiri. Sciat autem complex ejusmodi Sacerdos, & serio animadvertat, fore se re ipsa coram Deo, qui irrideri non potest, reum gravis adversua prædictam nostram Constitutionem inobedientiæ, latisque in ea pœnis obnoxium, si prædictæ infamiæ, aut scandali pericula sibi ultro ipse confingat, ubi non sunt: imo intelligat, teneri se gra-

viter hujusmodi pericula, quantum in se erit, sutevertere, vel removere opportunis adhibitis mediis, unde fiat, ut alteri cuivis Sacerdoti locus pateat illius confessionis absque ullius infamia, vel scandalo audiendæ. Ita enim ipsum teneri vigore memoratæ nostræ Constitutionis declaramus, & nunc quoque ita ipsi facitudum esse districte mandamus, & præcipimus.

4. Quod si idem Sacerdos, aut quovis modo sese nulla gravi necessitate compulsus ingesserit, aut ubi infamiæ, vel scandali periculum timetur, si alterius Sacerdotis opera requirenda sit, ipse ad id periculum avertendum congrua media adhibere de industria neglexerit, atque ita personæ in dicto crimine complicis, eoque in articulo, ut præfertur, constitutæ sacramentalem confessionem excipere, ab eoque crimine absolutionem largiri nulla, sicut præmittitur, necessaria causa cogente præsumserit, quamvis hujusmodi absolutio valida futura sit, dummodo ex parte pœnitentis dispositiones a Christo Domino ad Sacramenti Pœnitentiæ valorem requisitæ non defuerint: Non intendimus autem pro formidando mortis articulo eidem Sacerdoti quantumvis indigno necessariam jurisdictionem auferre, ne hac ipsa occasione aliquis pereat; nihilominus Sacerdos ipse violatæ ausu ejusmodi temerario Legis pœnam nequaquam effugiet; ac propterea latam in dicta Constitutione majorem excommunicationem, eodemque plane modo, quo ibidem decernitur, Nobis, & huic Sanctæ Sedi reservatam incurrat, prout illum eo ipso incurrere declaramus, volumus, atque statuimus. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ in præfata nostra Constitutione volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

5. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die octava Februarii millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

D. Cardinalis Passioneus.

Dubia proposita Ministro Generali a Provincia Observanti Poloniæ una cum eorum Resolutionibus.

I. „ AN Ex-Ministris Provincialibus debeatur „ semper præcedentia supra Ex-Vicarios, „ etsi illi diu post hos Provinciam administraverint?

II. An Vicarius Provincialis electus a Definitorio in „ Capitulo intermedio potuerit ab hoc declarari Mi- „ nister? Et casu, quo non, an id fieri potuerit a „ tunc Ministro Generali?

III. „ An Lector Generalis, qui Lecturam inter- „ polavit, vel occasione eundi ad Comitia genera- „ lia tanquam Vocalis, vel quia extitit Commissa- „ rius, teneatur tempus illud Lecturæ, quo vacavit, „ supplere, ut jubilationem obtinere possit?

IV. „ An Moniales, quæ antequam essent discre- „ tæ, in Abbatissas electæ fuerunt, expleto earum „ triennio, debeant gaudere præcedentia, voce con- „ sultiva, & decisiva supra illas, quæ fuerunt qui- „ dem post eas ad idem munus promotæ, sed cum „ jam essent prius inter Discretas connumeratæ?

Reverendissimus Pater Minister Generalis de consilio, & voto aliquorum Ordinis Patrum respondit.

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative quoad utramque partem.*

Ad III. *Affirmative in utroque casu.*

Ad IV. *Affirmative, dummodo non adversetur aliquod municipale Decretum.*

Romæ ex nostro Aracælitano Conventu die 6. Aprilis 1745.

F. Raphael a Lugagnano
Minister Generalis.

Litteræ JULII II. quibus prohibetur FF. Minoribus transitus ad Ordines S. Spiritus, & Sancti Benedicti in Gallia, confirmantur, & ad FF. Discalceatos Provinciæ Sancti Antonii in Brasilia extenduntur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

INjuncti Nobis per abundantiam divinæ gratiæ Pastoralis officii sollicitudo postulat, ut in his, per quæ Christifidelium sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium prospero statui consulitur, ejusdem officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Dudum felicis recordationis Julius Papa II. Prædecessor noster quasdam literas in simili forma Brevis expeditas edidit tenoris sequentis, videlicet:

JULIUS PAPA II.

Universis, & singulis Venerabilibus Fratribus Nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis Filiis Abbatibus, Prioribus, Diaconis, Archidiaconis, Cantoribus, & Thesaurariis, ac aliis quibusvis personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, nec non Metropolitanis, & aliarum Ecclesiarum Cathedralium, eorumque Archiepiscoporum, & Episcoporum Officialibus, præsertim in omnibus Provinciis Hispaniarum secundum morem Ordinis Minorum, & utriusque Siciliæ, ac Sardiniæ Insulæ constitutis, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Generalis, ac Provinciales Vicarii Ordinis Minorum Regularis Observantiæ, alias de Familia nuncupatorum, Provinciarum Hispaniæ, utriusque Siciliæ, & Insulæ Sardiniæ, nec non ipsarum Provinciarum Vicariorum Generalium in Curia Romana Commissarii, quod nonnulli ex Fratribus dicti Ordinis diversas literas Apostolicas sub plumbo, & in forma Brevis, vel alias a Nobis, & Sede Apostolica variis, & expressis causis impetrarunt, & in dies impetrare conantur, per quas se ab eorum Superioribus, & Ordine hujusmodi exemptos fecerunt, & faciunt; & aliqui ad Ordinem Canonicorum Regularium, & aliorum transeunt, aut in totum habitum dimittunt, & ut Sæculares incedunt; alii clausula in literis Cruciatæ super in partibus illis publicatæ apposita, ut cujuscumque Ordinis Fratres se ad partes Infidelium

ad

ad Sacramenta ministranda, & alia pia opera exercenda, & verbum Dei prædicandum libere transire possint, utuntur; & alii ipsius Cruciatæ auctoritate Confessores Regularem, vel Sæcularem, etiam absque licentia sui Superioris, qui eos a quibuscumque casibus absolvant, eligunt; nonnulli etiam ob favores, quos in Romana Curia inveniunt, simulata pietate, eleemosynas in confessionibus a pœnitentibus extorquentes, literas hujusmodi, quarum prætextu libere, & licite impune vagari possint, in damnationem animarum suarum, & ipsius Ordinis dedecus, impetrare continuo quærunt, & quod deterius est, ad Civitates, Oppida, loca, ubi prius in domibus dicti Ordinis degebant, absque habitu, ut Presbyteri, & alii mere Sæculares redeunt, excusso obedientiæ jugo, in opprobrium Religionis, & Ordinis Minorum, ac Observantiæ hujusmodi, itaut dictas literas potius extortas judicemus, quam vere impetratas; alii contra ipsius Ordinis Statuta fugientes, non suffragante sufficienti literatura, ad Ordines Sacros ascendere præsumunt, & se mentiendo promoveri faciunt; alii vero extorta a superioribus licentia, ut in libertate spiritus vivere possint, ad Claustrales, sive Conventuales, præter, & contra Summorum Pontificum prohibitiones, & nisi desuper provideatur, in dies eximentur, & transferentur, & similia committere non expavescent in eorumdem Ordinis, & Familiæ grave detrimentum, & jacturam. Quare dicti Generalis, & Provinciales Vicarii, & eorum in Curia antedicti Commissarii Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut super his opportune providere paterna diligentia curaremus. Nos igitur, qui dictum Ordinem Minorum, & illius Fratres singulari prosequimur devotionis affectu, prout eorum benemerita in Nos, & Apostolicam Sedem digne promerentur, præmissis, & aliis scandalis, ne eveniant, opportune pro Ministerio Pastoralis officii Nobis commissi providere volentes, ac singularum literarum per dictos Fratres, ut præfertur, impetratarum, & clausularum in eis contentarum tenores præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati vobis, & singulis vestrum quascumque literas, quas per eosdem Fratres a Nobis, & Sede prædicta super hujusmodi exemptionibus, & habitus mutationibus, & ommissionibus, nec non eleemosynarum subtractionibus, & mendicationibus, & extorsionibus, ut præfertur, impetratas repereritis, auctoritate nostra instigantibus prædictis Vicariis, sive in Romana Curia Commissariis, aut per eos ad hoc deputatis, si videbitur expedire, examinandi, & causas per eosdem Fratres in illis allegatas dijudicandi, & si veras non repereritis, revocandi, & annullandi, ac eisdem Fratribus minime suffragari debere declarandi, ac prædictis Fratribus ad Ordinem Canonicorum Regularium translatis, seu ut Sæculares incedentibus, ne in Civitatibus, Oppidis, vel locis, ubi domus dicti Ordinis fuerint, permaneant inhibendi, vel si in eis manere voluerint, ut ad Ordinem, seu Familiam, cujus habitum temere reliquerunt, redeant mandandi, nec non concessiones quascumque vigore literarum Cruciatæ in partibus illis nuper, ut creditur, publicatæ, eisdem Fratribus minime suffragari, nec illarum vigore Confessores eligere posse, nec ad dictos Fratres Ordinis Minorum Familiæ se extendere declarandi, eisdem auctoritate, & tenore facultatem concedimus, & nihilominus vos, vel duo, aut singuli vestrum per nos, aut alium, seu alios faciatis auctoritate nostra præmissa omnia, & singula, quoties pro parte Generalium, & Provincialium Vicariorum prædictorum, seu alicujus eorum fueritis requisiti, firmiter observari, non permittentes eosdem Generales, & Provinciales Vicarios, seu ipsorum Commissarios per prædictos Fratres, etiam prætextu dictarum literarum, aut illarum processuum præmissorum occasione quomodolibet molestari, seu perturbari. Contradictores quoslibet, & rebelles, censuris Ecclesiasticis, & aliis juris remediis, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis.

Non obstantibus præmissis, ac felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, & aliis Apostolicis Constitutionibus, nec non prædictis, seu quibusvis aliis literis Apostolicis per eosdem Fratres impetratis, & imposterum impetrandis, quibus etiam si pro illarum derogatione de eis, earumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, quorum tenores pro expressis habentes, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Exhortamur autem Generales, & Provinciales præfatos, ut Sanctissimæ expeditioni prædictæ de Confessoribus idoneis pro viribus ex eis subjectis Fratribus provideant, requisiti. Cæterum, quia difficile foret præsentes literas ad singula loca, in quibus de eis fides forsan facienda fuerit, deferri, volumus, & eadem auctoritate Apostolica decernimus, quod ipsarum transumptis manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus Prælati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Curiæ Ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & alibi, ubi expediens fuerit, adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si fuerint exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die penultima Martii millesimo quingentesimo duodecimo Pontificatus nostri anno nono.

Cum, sicut accepimus, in Provincia Sancti Antonii in Brasilia, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, reperiantur nonnulli Fratres, qui contra præinsertarum literarum dispositionem, obtenta prius ab hac Sancta Sede sub nonnullis forsan emendicatis prætextibus, licentia transeundi ad Sancti Spiritus, ad Sancti Benedicti in Gallia, aliosve ab eadem Sede approbatos Ordines, in quibus benevolos invenissent receptores, aut sub spe obtinendi licentias hujusmodi, a Superiorum suorum obedientia sese eximant, & ita in habitu Presbyteri Sæcularis, seu habitu Regularis retento, in natali solo, in quo Conventus primodicti Ordinis reperiuntur, & habitum per Fratres ejusdem Ordinis gestari solitum susceperunt, non sine magno Ordinis hujusmodi, Provinciæque præfatæ, Superiorum contemptu, & Sæcularium scandalo remanere, ac moram trahere pergant: Nos hujusmodi abusus, quantum Nobis ex alto conceditur, de medio auferre cupientes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præinsertas Julii Prædecessoris præfati literas confirmamus, & approbamus, illasque ad supradictam Sancti Antonii Provinciam extendimus, & ampliamus, ac, quatenus opus sit, motu, scientia, & potestate similibus, volumus, decernimus, statuimus, & declaramus, ut omnes, & singuli ejusdem Provinciæ Sancti Antonii in Brasilia Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum Fratres, qui intra limites dictæ Provinciæ, sel in habitu Presbyteri Sæcu-

cularis, vel sub nomine Ordinis Sancti Spiritus, vel Sancti Benedicti in Gallia, vel sub prætextu inveniendi benevolum receptorem, habitu Regulari retento, extra Claustra vagantur, & degunt, seu pro tempore quomodolibet vagari, & degere possunt, & facultates, licentiasque ab eadem Sede transeundi ad supradictos, aliosve Ordines, in quibus benevolos invenerint, seu invenire posse sperant receptores, obtinebunt, & obtinuerunt, si a pro tempore existentibus ejusdem Provinciæ Superioribus requisiti, seu coacti fuerint, ad probandas rationes, & causas, quas pro obtinenda licentia, & facultate transeundi ad alios Ordines, huic Sanctæ Sedi adduxerunt, coram judice Conservatore, quacumque appellatione remota, rationes, causasque hujusmodi exhibere, ac probare debeant, & si rationes, causæque hujusmodi irritæ, & inanes, statim ad propria Claustra redire, si autem preces veritate niti repertæ fuerint, per duarum Dietarum spatium extra Civitates, Terras, Oppida, aliave loca, in quibus Conventus, Hospitia, Missionesque dicti Ordinis reperiuntur, sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis, per Sedem Apostolicam præfatam contra inobedientes, & extra Claustra vagantes inflictis, ipso facto, absque ulla alia declaratione incurrendis, a quibus nemo, nisi a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutus, cum reincidentia, quatenus præmissa non adimpleverit, absolutionis beneficium obtinere queat, habitare, & commorari teneantur, & ad id a Superioribus præfatis compelli possint, etiam invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis.

Decernentes easdem præsentes, & præinsertas Julii prædecessoris literas, ac in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod illæ in illis partibus nunquam publicatæ fuerint, vel si publicatæ, admissæ non reperiantur, & quilibet etiam cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis, aut alias etiam specifica, & individua mentione, & expressione digni in præmissis forsan jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis juridica, pia, legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato, inexcogitabilique defectu notari, impugnari, infringi, retractari, & in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, & extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentes, & præinsertas Julii prædecessoris literas adversus quemcumque non usum, sive desuetudinem, & inobservantiam, aut abrogationem, necnon quemvis abusum, & contrarium usum, contrariamque observantiam, etiam forsan publicam, & notoriam, ac quantolibet tempore toleratam, in integrum, & pristinum statum per præsentes restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & inviolabiliter observari, & adimpleri. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sedis Apostolicæ Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciæ, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die quarta Maii 1745. Pontificatus nostri anno quinto.

D. Card. Passioneus.

Instructio pro Missionariis præsertim Franciscanis super nonnullis Dubiis Ecclesiasticis spectantibus ad Cophtorum Nationem.

Dilectis Filiis, Justo Maraghi in universa Ægypto Vicario Generali, & Jacobo a Cremisir Ordinis Minorum S. Francisci Strictioris Observantiæ Præfecto Missionis Apostolicæ in Ægypto, cœterisque Missionis Cophtæ Missionariis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

EO quamvis tempore, quo pro demandato Nobis Apostolicæ servitutis onere, tot tantisque curis circumdamur, ut pene obruamur, delata ad Nos fuerint nonnulla postulata a Religioso Viro Jacobo a Cremisir Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Strictioris Observantiæ, & Missionum Apostolicarum in Ægypto Præfecto: Nihilominus in eo, qui infirmitatem Nostram misericorditer regit, confidentes, operam, studiumque Nostrum ad proposita enodanda dubia libenter adjecimus, in spirituale electi illius gregis solatium, qui magno licet intercedente Terrarum spatio a Nobis dissitus sit, Paterno tamen Cordi Nostro charitate proximus efficitur.

Quæ sane Pontificiæ sollicitudinis, & providentiæ partes, cum a nemine desiderari patiamur, qui verum Deum per veram fidem agnoscat; peculiari sibi

sibi illas vindicat jure inclyta Cophtorum Natio, quæ præcipui cultus, ac filialis obsequii, quo Romanam Ecclesiam omnium aliarum Matrem, & Magistram prosequitur, non semel luculenta, & perenni digna laude præbuit specimina; præsertim vero in Sacra Œcumenica Florentina Synodo, in qua fel. rec. Eugenio PP. IV. Prædecessore Nostro expetitam diu Græcæ, Latinæque Ecclesiæ unionem promovente, veteri ejusdem unionis incendi desiderio visa est, palamque edocuit, oportere membra sub uno in Terris Capite indivisa consistere. Id ipsum quoque testata est Successoribus Romanis Pontificibus Pio IV. & Gregorio XIII. omni conatu in præmissæ unionis scopum enitentibus; Ac apertius etiam Clementi VIII. ad quem solemni, & honorifica decreta legatione, obsequentia animi, ac devotæ in Romanam Ecclesiam voluntatis publica exhibuit testimonia. Hanc quoque egregiam propensionem adhærendi Romanæ Ecclesiæ plane perspectam habuit alter Noster Prædecessor Urbanus PP. VIII. qui zelo, & sedulitate pari in id potissimum incubuit, ut prædicta Ecclesiarum unio indissolubili charitatis fœdere pro virili parte firmaretur.

Alacriores tamen præ omnium rationum momentis ad hanc exequendam Pastoralis Officii partem Nos efficit jampridem concepta, intimeque cordi Nostro infixa spes majoris incrementi Catholicæ Religionis, & lucri Animarum, quibus erudiendis in Superiori, ac inferiori Ægypto, & in Urbe Principe Cairo, strenuam, Invictamque navant operam Apostolici Missionarii, ex Franciscana ut plurimum Familia, adlecti, qui nullo laborum aspectu territi, sed induti fortitudine ex alto, in summa rerum, ac temporum difficultate, Nationem illam toto olim Orbe Terrarum celeberrimam, nunc vero assiduis ærumnis attritam, ac pene confectam, verbo vitæ informant, vigilesque laborant, ut novi in diem palmites in vineam Domini traducantur.

Adhibitis itaque in consilium nonnullis Ven. Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, dilectisque Filiis Consultoribus in Congregatione Supremæ, & Universalis Inquisitionis contra hæreticam pravitatem confidentibus, exquisitisque, quo maturius deliberare possemus, aliorum etiam doctrina, & prudentia præstantium Virorum suffragiis, eorumque præsertim, quibus Orientalium mores, Ritus, & Instituta, longo usu, & experientia essent cognita planeque perspecta, privati Nostri laboris accessione singulorum sententias scripto traditas expendimus, atque libravimus. Cum tamen ad singula definienda dubia in præsentiarum quamplurima desiderentur; idcirco hæc Apostolica scripta Missionariis exhibenda mandavimus, ut ea, quæ definitivo reliquorum dubiorum judicio facem quodammodo præferre valeant, ad Nostri Apostolatus auditum quamprimum deducenda curent.

DUB. I.

Cum Fideles Cophti Catholicam profitentes Religionem a Baptismo, Ritu Ecclesiæ Latinæ collato, hoc potissimum Nomine abhorreant, quod Baptizatis una simul non conferatur Sacramentum Confirmationis: Quæritur, an in casu, quo Sacerdos Ritus Cophti commode adiri nequeat, permittendum sit PP. Missionariis illico post Baptismum Confirmationem conferre?

DUB. II.

An Parochis Ritus Cophti, qui a Schismate redeunt ad Catholicæ Ecclesiæ unitatem, tribuenda sit facultas administrandi Catholicis Sacramenta Parochialia, quæ prius poticbantur inter Schismaticos; quamvis eadem administratio, nullo existente Parocho Catholico, demandata sit PP. Missionariis?

DUB. III.

An Cophtis proprio Ritu in ætate puerili ad Diaconatus Ordinem promotis, ubi legitima ad contrahendum Matrimonium ætas advenerit, liceat nedum primum, sed alterum quoque inire Matrimonium, vi dispensationis obtentæ a PP. Missionariis absque ullo speciali Indulto Apostolico?

DUB. IV.

An dicti Diaconi Officium Divinum recitare teneantur?

Quod attinet ad primum, plane compertum Nobis est, veteri more, & disciplina invaluisse apud Cophtos, ut abluti Sacro Regenerationis Lavacro illico ab eodem Sacerdote, post absolutas Baptismatis Cœremonias, Sacro Chrismate liniantur, ut præ aliis testatur Thomas a Jesu *in suo Tractatu de Conversione Gentium lib. 7. cap. 7.* De simultanea tamen utriusque Sacramenti administratione non una, eademque fuit agendi ratio cum Græcis apud Orientales Ecclesias residentibus, & illis, qui commorantur in Italia, & Insulis eidem adjacentibus. Quemadmodum enim Græcis incolis Italiæ expresse vetita est administratio utriusque Sacramenti ab eodem Ministro contemporanee facienda; ita patientia quadam, & facilitate Sedis Apostolicæ factum est, ut unum, & alterum Sacramentum ab eodem Sacerdote in Oriente Græcis conferretur; nec defuere idcirco Theologi, qui hujusmodi tolerantiæ vestem, & imaginem tacitæ dispensationis obducerent.

Quo opportune præmisso, apte distinguenda sunt, diversoque jure censenda duo, quæ exinde profluunt, extrema: Aliud enim est, quod Cophti ex Indulgentia Apostolicæ Sedis licitam sibi adstruant collationem utriusque Sacramenti, servato Orientalis Ecclesiæ Ritu, ab eadem Apostolica Sede non expresse vetito, sed tolerato: Longe vero diversum, quod tolerantiam in pejorem partem detorquentes, abhorreant a Baptismo Ritu Latino collato, hoc potissimum nomine, quod seorsim à Confirmatione administretur. Idcirco sicuti lenitati, & patientiæ Sedis Apostolicæ consonum videri potest, quod Cophti in suo jamdiu recepto, & ab eadem Sede tolerato usu perseverent; Ita ferendum non est, quod Baptismum Ritu Latino, & seorsim a Confirmatione collatum, acerbo, alienoque animo perhorrescant.

Præterea, licet apud Occidentales etiam Ecclesias in more posita quandoque fuerit Baptismatis, & Confirmationis simultanea collatio, & hæc consuetudo in aliquibus Diœcesibus anteacto tempore inoleverit, juxta exempla relata a *Vicecomite in Tract. de Confirmat. Cap. 14.; & a Martene de antiqu. Eccles. Rit. Lib. 1. Cap. 1. art. 2.* Nihilominus abrogato prorsus a Romana Ecclesia aliarum Matre, & Magistra hujusmodi more, consultissimis Summorum Pontificum Decretis provide cautum est, ut renatis fonte Baptismatis conferretur Sacramentum Confirmationis in ea solum ætate, in qua Fideles, evacuatis quæ erant parvuli, intelligerent, tantum inter se differre Baptismum, & Confirmationem, quantum in naturali vita distat generatio ab incremento; Seque per Baptismum fuisse quidem ad militiam sece-

ceptos, per Confirmationem vero ad pugnam roboratos, & ad perferendos agones per gratiam instructos; ex quo fit, ut rigide animadverti in eos oporteat, si qui forte Sanctioris hujusce disciplinæ instituta refugerent, aut contemnerent, omnemque Curam adhibendam esse, ut ab errore, & cæcitate, Ecclesiæ Latinæ adeo injuriosa, retrahantur.

Verum attributa, juxta propositum thema, Sacerdotibus Latinis facultate conferendi statim post Baptismum, Confirmationem, tantum abest, ut Orientales captivari possint in obsequium veritatis, ut immo animo semper obfirmatiore suæ adhærerent sententiæ, erga quam facilem se, ac pronam Apostolica Sedes exhiberet. Præterea Hæretici, & Schismatici, qui improbo, pravoque ut plurimum ingenio, Catholicorum facta interpretantur, vel inconstantiæ notam inurerent Latinis, a suscepta semel probataque disciplina deflectentibus; vel suo exemplo eos commovisse, & in suas traxisse partes superbe dictitarent, ipsa temere vertentes officia pietatis in elationis argumentum.

Si itaque ea sit Nationis Cophtæ conditio, ut Fideli Populo Confirmatio administrari nequeat ab Episcopis, quibus hujus Sacramenti administrandi ordinaria potestas commissa est, minime nos latet, eandem administrandæ Confirmationis potestatem ex Indulto Apostolico ad Sacerdotem, vel Missionarium, pro modo necessitatis, quandoque deferri posse. Hujusmodi delegatio nec nova, nec inusitata videri debet, cum S. Gregorii Magni, aliorumque Romanorum Pontificum Nostrorum Prædecessorum Sanctissimis innitatur exemplis. Cum enim sæpe contigerit, Christifideles Pastoris solatio esse destitutos, & Episcopis, ob distantiam locorum, impossibile, vel difficile admodum fuerit, Populorum necessitatibus præsentes fieri; in hanc partem Episcopalis Ministerii vocati sunt Sacerdotes, dummodo uterentur Chrismate ab Episcopo rite benedicto, & consecrato: Ne alias contingeret, Fideles rem Sanctitatis plenam cunctando negligere, vel decedere sine hoc Sacramento divinis muneribus cumulato, & ad Nostram Sanctificationem instituto.

Apostolici igitur Missionarii, non sine auctoritatis incremento, sed lucro tantum Animarum inhiantes, qua par est sedulitate, & diligentia inquirant, an Catholico Gregi, super quo vigiles custodiunt, desit præsentia Pastoris; an difficilis, vel impossibilis sit frequens illius accessus; an fidelis Populus in casu necessitatis versetur; & an demum circumstantiæ in unum collectæ præmissis consonent exemplia, ac parem exposcant providentiam. Integra porro, sinceraque fide ea omnia quamprimum renuncient Sanctæ Sedi, ut re tota sedulo cognita, itemque perspecta, deliberare possit, an, & cui potissimum Presbytero, tanquam Ministro extraordinario, tribuenda sit hæc auctoritas confirmandi, & Episcopale hoc munus obeundi.

Ipsi interim Missionarii, quibus datum est exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere, satagant, ut fidelis populus ab errore ad veritatem, ab odio ad obsequium erga Baptismum Ecclesiæ Latinæ reducatur, atque Gens illa tandem agnoscat, pia, sanctaque ordinatione fuisse dispositum, ut seorsim a Baptismate conferretur Sacramentum Confirmationis iis, qui in provectiori essent ætate, & ad percipiendam virtutem Sacramenti accommodata.

Hæc quoad primum Dubium. Quo vero ad secundum: licet in sui primordio Catholica Ecclesia hæresim ejurantibus non semel ostenderit dura, ut eos poneret vino compunctionis; ideoque permeantes ad Sacros Ordines solius Laicæ Communionis participes voluerit; ab hac tamen severitate judicii successivis temporibus temperatum est, & ipsi Nicenæ Synodi Patres *Canone* 8. ultro consensere, quod Novatiani in Sacris Ordinibus constituti, ab errore in semitam veritatis reduces, nedum permanerent in ordine Clericali, sed etiam obtentarum dignitatum honore (providis tamen adjectis legibus) fruerentur. Hanc quoque piæ Matris Ecclesiæ lenitatem in amplexum Filiorum occurrentis experti sunt Donatistæ. Siquidem Catholici Præsules, qui gemino adstipulante Edicto Marcellini Proconsulis, eos pro agenda Religionis causa advocaverant in illum Conventum Ecclesiasticis Monumentis tantopere celebratum, quo facilius ad veræ Fidei cultum, & unitatem allicerent, retentionem gradus Episcopalis antea adepti, veluti quoddam conciliandæ pacis præliminare, illis consulto obtulere.

Præclara hæc lenitatis argumenta attento Nobiscum animo repetentes, æquum visum est, ut Parochi Ritus Cophti, valide tamen, ac Rite ordinati, qui ex atra errorum, in quibus versabantur, caligine, in lucem Catholicæ veritatis emergent, capaces sint etiam inter Catholicos administrationis Sacramentorum Parochialium, qua prius in schismate potiebantur, quamvis hæc ipsa spiritualis auctoritas, nullo existente Parocho Catholico, tributa etiam sit Patribus Missionariis, & ab illis exerceatur. Hanc autem capacitatem, quæ singulis inest, ita temperandam esse decernimus, ut non omnes indistincte hoc pastorale munus sibi assumant, sed ii tantum, quos Vicarius Generalis Dominico Gregi præfecerit; qui pietate, castis motibus conspicui sint; qui bonorum exemplo præluceant; & in quorum reditu ad Ecclesiam nihil fictum, aut simulatum, sed certum sinceræ Conversionis indicium deprehendatur.

Præterea qui a Vicario Generali inter alios præelecti fuerint, abstineant ab exercitio *dictæ* auctoritatis, quousque non reportaverint necessariam in utroque foro absolutionem, rehabilitationem, necnon dispensationem ab irregularitate, censuris, & pœnis, lapsis in Hæresim canonice inflictis. Ritu præterea Catholico administrent Sacramenta. Nullum eisdem cum Schismaticis in divinis sit consortium, ex quo hæresis, pravæque mentis suspicio suboriatur; sed interjecto cum Schismaticis pariete, corde puro, conscientia bona, fide non ficta, præcepta Matris Ecclesiæ, quæ denuo eos in Christo genuit, intemerata custodiant.

Ex hac porro Indulgentia uberem in dies Spiritualium gaudiorum messem expectamus, lucrum scilicet Animarum ad gremium Ecclesiæ redeuntium: Probe enim intelligent, Nos Pastoris Jesu Christi vicem in Terris tenentes, tantum quærere, & salvum velle, quod perierat; Ovesque inventas, non virga timentis, sed Officio charitatis, ad Ovile congregare.

Nec conqueri jure poterunt Missionarii suam auctoritatem hoc pacto videri imminutam, si opportune in memoriam revocaverint, quæ ab eorum Patre, & institutore Sancto Francisco in suo Testamento scripta leguntur: *Et si haberem tantam sapientiam, quantam Salomon habuit, & invenirem pauperculos Sacerdotes in Parochiis, in quibus morantur, nolo contra eorum voluntatem prædicare*: cui sententiæ consona sunt documenta S. Bonaventuræ in suo Tractatu, *quare Fratres Minores prædicent*; *temperatissime*, inquit Sanctus Doctor, *dispensavit divina sapientia, & instituit Sedes Apostolica, ut per Ordines prænotatos in prædicatione, & confessione defectus Cleri suppleatur, & Animæ salventur, &*

nec

nec in spiritualibus, nec in temporalibus jus Clericorum aliquatenus minuatur. Parique censura in simili negotio cum Græcis Melchitis nuperrime discussso a Nobis definitum est: *licere tantum Fratribus Ordinis Minorum Sancti Francisci Custodiæ Terræ Sanctæ Parochialia munia obire circa Græcos Melchitas, eisque Sacramenta administrare in iis locorum, & temporum circumstantiis, quibus omnino deficiat modus habendi Parochum, aut aliam Antistitem Græci Ritus*.

Neque etiam perperam timeant Missionarii sibi in vinea Domini, tanquam Operariis tota die otiosis, & a bono opere torpentibus, nullam, vel exiguam occasionem impendendi laboris esse relictam. Prædicandum est ab illis Sanctum Christi Evangelium, & docenda Mysteria Christiano homini necessaria ad æternam salutem; explicanda vitia, quæ declinare, virtutes, quas sequi oporteat; adhibenda medela sauciatis per Sacramentum Pœnitentiæ; tum alia quoque administranda sunt Sacramenta in subsidium Presbyterorum Ritus Cophti; nihil demum derelinquendum est, quod ad Animarum salutem, & Religionis incrementum pertinere possit. Potissima tamen sollicitudo conferenda est, ut Sacerdotes Cophti a Fidei unitate, rectaque semita declinantes, erroris depulsa caligine, ad unionem, & amplexum Catholicæ Ecclesiæ revocentur, eorumque numerus augeatur; hoc enim pacto Vinea Domini Sabaoth efflorescet, optatumque fructum salutis, benedicente Domino, dabit in tempore suo.

Ad tertium, & quartum Dubium gradientes, pro faciliori, & accuratiori illorum examine juvat præmittere, verificari practice, & in concreto apud Cophtos, quod in abstracto, & pro suo ingenio disputant inter se Latini Theologi, & Canonistæ, de Ordine Sacro Infanti ante rationis usum, vel ante pubertatem collato. Prœmaturam hujusmodi ordinationem apud Cophtos veteri usu, & disciplina invaluisse testatur Pater Thomas a Jesu *dicto Oper. de conversione Gent. lib. 7. pag. 351.*: *Conferuntur*, inquit, *Ordines, excepto Presbyteratu, omni ætati, etiam immediate post Baptismum, Parvulis, simulque datur Tonsura, & quatuor gradus, & Diaconatus, & Subdiaconatus; nec habet conferendis interstitia, vel tempora particularia determinata sunt. Ubi Sacros Ordines recipiunt, castitatem, & abstinentiam pollicentur, jejunare videlicet diebus Mercurii, & Veneris, & tempore Adventus, & Quadragesimæ &c. Insuper etiam Quadragesimis Apostolorum Petri, & Pauli, & Assumptionis. Quando autem Infantulis, aut Pueris, Sacri Ordines conferuntur, pro eis spondent, & hæc vota observant ipsorum Parentes, donec decimum sextum ætatis Annum, aut circiter, exegerint*.

Hanc quoque vigentem inter Cophtos consuetudinem assumendi ad Ordinem Diaconatus constitutos in ætate infantili, confirmat suo testimonio Carolus Franciscus a Breno *in Manuali Mission. Orient. tom. 1. lib. 3. cap. 1. num. 5.* idemque usus evincitur in Literis P. Bern. Missionarii Societatis Jesu datis Anno 1706. Cairo ad P. Soletium, magni nominis, probatæque doctrinæ Bollandistam: memoratis in iisdem literis *Cophtorum*, seu *Jacobitarum* moribus, & institutis, advertit, Diaconos promotos in ætate sex, vel septem Annorum, in immensum excrevisse numerum, cæteroquin necessarium, ne Ecclesia debitis fraudetur obsequiis; Neve divina Mysteria, absque decenti Ministrorum cultu, & frequentia celebrentur, quemadmodum videre est *in Continuatione Bollandi tom. 5. Mens. Jun. pag. 132.*

Nemo adeo rudis est, qui ignoret in Ecclesia Occidentali diversos Ordines, & Ministrorum gradus fuisse institutos, & in sua rite tempora dispositos. Prima etenim Tonsura initiandi sunt præditi usu rationis; qui in septimo ætatis Anno præsumitur. Minoribus vero Ordinibus licet determinata ætas a Sacris Canonibus præstituta non sit, adhuc a septimo ad decimum quartum Annum conferri solent, concurrentibus tamen in Ordinando qualitatibus desideratis a Tridentino *Sess. 23. de Reform. Cap. 5. & 11.* Porro ejusdem Tridentinæ Synodi lege cautum est, ad Subdiaconatum ætatem vigesimi secundi anni, ad Diaconatum vigesimi tertii, ad Presbyteratum vigesimi quinti, ad Episcopatum trigesimi esse necessariam; eo tantum inter Sacros Ordines, & Episcopatum recurrente discrimine, quod pro Sacris Ordinibus satis sit unius, vel alterius respective anni inchoatio, pro Episcopatu vero complementum trigesimi Anni requiratur.

Si tamen hujusmodi provide institutarum legum contemptum contingeret fortasse ab Episcopo legitima auctoritate suffulto, non solum Minores, sed etiam Sacros Ordines Infanti conferri; concordi Theologorum, & Canonistarum suffragio definitum est, *Validam*, sed *illicitam* censeri hanc ordinationem, dummodo nullo laboret substantiali defectu materiæ, formæ, & intentionis in Episcopo ordinante; non attenta contraria Sententia, quæ raros habet Asseclas, & quæ Supremis Tribunalibus, & Congregationibus Urbis nunquam arrisit. Æque tamen certum, & exploratum est, per hanc Ordinum collationem non subjici promotos obligationi servandæ Castitatis, nec aliis oneribus ab Ecclesia impositis; cum electio status a libera cujusque pendeat voluntate, & Altissimo nostra, non autem aliena, vota reddere teneamur.

Obsolevit enim vetus illa Ecclesiæ Disciplina, quæ coacte, aut per vim promotos ad Sacerdotium, & Episcopatum, duro subjiciebat jugo servitutis, & observationis onerum, & legum cuicumque Ordini impositarum, spreta quavis protestatione Ordinati, vel promoti, contra vim illatam, spretaque declaratione animi a suscepto Ordine abhorrentis. Insuper licet usque ad Sæculum duodecimum consueverint Parentes Filios in infantili ætate positos in Sacris Monachorum Cœnobiis devovere, & divino famulatu mancipare, perpetuo vetito egressu e septis Monachorum; attamen mitioribus Clementis III. Celestini III. & Tridentinæ Synodi Decretis abrogata fuit lex illa, contra quam naturæ, & liberi arbitrii jura clamare videbantur.

Non desunt tamen graves Theologi, qui accuratiori etiam examine rem intime scrutentur: Ajunt siquidem, Infantes promotos ad Sacros Ordines, ubi sui compotes jam fuerint, diserte esse interrogandos super intentione permanendi, nec ne, in Ordine sibi collato. Si firmo deliberatoque animo palam assenserint, eo casu censent eos obstringi voto Castitatis; sin minus, licitum sit iisdem ad Sæcularia vota transire, suspensa exercendi Ordinis potestate.

Alium expendunt Casum Theologi, Ordinis suscepti post usum rationis, sed ante pubertatem. Affirmant ita Ordinatum tunc solum obligari voto servandæ Castitatis, quando ordinationem *expresse* ratam habuerit, vel *tacite* aliquando exteriori signo, puta quia ministraverit in Ordine suscepto, vel quia pensum diurnum horarum Canonicarum more aliorum absolverit: quousque ratihabitio non supervenerit, iidem Theologi nullam Ordinato imponunt obligationem recitationis Officii Divini; immo censent tamdiu interdictum exercitium Ordinis suscepti,

quam-

quamdiu Ordinatus in ætate impuberi attingat alteram ætatem a Sacris Canonibus promovendis rite præstitutam.

Expensa hucusque in abstracto ad tramites legum Canonicarum, quibus Ecclesia Occidentalis informatur, facilem viam sternunt resolutioni, non solum tertii dubii, in quo quæritur: *An Diaconis Ritus Cophti licitæ sint primæ, & ulteriores Nuptiæ*, sed etiam quarti, in quo quæritur: *An dicti Diaconi teneantur Divinum Officium recitare*.

Et sane si Missionarii, qui dubia proponunt, ultro consentiunt, apud Cophtos Ecclesiasticam Hierarchiam perseverare in suis Ordinibus, & gradibus apte dispositam, si sacræ illæ ordinationes nullo laborant substantiali defectu ex parte materiæ, vel formæ; si demum, sublato illo, qui olim aderat, dissidentium opinionum conflictu, nemo est, qui hodie validam non fateatur ordinationem a Ministro etiam schismatico factam: Necessario sequitur, ut quemadmodum in Ecclesia Occidentali *valide* conferuntur Ordines Sacri etiam Infantibus, ita Cophtis Sacer Diaconatus Ordo in infantili ætate *valide* conferatur.

Immo si in Ecclesia Occidentali, ut præmissum est, eximuntur ab obligatione recitationis Divini Officii, non solum Pueri, sed etiam Impuberes assumpti ad Ordinem Sacrum, nisi confirmata jam ætate suam ordinationem expresse, vel tacite ratam habeant: ex paritate rationis idem ferendum est in hac quoque parte judicium de Diaconis Ritu Cophto in tenera ætate ordinatis, recurrente in uno, & in altero casu defectu liberi assensus singulis ad electionem, & professionem status necessarii.

In Concilio Toletano II. relato *in Can. de his dist. 28.* ubi Sermo instituitur de iis, *quos voluntas Parentum a primis infantiæ annis Clericatus officio mancipavit*, hæc disciplinæ regula opportune præscribitur: *Ubi octavum decimum ætatis suæ compleverint annum, coram Cleri, plebisque conspectu voluntas eorum de expetendo conjugio ab Episcopo perscrutetur, quibus si gratia Castitatis inspirante Deo placuerit, Subdiaconatus Ministerium, habita probatione professionis suæ, a vigesimo anno suscipiant &c. Quibus autem voluntas, propriæ interrogationis tempore, desiderium Nubendi persuaserit, concessam ab Apostolo licentiam auferre non possumus.* Canonicæ hujus sanctionis Littera aperte edocet, infantes a Parentibus Ecclesiasticis Ministeriis dedicatos, exacto decimo octavo anno, ab Episcopis interrogari oportere, an velint in sancto perseverare proposito, vel temporale inire Conjugium. Ab hujusmodi recte agendi semita non deflectat Præfectus Missionis; sed Diaconos in prima ætate ordinatos aperte interroget per se ipsum, si commode fieri possit; sin minus per alium a se deputatum, & quæ illorum sit mens, & voluntas, diligenter exploret.

Hæc porro interrogatio, & inquisitio fiat postquam Diaconi decimum sextum ætatis annum excesserint; consonum quippe est, Diaconos eo tempore deliberare, quo juxta Tridentini Decreta, in quacumque Religione tam Virorum, quam Mulierum solemnia Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ vota per Regularem professionem emittuntur. Si completo decimo sexto anno interrogati responderint, nolle diutius in Diaconali Officio persistere; liceat illis primum, eoque legitime soluto, alterum quoque inire Matrimonium. Certiores præterea fiant, nulla Ecclesiastica lege, vel præcepto, ad recitandum Officium Divinum, vel preces a Clero Cophto usitatas compelli.

Nec turpe videri debet, aut indecorum, Diaconis a quavis Ecclesiastica lege solutis aditum ad iteratas nuptias aperiri. Pro libertate secundi Matrimonii Sacræ clamant literæ, & Doctoris gentium saluberrima consilia. Ad Fœminas Sermonem instituens Apostolus in *Epistola ad Romanos cap. 7. Si autem*, inquit, *mortuus fuerit vir ejus, liberata est a lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio Viro*: & in *2. ad Corinth. cap. 7.*: *dico autem non Nuptis, & Viduis: bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego: quod si non se continent, nubant; melius est enim nubere, quam uri*. Demum Ep. 1. ad Timoth. *cap. 5.* Florentis ævi Viduas denuo ad Matrimonium, & ad sobolem procreandam hortatur, ne forte in contemptum Castitatis sordibus incontinentiæ coinquinentur. Qua freti auctoritate Orientalis Ecclesiæ Patres graviter erroris arguunt, & tamquam hæreticos damnant, qui putant, post proximæ uxoris obitum, nefas esse ad secunda vota transire, ut videre est apud Petrum Arcudium *de concordia Eccles. Occident. & Orient. lib. 7. cap. 27.*

E contra, si Diaconi Ritus Cophti, completo decimo sexto anno, interroganti, & illorum voluntatem inquirenti serio, ac deliberate responderint, velle se in adepto Ordine perseverare, & Ecclesiasticis vacare muneribus; eo casu sub districti severitate judicii secundæ Nuptiæ illis aperte interdicantur, clamante Apostolo Ep. 1. ad Timoth. cap. 3. *Diaconi sint unius uxoris Viri*.

Insuper, cum Personas Deo consecratas maxime puritas, sanctitasque deceat, provide *Canones Apostolici 17. & 18.* quos præcipua veneratione, & cultu Ecclesia prosequitur, prohibent Episcopia, Presbyteria, Diaconia, nedum *bigamiam propriam*, quæ profluit ex secundo Matrimonio, sed etiam *similitudinariam*, ortam ex primo Matrimonio cum Vidua, vel corrupta, contracto. Dispositae per Canones Apostolicos innovata fuerunt *in Canone 3.* Concilii Trullani; cujus auctoritas licet in Ecclesia Occidentali recepta non sit, illam tamen Orientalis Ecclesia suscipit, & veneratur. Alexius Aristenius (magni nominis apud Orientales auctor, quemadmodum Balsamon, & Zonaras inferiori loco citandi) præfati Canonis Trullani glossator, ita scribit: *Illum, qui binis implicatus est Nuptiis post Baptismum, aut pellicem retinet, aut Viduam, aut ab alio dimissam, aut Meretricem, aut servam, aut scenicam ducit, non posse Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, aut Hypodiaconum fieri, juxta decimum septimum, & decimum octavum Apostolorum Canones, decernunt*.

P. Bernar. apud Bollandistas *loco citato* propius ad rem accedens, testatur, Diaconos Cophtos vinculo secundi Matrimonii alligatos *adepto gradu excidere*, & ab ordinis antea collati Ministerio suspendi. Nec sane deest huic disciplinæ satis firmum rationis præsidium. Cum enim Diaconi opportuno tempore interrogati, libero, & deliberato actu voluntatis ratam ordinationem habuerint, & novum quoddam vitæ genus ratificando elegerint, se professi fuerint; deliberato pariter voluntatis actu censendi sunt se subjecisse legibus Ordini ratificato, & vitæ instituto necessario connexis, ac legi præsertim prohibenti secunda connubia, & Bigamiam, adeo ut nefas sit a proposito resilire.

Toti hactenus fuimus in examine secundarum Nuptiarum: nunc vero aliqua *de primis* attingenda sunt, ut singulis propositi Dubii partibus satis fiat.

Quamvis antiquissimo tempore, ad augendam Clericalis Militiæ Sanctitatem, utraque Ecclesia Occidentalis, & Orientalis æque præscripserit, nedum Presbyteros, sed alios etiam in SS. Ordinibus constitutos in perpetuo Cœlibatu versari debere, & hanc

cu-

custodiendæ Castitatis obligationem nunquam remiserit aliarum Mater, & Magistra Romana Ecclesia: secus tamen contigit tractu temporis in Ecclesia Orientali, ut aperte evincitur ex *Can. oliter distinct. 31. cap. quæsitum de pœnis. & remiss. & cap. cum olim de Cleric. conjugat.* Quibus sanctionibus consonæ sunt literæ Apostolicæ fel. record. Gregorii XIII. Prædecessoris Nostri date ad Patriarcham Maronitarum, legendæ apud Thomam a Jesu in supra memorato Opere pag. 490. ibi: *Cum Stephanus Papa tradat, Orientalium veterem esse traditionem, ut eorum Sacerdotes Matrimonio copulati sint, eamque id illis nunquam interdixerit Ecclesia, nec videtur interdicendum Maronitis; lex enim cœlibatus semper gravis visa est Græcis, propterea conjugium permissum est illis &c. Permittendum id itaque videtur Maronitis, dummodo ad Matrimonium non compellantur qui Cœlibes esse velleat, sed ad id potius piis hortationibus inducantur.*

Junguntur Matrimonio Græci in Minoribus Ordinibus constituti, & uxore retenta, ad majores Ordines, & ad Sacerdotii gradum rite promoventur: ubi tamen contigerit, eos iu statu Cœlibi Sacris Ordinibus insigniri, a quacumque spe contrahendi Matrimonii dejiciuntur, ut fusa edocet Gloss. in Canon. Diaconi distinct. 28.

Non obstet declaratio, & protestatio de expetendo conjugio in ipsa susceptione Ordinis Sacri emissa a Diaconis; qua concurrente, compatibiles videntur Nupriæ cum simultaneo Diaconatus Ministerio, ad præscriptum *Canonis* 10. Concilii Ancyrani relati in Canon. Diaconi dist. 28. *Quicumque Diaconi constituti in ipsa ordinatione protestati sunt, & dixerant, oportere se uxores ducere, cum non possint sic manere, ii si uxorem postea duxerint, in Ministerio maneant, eo quod hoc sit illis ab Episcopo concessum; si qui autem, hoc silentio præterito, & in ordinatione, ut ita manerent, suscepti sunt, postea autem ad Matrimonium venerunt, ii a Diaconatu cessent.* Siquidem Balsamon, qui Canonem illum accurate expendit, expresse rejicit in illo disposita, inquiens; *hunc Canonem ne sequeris*; & inuixus solidiori doctrinæ sexti Canonis Synodi Trullanæ, inefficacem esse concludit assensum dictæ protestationi quoquo modo præstitum ab Episcopo Ordinante: *sextus enim Canon* (sunt illius verba) *Synodi in Trullo deponendos decernit Presbyteros, & Diaconos, qui post ordinationem Matrimonium contraxerint. Quod si autem contra Canones, nec ex permissione Episcopali, nec ex eo tantum, quod tacueriat, concedetur, ut quod consistere nequit.*

Eadem est quoque sententia Zonatæ de Canone supra relato Concilii Ancyrani, immo ad removendam antinomiam duorum Canonum, nempe Ancyrani, & Trullani, qui inter se colliduntur, sextæ Synodi Decreta sequenda proponit: *Cum igitur sibi invicem hi Canones manifeste adversentur, sextæ Synodi Canon, qui & posterior fuit, & magis cum Apostolico Canone consentit, servari debet.* Nec diversimode etiam sentit Aristenus, qui in hoc auctoritatum conflictu adhæret partibus Concilii Trullani; ait enim: *Sed huic Canoni opponitur sextus sextæ Synodi Canon, non omnino ei, qui Cœlebs ad Hypodiaconi, aut Diaconi, aut Presbyteri gradum venit, concedens Matrimonio sibi Fœminam conjungere, sed eum, qui hoc ausus fuerit, deponi jubens, & vim retinet ille Canon; sed hic in desuetudinem abiit.*

Diu multumque agitata est inter Theologos controversia illa, plena jurgii, ac dissidii: An Solum illicitum, vel potius illicitum, & invalidum reputari deberet Matrimonium initum, in Ecclesia *Orientali* post collationem Sacrorum Ordinum, quemadmodum nullum, & irritum reputatur in Ecclesia *Occidentali*. Placuit sane pluribus, *validum*, sed *illicitum* censeri debere hujusmodi Matrimonium, tum quia Canonicæ Sanctiones, & Decreta Ecclesiæ Occidentalis illud irritantia, protendi non possunt indole sua ad Ecclesiam Orientalem; tum quia Canones Synodi Trullanæ, quorum semper a Græcis commendata fuit auctoritas, nullibi expresse annullant, & irritant Matrimonium post Sacros Ordines contractum. Strenue contra pugnarunt alii pro omnimoda invaliditate, & saniori certe consilio; utpote tuentes sententiam majoribus suffragiis suffultam, & menti Congregationum Urbis consentaneam. Nullitatem Matrimonii satis erui posse judicarunt ex ipso *Canone* 3. Concilii Trullani his verbis: *eis nefario*, videlicet, *dissoluto conjugio*.

Favet etiam eidem sententiæ auctoritas Imperatoris Justiniani, qui in Codice a Gothofredo illustrato *Lib. 1. de Episc. & Cleric. Novell. 45.* hujusmodi Nuptias nefarias, & incestuosas appellat; & soboli inde procreatæ notam illegitimitatis, & turpem Paternæ incontinentiæ maculam inurit. Et licet in juribus Ecclesiasticis Potestati Laicæ sola relicta sit gloria obsequendi, non auctoritas imperandi: in subjecto tamen casu loquitur Imperator relative ad SS. Canones, ibi; *quæ & sacris visa sunt Canonibus.*

Omnia itaque in unum perstringentes, si ex hucusque dictis, Græcis ad Ordines Sacros jam promotis expresse vetitæ sunt, non solum *Secundæ*, sed *Primæ* etiam Nuptiæ; pari sane jure in proposito themate prohibenda est Diaconis ordinatis in tenera ætate celebratio *quarumcumque Nuptiarum*, postquam ipsi in ætate jam confirmata, serio deliberatoque animo consensere in ordinationem jamdiu susceptam, illamque publica declaratione ratificarunt; proindeque Patribus Missionariis omnis adimitur potestas super hoc dispensandi.

Nec opitulari quoquo modo potest Cophtis salutare propositum ejurandi Schismaticorum errores, seque devovendi ex animo unioni Catholicæ Romanæ Ecclesiæ. Si enim divina tantum adspirante aura, nulloque humano impellente consilio, in piæ Matris gremium se receperint, & ad Nos confugerint; facile etiam intelligent, ejusdem Catholicæ Ecclesiæ disciplinæ, & observantiæ eos conformari oportere; ideoque subjici legi Cœlibatus, quam promoti ad Ordines Sacros, sive Latini sint, sive Græci, in Romana Ecclesia Sancte, & inviolate custodiunt.

Imminet etiam Diaconis ratam habentibus suam ordinationem onus dietim recitandi Officium Divinum; de quo instituitur quæstio *in quarto dubio*.

In Ecclesia Occidentis imposita est Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis dicta obligatio, quamvis nullum Ecclesiasticum beneficium fuerint assequuti; cohæret enim Ordini Sacro diurnum pensum Horarum Canonicarum, illudque veteri traditione acceptum, & immemorabili consuetudine in morem positum fuisse, docet Communior Theologorum opinio.

Quantum assequi potuimus conjectura, & testimonio Monachorum Ritus Cophti in Urbe degentium, quos ea de re percunctari non prætermisimus, Diaconi, Subdiaconi, & Presbyteri Ecclesiæ Orientis nulla lege expressa, Canone, aut Concilii Decreto adiguntur ad recitationem Officii Divini; quia vero positi in hujusmodi Ministerii gradibus tenentur Omnipotenti Deo orationes, & sacrificium laudis offerre, etiam apud Orientales laudabilis invaluit con-

Chronol. Seraph.

suetudo recitandi Divinum Officium.

Memoriæ proditum est, Patriarcham Maronitarum plura proposuisse dubia Prædecessori Nostro Gregorio XIII. ut supremo illius, & Apostolicæ Sedis judicio definirentur. Legitur §. 6. hoc potissimum: *Creamus*, inquit Patriarcha, *Pueros quinque, vel sex Annorum Subdiaconos, sine obligatione legendi horas Canonicas*: en Apostolica definitio relata in sæpe memorato opere P. Thomæ a Jesu: *Tenentur etiam omnes Ordinati ad Horas Canonicas, saltem illi Nationi consuetas, & a Viris doctis recognitas, non solum beneficiati, sed etiam qui sunt in Sacris sine Beneficio.* Quod de re, si disciplina Ecclesiæ Orientalis subjicit obligationi, & præcepto recitandi Officium Divinum *More Nationis* generatim omnes in Sacro Ordine constitutos; eadem sane obligatio, idemque præceptum persolvendi Horas Canonicas *More suæ Nationis* afficiet Diaconos Cophtos, qui per solemnem ratificationem tempore habili emissam, denuo assensum præstitere Ordini Sacro in infantili ætate suscepto.

Satis hæc videri possunt pro examine tertii, & quarti Dubii, semper tamen præ oculis habita, firmiterque retenta hypothesi, quod quæstio usque modo instituta referenda sit ad Diaconos ordinatos in prima ætate Ritu Cophto inter Schismaticos, qui post reditum ad Orthodoxam Ecclesiam, & post exhibitionem Ordinis factam apud Catholicos in statu Cœlibi, vindicent sibi postea legitimi jura Conjugii.

At suspicari Nobis non temere licet, crebrius in praxi alium dari casum a præmissa hypothesi longe diversum. Sæpissime etenim contingit a Diaconis apud Schismaticos in ætate infantili ordinatis, ubi ætas adolevit, ratam haberi apud eosdem Schismaticos Ordinationem, si non expresse, saltem tacite v. g. ministrando in ordine suscepto, & ab ipsis subinde contrahi Matrimonium. Demum ab erroribus, in quibus versantur, quærunt in sinu Catholicæ Ecclesiæ salutare perfugium, sub spe tamen obtinendæ dispensationis super Matrimonio jam inito, ut in statu conjugali legitime perseverent.

Casus iste quo frequentior est, eo etiam explicatu difficilior. Etenim si ad tramites jam expensarum rationum, ipso jure irrita sunt Matrimonia post Ordinem Sacrum contracta; Necessario sequitur, Diaconos in reditu a schismate ad unitatem Ecclesiæ non posse pedes tenere in diversis, unum in Divinis, alterum in Carnalibus, sed illico separari debere a quovis Uxoris Consortio. Quis erit tamen, qui non agnoscat, ac fateatur, hanc separationem gravem obicem obtrudere properantibus in viam salutis, ac plurimum obstare, ne inita de Conversione consilia ad exitum perducantur?

E contra, vero si facile cum Diaconis dispensetur in Matrimonio post Sacrum Ordinem contracto (quod tamen omnino novum, ac inusitatum non esset, ut perperam nonnulli arbitrantur) ineluctabiles sese objiciunt difficultates in dicta dispensatione executioni demandanda. Siquidem cum apud Fideles, etiam Ecclesiæ Orientalis, nulla sint, & irrita Matrimonia post Ordines Sacros celebrata; dispensatio grave illis scandalum ingereret, & acerbe quererentur, maximum infligi vulnus Ecclesiasticæ Disciplinæ.

Insuper cum res sit de Matrimonio in radice nullo, dispensatio suffragari non posset, nisi renovato, ac denuo in faciem Ecclesiæ rite præstito a Conjugibus consensu. Hanc vero renovationem consensus novam omnino putarent Cophti, vel fortasse refugerent, tamquam plenam aleæ, probe intelligentes, unum, & alterum Conjugem posse pro libito abstinere a præstando assensu, immo potiri facultate sese in libertatem vindicandi.

Cæterum, ut mox innuimus, indubiis Ecclesiasticæ historiæ monumentis edocemur, alias dispensatum fuisse, ut Orientales ad Unitatem redeuntes perseverarent in fœdere Matrimonii post Sacros Ordines contracti. Exemplum hujusmodi dispensationis exhibent Apostolicæ Literæ fel. rec. Innocentii IV. Prædecessoris Nostri Anno 1244. datæ ad Magistrum, & Priorem Fratrum Prædicatorum Terræ Sanctæ, quibus idem Pontifex inter alia indulget, ut per Fratres dicti Ordinis, *qui deputantur ad prædicandum Jacobitis, Nestoritis, Giorgianis, Græcis, Armenis, Maronitis, Messolinis, aliisque Nationibus in partibus Orientalibus constitutis &c. Dispensari valeas, ut illi ex Nationibus numeratis, qui post susceptionem Sacrorum Ordinum, vel in gradibus, & casibus a Divina minime lege prohibitis, Matrimonia contraxerunt, remaneant in eisdem.* Extat dictarum literarum exemplar authenticum Romæ in Archivo Ordinis, exscriptum ad fidem Autographi asservati in Cœnobio Viterbiensi, ut videre est in Novissimo Bullario Dominicano, edito, & illustrato ab Antonino Bremond dicti Ordinis Alumno tom. 1. pag. 136.

Sed hæc exempla tanti non sunt, ut nos statim ea sequi velimus. In hoc enim gravi negocio, in quo multa desunt, quæ scitu digna sunt, hæremus adhuc; & præcipuum Pontificiæ sollicitudinis munus esse intelligimus, nihil intentatum relinquere, quod ad singulas circumstantias enucleate assequendas pertinere possit.

Partes erunt igitur Vicarii Generalis, ac Præfecti Missionis, cæterorumque Missionariorum, ad quos præsentem Instructionem deferri volumus, Articulis infra subjectis congruum, ac dilucidum exhibere responsum, Nosque certiores quam primum efficere, ut tandem firmo, ut ajunt, pede deliberare possimus.

I. An spes ulla affulgeat proximi reditus alicujus Episcopi ad sinceram cum Catholica Ecclesia Unitatem?

II. An rebus in eo, in quo hodie sunt, statu manentibus, expediat tribui uni, vel pluribus Presbyteris facultatem extraordinariam administrandi Sacramentum Confirmationis: Cui, vel quibus dicta facultas tuto delegari possit, ut Sacro Chrismate præcipue liniantur Filii orti a Parentibus Catholicis post hæresim ejuratam, & abluti Sacro Baptismate, saltem a Sacerdote Latino?

III. An in Casu concessionis hujusmodi facultatis, expediat monere Sacerdotes, ne ea utantur administrando Confirmationem Infantibus immediate post Baptismum (nisi in casu necessitatis) sed in ea tantum ætate, qua confirmandus virtutem Sacramenti valeat mente percipere?

IV. An Diaconi Ritus Cophti attingant hodie eximium illum numerum, qui a Scriptoribus præfertur. An Diaconi ordinati in ætate puerili, ministrent adulti in ordine suscepto, & in statu cœlibi, itaut inferri possit, eos ante Nuptias ratam Ordinationem habere; cum compertum sit, teste P. Bernart, *eos a puero functionibus Ecclesiasticis assuescere*, & in magno numero ordinari, *ne aliquando desint, qui Ecclesiæ Ministeriis operam navent.*

V. An & quomodo tolli possit, & radicitus extirpari abusus conferendi Ordines ante legitimum tempus, & induci, quoad ætatem Ordinandorum, observantia Decretorum Concilii Tridentini, quam in casu simili, ad Catholicæ Fidei præsidium, & disciplinæ Ecclesiasticæ augmentum, Gregorius XIII. plurimum commendavit Patriarchæ Maronitarum in illis Verbis: *inducendi sunt Maronitæ, ut Concilii Tridentini Decreta observent sess. 23. cap. 22.*

VI. An plus commodi, & utilitatis, vel potius scan-

scandali, & detrimenti allatura fit rei Catholicæ dispensatio super Matrimonio inito post Ordines Sacros, libratis in utramque partem omnium rationum, & circumstantiarum momentis.

Enixe demum expetimus ea omnia, quæ Evangelici Præcones, ad Animarum salutem, ad Catholicæ Fidei propagationem, & spirituale solatium Nationis illius, quam intima complectimur charitate, opportuna esse cognoverint. Interim Deum, a quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera, enixe rogantes, ut ovibus, ac Pastoribus suorum charismatum dona multiplicet, eisdem optati eventus auspicem, Apostolicam Benedictionem ex animo impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, die iv. Maii 1745. Pontificatus Nostri Anno quinto.

Confirmatur Decretum Sacr. Congr. quo PP. Discalceatis asseritur facultas erigendi ubique locorum Tertium Ordinem.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Laudabile Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum institutum, ut, si quas super quibusvis negotiis emergere, ac erumpere perspexissent contentiones, lites, ac disceptationes, statim Apostolica auctoritate, ac providentia dirimerent, componerentque, eo majori studio teneri, ac sectari Nos in Sacrosancti Apostolatus Specula constitutos decet, quo per omnem vitæ nostræ ætatem nihil curavimus impensius, quam ut e medio sublatis contentionum, litium, disceptationumque forensium dissidiis, ac tricis per solam, liquidamque veritatis inspectionem, jus suum unicuique tribueretur, ac justitia, & pax sese invicem osculaientur. Sane pro parte dilecti filii Petri Joannis de Molina Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum, & Recollectorum Familiæ Ultramontanæ Nobis expositum fuit, quod dicti Fratres Minores Discalceati, & Recollecti totaliter sunt uniti, & incorporati cum dilectis itidem Filiis Fratribus Ordinis Minorum de Observantia nuncupatis, ita ut omnes insimul conflant unum identificum corpus Ordinis, tamquam membra sub unico Capite, quale est Minister Generalis ejusdem Ordinis pro tempore existens, qui tam ex nnis, quam ex aliis habentibus omnibus eamdem vocem activam, & passivam indistincte eligitur, prout felic. record. Leo Papa X. Prædecessor Noster in sua Constitutione in Consistorio edita, quæ incipit -- *Ite & vos &c.* vulgariter nuncupata *Unionis* solemniter definivit. In vim autem dictæ Constitutionis, ac unionis, & incorporationis, Fratres Minores Discalceati, & Recollecti æque, ac Fratres Minores de Observantia omnes, pari jure, ac titulo in totum gaudent, & gaudere debent iisdem privilegiis, ac gratiis tam spiritualibus, quam temporalibus, prout a recol. mem. Clemente VIII. & Urbano etiam VIII. Romanis Pontificibus itidem Prædecessoribus Nostris, necnon pluries a tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, necnon Sacris Ritibus præpositorum Congregationibus declaratum fuit, iterumque in Causis etiam contentiosis, ac quoties casus contigit de hoc disputare, sive adversus ipsosmet Fratres Minores de Observantia, sive contra alios quoscumque, semper

Chronol. Seraph. *

constantissime decisum extitit a Causarum Palatii Apostolici Auditorio in pluribus suis Decisionibus, & Sententiis latis. Res est hæc hodie certissima, nullum omnino admittens dubium; sed cum nihilominus dicti Fratres Minores de Observantia Regni Lusitaniæ, curantes indebite suo certo jure, & vetustissima possessione privare Fratres Minores Discalceatos, & Recollectos, contenderint non posse Fratres Discalceatos, & Recollectos hujusmodi erigere Tertium Ordinem nuncupatum de Pœnitentia a Sancto Francisco de Assisio institutum, & consequenter esse supprimendum dictum Tertium Ordinem in Conventu Discalceatorum in Terra de Azurara Portugallen. Diœcesis ab ipsis Fratribus Discalceatis erectum, delataque hujusmodi Causa ad Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. prædictæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, ipsa Congregatio Cardinalium, partibus hinc inde auditis, & re mature perpensa, die 11. Septembris 1740. rescripsit -- *Nihil de suppressione Tertii Ordinis erecti in Conventu Discalceatorum Terræ de Azurara Diœcesis Portugallen. & Patres Observantes Conventus Terræ de Conde Diœcesis Bracharen. omnino acquiescant, & amplius Causam hujusmodi non proponi mandavit* -- reassumptaque Causa hujusmodi, ad instantiam dictorum Fratrum Minorum de Observantia pro nova audientia supplicantium, ab eadem Congregatione Cardinalium die 15. Septembris 1741. rescriptum fuit -- *Nihil de nova audientia*. Præmissis non obstantibus Fratres Minores de Observantia prædicti adhuc non acquiescentes in hac sua injustissima prætensione habendi jus erigendi dictum Tertium Ordinem privative quoad Fratres Minores Discalceatos, & Recollectos hujusmodi, iterum, ac fere contemporance dilecti etiam filii Fratres Minores de Observantia Provinciæ Sancti Jacobi in Regnis Hispaniarum super prætensa suppressione alterius erectionis Tertii Ordinis hujusmodi a Fratribus Minoribus Discalceatis in eorum Conventu in Villa de Peñaranda Salamantinæ Diœcesis posito factæ, Causam suppressionis prædictæ ad Congregationem Venerabilium itidem Fratrum Nostrorum S. R. E. prædictæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum detulerunt, qui audito ea super re Venerabili Fratre moderno Episcopo Salamantino, ac visis juribus ambarum partium super tribus dubiis in Congregatione die 20. Martii proxime præteriti habita propositis, decernere non dubitarunt ad favorem eorumdem Fratrum Minorum Discalceatorum, prout continetur in Decreto ejusmodi Congregationis tenoris sequentis, videlicet.

SALAMANTINA ERECTIONIS.

„ Ut lis, quas a Summorum Pontificum Constitutionibus habent, facultatibus utcrentur „ Patres Minores Excalceati Ordinis Sancti Francisci, qui Monasterium incolunt in Villa Peñaranda Salamantinæ Diœcesis, Tertium, quem vocant, Ordinem Pœnitentiæ Virorum, atque Mulierum ultimis transactis annis in eorum Ecclesia „ erexerunt. At quæ perpetua est inter Religiosos „ Viros, Summo Christianæ pietatis detrimento, „ & scandalo Laicorum, æmulatio, atque discordia, „ continuo sese contradictores præstiterunt alii ejusdem Ordinis Patres, qui Minores Observantes „ nuncupantur. Licet enim horum Monasterium situm sit in alia Villa Alva, quæ octavo lapide distat a Penaranda, in hac tamen dudum alium

Vv 2 „ Ter-

„ Tertium Ordinem instituerunt, qui regitur a duo-
„ bus Patribus Monasterii Alvæ, habitantque Ædes
„ Penarandæ conductas impensis corporatorum Ter-
„ tii Ordinis. Commissarius igitur Generalis Mi-
„ norum Observantium libellum obtulit Amplissimis
„ Patribus, quo contra Minores Excalceatos, & Pa-
„ tres Capuccinos querelam turbatæ jurisdictionis
„ proponebat, postulabatque, ut nulla, atque irri-
„ ta, auctoritate Sacri Senatus, declararetur erectio,
„ atque Tertius ille Ordo dissolveretur. Audito itaque,
„ ut fieri solet, Episcopo, qui contra Minores Ob-
„ servantes respondit, & Minores Excalceatos pur-
„ gat ab impietis criminibus, tria nunc controver-
„ siæ hujus capita Amplissimis Patribus definienda pro-
„ ponuntur. Longum profecto, atque inutile esset ea
„ omnia, quibus Minorum Ordo honestatus fuit a
„ Summis Pontificibus privilegia hic referre: Satis
„ erit monere facultatem hanc, potestatemque Ter-
„ tium Ordinem Pœnitentiæ instituendi iis omni-
„ bus tributam fuisse, qui D. Francisci horum om-
„ nium Parentis, legitimi filii sunt, & veri Suc-
„ cessores, quoquo demum nomine nuncupentur,
„ sive Minores Observantes, sive Excalceati, sive
„ Recollecti, sive alio, atque alio, quod eousque
„ porrectum est, ut Minoribus etiam Capuccinis
„ facultas illa tributa fuerit, largitate, atque indul-
„ gentia Optimorum Pontificum Benedicti XIII. &
„ Clementis XII. Nihil igitur proponi disputant Mi-
„ nores Excalceati, cur eodem Beneficio, eademque
„ potestate ipsi uti nequeant, qui spurii Filii non
„ sunt, quique unum cum Minoribus Observantibus
„ corpus constituunt, eumdemque totius Ordinis
„ Præfectum agnoscunt, atque id, & juris disposi-
„ tione perspecta, & diuturna, in qua sunt, pos-
„ sessione, dicendum esse erectiones hasce, atque
„ allectiones corporatorum Tertii Ordinis fieri pos-
„ se a Minoribus Excalceatis, ut fiunt a Minori-
„ bus Observantibus, aliisque, atque ita definitum
„ fuisse ab altero Amplissimo Ordine EE. PP. qui
„ negociis Episcoporum, & Regularium præpositi
„ sunt in Congregatione habita die 11. Septembris
„ anni 1740. Eo igitur deducenda est disputatio,
„ ut inquiramus, an novus institui possit Tertius
„ Ordo, ubi alter dudum constitutus est, quod
„ equidem nulla ratione vetari posse contendunt Mi-
„ nores Excalceati, quando nihil vetat, ut in ea-
„ dem Civitate, eodemque loco plura sint Monaste-
„ ria, & Fratrum Collegia, eoque amplius, quod
„ iis, quas supra memoravimus, Optimorum Pon-
„ tificum Benedicti XIII. & Clementis XII. Consti-
„ tutionibus, eadem Minoribus Capuccinis potestas
„ tributa sit, *etiam ubi alii Tertiarii* verba ipsa
„ Constitutionum sunt, *ejusdem Ordinis jam repe-
„ riuntur*: atque ob id contendunt quot sunt Mi-
„ norum, sive Observantium, sive Discalceatorum,
„ sive Capuccinorum Monasteria, tot etiam esse, &
„ constitui posse Tertii Ordinis corpora, ut longa
„ anteacti temporis fuga servatum esse dicunt in
„ omnibus Hispaniarum Regnis, & præsertim ser-
„ vatur in Civitate Ispalis, & in universa Bætica
„ Provincia. Postulant demum Minores Excalcea-
„ ti, ut Sacri Senatus imperio Tertius ille Ordo a
„ Minoribus Observantibus Peñarandæ, dudum li-
„ cet institutus, dissolvatur, revocenturque ad Mo-
„ nasterium Alvæ duo illi Patres, qui Ædibus con-
„ ductis soli vivunt Peñarandæ, cum contra juris
„ Pontificii Decreta, & Constitutiones Summorum
„ Pontificum sit, ut religiosi Viri extra Claustra
„ Monasterii vitam ducant. Hæc igitur, quæ a
„ Minoribus Excalceatis proponuntur, nondum enim
„ Observantes libellum juri̇um suorum dederunt, se-
„ cum animo repetent Eminentissimi Patres, ut tria
„ quæ subjicimus Capita definire possint -- I. *An
„ Patres Minores de Observantia Ordinis Sancti Fran-
„ cisci habeant facultatem erigendi Tertium Ordinem
„ nuncupatum de Pœnitentia ejusdem Ordinis Sancti
„ Francisci, privative quoad Patres Minores Excal-
„ ceatos dicti Ordinis Sancti Francisci in casu &c.* --
„ II. *An sit supprimendus Tertius Ordo, nuncupatus
„ de Pœnitentia Sancti Francisci, erectus a Patribus
„ Minoribus Excalceatis Ordinis Sancti Francisci in
„ Villa de Peñaranda in casu* -- III. *An Tertius
„ Ordo in eadem Villa erectus a Patribus Minoribus
„ de Observantia Ordinis Sancti Francisci sit suppri-
„ mendus in casu &c.* -- Die 30. Januarii proxime
„ præteriti Sacra Congregatio distulit resolutionem,
„ & rescripsit -- *Quod proponatur in prima post Ci-
„ neres* -- Cum autem nunc eadem Causa repropo-
„ natur, onus erit EE. VV. decernere -- Primo:
„ *An Patres Minores de Observantia Ordinis San-
„ cti Francisci habeant facultatem erigendi Tertium
„ Ordinem nuncupatum de Pœnitentia ejusdem Ordinis
„ Sancti Francisci, privative quoad Patres Minores
„ Excalceatos dicti Ordinis Sancti Francisci in casu
„ &c.* -- Secundo: *An sit supprimendus Tertius Or-
„ do, nuncupatus de Pœnitentia Sancti Francisci, ere-
„ ctus a Patribus Minoribus Excalceatis Ordinis San-
„ cti Francisci in Villa de Peñaranda in casu &c.* --
„ Tertio: *An Tertius Ordo in eadem Villa erectus
„ a Patribus Minoribus de Observantia Ordinis San-
„ cti Francisci sit supprimendus in casu &c.* -- Die
„ 20. Martii 1745. Sacra Congregatio Eminentissi-
„ morum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini
„ Interpretum ad primum, & secundum respondit --
„ *Negative* -- & hujusmodi dubia amplius non pro-
„ poni mandavit. Ad tertium itidem *Negative* re-
„ spondit.

A. Cardinalis Gentili *Præfectus*.

Loco ✠ Sigilli.

J. A. Furiettus Secretarius.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Fratres Minores de Observantia præfati, licet de recensita eorum injustissima prætensione per Decreta memoratarum Congregationum convicti sint, nihilominus Causam hujusmodi in Tribunalibus inferioribus nonnullorum Locorum Ordinariorum Regnorum Hispaniæ perperam excitare curent, magno cum Divini Cultus, & Religiosæ tranquillitatis detrimento: In hoc rerum statu dictus Petrus Joannes Procurator Generalis considerans non minus dispendia hactenus facta, quam majora inposterum subeunda, si hujusmodi Causa in Tribunalibus prædictis diu produceretur, non solum præinsertum Decretum auctoritate Apostolica confirmari, verum etiam Causas, & lites extingui summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Petrum Joannem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertum Decretum Auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, &

coa-

confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, necnon lites, & Causas hujusmodi, in quibusvis Tribunalibus, seu coram quibusvis Judicibus motas, & pendentes cum suis annexis, & connexis ad Nos avocamus, & sic avocatas cum suis emergentibus Auctoritate præfata perpetuo supprimimus, & extinguimus, perpetuumque silentium imponimus. Nec non moderuis, & pro tempore existentibus Superioribus, Guardianis, & Fratribus Minoribus Discalceatis, & Recollectis, ut ipsi Tertium Ordinem de Pœnitentia nuncupatum in quibusvis locis, in quibus eorum Conventus fundati reperiuntur, seu illos pro tempore fundari contigerit, etiamsi Tertius Ordo Pœnitentiæ hujusmodi in Conventibus Fratrum Minorum de Observantia prædictorum erectus sit, eisdem modo, & forma, quibus Fratres Minores de Observantia prædicti illum erigere solent, absque ulla prorsus differentia libere, & licite erigere possint, Auctoritate prædicta concedimus, & indulgemus, ac volumus, præcipimus, & mandamus, ut Fratres Minores Discalceati, & Recollecti eadem facultate erigendi dictum Tertium Ordinem, prout dicti Fratres Minores gaudere solent, gaudeant, ac utantur, & fruantur. Quocirca Venerabili Fratri Henrico Archiepiscopo Nazianzano moderno, ac pro tempore existenti Nostro, & Sedis Apostolicæ in Hispaniarum Regnis Nuncio, necnon Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi per se, vel alios a se deputandos præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Fratrum Minorum Discalceatorum, & Recollectorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficaci defensionis præsidio assistentes, faciant Auctoritate Nostra Fratres Minores Discalceatos, & Recollectos præmissorum omnium, & singulorum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos desuper a quoquam quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, Invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Secularis. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis prædictæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo supradicti, seu pro tempore existentis Procuratoris Generalis munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die secunda Augusti 1745. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

D. Cardinalis Passioneus.

Loco ✠ Annuli Piscatoris

DECRETUM

TIRASONEN.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. ANCILLÆ DEI

SORORIS MARIÆ A JESU

DE AGREDA.

JAM pridem ab anno 1673. proposita fuit in Congregatione Sacrorum Rituum Causa Ven. Dei Famulæ Mariæ a Jesu de Agreda, eodemque anno comprobata sententia Tirasonensis Episcopi de non cultu. Post hæc cursus institutus hujus Causæ abruptus necessario fuit, eo quod Libri ab eadem Dei Famula conscripti in examen revocati omnino debuerunt. Qua de re Summi Pontifices Innocentius XI. & Innocentius XII. peculiarem Congregationem indixerunt, a qua tamen nullum unquam responsum redditum fuit. Illis, qui Congregationem constituebant, vita hac mortali perfunctis, Clemens XII. novam Congregationem instituit, in quam Cardinales Belluga, Gotti, & Cybo cooptati fuerunt, ipsisque deinde Cardinales etiam Picus, & Cienfuegos adnumerati. Hi pariter post diuturnum tempus, de Libris Ven. Dei Famulæ nullum judicium tulerunt. Quapropter cum ipsi vita jam decessetint, & cum Rex Catholicus, & Rex Siciliarum maximo Studio Sanctitatem Suam BENEDICTUM XIV. ad hanc difficultatem expediendam vehementer rogaverint, ut hoc sublato impedimento potissimo, causa Beatificationis, & Canonizationi ejusdem Dei Famulæ ad optatum finem perduci queat; Ideo Sanctitas Sua, ut ipsorum Regum votis, ac pietati obsecundet, Causam suscipit, sibique tribuit judicium ferendi de Libris a Ven. Dei Famula confectis, quamvis idem delatum esset ad Tribunal Sacræ Inquisitionis in Urbe, in eoque adhuc penderet: idque Sanctitas Sua præsenti hoc responso constituit ac decernit, & ad negocium perficiendum peculiarem Congregationem habendam coram se designat, quæ libros eosdem, juxta normam ab Urbano VIII. in Decretis traditam, & perscriptam, diligenter, accurateque perpendat. Porro huic Congregationi a Sanctitate Sua adscribuntur Cardinales Gentili, Cavalchini, Besozzius, Tamburinus, quibus adduntur, qui frequentur Theologi, nempe Pater Abbas Galli Ordinis Canonicorum Regularium Sanctissimi Salvatoris, Pater Baldinus Procurator Generalis Congregationis Somaschæ, Pater Sergius ex Piis Operariis, Pater Abbas Orlandus Procurator Generalis Cœlestinorum, atque a Secretis nominat Fidei Promoto-

ram

reni de Valentibus, cui præsens hoc Decretum Sanctitas Sua tradit manu Sua obsignatum.

Datum Romæ hac die 3. Augusti 1745.

BENEDICTUS PAPA XIV.

DECRETUM

Sanctæ Universalis Inquisitionis super perpetua inhabilitatione Sacerdotum ad turpia solicitantium, vel Sacrificio Missæ abutentium ad sortilegia.

Feria v. Die v. Augusti 1745.

IN Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Quirinali coram Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO Divina Providentia Papa XIV. & Eminentissimis, ac Reverendissimis Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus adversus hæreticam pravitatem Inquisitoribus Generalibus a Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus Dominus Noster sollicite animadvertens, quam grave sit delictum illorum perditorum hominum, qui Sacrosancto Missæ Sacrificio, ac salutaris Pœnitentiæ Sacramento, ad Animarum reparationem a Christo Domino institutis, in illarum perniciem, & damnationem abutuntur, decrevit, quod imposterum Sacerdotes tam Sæculares, quam Regulares cujuscumque Ordinis, Instituti, Congregationis, & Societatis, etiam de necessitate exprimendæ, vel in actu Sacramentalis Confessionis, sive illius occasione, aut prætextu, ad turpia sollicitantes, vel Sacrificio Missæ abutentes ad sortilegia, præter pœnas a jure, & Apostolicis Constitutionibus, ac signanter san. mem. Sixti V. & Gregorii XV. contra eosdem inflictas, perpetuam etiam inhabilitationem incurrant ad præfati Sacrificii celebrationem; Quodque ejusmodi Decretum significetur singulis cujuscumque Ordinis Superioribus, ac Præpositis, ad hoc, ut de illo, sicuti & de prædictis, aliisque Summorum Pontificum Constitutionibus, juxta præscriptum in generali Decreto Supremæ Inquisitionis die 15. Decembris 1633. semel saltem in Anno Feria vi. post octavam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis in publica mensa, vel in Capitulo ad hoc specialiter convocato, ac insuper in quocumque Generali, ac Provinciali Capitulo, vel alio quovis nomine nuncupato Capitulari Congressu suos Subditos, ac Religiosos commonendos curent, ejusdemque commonitionis coram Suprema Congregatione juratum Testimonium exhibeant.

Loco ✠ Sigilli.

Paulus Antonius Cappellanus
Sanctæ Romanæ, & Univ. Inq. N.

Die 21. Augusti 1745. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Palatii S. Officii, ac aliis in locis solitis, & consuetis Urbis per Me Petrum Romolatium Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

Conceditur quatuor magnis Galliarum Provinciis facultas retinendi bona stabilia, aliaque faciendi, quæ puritati Franciscanæ Paupertatis adversantur.

BENEDICTUS PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

ECclesiæ Catholicæ regimini, meritis licet imparibus, Divina dispositione præsidentes, illa, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris ad Divini cultus, ac Religionis, piorumque operum incrementum, & propagationem provide emanasse noscuntur, ut firma semper, atque stabilia persistant, Apostolici muniminis, cum id a Nobis petitur, patrocinio libenter constabilimus. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Ministri Provinciales, ac Fratres quatuor magnarum Provinciarum Galliæ confœderatarum nuncupat. videlicet Franciæ, Sancti Bonaventuræ, Turoniæ majoris, & Aquitaniæ recentioris, nec non magni Conventus Parisiensis, Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupat. quod ipsi a duobus, & ultra seculis corpori, & capiti ejusdem Ordinis adhærent cum retentione usus simplicis bonorum stabilium, sub administratione tamen Sindicorum Apostolicorum a fel. rec. Nicolao III. Martino V. Eugenio IV. Sixto IV. Alexandro VI. & Julio II. Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris concessorum, nec non & bonorum mobilium, fundationum, legatorum perpetuorum, & appositionis cipporum, seu truncorum in Ecclesiis, Sacristiis, & aliis piis locis eorumdem Fratrum usui destinatis; adeo tamen constans fuit dictorum Exponentium in hujusmodi Privilegiorum conservatione manutentio, ut cum tunc in humanis agens Franciscus Maria Rhini de Politio, dum vixit, dicti Ordinis Minister Generalis, dictos Ministros Provinciales, aliosque Superiores, & Fratres dictarum Provinciarum eisdem privilegiis spoliare voluisset, causa hujusmodi agitata, & discussa coram bon. mem. Francisco, dum pariter vixit, S. R. E. Cardinali Barberino nuncupato, ejusdem Ordinis apud Sedem Apostolicam Protectore, auditis tunc quoque existentibus Procuratore, & Commissario Generalibus ejusdem Ordinis in Romana Curia commorantibus, idem Franciscus Cardinalis, & Protector die 9. Junii 1673. suum Decretum edidit, quò declaravit, ipsos Fratres supradictis Privilegiis uti, & frui debere, prout ab immemorabili usi fuerant, & subinde præmissa omnia rec. itidem mem. Clemens PP. X. etiam Prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 21. Augusti supradicti anni expeditas literas, cujus initium est: *Nuper pro parte dilectorum filiorum* confirmavit. Quoniam autem anno 1679. die 20. Novembris piæ quoque memoriæ Innocentius PP. XI. Prædecessor pariter Noster suam edidit Constitutionem sub plumbo expeditam, quæ incipit: *Solicitudo Pastoralis officii*; pro sustinenda pura regulæ dicti Ordinis observantia in universo eodem Ordine, quæ omnes in genere dispensationes, concessiones, & consuetudines quorumcumque privilegiorum dicto Ordini concessorum revocatæ, cassatæ, & annullatæ fuerunt, nunquam autem tunc existentes Ministri Provinciales, Superiores, & Fratres memoratarum Provinciarum, & Conventus putarunt se se in dicta Constitutione comprehensos esse, cum ipsi a tempore, quo uniti, & aggregati fuerunt ipsi Ordini, sua præ-

tar-

narrata privilegia sibi reservaverint, iisque inconcusse, & inalterabiliter semper potiti fuerint, illaque eis tam a prædicto Francisco Cardin. & Protectore, quam ab ipso Clemente Prædecessore sibi confirmata, & renovata fuerint, utpote necessaria ad conservanda suorum, tam in publicis Sorbonæ, quam in aliis in Galliæ Regno existentibus Studiorum Generalium Universitatibus dicto Ordini, Ecclesiæque Catholicæ adeo utilium decus, & incrementum: unde ab eo usque ad præsens tempus dictis privilegiis absque ullo conscientiæ scrupulo uti perrexerunt; dicti vero Exponentes, ad eorum conscientiæ tranquillitatem, Privilegiorum hujusmodi confirmationem, seu novam concessionem a Nobis concedi, ac in præmissis opportune provideri summopere desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, moderniis, & pro tempore existentibus Ministris Provincialibus, Superioribus, ac Fratribus supradictarum quatuor Provinciarum Franciæ, Sancti Bonaventuræ, Turoniæ Majoris, & Aquitaniæ recentioris, necnon Magni Conventus Parisiensis dicti Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ut ipsi, supradicta Innocentii Constitutione minime obstante, eisdem privilegiis, quibus antea uti fuerunt, nempe usu simplici bonorum stabilium, sive mobilium, fundationum, legatorum perpetuorum, ac appositionis ipporum, seu Truncorum in Ecclesiis, Sacristiis, & locis piis, servatis omnibus, & singulis cautelis, quantum ad Syndicos Apostolicos hujusmodi, a Prædecessoribus nostris præfatis demandatis, uti, frui, & gaudere libere, & licite possint, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ac, quatenus opus sit, privilegia præfata per Constitutionem dicti Innocentii Prædecessoris minime cassata, irrita, & inania existere, auctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus, illaque dicta auctoritate confirmamus. Decernentes . . . . . . & irritum, & inane . . . . non obstantibus . . . . .

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Augusti 1745. Pontificatus nostri anno sexto.

D. Card. Passioneus.

Confirmatur Decretum S. C. de Propaganda Fide, quo Missionarii Angliæ cujuscumque Instituti subjiciuntur omnimodæ Vicariorum Apostolicorum jurisdictioni, in iis præsertim, quæ curam Animarum spectant.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Emanavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum in causa inter dilectos Filios Vicarios Apostolicos Regni Angliæ ex una, & dilectos etiam Filios Fratres Missionarios Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Recollectorum nuncupatorum ex altera partibus, super facultatibus administrandi Sacramenta vertente, Decretum tenoris sequentis, videlicet:

D E C R E T U M

Sacræ Congregationis Generalis de Propaganda Fide habitæ die 16. Augusti 1745.

Referente Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali Lante controversiam ortam inter Vicarios Apostolicos Regni Angliæ, & Missionarios Ordinis Minorum Recollectorum, super facultatibus administrandi Sacramenta, Sacra Congregatio decrevit, ut infra, videlicet: Regulares Missionarios Angliæ, cujuscumque sint Ordinis, etiam Societatis Jesu, teneri omnino imposterum recipere facultates administrandi Sacramentum Pœnitentiæ, ac exercendi quascumque facultates concernentes curam Animarum, a Vicariis Apostolicis in suis respective districtibus, eosdem Vicarios posse illos examini subjicere, & legitimis causis in totum, vel in partem suspendere ab exercitio dictarum facultatum; necnon etiam corrigere super moribus, atque præcipere, ne absque eorum licentia deserant Catholicos semel ipsorum curæ commissos, atque loca assignata prætergrediantur; Constitutione fel. memoriæ Urbani VIII. incipiente PLANTATA, & quibuscumque privilegiis Regularium, & consuetudinibus non obstantibus; ac esse supplicandum Sanctissimo pro approbatione cum Brevi Apostolico. Et facta de his omnibus per me infrascriptum Secretarium relatione Sanctissimo Domino Nostro in audientia habita die 22. ejusdem Mensis, Sanctitas Sua benigne laudavit, & approbavit, mandavitque ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter observari, ac Breve Apostolicum desuper opportunum expediri. Datum ex Ædibus dictæ Sacræ Congregationis die 28. Augusti, anno, quo supra.

Nicolaus Lercarius Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Cum autem, sicut Vicarii Apostolici prædicti Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel caussa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum, ac omnia, & singula in eo contenta, & expressa, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, illisque, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque

que Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Monasterii, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 2. Septembris 1745. Pontificatus nostri anno sexto.

Dominicus Cardinalis Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

QUæ tamen Literæ Apostolicæ una cum relato Decreto non ante publicatæ fuerunt, quam die 23. Augusti anni 1748. sub qua Joannes Tespiensis, Beniaminus Prusen, & Eduardus Mallen Vicarii Apostolici Angliæ edicto per ipsos lato Missionariis Regularibus illas indixerunt, & promulgarunt. At vero Missionarii serio perpendentes mala, quæ exinde sibi, & Missionibus obvenire poterant, si easdem executioni mandassent, humili interposita protestatione, ad Sanctam Sedem unanimi consensu confugerunt. Sanctissimus ergo Pontifex, pro sui erga animarum salutem studio, ac sollicitudine, qua impense flagrat, dignatus est Caussam hanc sibi judicandam assumere, una cum particulari Congregatione a se deputanda, cui proinde Regulares omnia, quæ habent, rationum momenta, longo quidem volumine inscripto *Anglicana*, humillime exposuerunt. Hæc dum scribo nondum Caussa definita est: neque mirum, cum rei gravitas, & certa, atque indubia factorum notitia, attenta præsertim locorum distantia, diuturnum, ac sedulum requirant examen. Duo vero hoc in loco, pro nostri instituti ratione, adnotare placet. Primum est, quod hujus Caussæ intuitu in Capitulo Generali Romano anni 1750. commissum est Officialibus Generalibus Curiæ Ultramontanæ, ut junctis viribus promovere studeant Missionariorum Angliæ jura, & rationes, prout videre est in fine sessionis xiii. ejusdem Actorum.

Alterum vero, quod sane nobis negotium facessere videtur, est relatum Decretum prodiisse occasione controversiæ ortæ *inter Vicarios Apostolicos Regni Angliæ, & Missionarios ORDINIS MINORUM RECOLLECTORUM*, quemadmodum perspicue refertur in supra enunciato Decreto. Duæ autem sunt controversiæ in Anglia postremis hisce temporibus excitatæ inter Missionarios Recollectos, & Vicarios Apostolicos: prima nimirum, inter P. *Hall*, & Illustrissimum, ac Reverendissimum DD. *Stonor* Episcopum Tespiensem: altera inter P. Laurentium *Robinson*, & Illustrissimum; & Reverendissimum DD. *William* Episcopum Tiberiopolitanum. Priori occasionem dedit P. *Hall* anno 1736. Sacramenta ministrando extra sui Missionis districtum: quæ demum Caussa ad S. C. de Propaganda Fide delata, attente, & mature perpensis rationum momentis adductis a P. Provinciali Recollectorum in favorem P. *Hall*, benigne rescripsit eumdem P. *Hall satis justificatum videri* neque illum *substantialem ullum defectum commisisse*: ut apparet in memorati scripti *Anglicana* Summario num. XIII. Duobus post annis altera controversia emota est, & quidem ex errore, in quem sermo anceps utramque partem induxerat. Ingressus fuerat P. *Robinson* Districtum Episcopi Tiberiopolitani, quem tamen antea de hujusmodi adventu certiorem non fecerat, prout moris est; monuerat autem de eadem re ejus Vicarium, qui Londini morabatur. Cum hoc postremum rescivit Episcopus, qui pridem in P. *Robinson* fuerat iratus, plane acquievit, ac rescribens ad P. Provincialem Recollectorum ingenue fassus est: *Nihil enim aliud ab ullo Regulari unquam requisivi, quam id, cui nunc per literas acquiescis*. Ex citato Summario num. XVI.

CUM Reverendissimus P. Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ ordinariam jurisdictionem se habere contenderet supra Provincias omnes PP. Recollectorum in Gallia; cumque hi nullam in illo auctoritatem in seipsos adsererent, ajentes se ex Apostolicis Privilegiis uni Reverendissimo Patri Ministro Generali Ordinis esse subjectos, recursum proinde ad eumdem Ministrum Generalem habuerunt, tunc P. Cajetanum a Laurino, qui demum morte perventus caussam absolvere non potuit. Quamobrem delata Caussa ad illius Successorem, scilicet Reverendissimum P. Raphaelem a Lugagnano, hic perspecta rei gravitate, cum aliunde omnem in prædictas Provincias immediatam exerceret jurisdictionem, quam jampridem sibi ejus Prædecessor reservaverat, decrevit sub die 23. Augusti 1745. Caussam ad sapientissimum Summi Pontificis tribunal esse deferendam, a quo definitiva prodiret sententia. Hoc Decreto permoti PP. Recollecti Pontificem adeunt, eumdemque humillime precantur, ut suis dignetur Apostolicis literis eorum jam memorata privilegia confirmare, simulque P. Commissario Generali Familiæ inhibere, ne audeat imposterum, sub pœnis in Bulla Clementis VII. contentis, ullam supra laudatas Provincias auctoritatem, vel jurisdictionem exercere. At vero Sanctissimus propria manu sub die 13. Septembris ejusdem anni ita rescripsit: *Al P. Generale, che col Definitorio termini la presente Controversia. BENEDETTO XIV*. Quare P. Generalis reassumpta Caussa, ac omnibus serio, & mature perpensis, sententiam tulit, ut infra

DECRETUM

In Nomine Domini Amen.

CUM Sanctissimus per suum Rescriptum propria manu exaratum die 11. currentis Septembris, Nobis infrascriptis præcipere dignatus sit, ut controversiam jurisdictionalem inter Reverendissimum P. Torre Commissarium Generalem Ultramontanæ Familiæ, & Provincias Recollectorum Galliæ vertentem, terminemus; in unum cun-

congregati, visis omnibus videndis, ac pluries examinatis rationibus hinc inde deductis, Deum solum præ oculis habentes, *unanimiter, ac concorditer omnes, & singuli declaravimus, decrevimus, ac pronunciavimus*, Provinciam Recollectorum Galliæ, solius Ministri Generalis totius Ordinis pro tempore existentis, nullimode autem Commissariorum Generalium Ultramontanæ Familiæ jurisdictioni subesse, & subjacere; ac proinde sub pœnis contentis in Constitutionibus Gregorii XIII. & Clementis VIII. super his emanatis, tam Reverendissimo Patri *de la Tarre*, quam aliis Ultramontanæ Familiæ Commissariis Generalibus pro tempore exituris, inhibemus, ne super easdem Provincias, ipsarumque Religiosos ullum jurisdictionis actum exercere audeant; prohibentes pariter iisdem Recollectis sub memoratis pœnis, ne ad præfatos Commissarios recursum habeant, vel ipsorum mandatis obediant. Datum Romæ in Conventu de Aracœli, die 20. Septembris 1745.

F. Raphael a Lugagnano, Minister Generalis.
F. Benedictus Maria de Florentia, Procurator Generalis Ordinis.
F. Joannes Franciscus Yduri, Commissarius Generalis Curiæ.
F. Alexius a Roma, Procurator Generalis Reformatorum.
F. Petrus Joannetius de Molina, Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum.
F. Vincentius Antonius de Caprarola, Definitor Generalis.
F. Joseph Maria de Fano, Definitor Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

Rescriptum Sanctissimi, quo dirimantur Controversiæ super Ecclesia SS. Quadraginta de Urbe, eaque sub speciali Sanctæ Sedis protectione, una cum Cœnobio, recipitur.

DIE 29. Octobris 1745. ex audientia Sanctissimi, facta per me relatione Sanctissimo: Sanctitas Sua, prævia avocatione causæ a quocumque Judice, seu Tribunali, nec non perpetuo silentio super deductis in litem Partibus imposito, benigne in primis recepit sub sua, & Sanctæ Sedis Apostolicæ proprietate, dominio, & speciali protectione novam Ecclesiam nuper ædificatam in honorem Sanctorum Quadraginta Martyrum, & Sancti Paschalis de Baylon, cum domibus, seu Monasterio eidem adjacentibus, aliisque ejus juribus, & pertinentiis universis. Deinde voluit, & mandavit, ut firma remanente tum Inscriptione Sanctorum Quadraginta Martyrum, & Sancti Paschalis Baylon, tum Imagine ejusdem Sancti Paschalis insculpta, & respective depicta a parte exteriori supra portam dictæ novæ Ecclesiæ, Altare Majus, & principale ipsius Ecclesiæ erigatur cum sola Imagine, & sub unica invocatione, seu titulo Sanctorum Quadraginta Martyrum, eorumque commemoratio principaliter fiat in omnibus officiis Divinis, seu diurnis, sive nocturnis, in quibus, juxta Ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, debent fieri commemorationes Sanctorum: Et ita imposterum conservari memoriam Beatorum Martyrum, in quorum honorem antiqua Ecclesia erecta, & fundata fuerat: Salvis de cætero, & in suo robore manentibus omnibus, & singulis pactis, seu conditionibus inter Partes, contentis in instrumento rogato per acta Philippi de Amicis Notarii Curiæ D. Cardinalis Vicarii die 3. Februarii 1736. quibuscumque in contrarium non obstantibus.

C. Argenvilleres Auditor.

Chronol. Seraph.

Provinciæ Sancti Petri de Alcantara, & Sancti Paschalis Baylon Discalceatorum in Regno Neapolitano Familiæ Ultramontanæ Provinciis adduntur.

FR. RAPHAEL A LUGAGNANO &c.

Omnibus Fratribus tam Superioribus, quam Subditis nostrarum Provinciarum Sancti Petri de Alcantara, & Sancti Paschalis Baylon Regni Neapolis, cæterisque Nostri Ordinis Religiosis, quos hæ nostræ literæ quoquomodo concernunt, salutem, & Seraphicam benedictionem.

RAtio, quam Deo supremo Judici reddere tenemur, tum de malis, quæ ob nostram negligentiam universo Ordini, cui Divina Providentia, licet immeriti, præsidemus, obveniunt, tum de bonis, & spiritualibus profectibus, quæ, dum possumus, non promoveamus in omnibus, & singulis ejusdem Ordinis Provinciis, & Alumnis, animum nostrum movet, ad hoc, ut abusus sicubi introductos reperiamus, extirpare, atque regularem imo & rigidiorem nostri Seraphici Instituti observantiam, quantum Nobis possibile sit, restituere, firmare, & promovere, Deo Auctore, conemur, nostramque auctoritatem ad eum finem consequendum interponere non omittamus.

Sane universo Ordini nostro perspicue patuit perfectio, & strictissima observantia nostræ Seraphicæ Regulæ, quæ viguerunt in Provincia Sancti Petri de Alcantara Discalceatorum nostri Ordinis in Neapolitano Regno a sua erectione, super quibus solemne testimonium præbuit Romanum Capitulum Generale de anno 1676. quod rursus præcepit, ut quid quid in variis Pontificii Diplomatibus pro ejusdem Provinciæ bono regimine, & manutentione ordinatum reperiebatur, ab omnibus tam Superioribus, quam Subditis observari, sub pœnis in eisdem Diplomatibus contentis. Nihilominus, hoste humani generis instigante, in eamdem Provinciam (a qua alia Sancti Paschalis Baylon deinde divisa fuit) introductus spiritus discordiæ, flammas litium accendit, quæ non leviter perfectionem utriusque Provinciæ minuerunt, & nitorem observantiæ regularis obscuravere, ut profecto non illæ Provinciæ perfecti decoris, & gaudium universi Ordinis amplius appareant, sed potius quasi emortuum cernatur omne, quod pulchrum erat visu, & pretiosum in eisdem Provinciis, quam quidem amaris lachrymis deplorandam commutationem serio considerantes, actuales Superiores earumdem nostrarum Provinciarum, earum statum præsentem, causasque præfatæ deformationis Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO XIV. feliciter regnanti exposuerunt, prout apparet in supplici libello tenoris sequentis, videlicet.

Beatissimo Padre.

FR A Giuseppe Maria di San Francesco Saverio, de' Minori Scalzi di San Pietro d' Alcantara della Provincia di San Pasquale della Terra di Otranto, e Fra Fulgenzio della Natività del medesimo Instituto della Provincia di San Pietro d' Alcantara di Terra di Lavoro, ambedue Procuratori delle soddette loro respettive Provincie, prostrati a piedi di Vostra Beatitudine per parte, ed in nome di esse Provincie umilmente espongono, come stabilito nella Spagna, ed in altri Regni lo accennato Instituto

de'

de' Minori Scalzi, mediante l' Apostolico Zelo del Precitato San Pietro d' Alcantara, e di mano in mano dallo Zelo di altri suoi seguaci, e Figli, verso l' anno 1668. fu da medesimi diramato nell' Italia, e propriamente nel Regno di Napoli, dove favorito dalla buona gracia di questa Santa Sede, e dalla Monarchia di Spagna, in breve tempo se n' eresse una Custodia con sei Conventi situati in diversi luoghi del Regno; e perche tale Pianta non poteva meglio conservarsi, e crescere, se non che ricevendo gli influssi da quel medesimo Corpo, donde derivava, la Santa memoria di Clemente X. allora regnante, ben riflettendo quanto ciò importasse, nel 1672. a 24. Settembre spedì Breve, che incomincia *Pastoralis Officii*, in cui dispose, che la suddetta Custodia fosse aggregata, ed incorporata alla Famiglia Oltramontana di essi Scalzi, vivendo colle proprie Leggi, & Statuti Municipali proprj, secondo il lodevole costume di essa Famiglia Oltramontana, communicandole tutte le grazie, e privilegj dalla medesima. La necessità, ed importanza di tale stabilimento fu poi chiaramente dimostrato dalla isperienza, mentre per tutto quel tempo, che durò tale unione, ed incorporacione, in cui fu governata da suoi proprj Superiori, non solo crebbe, e si estese già in Provincia, ma si conservò ancora nella Regolare Osservanza, e rigido vivere prescritto da' proprj Statuti; ma sortendo poi mutazione di Stato, ed ardendo per molti anni le Guerre nel principio del corrente Secolo, d' onde nascer sogliono dissensioni, dispareri, e gelosie, si vidde nella somma disgrazia di essere scorporata dal proprio natural corpo de' Scalzi, ed aggregata alla Famiglia Cismontana dell' Osservanza. Ciocche ne sia risultato da tale separacione dal proprio Corpo, ed aggregazione ad altra Famiglia di Statuti diversi, si lascia alla prudentissima riflessione, e comprensione di Vostra Beatitudine.

Quindi si è vista la povera Discalzeeza di Regno decadere di giorno in giorno dal suo pristino decoro, ed un tale disordine si è osservato, e si osserva specialmente in questi ultimi anni coll' occasione, che alcuni pochi Figli di essa poco curanti della loro Professione avendo incontrata la spalla, favore, e Protezeione di taluni Superiori Generali, si sono insolentiti, ed ànno posta sossopra la loro Provincia con mille abusi, inconvenienti, e disordini, d' onde poi si vedono continui ricorsi, e richiami appresso queste Sacre Congregazioni, con non poca ammiracione di esse, e scandalo del Secolo, per cui il povero attuale Superiore Generale ne vive tanto attediato, e di tale rammarico, che se non fosse per la sua nota prudenza, ed integrità, sarebbe uscito dalla sofferenza di più sentirne: quando che da tutte le Provincie delle Spagne, essendo molte, e numerose di Conventi, appena si sente verun ricorso, per ritrovarsi diretti dal loro Procurator Generale. Pertanto, Santissmo Padre, li Supplicanti ricorrono alla somma clemenza, e Paterno Zelo di Vostra Beatitudine, pregandola istantemente, che siccome tre anni sono si degnò per maggior stabilimento, ed ampliazione di essi Scalzi, di una Provincia stabilirne le due accennate, così si degni adesso rimetterle nel pristino stato, aggregandole, ed incorporandole alla loro naturale Famiglia Oltramontana, col rinovare il precitato breve della santa memoria di Clemente X. *Pastoralis Officii*: Tanto maggiormente, che la pietà, e Zelo del Re di Napoli, al medesmo riflesso di ristabilire questo Instituto, si è degnato con suo gusto, e genio concedere il suo placito Reale all' altro Breve della santa memoria di Clemente XI. che comincia: *Alias ad supplicationem &c.* spedito nel 1705. li 12. Marzo, in cui il Sommo Pontefice concedendo alli Scalzi di Spagna, e Recolletti di Francia il proprio Procurator Generale, che la suddetta Procura comprendesse anche li Scalzi d' Italia, che sono quelli di Napoli, richiedendo così non solo l' Ordine Naturale, per cui li membri stiano sotto il proprio capo, ma ben anche la communissima pratica di tutte le Religioni, ed Instituti di essa, ciascuno de quali stà nel proprio Corpo, e sotto il proprio Procurator Generale, acciocche con vero Zelo, e piena cognizione possino essere difesi nell' occorrenze, lo che non può aversi da Procuratore di alieno Instituto, sortendo il più delle volte, che per lo diverso Instituto siano contrarie le pretenzioni, ed in tal caso non ponno sperarsi, che inconvenienti. Tanto si spera dalla somma clemenza di Vostra Beatitudine, essendo cosa di gloria di Dio, e l'avranno a somma gracia. *Quam Deus &c.*

Cui quidem supplici libello Sanctissimus, sub die decima sexta Octobris currentis anni 1745. benigne rescripsit. *ALLO STESSO PADRE GENERALE CON TUTTE LE FACOLTA' OPPORTUNE, E NECESSARIE.*

Loco ✠ Sigilli.

Giuseppe Livizzani Segretario.

Nos mature perpensis expositis, propriaque scientia, & experientia edocti de misero statu, in quo prædictæ Provinciæ reperiuntur, longe diverso ab eo, in quo prius cernebantur, dum Ultramontanæ Familiæ unitæ erant, & Provinciis Discalceatis Hispaniarum ex integro incorporatæ, habita consideratione plurium Apostolicarum Constitutionum, & signanter Sanctæ memoriæ Clementis Papæ X. incipientis *Pastoralis Officii*, sub datam 24. Septembris 1672. quæ auditis, & consentientibus bon. mem. Card. Francisco Barberini, Ordinis Protectore, & Patre Francisco Maria Rhini de Politio, tunc temporis Generali Ministro, emanavit, & deinde confirmata fuit a Vener. Servo Dei Innocentio XI. per suum Breve quod incipit. *Alias felicis recordationis*, sub die 10. Julii 1675. Et insuper felicis recordationis Clementis XI. incipient. *Alias ad supplicationem &c.* sub die duodecima Martii 1705. totius negotii examen assumentes, & etiam cum aliquibus Ordinis nostri gravioribus Patribus sæpius conferentes, in eam tandem sententiam devenimus, non alia ratione dictarum Provinciarum prospero regimini provideri, serpentibus malis mederi, & profectui consuli posse, quam ad dictarum Constitutionum Apostolicarum præscriptum eas reducendo, & restituendo ad connaturalem sinum Provinciarum, videlicet Discalceatorum Hispaniæ, a quibus proveniunt. Quapropter Deum solum præ oculis habentes, ejusdemque gloriam intendentes, ac præfatarum Provinciarum abusus extirpare, & in eis pristinam perfectionem restituere cupientes, vigore superius enunciati rescripti Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI Papæ XIV. & auctoritate Apostolica per illum Nobis in hac parte benigne attributa utentes, atteota etiam regia voluntate, & beneplacito Serenissimi Regis utriusque Siciliæ pro Suo in Ordinem nostrum affectu, & Zelo pacificandi dictas Provincias, easque in meliorem frugem reducendi Nobis significatis sub die decima septima currentis mensis, & anni, per epistolium Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Domini Cardinalis Aquaviva, totius Ordinis Nostri Protectoris, & apud Sanctam Sedem Maje-

statis

statis Suæ Oratoris, mandamus, & respective declaramus, videlicet.

Primo. Sæpedictas Provincias Sancti Petri de Alcantara, & Sancti Paschalis Baylon, Fratrum Minorum Discalceatorum in Neapolitano Regno consistentes, ab hac Familia Cismontana prorsus dismembramus, & sic dismembratas de novo aggregamus, unimus, & incorporamus Ultramontanæ Familiæ, & signanter Provinciis Discalceatorum Hispaniæ, *a quibus ortum habuerunt, & fundationem suam, atque progressum receperunt*; decernendo pariter, & declarando, quod gaudere debeant, & gaudeant omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, & honoribus, quibus prædictæ Provinciæ Discalceatorum Hispaniæ, sive ex Constitutionibus Apostolicis, sive Nostri Ordinis Statutis, sive legitima consuetudine, aut alias quomodolibet gaudere noscuntur, & gaudent, eodem prorsus modo, & absque ulla differentia; nec dissimiliter subjaceant prædictæ Neapolitanæ Provinciæ oneribus, & Statutis tum Apostolicis, tum Ordinis Nostri, quibus illæ Ultramontanæ Provinciæ oneribus, & Statutis tum Apostolicis, tum Ordinis Nostri, subjacere noscuntur, & subjacent, juxta præscriptum laudatæ Constitutionis Apostolicæ fan. mem. Clementis X. incipientis *Pastoralis officii* &c. quam virtute superius enunciati Rescripti Sanctissimi Domini Nostri innovamus, & integrum robur ex nunc imposterum perpetuo habere declaramus.

Secundo. Eidem Constitutioni Clementinæ inhærentes decernimus, quod dictæ Provinciæ Neapolitanæ, Ultramontanæ Familiæ jam incorporatæ, per Nos, & Successores Nostros Ministros Generales perpetuo regi, & immediate gubernari debeant, dum Minister Generalis intra Italiam præsens reperiatur; in eventu autem, quo Minister Generalis in Ultramontanis partibus resideat, vice illius Superior eorum ordinarius sit Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum Ultramontanæ Familiæ, qui in Romana Curia residere tenetur, cum omnibus necessariis, & opportunis facultatibus, ad normam laudatæ Constitutionis fan. mem. Clementis X.

Tertio. Declaramus, præcipimus, & mandamus, ut præfatæ Provinciæ Neapolitanæ non alium recognoscant in suum Procuratorem Generalem pro omnibus negotiis in Romana Curia ipsis, earumque Fratribus occurrentibus, nisi Procuratorem Generalem pro tempore Discalceatorum, & Recollectorum Ultramontanæ Familiæ, eique pareant, & obediant in omnibus officium suum concernentibus, ad formam supra laudati Apostolici Brevis fan. mem. Clementis X. *Alias ad supplicationem* &c.

Tandem præcipimus per Sanctam obedientiam, & sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ, aliisque arbitrio nostro infligendis, omnibus tam Superioribus, quam Subditis dictarum Nostrarum Provinciarum, cæterisque Nostri Ordinis Religiosis, cujuscumque gradus, & conditionis existant, quos præsentes concernunt, & quoquomodo concernere possunt, quatenus his Nostris Decretis, Statutis, declarationibus, & mandatis, seu verius Apostolicis, debitam obedientiam præstent, nulloque modo ipsis contraire, seu rebelles se ostendere præsumant: Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & signanter illa fan. memoriæ Clementis XI. quæ incipit: *Commissi Nobis* &c. sub die decima quinta Septembris 1702. ac Statutis Ordinis Nostri, & dictarum Provinciarum, & quacumque consuetudine in contrarium præmissorum quomodolibet facientibus, aliisque contrariis quibuscumque. Quibus omnibus auctoritate, qua supra, ad præmissorum effectum expresse derogamus, illis aliàs in suo robore permansuris.

Datum in hoc Nostro Conventu Sanctæ Mariæ de Aracœli de Urbe hac die vigesima Novembris 1745.

Frater Raphael a Lugagnano
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

Hoc Decretum de memoratis Provinciis Familiæ Ultramontanæ additis sequentibus Apostolicis Literis confirmatur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

INjuncti Nobis per abundantiam Divinæ gratiæ Pastoralis Officii sollicitudo postulat, ut in his, per quæ Christifidelium sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium prospero statui consulitur, ejusdem Officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Joannetius de Molins Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Discalceatorum, & Recollectorum nuncupatorum, quod dilectus etiam Filius Raphael a Lugagnano, Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, vigore facultatis ei a Nobis die decima sexta Octobris proxime elapsi, per quoddam Nostrum rescriptum attributæ, Provincias sub invocatione respective Sancti Petri de Alcantara, & Sancti Paschalis Baylon, Ordinis Fratrum Minorum ipsius Sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum, in Regno Neapolitano existentes, per suas patentes literas a Familia Cismontana, cui subjectæ, & unitæ reperiebantur, dismembravit, & sic dismembratas Familiæ Ultramontanæ ejusdem Ordinis, præsertim Provinciis Hispanicis Discalceatis, ex quibus dictæ duæ Provinciæ originem habuerunt, nonnullis declarationibus, & Decretis præscriptis, de novo aggregavit, univit, & incorporavit, & alias, prout continetur in ipsius Raphaelis Ministri Generalis patentibus literis, tenoris sequentis, videlicet:

Frater Raphael a Lugagnano ut supra pag. 345. B. Cum autem, sicut dictus Petrus Joannetius, subjungebat, quo dismembratio, unio, incorporatio, ac subjectio præfatæ firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Petrum Joannetium Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas memorati Raphaelis Ministri Generalis patentes literas ordine extraticnem, incorporationemque hujusmodi continentes, cum omnibus, & singulis in eis expressis, auctoritate Apo-

stolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus,

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciarum, & Ordinis hujusmodi, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, quod earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, seu Procuratoris Generalis munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima septima Januarii 1746. Pontificatus nostri anno sexto.

D. Card. Passioneus.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

COMPILATIO STATUTORUM, ET DECRETORUM

De Mandato Sanctissimi Domini Nostri

PAPÆ BENEDICTI XIV.

A Reverendissimo Patre

RAPHAELE A LUGAGNANO

Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Ministro Generali, pro felici Custodiæ Terræ Sanctæ guberniο editorum, ac respective renovatorum, de Consilio, & Voto PP. utriusque Familiæ Discretorum Generalium ejusdem Ordinis Romæ existentium, & ab eodem Sanctissimo in forma specifica approbatorum, & confirmatorum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN supremo militantis Ecclesiæ solio per ineffabilem Divinæ Clementiæ abundantiam constituti, ea, quæ pro salubri Religiosorum Virorum sub suavi Christi jugo, arctiorisque Disciplinæ instituto vota sua Deo reddere, uberesque bonorum operum fructus, adspirante superni favoris aura, proferre jugiter satagentium directione, & gubernio provide constituta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma, inviolataque persistant, Apostolici muniminis nostri, cum id a Nobis petitur, præsidio libenter constabilimus. Cum itaque, sicut dilectus filius Raphael a Lugagnano Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, ipse de mandato nostro ei vivæ vocis oraculo, auctoritateque attributa, Compilationem Statutorum diversis temporibus pro bono Terræ Sanctæ regimine editorum confici, necnon nonnulla ex illis explicari, ampliarique, aliaque etiam de novo condere, ac adjicere curaverit, quæ opportuna, vel necessaria pro componendis, terminandisque dissidiis, partiumque studiis, ac abusibus irreptis evellendis judicaverit; tenor autem Statutorum hujusmodi est, qui sequitur, videlicet.

CAPUT PRIMUM.

De Guardiano, ejusque Officio.

1. IN Guardianum S. Montis Syon Religiosus nonnisi ætate gravis, doctrina, & eruditione insignis, & prudentia clarus, rerumque agendarum usu peritus, & vitæ innocentia, optimisque moribus undequaque probatus, in Generalibus Comitiis communi PP. Consilio, & consensu; Et extra Generalia Comitia, de aliquorum Discretorum, & Diffinitorum Generalium approbatione, per Superiorem Generalem instituatur, & eligatur. Et si in Terræ Sanctæ Custodia talibus prærogativis insignitus aliquis reperiatur, is cæteris pro electione præferatur.

2. Taliter electus teneatur literas suæ electionis exhibere Sac. Congregationi de Propaganda Fide, ab eaque tum suæ electionis confirmationem, tum literas Patentes Præfecti Missionum a Custodia Terræ Sanctæ dependentium recipere; Nullamque jurisdictionem in sanctam Custodiam exercere valeat, quoad usque Patentes literæ institutionis, & dictæ confirmationis inibi formiter publicentur.

3. Ipse est, & declaratur verus, immediatus, & unicus Superior totius Terræ Sanctæ, & omnium, ac singulorum Fratrum in ea commorantium, cujuscumque Nationis, gradus, & conditionis extiterint, eodem prorsus modo, quo quisque Minister Provincialis est suæ Provinciæ Superior: Unde paternaliter corripere, & punire valeat omnes Religiosos cujuscumque graduationis extiterint, etiam Vicarium, & Procuratorem Generalem, si delinquentes eos invenerit, certiorata tamen Sacra Congregatione de Propaganda Fide quoad Missionarios.

4. Potest etiam juridice contra eosdem procedere, sicuti contra Diffinitorem Provinciæ procederet Provincialis; Et de Consilio, ac Voto Discretorum tam Vicarium, quam Procuratorem prædictos proprio respective Officio per sententiam privare; Et simul cum Discretorio alium instituere Vicarium, aut Procuratorem, usque dum a Superiore Generali aliter provisum fuerit.

5. Guardianus Terræ Sanctæ de novo institutus ex Officio Visitator Generalis existat super totam Familiam Terræ Sanctæ, eamque tam in capite, quam in membris visitet, ut uniuscujusque meritorum, vel demeritorum habeatur testimonium Superiori Generali transmittendum; Qui pariter Sacram Congregationem de Propaganda Fide certiorabit in iis, quæ ad Missionem, & Missionarios pertinent.

6. Sta-

6. Statim ac ad Sanctam Civitatem pervenerit, Syndicationem instituat, ac diligenter inquirat de peractis tam a Prædecessore, quam a Vicario, & Procuratore, cœterisque Fratribus, & Ministrum Generalem de omnibus adamussim informet.

7. Exactam itidem peragat Visitationem omnium Officinarum Sanctissimi Salvatoris, una cum Discretis, & integram habere curet notitiam status Custodiæ, eleemosynarum, videlicet, actu existentium tam in variis Procuræ Capsulis, quam apud Sindicos, & Procuratores Conventuum, & Hospitiorum ejusdem Custodiæ, & similiter omnium rerum, & ornamentorum, quæ in Officinis Procuræ, Sacrarii, Cellarii, Coquinæ &c. Conventuum Sanctissimi Salvatoris, Bethlem, Nazareth, & Sancti Joannis in Montana asservantur, confrontando Inventaria, & examinando si cuncta dictis Inventariis sint correspondentia.

8. Singulo quoque anno teneatur Conventus, & Hospitia ab Urbe Hierosolymis parum distantia per semetipsum, cœtera vero ab eadem Sancta Civitate valde distantia semel saltem in triennio per Religiosos idoneos visitare; Visitationemque hujusmodi Discretorio communicare, ut ea decernere valeat, quæ bono, & utilitati Custodiæ expedire judicaverit. Superiori Generali autem, quanto citius poterit, transumptum authenticum transmittat earumdem Visitationum, ut innotescat quo pacto servitium Terræ Sanctæ melius curari possit.

9. Insuper quolibet anno ad Patrem Generalem, sive ad Commissarium Generalem Familiæ Catalogum omnium Religiosorum actu in Custodia Terræ Sanctæ existentium mittat, eorumdem Provinciam specificando, & simul quando tempus eorum permansioni præfixum expiret, ad hoc ut prædicti PP. Generalis, sive Commissarius Generalis Familiæ tot dumtaxat Religiosos, quot ad servitium Terræ Sanctæ erunt opportuni, dimittant. Pater vero Generalis, sive prædictus Commissarius Generalis Catalogum Missionariorum, qui in præfata Custodia reperiuntur, Sacræ Congregationi de Propaganda Fide tradant, ut Missionum necessitatibus consultius per eam provideatur.

10. Pro his ad Superiores Generales transmittendis scripturis nullo modo deputabit Missionarios, vel Fratres, quibus ad Terram Sanctam iterum reverti necesse sit, sed easdem per aliquos Religiosos mittat, qui vel ob completum triennium in servitio Terræ Sanctæ, vel alia de causa ad propriam Provinciam regredi teneantur; Et eodem modo se gerat, si ob urgens negotium aliquas literas, aut informationes, durante Officio, ad Superiores dirigere debeat. Sic enim omnes inutiles vitabit expensas, & nimiam Religiosorum divagationem.

11. Teneantur omnes, & singuli Fratres cujuscumque sint Nationis, Itali videlicet, Galli, Hispani, Germani, & quicumque alii, statim ac ad Terram Sanctam appulerint, Patrem Guardianum de eorum adventu per literas certiorem facere, & ab eo collocationem petere, quam idem Guardianus de consensu Discretorii determinabit, & literas obedientiales dictis Fratribus transmittet, absque eo quod illas vel Vicario, vel Procuratori consignare teneatur. Et idem servetur quotiescumque aliquis de uno ad alium Conventum transferendus erit.

12. Ad Guardianum simul cum Discretorio pertineat instituere, & eligere Discretos, Guardianos, Vice-Præfectos, Præsidentes, Parochos, Cappellanos, Procuratores, Vice-Procuratores, Sindicos, & Interpretes; Constantinopolim pueros mittere ad effectum addiscendi linguam Turcicam; Et omnes, ac singulos alios Officiales instituere, Sacristas, videlicet, Janitores, Coquinarios &c.

13. In provisione Parochiarum, & Cappellaniarum ad Gallos pertinentium tam Guardianus, quam Discreti iis prudenter attendant, quæ à Patre Vicario representabuntur; nec alteri Nationi eas Parochias, & Cappellanias conferre debeat, nisi deficientibus Religiosis Gallis, & idoneis, qui iis inservire valeant; deputandi vero ad curam animarum, cujuscumque Nationis sint, super idoneitate examinentur per Patrem Guardianum, ejusque Discretorium.

14. Nullus Religiosus, cujuscumque sit Nationis, sub pœna Apostasiæ audeat pergere de uno ad alium locum sine Patris Guardiani licentia in scriptis obtinenda; Et in casu gravaminis, permittitur recursus ad Discretorium, sed in devolutivo tantum.

15. Pater Guardianus non permittat Religiosos, qui semel Sanctuaria visitavere, hinc inde vagari, nec equitantes, nec pedestres, quamvis hoc facere intenderent causa devotionis, aut extraordinariæ peregrinationis; Neque illis permittat gestare arma læsiva, qualia sunt Archibusium, Ensis, & similia, etiamsi id facere velint venationis, vel alterius solatii causa, vel ad ipsorummet tuitionem.

16. Quicumque scripto, aut verbo asserere ausus fuerit, Guardianum non esse Superiorem, aut esse Superiorem solummodo in spiritualibus, non autem in temporalibus; Vicarium esse Gallorum Superiorem, Procuratorem Hispanorum, & alia hujusmodi seditiosa deliramenta; verificato, & probato delicto puniatur reus: Si Religiosus fuerit, statim in Christianitatem regredi cogatur: Si Interpres, vel ad servitium Terræ Sanctæ sit addictus, Officio, & servitio privetur, & dimittatur: Si vero Christianus sit in Domibus Terræ Sanctæ habitans, a Domo expellatur; Et eodem modo puniantur Religiosi cujuscumque Nationis, & graduationis extiterint, qui mandatis Superiorum Generalium Ordinis pro tempore existentium obedire ausu temerario renuerint.

17. Sedulo invigilet Pater Guardianus, ut quolibet anno, & in qualibet Custodiæ Ecclesia Feria quinta in Cœna Domini publicetur, & fulminetur inter Missarum solemnia Excommunicatio Summo Pontifici reservata adversus omnes, & quoscumque tam Sæculares, quam Religiosos, qui eleemosynas Terræ Sanctæ usurpaverint, vel usurpari curaverint, vel infideliter administraverint, vel fuerint in causa mediate, vel immediate, quod Terræ Sanctæ Avaniæ factæ fuerint, a qua excommunicatione nullus absolvi valeat, nisi a Romano Pontifice, præter mortis articulum; talis autem excommunicatio Latino, & Arabico idiomate publicari debeat.

18. Charitative, benigne, & paternaliter se gerat cum omnibus, & singulis Religiosis cujuscumque Nationis, æqualemque se faciat cunctis, & sine personarum, vel Nationum acceptione summa indifferentia erga omnes se gerat, ne ullus conquerendi justam habeat occasionem, vel forte ad Principes respectivos recorrendi.

19. Eleemosynarum transvectores ad Christianitatem, quam citius poterit, remittere curet; Nec ullo modo ultra duos menses in Terra Sancta eos morari patiatur: Neque ipsis ullo modo permittat per se, vel per alios Sanctuaria emere, quamvis ab aliqua persona se ad hunc effectum eleemosynam recepisse dicant; Sed dictam eleemosynam Patri Procuratori tradi curet, ut ipsemet, vel per Vice-Procuratorem, præfata Sanctuaria procuret.

20. Renovantur Statuta Generalia quoad Equites Sanctissimi Sepulcri ex concessione Apostolica per Patrem Guardianum instituendos; Et eidem præcipitur in

in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis ad Superioris Generalis arbitrium infligendis, ut nullum instituat talem Equitem, nisi prævio consensu unanimi omnium Discretorum, ac nisi adhibitis consuetis solemnitatibus ad talem institutionem, & nisi latis in eleemosynam centum zecchinis Venetis per Equitem instituendum, iisque ad conservationem Sanctissimi Sepulcri unice applicandis. In solemnitatibus autem talis institutionis, ab Equite instituendo vel non exigat solitum juramentum; aut si exigendum duxerit, a formula juramenti clausulam illam de Turcis oppugnandis deleat, ne Avaniis gravibus Sancta loca graventur, & Familia Hierosolymitana ejiciatur.

21. Præcipitur ad hoc, ut Sigillum, quo Patentes dictorum Equitum muniri solent, asservetur in Capsula, seu Arca trium Clavium, in qua reponuntur eleemosynæ pecuniariæ; Nec possit extrahi, nisi Discretorio præsente, ad cujus etiam præsentiam Patentes Sigillo muniri debebunt, ac statim in Arca Sigillum iterum reponi.

22. Non possit Guardianus ullum Interpretem pro sui particulari servitio assumere, sed ab ipso Discretorio deputetur, si noverit ita esse necessarium, aut expediens, juxta varias temporum, aut negotiorum circumstantias, ipso tamen Guardiano proponente.

23. Nec ullo modo valeat immutare, vel alterare quæ a Prædecessoribus laudabiliter stabilita, & practicata sunt circa particularia exercitia, cœremonias, & functiones Ecclesiasticas; nec Pontificalium numerum augere. Si vero dubium, aut difficultas insurrexerit, discutiatur in Discretorio, & ejusdem decisioni omnes obtemperare teneantur.

24. Statuimus, ut Guardianus Hierosolymitanus in nulla re gravi solus judicium ferat, sed PP. Discretorum, & etiam aliquando totius Communitatis consilium petat, ne praceps proprio consilio in aliquam spiritualem, vel temporalem jacturam se ipsum, & Religionem inducat.

25. Cum Terræ Sanctæ Custodia de Missionariorum actionibus, & vivendi modo respondere debeat, ac sæpe sæpius Avanias eorum causa solvere, nullo modo possit Guardianus absque Discretorii assensu deputare Guardianos, Vice-Præfectos, aut Præsidentes, aut Curatos, etiam in Conventibus, vel Hospitiis, ubi reperiuntur Nostræ Missiones, sed eligantur sicut pro aliis cautum est.

26. Quotiescumque Guardianus aliquod negotium Missiones concernens tractare, aut expedire debebit, vel pro negotiis Missionum alicui Prælato, vel Missionario extero scribere, aut respondere, teneatur ultra Discretorii consilium, exquirere etiam aliquorum Patrum è gravioribus Conventus Sanctissimi Salvatoris, & Missionariorum in eodem Conventu forte existentium, votum, & mentem; non tamen Missionarios ex aliis locis vocare, cum quibus per literas, si necesse fuerit, negotia pertractare poterit.

CAPUT II.

De Vicario.

27. Vicarius Sanctissimi Salvatoris nullo modo Custodiæ Terræ Sanctæ est, vel esse potest Superior, cum dicta superioritas unice pertineat ad Guardianum Sacri Montis Syon, vel ad Præsidentem, qui absente, vel deficiente a Custodia Guardiano, loco ipsius, vel a Discretorio, vel a Ministro Generali instituitur. In absentia tamen Guardiani, vel Præsidentis a dicto Conventu Sanctissimi Salvatoris, dictus Vicarius est Superior ejusdem Conventus, & ad ipsum pertinet gubernium omnium Religiosorum in eodem commorantium, eo modo quo ipsi Guardiano pertineret, si præsens esset.

28. In quocumque Conventu, vel Hospitio Terræ Sanctæ reperiatur Pater Vicarius respici, & considerari debeat tamquam prima Custodiæ Persona post Guardianum, quantum ad honorem, & præcedentiam, & ad peragendas sacras functiones, quando præsens non est Pater Guardianus.

29. Nominetur tantum Vicarius Sacri Montis Syon, aut Vicarius Custodialis Terræ Sanctæ, & nullo modo Vicarius Generalis appelletur, qui in functionibus, quæ fiunt conveniente Communitate S. Salvatoris, absente, vel impedito Guardiano, præsideat, & præferatur; Ipseque, tum in Sanctissimo Sepulcro, tum in aliis Conventibus dictas functiones, quas exerceret Guardianus, si præsens esset, exequatur.

30. Præcedentiæ ordo inter Vicarium Montis Syon, & Patrem Procuratorem Generalem Terræ Sanctæ servetur ubique per Terram Sanctam, qui Hierosolymis sancitus est.

31. Pater Vicarius Montis Syon in Processionibus procedat ante indutos superpelliceis, etiam dum Guardiani præsentia desideratur.

32. Tempore, quo Missam celebrat, nullum in capite biretum gestare potest, neque in Refectorio aliquid particulare sive cibi, sive potus habere, sed vitæ communi in omnibus, & per omnia, etiam quoad vestitum, aliis Religiosis se conformare tenetur sub pœna privationis Officii.

33. Pro sui arbitrio Socium sive Sacerdotem, sive Laicum habere poterit, Vestes etiam Sacras, & Paramenta distincta in Sacristia ad Missam celebrandam, inferiora tamen eis, quibus utitur Guardianus, & in Choro, absente Patre Guardiano, ter incensari debet.

34. Non possit Vicarius, visitatis semel Sanctuariis Terræ Sanctæ, a Civitate Hierosolymitana, & adjacentibus ejus exire, nisi gravissima ex causa a Discretorio approbanda; & hoc idem statuitur pro omnibus, & singulis Discretorii Patribus.

35. Prohibetur Patri Vicario S. Salvatoris, ne audeat dare obedientiales Fratribus Custodiæ Terræ Sanctæ sub pœna privationis officii; Et non audeat retinere Sigillum sub pœna falsarii.

CAPUT III.

De Procuratore.

36. Curam habebit Procurator rerum temporalium ad Terram Sanctam pertinentium, non quidem ut Superior, sed veluti simplex Administrator in omnibus, & per omnia a Guardiano, & a Discretorio dependens. Habebit tamen ad arbitrium suos Socios, qui dimittere tenebitur quotiescumque graviter deliquerint; Judicium vero levitatis, vel gravitatis delicti ad Discretorium pertinebit.

37. Non possit Procurator pro sui arbitrio Domos ad Terram Sanctam pertinentes distribuere, nec Tributum, seu, ut ajunt, Caragium pro Christianis pauperibus solvere, sed tam Domorum distributio, quam Tributi solutio quolibet anno a Discretorio determinari debeat, habito semper respectu ad majorem, vel minorem Christianorum indigentiam. Quod ut securius præstari possit, teneatur Parochus omnium familiarum Christianorum Hierosolymis degentium Catalogum eidem Discretorio præsentare, ac statum earumdem, nempe majorem, vel minorem pauperiem, indicare.

38. Con-

38. Conventuum, & Hospiti rum Terræ Sanctæ Procuratoribus literas cambiales, summam ducentorum zecchinorum eacedentes, sine Discretorii consensu solvere minime possit, neque sine ejusdem Discretorii placito munera dare, vel pecunias, vel Horologia, aut Vestes, vel alia similia, neque Avanias solvere; & hoc sub pœna privationis Officii. Quoties autem de Discretorii consensu aliquid erogabit, aut solvet, tali modo se gerat, ut Turcis, & etiam Christianis innotescat, quod hæc non præstat nomine proprio, & veluti Caput, vel Superior Terræ Sanctæ, sed nomine Guardiani, & totius Discretorii; & circa hoc punctum sedulo, & serio instruantur Interpretes, & alii, ad quos prædicta negotia tractere pertinet.

39. Nec vestimenta, nec sandalia, nec alia hujusmodi ulli Religioso tribuat Procurator absque licentia, vel mandato in scriptis Patris Guardiani. Quotiescumque autem tale mandatum sibi præsentatum fuerit, benigne, charitative, & sine mora tribuat, vel tribui curet, quod tali mandato ordinatum erit.

40. Sub pœna privationis Officii non possit supellectilea Sacras, Calices, Paramenta, aliaque hujusmodi ad Conventus, vel Hospitia Custodiæ sine Discretorii consensu trasmittere; Discretorium autem sollicitam curam gerat, ut Conventus, & Hospitia æqualiter, & debita servata proportione provideantur.

41. Provisiones facere nullo modo possit sine praevio Discretorii mandato tam circa quantitatem, quam circa qualitatem rerum providendarum; possitque Discretorium duos deputare Religiosos, qui easdem res, tempore consignationis, videant, & examinent.

42. Eidem Discretorio unoquoque mense rationem reddere teneatur Procurator, cum individua expressione qualitatis, & quantitatis rerum emptarum, necnon monetarum, quas recepit, & solvit, Zecchinorum videlicet, & Ungharorum, Lisbonînarum &c. explicando pretium pro ipsis captum, casu, quo in alias monetas commutatæ fuerint, & specificando utrum solverit pretium Piastris, ut ajunt, *abouthelbis*, vel *Isalotis*: Et suos computos veridicos esse comprobabit per attestationes, seu receputas personarum, quibus pecunias solverit, cavendo, ut in dictis attestationibus, seu receputis exprimatur monetarum species, & Piastrarum qualitas.

43. In omnibus Conventibus, & Hospitiis ad Custodiam Terræ Sanctæ pertinentibus, excepto Conventu Sanctissimi Salvatoris, semel in mense computi reddantur præsentibus Religiosis inibi commorantibus, explicando pariter varietatem monetarum, & qualitatem Piastrarum, quæ fuerunt expensæ: Iidemque computi ab omnibus Religiosis respective subscripti transmittantur Patri Procuratori Generali, qui tenebitur eos Discretorio præsentare pro ulteriori examine, & approbatione. Si quis vero Religiosus motivum haberet, vel habere putaret dictos computos non subscribendi, non litiget, neque contendat verbis, sed modeste, ac Religiose sua motiva per Epistolam Discretorio communicet.

44. Si per Patrem Guardianum, vel per Discretorium Procuratores, vel alii Officiales Conventuum, & Hospitiorum Terræ Sanctæ moniti fuerint, ut Patri Guardiano, vel Discretorio directe, & immediate computos respectivos, computorum libros, vel alia similia transmittant; teneantur illico obedire, & transmittere quidquid ab eis quæsitum fuerit. Qui non obtemperaverit, si Religiosus sit, statim ad Christianitatem transmittatur; Si Sæcularis, ab officio, & servitio Terræ Sanctæ amoveatur.

45. In emptione sanctuariorum varia ipsorum pretia explicet Procurator, noterque quot juxta taxatum jam pretium, quotque juxta inferius ordinario emerit. Discretorio etiam rationem reddat Sanctuariorum, quæ emit, quæque distribuit; Et quantitatis, & qualitatis Sanctuariorum, quæ in qualibet Capsa ad Christianitatem transmittenda reponit. Tempore vero, quo Capsæ componuntur, & replentur, præsentes sint duo Religiosi in Discretorio destinati, unus Italus, & alter Gallus, vel Germanus, qui Discretorium certiorare teneantur, Capsas tales esse, quales a Procuratore declarantur. Si vero PP. Discreti compositioni Capsarum assistere velint, liberum sit cuique ipsorum.

46. Conceditur Patri Procuratori Generali Terræ Sanctæ, ut prudenter invigilet super Ministris Officiorum Sacristiæ, Cellariorum, Coquinæ, & Procurationis, ne quidquam contra sanctam paupertatem perdatur, vel distrahatur, & quatenus vel minus fidelem, vel attentum aliquem deprehenderit, de hoc Patrem Guardianum certiorem reddat, ut remedium ab ipso adhibeatur.

47. Eidem tamen Procuratori, & aliis Procurationis Ministris præcipitur, ut Claves variarum respective Officinarum deponant, & in posterum unica pro qualibet Officina Clavis esse debeat à proprio respective Officiali tenenda. Qui tamen Officialis Officinam aperire, & Patrem Procuratorem in eam introducere tenebitur, quotiescumque idem Procurator eamdem visitare voluerit.

48. Non liceat Patri Procuratori ad Comitia Generalia, pro reddenda suæ administrationis ratione, se transferre sub pœna Apostasiæ; nec a Ministro Generali possit super hoc dispensari: Sed suos clare, & distincte coram Discretorio Terræ Sanctæ generales reddat computos, ipsosque ab eodem Discretorio approbatos, & ab omnibus Discretis subscriptos, sigillisque tam Patris Guardiani, quam Procuratoris munitos, Patri Guardiano consignet, qui eos Capitulo Generali præsentare tenebitur.

49. Eleemosynæ omnes, quæ ad Sancta Loca transvehuntur, in Arca sub tribus Clavibus asserventur, quarum una sit penes Patrem Guardianum, vel Præsidentem pro tempore, altera penes Patrem Vicarium, tertia denique a Patre Procuratore detineatur. Quod Decretum P. Guardianus executioni demandari curet sub pœna suspensionis ab Officio in casu inobservantiæ per ipsum incurrenda.

50. Commissarii Terræ Sanctæ determinate ad hunc, vel illum locum Custodiæ supellectilia, vel sacra, vel prophana nullo modo transmittant, sed cuncta Discretorio dirigantur: Discretorium autem secundum cognitas indigentias Conventuum eadem applicabit. Quod si supellectilia aliqua a Benefactoribus applicentur determinate alicui Conventui, vel Sacristiæ, a Commissario, qui ea recepit, notificetur Discretorio, apposito nomine Benefactoris; Discretorium autem ad illum Conventum, vel Sacristiam dirigat, cui a Donante fuerint assignata.

51. Receputæ eleemosynarum, & rerum omnium, quæ a PP. Commissariis Terræ Sanctæ ex Christianis Regionibus Hierosolymam transmittuntur, fiant, & subscribantur a PP. Guardiano, & Discretis pro tempore præsentibus; Commissarii autem Christianitatis clare, & distincte Discretorio notificent eleemosynas, quas transmittunt, eas, videlicet, quæ libere a Benefactoribus tribuuntur in subsidium Custodiæ, & eas, quæ pro Missis, sive perpetuis, sive manualibus celebrandis, specificando quantitatem elee-

eleemosynæ cuique oneri sive perpetuo, sive manuali correspondentis; Et Disfretorium similiter in libris clare, & distincte omnia, ut præfertur, adnotabit, ut ea, qua par est, fidelitate piæ Benefactorum intentioni satisfieri queat.

52. Pater Procurator Inventaria habeat rerum omnium, quæ in Officinia existuat, tum suæ Procurationis, tum etiam earum, quæ in Sacristiis, Cellariis, & Coquinis Conventuum Sanctissimi Salvatoris, Sancti Joannia in Montana, Bethlem, & Nazareth asservantur, illaque a Patre Guardiano, & a Disfretorio subscripta sint, ut rationem omnibus reddare possit, maxime singulo anno in Visitatione per Patrem Guardianum peragenda.

53. Singulis item Officiorum Ministris singula Inventaria tradantur rerum, quas respective in Officio illis credito contingat adinvenlri, ut ipsi quoque per Guardianum coram Discretorio in omni eventu ad reddendam rationem cogi possint.

54. Statuitur, quod Procurator S. Salvatoris habeat Rationale, seu Librum, in quo coram Guardiano, & Discretia fideliter, & manifeste scribat numerum omninm eleemosynarum, quæ ex Hispania, Gallia, Italia, Germania, & Flandria mittuntur, & ibi nominet expresse personam Principis, vel Nobilia, qui eleemosynam concessit, simulque Patriam, & Natlonem cujuscumque Benefactoria. Deinde scribatur ibi Nomen, & Natio Patria Commissarii, qui eleemosynam mittit, & illius, cujus opeta Hierosolymam mittuntur.

55. Mandatur etiam, quod quando aliquis Religiosus veniat de novo Hierosolymam, ipse Procurator Conventus scribat fideliter Libros, & omnem supellectilem, quam novus Frater portat, qui etiam debet scribere. Et si contingat hujusmodl Fratrem exire de Terra Sancta, & reverti ad haa partes, tunc dabuntur eidem Libri proprii usus, & supellectilas.

CAPUT IV.

De Discretis, & Discretorio.

56. Disretorium Terræ Sanctæ ex septem Religiosis in posterum coalescere decernitur, nempe ex Patre Guardiano, Patre Vicario, Patre Procuratore, aliisque quatuor, quorum unus sit ex Italica, alter ex Gallica, alter ex Hispanica, & alter ex Germanica Nationibus.

57. Discretorum officium ita sit triennale, ut semel in Diserretos electi, durante triennio, nullo modo possint in Superiores, aut Guardianos Conventunm, vel Hospitiorum Præsidentes eligi; nec extra Conventum Sanctissimi Salvatoris de Familia collocari. Poterunt tamen ad aliud trlennium continuari, si sic expediens Disfretorio videatur, & dummodo per secretas ballotationes quatuor ad minus suffragia pro coutinuatione concurrant.

58. Deficiante quacumque da causa aliquo Discreto, alius ejusdem Nationis eligatur a Discretorio; hujusmodi autem electio sub nullitatia pœna fiat, ut sequitur. Præsententur tres Religiosi a Guardiano, si eligendus fuerit Italus, vel Germanus; Si vero Gallus, aut Hispanus, præsentatio fiat a Vicario, vel Procuratora respective: Deinde fiat in Discretorio discussio meritorum ipsorum, ad videndum an digni, & idonei invenlantur: Postea Guardiano digniorem proponente, præstitoque a singulis Electoribus juramento coram Venerabili Crucifixi Imagine de meliore eligendo, electio fiat per secretas ballotationea; & si majorem Votorum partem habuerit, pro Discreto legitime electo habeatur; Sin vero, alium ex tribus proponat Guardianus, usque dum per Votorum pluralitatem habeatur electio.

59. Nec Religiosi Tertii Ordinis, neque Laici in Discretos elegi valeant, nisi in casu necessitatis, & deficientibus primi Ordinia Religiosis, & respective Sacerdotibus idoneis illius Nationis, ex qua Discretus est assumendus; Secretarius autem Patria Guardiani in Discretum minima eligi valeat.

60. Semel in hebdomada congregari tanaatur Discretorium, loco, die, & hora ab eodem Discretorio post præsentium publicationem semel destinandis; & ex officio ad ipsum accedere, & interesse tenebuntur omnes, & singuli Disereti absque ulterioria convocationis, seu citationia necessitate. In absentia Guardiani, aut Præsidentia Custodiæ, Præsidentiam habebit Vicarius, aut Pro-Vicarius, cunctaqua discutientur, & determinabuntur eodem prorsus modo, ac si præsens foret ipsa Guardianus; Cui tamen liberum erit idem Disfretorium extraordinarie etiam convocare, quotiescumque id necessarium, aut expedians pro Terræ Sanctæ bono regimine judicaverit.

61. Nonnisi in Discretorio aperiri, aut legi possint Literæ, aut Scripturæ ad ipsum Discretorium directæ; & sine prævio ejusdem Discretorii consilio, & assensu nihil grave præcipere, aut facere possit Guardianus, neque ulli Christiano Orientali ad Christianitatem pergendi licentiam concedere,

CAPUT V.

De numero Fratrum, & duratione Officiorum, eorumque incolatu,

62. PRo servitio Conventuum omnium, atque Hospitiorum Custodiæ Terræ Sanctæ sexaginta Laici, & Sacerdotes centum, idest Fratrum centum, & sexaginta numerus assignatur, qui tamen non sic arithmeticus erit, neque impræteribilis, ut admonente Disfretorio a Superiore Generali augeri nequaquam possit, utque supra prædictos non alii aliqui ibidem in promptu habendi sint ad occurrendum fortuitis necessitatibus ab Epidemiis, aliisque Infortuniis originatis, atque adeo prædictus numerus idcirco figitur, ut norma sit prudentiæ Superiorum ad ipsum immodice non excedendum. Et in eumdem hunc finem injungitur Patri Guardiano, ut, possessione inita officii sui, Catalogum ad Superiores Generales transmittat degentium ibi Religiosorum, etiam Missionariorum, subnectendo cuique, juxta taxatas moras, quo tempore ad propriam dimittetur; & informando singulis annis, quot ipsorum è vivia sublati sint, ut opportunius providentia, quæ convenit, impendi possit. Superior autem Generalis Sac. Congregationi de Propaganda Fide Catalogum Missionariorum, ut supra, confectum consignabit, ut eidem innotescat status Missionum, & Operariorum in eis laborantium.

63. Triennalia sint Officia Guardiani, Vicarii, Procuratoris, & Discretorum, aliorumque Officialium Terræ Sanctæ, sed a Conventu Sanctissimi Salvatoria discedere nullo modo valeat Guardianus, Vicarius, nec Procurator, nisi post adventum suorum respective Successorum. Excipitur tamen casus instantis Capituli Generalis celebrandi, ad quod cum accedere teneatur Guardianus, potest opportuno tempore, electo prius per Discretorii PP. idoneo Præsidente, discedere, Possit tamen Minister Generalis quemlibet eorum ad aliud trlennium confirmare, si per juratam totius Discretoril attestationem

tionem

tionem utilitati Custodiæ sic convenire sibi constiterit.

64. Nullus Religiosus cujuscumque fuerit Nationis, exceptis Missionariis, ultra triennium in Custodia Terræ Sanctæ manere valeat, sed elapso triennio, teneatur Guardianus omnes, & singulos ad proprias remittere Provincias, iique, receptis literis obedientialibus, teneantur sub pœna privationis perpetuæ vocis activæ, & passivæ statim sua executioni demandare, etiamsi ob aliquod motivum ultra decennium ibidem commorati fuissent.

65. Si aliquem Religiosum ultra triennium pro exercendo aliquo Officio retinere necessarium fuerit, hoc fiat de consensu Discretorii, & usque dum alius Religiosus, qui tale Officium exercere valeat, a Christianitate advenerit.

66. In Conventibus, vel Hospitiis, ubi non sunt Missiones, nullo modo collocentur de Familia Missionarii, nisi post expletum ipsis taxatum Missionum exercendarum tempus. Indulgetur tamen, ut eorum devotioni satisfacere, & cum debita facultate P. Guardiani possint Loca Sancta visitare.

67. Fratribus redeuntibus a Terra Sancta, post exhibitum ipsi triennio consueto servitium commendabile, P. Procurator ad trium Piastrarum sumptum Sanctuaria concedere teneatur; reddere libros, si quos secum iidem illuc comportaverant; & assignare ipsis unum illud (ni admodum consumptum fuerit) quo ad Terram Sanctam pervenerunt, indumentum.

CAPUT VI.

De pertinentibus ad Custodiam.

68. ESTO Conventus omnes, & omnia Custodiæ Hospitia omnibus cujuslibet Nationis Fratribus communia esse debeant, & in Superiorum electione, meritis eligendorum, & Conventuum, vel Hospitiorum necessitatibus unice attendi debeat; præcipitur tamen, quod Superiores Conventus S. Joannis in Montana, & Hospitiorum Ramæ, Joppen, Damasci, Nicosiæ, & Constantinopolis assumi debeant ex Hispanica Natione, quoties ex eadem idonei ad hæc Religiosi reperiantur; serveturque consueta alternativa pro Superioritatibus Bethleem, & Sanctissimi Sepulcri. Si vero idonei in Custodia non reperirentur Religiosi Hispani, possit tunc Discretorium prædictas Superioritates aliis idoneis Religiosis cujuslibet Nationis conferre.

69. In principalioribus Custodiæ Ecclesiis primus Sacrista debeat esse Sacerdos, qui alias exemptionem ab Officio Hebdomadarii, horis Matutinis, & Nocturnis interesse non teneatur, exceptis diebus, quibus occurrit Officium vel primæ, vel secundæ Classis. Ipsius vero munus erit vasa sacra tangere, supellectiles, & paramenta custodire, & disponere, ac Functionibus Sacris superpelliceo indutus assistere. Secundus vero Sacrista Laicus erit, cui incumbet cætera peragere laboriosa munera pro Ecclesiæ decentia, & munditia.

70. Ad vitandas controversias, & jurgia, quæ in functionibus tam Hebdomadæ Sanctæ, quam Novenæ Nativitatis Domini a Nationibus faciendis, & decantatione Evangeliorum in Paschate Resurrectionis oriri possent, Religiosi pro unoquoque Ministerio nominentur, ac deputentur ab antiquiori Discreto cujuslibet Nationis, videlicet Itali a P. Guardiano, Galli a P. Vicario, & Hispani a P. Procuratore, idemque servetur in festivitatibus Sancti Jacobi, & Sancti Ludovici ab Hispanis, & Gallis respective celebrandis.

71. In Conventibus, & Hospitiis Custodiæ, absente Superiore locali, præsidentiam habeat, & curam Conventus, vel Hospitii Sacerdos antiquior de familia inibi existens. Si vero solummodo Laici de familia reperirentur, & adesset Sacerdos etiam Hospes, ipsi Sacerdoti pertineat gubernium; sin minus, curam, & præsidentiam habeat antiquior Laicus.

72. Nullus audeat ædificia nova construere, aut antiqua resarcire, sine prævia Discretorii approbatione, quam Discretorium nullo modo dare possit, nisi præhabitis omnibus, & singulis facultatibus necessariis tam a Gubernatoribus, quam ab aliis Ministris, ad quos de jure, vel regionis consuetudine spectat.

73. In qualibet Sacristia serventur libri, in quibus omnia onera Missarum respective perpetuarum, & manualium adnotentur, cum individua expressione tum Benefactorum, pro quibus Missæ sunt celebrandæ, tum eleemosynæ cuique oneri correspondentis; & quilibet celebrans teneatur scribere propria manu, cujus intentioni celebravit; & quolibet mense teneatur Discretorium examinare, utrum exacte sit satisfactum omnibus Missarum oneribus tum perpetuis, tum manualibus, ad præscriptum Constitutionis Sa. Me. Innoc. XII. incip. *Nuper*. Discretorium autem singulo anno pariter teneatur Superiorem Generalem per juratam attestationem certiorem facere, quod dictis oneribus satisfactum fuerit ad tenorem Constitutionis prædictæ. Ad hæc injungitur, ut in qualibet Sacristia Tabella literis perspicuis, & intelligibilibus confecta exponatur, in qua onera omnia Missarum perpetua, vel ad tempus instituta distincte adnotentur, ut amplius in dicta Constitutione.

74. Si in aliqua Custodiæ Ecclesia reperiantur legata, pro quibus a Benefactoribus legatariis eleemosyna nullatenus tribuatur, distinctam de eis notitiam cum juramento a Discretorio subscriptam transmittat Pater Guardianus Ministro Generali, qui de remedio cogitabit.

CAPUT VII.

De Disciplina in Custodia observanda.

75. CONformiter ad Apostolicas, Ordinisque Constitutiones, omnes Religiosi in Sancta Custodia commorantes, cujusque status, conditionis, & Nationis existant, sive Superiores, sive Subditi, sive Officiales vitam communem tam in victu, quam in vestitu, & in Ecclesiasticis functionibus Chori, & Ecclesiæ, quam Communitatis in Refectorio omnino servare teneantur. Delinquentes vero, & in vanum admoniti, si Officiales fuerint, Officio priventur: Si simplices Subditi, statim ad Christianitatem dimittantur. Relinquitur tamen prudentiæ, & charitati P. Guardiani, Officiales aliquos, & alios discrete dispensare, quando ratione actualium occupationum id conveniens, vel necessarium judicaverit;

76. Nullus pariter sit exemptus a legendis in Refectorio die Sabbati Officiis Communitatis, nisi PP. Vicarius, Procurator, Chronologus, Curatus, Lectores Mysticæ, & Linguarum, Sacrista, & Medicus, propter continuas suorum Officiorum occupationes. Laici etiam omnes exercere debeant per hebdomadam Officia Accolitorum, associare Sacerdotes Missas quotidie in Sacello B. M. V. in Monte

Calvario, & in ejus Sepulcro in Valle Josaphat celebrantes, deferre alimenta Fratribus, qui de familia in Sanctissimo Sepulcro clausi morantur, eisque simila humilitatis Officia præstare. Ab his excipiuntur infirmorum Curator, Pharmacopola, Sacrista, Janitor, Sociique Procuratoris.

77. Ad eadem teneantur omnes, etiam eleemosynarum transvectores, eorumque Socii, cujuscumque extiterint Nationis, si ob aliquam rationabilem causam a Discretorio approbatam, ultra bimestre in Terræ Sanctæ Custodia moram trahant.

78. Teneantur omnes, & singuli Parochi cujuscumque Nationis librum tenere, in quo omnes adnotentur eleemosynæ, quas tam pro Concionibus, quam pro aliis laboribus spiritualibus accipient, easque pariter, quas pauperibus distribuent, deque his bis in anno Superiori Locali rationem reddant. Si vero de dictis expensis, & sic distributis pecuniis, aliquod notabile residuum foret, teneatur Superior Localis de eo certiorare Guardianum Hierosolymitanum, ad hoc ut dictas residuas eleemosynas in manus Sindici consignari, & cum aliis Terræ Sanctæ eleemosynis incorporari curet.

79. Processio quotidiana Sanctissimi Sepulcri imposterum fieri debeat solummodo a Cappella Sanctissimi Sacramenti ad Montem Calvarium, & a Monte Calvario ad Sanctissimum Sepulcrum; qualibet vero feria sexta per annum, & cunctis Quadragesimæ Sabbatis fiat universaliter ad omnes stationes. Similiter in Conventu Bethleemitico quotidiana Processio fiat solummodo ad tres principales stationes, videlicet, Ubi natus est Jesus, ubi reclinatus fuit in Præsepio, & ubi adoratus est a Magis. Processio autem generalis, & ad omnes ejusdem Sanctuarii Cappellas fiat tantum diebus festivis. Idem proportionaliter servetur in aliis Sanctuariis S. Joannis in Montana, & Nazareth. Completa tamen Processione, per spatium saltem mediæ horæ, Oratio mentalis habeatur, cui omnes cujuscumque gradus, & conditionis fuerint interesse teneantur.

80. Perpetuum servetur silentium in omnibus Refectoriis Conventuum Sanctissimi Salvatoris, Bethleem, Sanctissimi Sepulcri, & S. Joannis in Montana, & quamdiu Prandium, vel Cœna duraverit, nunquam intermittatur lectio; Et hoc sub pœna suspensionis ab Officio per duos menses incurrenda a Guardiano, vel alio Superiore, qui contrarium egerit, vel permiserit.

81. Instituatur a Discretorio Lector, qui ter in hebdomada in Refectorio Conventus Sanctissimi Salvatoris, prout in Christianitate practicatur, lectiones Theologiæ Moralis, Mysticæ, & explicationis nostræ Regulæ peragat, primam, videlicet, latino, posteriores vero Italico Sermone. Talis Lector a Discretorio institutus, litteras Patentes suæ institutionis a Patre Guardiano obtinebit, & ultra exemptionem ab exercendo officio Hebdomadarii, etiam ab interveniendo Matutino dispensabitur iis diebus, quibus lectiones habebit.

82. In Conventu Sanctissimi Salvatoris stricte observetur clausura, ut decet Religiosorum honestatem; quare prohibemus, ne Mulieres ingrediantur Infirmariam, vel transeant per Domicilium (vulgo dictum *taglia Panno*.) Proinde etiam inhibemus, ne deinceps Frater Infirmarius, seu Chirurgus possit mederi, vel scindere venas infirmis Mulieribus tam intra, quam extra Conventum, sine expressa Guardiani licentia.

83. Non permittatur in interiori nostrorum Conventuum Sanctissimi Salvatoris, Sanctissimi Sepulchri, Bethleem, & Nazareth ingredi aliquem Secularem intus secundam Portam, etiamsi Interpres, aut Familiaris Conventus existat, prout neque Mulieres, nec Pueros, nisi ad audiendas Missas recto tramite foras regressuros. Peregrini vero, & Interpretes Linguæ Arabicæ, & Turcicæ introire poterunt tempore, & loco designatis, & non alias.

84. Prohibetur omnibus Religiosis, quicumque illi sint, sub pœna excommunicationis Majoris ipso facto incurrenda, necnon privationis Vocis activæ, & passivæ, ne nullo pacto, nec scilicet vendendo, nec permutando, nec quovis alio genere negociationis agendo, distrahere audeant vel per se, vel per alios Coronas, Rosarios, vel alias id genus devotiones Hierusalem.

85. Spolia defunctorum consistentia in Rosariis, Crucibus, aliisque hujusmodi devotionibus, & omnia quæcumque alia, uti extracta fuerunt ex peculio Procurationis, ita non nisi eidem restituantur.

CAPUT VIII.

De euntibus ad Terram Sanctam, & redeuntibus Fratribus.

86. Nullus Generali, vel Commissario inferios in utraque Familia, quavis causa, etiam peregrinationis, Fratres Hierosolymam mittere possit sub pœna privationis Vocis activæ, & passivæ.

87. Superiores autem Generales nullo modo mittant, nisi eos, quos per juratam Provincialium, & Diffinitorum attestationem noverint esse specialis probitatis, & irreprehensibilis vitæ, se solo devotionis motivo ductos ad inserviendum Sanctissimis Locis, ut Christi bonus odor esse possint in omni loco, & in omni gente, etiam prava, & perversa Natione.

88. Ut autem omnes Provinciæ, sive Observantium, sive Reformatorum, aut Recollectorum, vel Discalceatorum facilius participes fiant cœlestium benedictionum, quibus præmiantur Terræ Sanctæ inservientes, decernitur, non esse mittendos ex unaquaque Provincia plures duobus. Quod ut facilius observari possit, injungitur, ut singuli Ministri Provinciales tam Observantium, quam Reformatorum, Recollectorum, & Discalceatorum prædictorum, Superioribus Generalibus attestationem juratam, & subscriptam a Diffinitoribus singulo quoque triennio transmittant, in qua præsentent Fratres, sive Sacerdotes, sive Laicos suarum respective Provinciarum, quos magis pios, & devotos, in fide constantes, & morum gravitate probatos, & maxime ad inserviendum Sanctis Locis idoneos, & ad eundem paratos noverint.

89. Litteræ Patentes indeterminatæ, seu in albo, ut vulgo dicitur, pro Religiosis ad Terram Sanctam mittendis omnino prohibentur.

90. Quæcumque Patentes Litteræ a Superioribus Generalibus expeditæ pro mittendo aliquo Religioso ad Terram Sanctam, antequam executioni demandentur, recognosci debeant a Patre Provinciali cum Diffinitoribus, quatenus ii apud ipsum inveniantur, & insuper a Guardiano, & Discretis Conventus, in quo moram fecerit ille, cui concessæ sunt, & tam Provincialis, quam Diffinitores, Guardianus, & Discreti prædicti a tergo dictarum Patentium attestationem cum juramento facere debent, quod Religiosus, qui mittitur, moribus, & qualitatibus iis præditus sit, ut ad bene inserviendum Sanctis Locis capax, & idoneus reputetur. Idem servari decernitur etiam pro iis, qui eleemosynarum Conductores,

res, seu Transvectores appellantur, & de anno in annum a Commissariis transmittuntur Hierosolymam. Commissarii autem Terræ Sanctæ in Portibus Christianitatis existentes nullum talibus requisitis, & attestationibus non munitum iter ad Terram Sanctam sumere patientur, neque Viaticum ad hoc subministrabunt, sub pœna privationis officii.

91. Nulli Religiosi ad Terram Sanctam ituri, etiam ii, qui a Commissariis respectivis pro eleemosynis illuc transferendis cum facultatibus Superiorum Generalium deputati sunt, iter sumere valeant, nisi prius per Patrem Commissarium Terræ Sanctæ, una cum Guardiano, & Discretis Conventus visitentur ea omnia, quæ ad Terram Sanctam deferre debent, & attestatio a prædictis PP. Commissario, Guardiano, & Discretis subscripta, & Religiosis ituris consignanda, conficiatur, in qua ea omnia, quæ dicti Religiosi transferunt, adamussim adnotentur, cum expressione numeri Capsarum, rerumque in eisdem contentarum, & aliorum omnium, quæ transferunt; quam attestationem Superioribus, vel Commissariis Portuum tum Christianitatis, tum Orientalium, ad quos appulerint, exhibere teneantur. Præcipitur autem Commissariis, & Guardianis prædictis, sub pœna privationis suorum Officiorum, ne quidquam, quod negotiationem sapiat, vel mercaturam, sed ea tantum, quæ usui, & necessitati Fratrum convenientia extiterint, transferri permittant.

92. Quod sancitum est pro ituris Fratribus, idem decernitur pro a Terra Sancta redeuntibus; præcipiturque tum Patri Guardiano, tum PP. Discretis, sub pœna privationis suorum Officiorum, ut cuncta examinent, quæ a Terra Sancta transferuntur, & inventarium fidele ab unoquoque eorum subscriptum, & Fratri redeunti consignandum conficiant, in quo omnia ad Christianitatem transferenda adamussim adnotentur, ut supra de euntibus cautum est.

93. Si quis Religiosus proprii status immemor inventus fuerit mercationi, vel sæcularibus incumbere negotiis, teneatur Pater Guardianus non solum ipsum ad Provinciam statim remittere, sed ulterius Superiori Generali denunciare, ut in Provincia juxta delicti gravitatem puniatur.

94. Nullus Religiosus è Custodia discedens, etiamsi Missionarius fuerit, Vasa, aut Paramenta Sacra, vel Ecclesiastica, Supellectiles, aut Calices, Planetas &c. secum deferre valeat; Nec Procurator talia ulli concedere queat, quamvis alicujus Navis Officio Cappellani esset functurus.

95. Omnes Fratres a Terra Sancta redeuntes statim se in partibus Christianorum Portuum appulerint, adeant PP. Commissarios, sive illorum Vices gerentes, aut, ipsis absentibus, Patrem Guardianum viciniosis Conventus, illumque precentur, ut in calce suarum Patentium subscribat diem sui adventus, & recessus ab illo Conventu, ut innotescat, cum ad propriam pervenerint Provinciam (ad quam recto tramite reverti debent) an vagati sint; quo casu possint puniri; ipsisque sub pœna Apostasiæ nullo modo liceat sine speciali Superioris Generalis licentia Romam venire.

96. Decernitur, quod neque Pater Guardianus, neque Vicarius, neque Procurator Terræ Sanctæ, expleto proprio respective Officio, ulla prærogativa eisdem ob ipsum debita frui valeant, nisi prius per attestationem a Discretorio cum juramento subscriptam Superiori Generali constiterit, ipsos laudabiliter proprium exercuisse Officium, & exacte, quantum ex ipsis fuit, præsentia observasse, & observari curasse decreta, quæ de trimestri, in trimestre in plena Communitate omnium Conventuum, & Hospitiorum Custodiæ legi debebunt, ne ignorari possint.

97. Confirmantur insuper omnia, & singula statuta pro bono regimine Custodiæ Terræ Sanctæ alias edita, laudabilesque ejusdem Custodiæ consuetudines in his, quæ præsentibus Decretis, Statutis, & Constitutionibus non adversantur, contrariis cassatis, abrogatis, & annullatis.

Ipse vero Raphael Minister Generalis præinserta Statuta, quæ prius a dilectis itidem filiis Discretorio ejusdem Ordinis approbata fuerunt, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsius Raphaelis Ministri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinserta Capitula, seu Decreta, quæ dilectus filius noster Vincentius S. R. E. Presbiter Cardinalis Petra nuncupatus, ac dilectus etiam filius Magister Nicolaus Lercari Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum Præfectus, & Secretarius viderunt, & mature perpenderunt, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Decernentes easdem præsentes litteras, ac præinserta Statuta, seu Decreta semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vij. Januarii MDCCXLVI. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

D. Cardinalis Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

Moderatio, & confirmatio præcedentis Constitutionis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Raphael a Lugagnano Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod ipse, provocato ad hanc Almam Urbem nostram dilecto etiam Filio Jacobo a Luca, Fratre expresse professo dicti Ordinis, Guardiano Conventus Hierusalem, & Custodiæ Terræ Sanctæ jam Visitatore ab hac Sancta Sede deputato, de Decretis, & Statutis pro bono regimine memoratæ Terræ Sanctæ conditis, & a Nobis per quasdam nostras in simili forma Brevis die 7. Januarii proxime elapsi approbatis, & confirmatis cum eodem Jacobo communicare non prætermisit, dictus vero Jacobus omnia in eis contenta pro bono dictæ Terræ gubernio partim necessaria, partimque utilia agnovit, exceptis tamen duobus ex dictis Statutis sub numeris 69. & 79. contentis, in quibus aliquid de novo præcipitur spectans ad deputationem Sacristarum, & ad quotidianas Processiones in Custodiæ hujusmodi Monasteriis fieri solitas, quod utrumque ex duobus dictis Statutis, ut dictus Jacobus asserit, non solum inutile eidem Custodiæ, sed etiam præjudiciale foret, ac propterea ipse Raphael Minister Generalis supradicta duo Statuta, ac illa dissidiis ansam præbeant, per Nos de medio auferri plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Raphaelem Ministrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, memorata duo Statuta sub numeris 69. & 79. expressa, ac omnia, & singula in eis contenta, firmis tamen omnibus aliis remanentibus, ut præfertur, per Nos confirmata, auctoritate Apostolica tenore præsentium annullamus, cassamus, & irritamus, ac annullata, cassata, & irrita, ac nullius roboris, & momenti esse, & fore decernimus, & declaramus. Decernentes præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ in præfatis Nostris litteris voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 7. Februarii MDCCXLVI. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

D. Cardinalis Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

QUemquam vero hactenus recensitæ sanctiones viderentur constitutæ dumtaxat pro recto Locorum Terræ Sanctæ regimine, quia tamen in illis occurrebant nonnulla in omnibus etiam Ordinis Provinciis servanda, ideo Reverendissimus P. Minister Generalis opportunum esse censuit ea omnia Universo Ordini per suas encyclicas Literas significare, quæ sunt sequentes.

FR. RAPHAEL DE LUGAGNANO &c.

Universis in Christo Jesu dilectissimis ejusdem Ordinis Fratribus, tam Superioribus, quam Subditis Cismontanæ, ac Ultramontanæ Familiæ salutem, pacem, & in Domino sempiternam benedictionem.

NEminem vestrum ignorare arbitramur quæ paucia ab hinc annis in nostræ Terræ Sanctæ Custodia irrepserunt incommoda, eo magis deploranda, quod non a Turcarum sævitia, vel Schismaticorum invidia proficiscantur, sed a plurium ibi degentium Religiosorum malitia, qui in varia partium studia hinc inde distracti, Sanctissima illa loca, quæ olim virtutum omnium Emporia erant, in dissidiorum, ac litium Seminaria converterunt. Horum fama per Christianum Orbem percrebescente, Catholici Principes, tum erga præfata Sanctissima Loca devotione commoti, a Sancta Sede, ut opportunum præberet remedium, efflagitarunt; utque piis illorum votis Summus Pontifex (quem Deus diu incolumen servet) BENEDICTUS XIV. indulgeret, Apostolicum Visitatorem eo misit, qui statim atque pervenit, omnem posuit operam in discordiarum seminibus extirpandis, fratrumque cordibus in vinculo pacis uniendis. Cum autem peracta visitatione, originalia ad Summum Pontificem acta transmisisset, eadem Sanctitas Sua, eximia illa, qua pollet, benignitate, & clementia, talia Acta Nobis tradidit, vivæ vocis oraculo jubens, ut iis attente perpensis, ac mature discussis, decreta, ac leges conderemus, quorum observantia in pristinum pietatis, religionis, ac pacis statum Terræ Sanctæ Custodia redigeretur, ac absurdis, quæ imposterum suboriri possent, aditus omnis occluderetur.

Nos igitur omnibus ad munus hoc opportunis facultatibus instructi, ea, qua par erat, sedulitate, ac solertia arduam hanc æque, ac necessariam providentiam aggressi sumus: proindeque brevi statutorum compilatione confecta, nonnulla ex veteribus vel confirmando, vel explicando, vel mutando, necnon alia, prout satius esse duximus, iterum edendo, utriusque Familiæ Discretos Romæ degentes convocavimus, qui, omnibus iis attente discussis, in voto fuerunt, omnia esse publico, & privato præfatæ Custodiæ bono, ac regimini accommodatissima. Novam hanc statutorum compilationem Summi Pontificis judicio subjecimus, qui nedum eam nonnullorum examini commisit, verum &, licet aliis, iisque gravissimis distractus curis, ipsemet perpendere voluit, ac demum in forma specifica approbavit, edito Brevi septimo idus Januarias currentis anni 1746. cujus initium est: *In Supremo*.

Licet autem Compilatio hæc ad rectum Terræ Sanctæ regimen præcipue referatur, cum tamen nonnulla in qualibet Ordinis nostri Provincia observanda, & omnibus, ac singulis Fratribus scitu necessaria contineat, muneris nostri ratio exposcit, ut per encyclicas hasce literas, pro integra eorum observantia, pateant: spondentes interea cuilibet Provinciæ, cum op-

opportuna sese præbuerit occasio, Compilationis hujus exemplar jam typis datum fore missuros.

Ac primo quidem cap. 5. num. 64. & 65. ita habet: Nullus Religiosus cujuscumque fuerit Nationis, exceptis Missionariis, ultra triennium in Custodia Terræ Sanctæ manara valeat, sed elapso triennio teneatur Guardianus omnea, & singulos ad propriaa remittera Provincias.... Si aliquem Religiosum ultra triennium pro exercando aliquo officio retinare necessarium fuerit, hoc fiat de consensu Discretorii, & usquedum alius Religiosus, qui tale officium exercera valeat, a Christianitate advenerit.

Cap. 8. num. 87. hæc leguntur: Superiorea autem Generales nullo modo mittant, nisi eos, quos per juratam Provincialium, & Definitorum attastationem, noverint asse specialis probitatis, & irreprehensibilis vitæ.

Eodem cap. num. 88. additur: Ut autem omnea Provinciæ participea fiant cœlestium benedictionum, quibus præmiantue Terræ Sanctæ inservientes, decernitue non asse mittendos ex unaquaqua Provincia plurea duobus. Quod ut facilius observari possit, injungitur, ut singuli Ministri Provinciales, tam Observantium, quam Reformatotum, Recollectorum, & Discalceatorum Superioribus Generalibus attestationem juratam, & subscriptam a Definitoribus, singulo quoqua triennio transmittant, in qua præsentent Fratres, sive Sacerdotes, sive Laicos suarum respective Provinciarum, quos magis pios, & devotos, in fide constantes, & morum gravitate probatoa, & maxima ad inserviendum Sanctis Locis idoneos, & ad eundum paratos, noverint.

Num. 90. hæc præcipiuntur: Quæcumqua Patentes Litteræ a Superioribus Generalibus expeditæ pro mittendo aliquo Religioso ad Terram Sanctam, antequam executioni demandentur, recognosci debeant a Patre Provinciali cum Definitoribus, quatenus ii apud ipsum inveniantur, & insuper a Guardiano, & Discretis Conventus, in quo moram fecerit ille, cui concessæ sunt; & tam Provincialis, quam Definitores, Guardianus, & Discreti prædicti, a tergo dictarum Patantium, attestationam cum juramento facere debent, quo Religiosus, qui mittitur, moribus, & qualitatibus iis præditus sit, ut ad bene inserviendum Sanctis Locis capax, & idoneus reputetur. Idem servari decernitur etiam pro iis, qui eleemosynarum conductores, seu transvectores appellantur, & de anno in annum a Commissariis transmittuntur Hierosolymam.

Commissarii autem Terræ Sanctæ in Portibus Christianitatis axistantes, nullum talibus requisitis, & attestationibus non munitum iter ad Tarram Sanctam sumera patiantur, neque viaticum ad hoc subministrabunt, sub pœna privationis officii.

Demum num. 91. sic decernitur: Nulli Religiosi ad Terram Sanctam ituri, etiam ii, qui a Commissariis respectivis pro eleemosynis illuc transferendis cum facultatibus Superiorum Generalium deputati sunt, sumere valeant, nisi prius per Patrem Commissarium Terræ Sanctæ, una cum Guardiano, & Discretis Conventus, visitentur ea omnia, quæ ad Tarram Sanctam defarra debent; & attestatio a prædictis Patribus Commissario, Guardiano, & Discretis subscripta, & Religiosis ituris consignanda, conficiatur, in qua ea omnia, quæ dicti Religiosi transferunt, adamussim adnotentur, cum expressione numeri capsarum, rerumque in eisdem contentarum, & aliorum omnium, quæ transferunt; quam attestationem Superioribus, vel Commissariis Portuum, tum Christianitatis, tum Orientalium, ad quos appulerint, exhibera teneantur. Præcipitur autem Commissariis, & Guardianis prædictis sub pœna privationis suorum Officiorum, ne quidquam, quod negotiationem sapiat, vel mercaturam, sed ea tantum, quæ usui, & necessitati Fratrum convenientia extiterint, transferri permittant.

Hæc ea sunt, quorum omnea, & singulos Fratres certiores facere opus esse existimavimus, ut ultro, citroqua executioni mandentur; omnea in Domino prætersa hortantes, ut si qui, Divino aspiranta Numine, Deo iis in regionibus inservire, ac fidem Catholicam provehere desiderent, ad suos respectiva Provinciales Ministros recurrant, ut in Catalogum, quem, ut supra diximus, Religiosos omnes morum probitate, fideique Zelo conspicuos exhibentem; quam primum ad Nos, vel ad Reverendissimum respective Commissarium Generalem Familiæ transmittera debeant, recenseantur. Patribus Provincialibus insuper præcipientes, ut Catalogo huic, quo melius æque, ac citius Sanctæ illius Custodiæ felici regimini idoneorum Religiosorum missione consulere valeamus, alium addant Catalogum, qui Fratres cujuslibet Provinciæ ibi degentes, quove tempore illuc perrexerint, designet. Et ut quilibet tam pii voti compos fieri possit, nec spirituale hoc desiderium humanæ politicæ artes, ac fraudes frustrentur, in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, Nobis autem reservata, omnibus, & singulis præcipimus, ac mandamus, ne quis Superiorum, vel Subditorum, directe, vel indirecte, verbis, aut factis dissuadere, dimovere, ac distrahere a tam Sancto proposito Cœnobiis illis inserviendi Religiosum quemquam audeat, præsertim vero, si ad Sacras obeundas Missiones, quod præcipuum est, a Deo vocentur; sub iisdemque pœnis Provincialibus, Definitoribus, Guardianis, & Discretis jubemus, ne attestationes pro tali suscipiendo munera requisitas denegare, vel impedire præsumant.

Nostras hasce litteras in omnibus, & singulis Conventibus Fratribus, prout de more, congregatis, legi mandamus, earumdem exemplari Archivo cujuslibet Conventus servando transcripto. Enixas interim ad Deum preces effundite pro summi Pontificis felicitate, Eminentissimi Ordinis Nostri Protectoris incolumitate, Christianorum Principum concordia, ac demum pro Nobis, qui Seraphicam omnibus benedictionem impertimur.

Datum Romæ ex nostro Aracœlitano Conventu die 20. Aprilis 1746.

Addictissimus in Domino Servus
F. Raphael a Lugagnano
Minister Generalis.

De mandato Revmi in Christo Patris
F. Joannes Carbonell
Secretarius Generalis Ordinis.

CUM plura sint apud Nationem Germano-Belgicam publica Oratoria, seu parvæ Ecclesiæ, una cum Fratrum Cœnobiolis, quæ *Residentiæ* vocant, quæque propterea Ordinariorum jurisdictioni subduntur; dubitatum fuit, num Fideles in illis possent omnes lucrari Indulgentias, quæ Ordini nostro a Summis Pontificibus conceduntur: & proposito Dubio Sac. Congregat. Indulgentiarum, hæc respondit *negative* sub die 20. Septembris 1745. Iterum autem eidem Sacr. Congr. humilibus exhibitis precibus, unaque similibus casibus in exemplum adductis, emanavit sequens

DE-

DECRETUM.

„ SAcra Congregatio Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præposita, ad dubium super præfatis precibus formatum, nempe: An, & quomodo annuendum sit precibus in casu? prævio recessu a decisis sub die 20. Septembris 1745. omnes, & singulas Cappellas publicas præfatorum Fratrum Recollectorum in Regione Germano-Belgica existentes gaudere, donec residentiam inibi Fratres duxerint, omnibus, & singulis Indulgentiis, & privilegiis, cæteris Ecclesiis ejusdem Ordinis generaliter concessis, dummodo ad illas Christifideles ad Sacrum audiendum, & ad percipienda Ecclesiæ Sacramenta confluant, die 31. Januarii 1746. declarandum esse respondit.

„ De quibus factis per me infrascriptum ejusdem Sacræ Congregationis Secretarium die 4. Febr. ipsius anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sacræ Congregationis benigne approbavit.

F. S. Cardinalis Portocarrero.

Loco ✠ Sigilli.

A. M. Erba Prothonot. Apostolicus Secr.

Declaratur Episcoporum Jurisdictio in Ecclesias Parochiales Regularium, in Indiis existentes.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

„ QUamvis ad confirmandum Ecclesiastici regiminis Ordinem, Superiori Pontificatus Nostri anno, videlicet octavo idus Novembris 1744. Apostolicas literas ediderimus, quarum initium est: *Firmandis, atque asserendis*, in quibus non modo Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi Decreta, ac Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Constitutionibus inhærentes, jurisdictionem Episcoporum in omnes, & quoscumque Regulares Animarum curam personarum Secularium exercentes constabilivimus; verum etiam judicia sequentes in peculiaribus controversiis prolata a Congregationibus Generalibus Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Ecclesiasticis discutiendis negociis auctoritate Apostolica præpositorum, certos, & congruos limites constituimus, quibus auctoritas in prædictorum Regularium Ecclesias, atque personas, tum exemptiones in hujusmodi rerum genere ab ipsis Regularibus prætensæ, & pluribus in casibus eisdem debitæ continerentur: Has tamen alteras paci auctoritate literas adjicere compellimur, ut hac ipsa in re Parochialium etiam Ecclesiarum, quæ in Indiarum Regionibus sunt, optimo regimini, atque utiliori administrationi, quantum cum Domino possumus, similiter consulamus.

„ Sane ubicumque animarum cura personarum secularium adnexa sit Monasteriis, seu Domibus Regularium Virorum, sive Mulierum, quicumque hujusmodi curam exerceat, sive is Regularis, sive Secularis Sacerdos existat, in his, quæ pertinent ad ipsam curam, & ad Sacramentorum administrationem, Episcopi Diœcesani jurisdictioni, visitationi, & correctioni subesse debet, ipso jubente Sacro Tridentino Concilio *sess.* 25. *cap.* 11. *de Regularibus*, per hæc verba: *In Monasteriis, seu Domibus Virorum, seu Mulierum, quibus imminet Animarum cura personarum Secularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia, personæ tam Regulares, quam Seculares hujusmodi curam exercentes, subsint immediate in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Diœcesi sunt sita.*

„ Cujus etiam Concilii providentia ulterius statutum est, ut nemo ad animarum curam in prædictis Ecclesiis, etiam ad tempus, sive amovibiliter ad nutum, exercendam, admittatur, vel deputetur, absque consensu Episcopi, & sine examine coram ipso, vel coram ipsius Vicario antea faciendo; sic enim decrevit: *Nec ibi aliqui etiam ad nutum amovibiles deputentur, nisi de ejusdem consensu, ac prævio examine per eum, aut ejus Vicarium faciendo.*

„ Equidem alias beatæ memoriæ Prædecessori Nostro Pio Papæ V. ex parte claræ memoriæ Philippi II. Hispaniarum Regis Catholici exposito, quod in partibus Indiarum Maris Oceani, propter deficientiam Presbyterorum, officia, & munia Parochialia a Religiosis Viris exercebantur, qui, magno animarum fructu, Indorum conversiones promovebant, & Ecclesiæ Sacramenta eisdem administrando, ac verbum Dei prædicando, & explicando, religioni, ac pietati utilem navabant operam; idem Pius Prædecessor supplicationibus super hoc ex parte dicti Philippi Regis humiliter sibi porrectis inclinatus, per suas literas incipien. *Exponi Nobis*, datas apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxiv. Martii anno MDLXVII. omnibus, & singulis Religiosis, quorumcumque, etiam Mendicantium Ordinum, in dictis Indiarum partibus, in eorumdem Ordinum Monasteriis, vel de suorum Superiorum licentia extra illa commorantibus, ut in locis ipsorum partium eis de simili licentia assignatis, vel assignandis, officium Parochi, Matrimonia celebrando, & Ecclesiastica Sacramenta ministrando, prout antea consueverunt, (dummodo ipsi in reliquis ejusdem Concilii Tridentini formam observarent) exercere, & verbum Dei, quatenus Indorum illarum partium Idioma intelligerent, de suorum Superiorum licentia in eorum Capitulis Provincialibus obtenta, prædicare, ac confessiones audire, libere, & licite valerent, exclusa etiam Ordinariorum Locorum licentia, per hæc expressa verba: *Ordinariorum Locorum, & aliorum quorumcumque licentia minime requisita*, facultatem auctoritate Apostolica concessit, & indulsit: Volens insuper, & eadem auctoritate statuens: *ne in locis dictarum partium, in quibus essent Monasteria Religiosorum, qui Animarum curam exercerent, aliquid per Episcopos innovaretur.*

„ Verum hujusmodi Privilegium, sive indultum a Sancto Pio Prædecessore, ut præfertur, concessum, immutatis forsan rerum circumstantiis, executione, & effectu caruisse oportet. Siquidem

„ aper-

,, aperte conspicimus Episcopos prædictarum Regio-
,, num, non multos post annos, suam in præmissis
,, auctoritatem, & jurisdictionem resumpsisse. Ete-
,, nim in prima Synodo Limana Provinciali anno
,, Domini 1582. celebrata, præsidente in ea Sancto
,, Turribio, tunc, dum in humanis agebat, Eccle-
,, siæ Limanæ Archiepiscopo, ipsius Synodi *cap.* 16.
,, ita expresse cautum reperimus: *Nullus post hac*
,, *Clericus Parochiam Indorum absque Episcopi colla-*
,, *tione suscipiat, vel administret: qui alias suscepe-*
,, *rit, etiamsi propria Rectore Parochia destituta sit,*
,, anathemate *feriatur. Idem a Regularibus observe-*
,, *tur*. Eidemque Limanæ Synodo consonat Provin-
,, cialis itidem Synodus Mexicana anno Domini
,, MDLXXXV. sub bonæ memoriæ Petro Moja de
,, Contreras Archiepiscopo congregata, & successive,
,, nempe anno MDLXXXIX. ab Apostolica Sede
,, examinata, & approbata, quæ sub titulo: *De Vi-*
,, *sitatione propriæ Provinciæ* §. III. statuit, ut in-
,, fra, videlicet: *Visitent Episcopi Ecclesias*, & quas
,, doctrinas *vocant, seu conditiones, ubi Religiosi com-*
,, *morantur &c. Visitent etiam Religiosos in prædi-*
,, *ctis doctrinis, seu conditionibus degentes, quoad Ani-*
,, *marum curam, quam exercent, eosque paterne ucia*
,, *corrigant eorum honori, & bonæ famæ prospiciant,*
,, *atque id omne præstent, quod ad effectum* ejusmodi
,, necessarium *sit, juxta Decretum Sacri Concilii Tri-*
,, *dentini*. Collimantibus in eumdem scopum his,
,, quæ præscribuntur inferius *Tit. de Regularibus,*
,, *& Monialibus* §. xix. ibi; *Juxta id, quod a Con-*
,, *cilio Tridentino Decretum est, & per Schedam Re-*
,, *giæ Majestatis dispositum, Regulares, qui Indorum*
,, *curam gerunt, ab Ordinariis visitari, eisdemque*
,, *Subditi esse debeat, tam quoad Doctrinam educen-*
,, *dam, quam quoad Sacramenta admi nistranda.*

,, Quamvis vero subinde a piæ memoriæ Grego-
,, rio Papa XIV. Prædecessore quoque Nostro aliæ
,, Apostolicæ literæ, quarum initium est: *Quantam*
,, *Animarum*, aliæque incipientes: *Exponi Nobis*,
,, anno MDXCI. emanaverint, per quas superius re-
,, latæ Sancti Pii Prædecessoris Literæ confirmatæ
,, fuerint, & innovatæ, quum tamen felicis recor-
,, dationis Prædecessor pariter Noster Clemens Papa
,, VIII. per suas literas in simili forma Brevis sub
,, die viij. Novembris anni MDCI. expeditas, quæ
,, incipiunt: *Religiosorum quorumcumque*, in forma
,, specifica confirmaverit, & approbaverit resolutio-
,, nem Congregationis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car-
,, dinalium negotiis, & consultationibus Episcopo-
,, rum, & Regularium præpositæ, per quam firma-
,, tum extiterat, *Regulares, qui ab eorum Superioribus*
,, *nominati, & a Locorum Ordinariis, seu eorum*
,, *Officialibus approbati*, ad Animarum curam in
,, Indiarum partibus exercendam, *ob penuriam Sa-*
,, *cerdotum Sæcularium*, mitterentur, non quidem
,, habendos, & reputandos esse, tamquam Regula-
,, res extra Claustra vitam degentes; siquidem ali-
,, quot per singulas hebdomadas dirbus ab Ecclesiis
,, sibi commissis discedentes, in propriis Religiosis
,, Domibus versabantur, sed in *concernentibus curam*
,, *Animarum, Ordinario Loci subesse; in reliquis ve-*
,, *ro non Ordinario Loci, sed suis Superioribus subje-*
,, *ctos remanere, de quorum licentia extra Claustra*
,, *degant*. Quum deinde similis recordationis Gre-
,, gorius Papa XV. etiam Noster Prædecessor in sua
,, generali, & perpetuo valitura Constitutione, quæ
,, incipit: *Inscrutabili*, per quam omnes indistincte
,, Regulares Animarum curam Sæcularium persona-
,, rum exercentes, aut quoquo modo Sacramenta
,, administrantes, Episcoporum Visitationi, & cor-
,, rectioni subjecit, quibuscumque contrariis Consti-
,, tutionibus, & ordinationibus Apostolicis in favo-
,, rem quarumcumque personarum, atque Ordinum
,, tam Mendicantium, quam non Mendicantium,
,, Militarium, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani,
,, Congregationum, Societatum, & cujusvis alterius
,, Instituti, etiam necessario, & in individuo expri-
,, mendi, nec non statutis, consuetudinibus, etiam
,, immemorabilibus, exemptionibus, indultis, etiam
,, in corpore juris clausis, aut ex causa, & titulo
,, oneroso concessis, etiam mari magno, seu Bulla
,, Aurea, aut aliter nuncupatis, specialiter, & ex-
,, presse de Apostolicæ potestatis plenitudine plenis-
,, sime derogaverit. Quum insuper Noster quoque
,, Prædecessor Innocentius Papa X. in suis pariter
,, literis Apostolicis anno MDCXLVII. datis, quæ
,, incipiunt: *Cum sicut accepimus*, confirmans præfa-
,, tæ Congregationis resolutionem editam in Causa
,, *Angelopolitana* Indiarum Occidentalium novæ His-
,, paniæ, approbaverit ipsius Congregationis senten-
,, tiam, quæ ad propositum Dubium: *An Bulla*
,, *Pii V.* §. 34. *in ordine* (ea nimirum, cujus Nos
,, superius meminimus) *concessa instante, & supplican-*
,, *te Serenissimo Rege Catholico, aut ad petitionem*
,, *Regularium, sit revocata in Bullis Summorum Pon-*
,, *tificum in quibus exemptiones Regularium mitigan-*
,, *tur*. Respondit: *Agendum cum Sanctissimo, an ve-*
,, *lit declarare Bullam non esse revocatam; illam ta-*
,, *men non suffragari, nisi in locis, ubi est defectus*
,, *Parochorum*.

,, Quum denique ipsi Catholici Hispaniarum Reges,
,, de Sacrorum Canonum observantia optime meriti,
,, & de Tridentini Concilii executione solliciti, Epi-
,, scopis per Indias sibi subjectas constitutis opem,
,, auctoritatemque præstiterint, ut legitima jurisdi-
,, ctione in Regulares Animarum curam exercentes
,, in suis respective Diœcesibus pacifice fruerentur:
,, jam constat, ipsis fatentibus Hispanæ Nationis Scri-
,, ptoribus, neminem ex Regularibus nunc in iis
,, Regionibus ad obeunda Parochialia munia in Per-
,, sonas Sæculares admitti, nisi prævio examine, &
,, approbatione Episcoporum Localium, sive ipso-
,, rum respective Officialium; & tam Concilii Tri-
,, dentini Decreta, quam Romanorum Pontificum
,, Constitutiones hujusmodi Decretis consentaneas,
,, in prædictis Regionibus suum robur, & obser-
,, vantiam obtinere.

,, Neque porro in Indiis Orientalibus ignota sunt
,, eorumdem Apostolicorum, & Conciliarium Decre-
,, torum statuta: Siquidem ex Civitate Goana, ce-
,, leberrimo in Indiis Orientalibus Lusitaniæ Regno
,, subjectis emporio, nuperrime accepimus, Venera-
,, bilem Fratrem modernum ipsius Civitatis Archie-
,, piscopum, ipso præsertim favente Charissimo in
,, Christo Filio nostro Joanne Illustri Portugalliæ,
,, & Algarbiorum Rege, cujus perspecta pietas, & Ec-
,, clesiasticæ disciplinæ Zelus hac etiam in re clarissi-
,, me emicuerunt, atque adjuvante dilecto filio No-
,, bili Viro Marchione Castri novi in prædictis Re-
,, gionibus Pro-Rege, ac strenuo Regiæ volunta-
,, tis Administro, concessam sibi a Tridentina Sy-
,, nodo jurisdictionem, & facultatem, quoad exa-
,, men, & approbationem Regularium ad Anima-
,, rum curam personarum Sæcularium deputatorum,
,, intra Diœcesis suæ fines, plenissime, ut par erat,
,, exercuisse.

,, Sed quoniam eorum, quæ bene Statuta sunt,
,, quæque ad optimum Ecclesiarum statum maxime
,, pertinent, perpetua, & generalis executio, atque
,, inconcussa observantia, magnopere Nobis cordi es-
,, se de-

,, sa debet; neque committeadum, ut ullus imposterum dubiis, & controversiis aditus pateat in hujusmodi rerum genere, in quo maximum Ecclesiasticæ disciplinæ momentum vertitur; idcirco motu proprio, & certa scientia, ac matura deliberationa Nostria, deque Apostolicæ potrstatis plenitudine, volumus, statuimus, & ordinamus, prædicta Tridentinæ Synodi Decreta, singulasque Apostolicas Constitutionea, tam a Prædecessoribus Nostria, quam a Nobis, in eorumdem Decretorum confirmationem, ampliationem, & extensionem editas, quoad Episcoporum jura, ac debitam ipsis subjrctionem a Regularibus Animarum curam personarum Secularium exercentibus; ut nempe Regulares ipsi, etiam quantumvis exrmpti, ad hujusmodi curam obeundam sine prævio Ordinariorum Locorum examine, & approbatione, accedere, aut in ea se ingerere nequeant, & in iis omnibus, quæ ad prædictam curam quoquomodo pertinere dignoscuntur, eorumdrm Orнariorum jurisdictioni, visitationi, & correctioni subjaceant deinceps, tam in prædicta Goana, quam in reliquis Indiarum Orientalium Civitatibus, Diœcesibus, atque Provinciis locum omnino habere, ac perpetuo, & incommutabilitrr observari debere.

,, Decernentea, & declarantes, præsentes nostras literas, omues & singulos Rrgulares quorumcumque tam Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinum, Militarium, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, etiam Jesu, & cujusvis alterius Instituti etiam speciali mentiona digni, ac necessario, & in individuo exprimendi, ac quibusvis privilegiis, & exemptionibus suffulti, omnino arctare, & afficere, eosque ad plenam, & integram præmissorum observantiam fore efficaciter obligatos.

,, Insuper easdem præsentes, etiam ex en, quod Superiores Rrgulares, & cœteri quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentrs, illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi fuerint, nullo nuquam trmpore de subreptionis, & obreptionis, nullitatia, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, ac substantiali, aut ex quocumqua alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, aut quocumque alio colore, vel causa quantumvis privilegiata, etiam in corpore juris clausa, ac tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, in jus, vel ad controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus eas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, sive aliud quodcumque facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari posse; sed ipsas semper, perpetuoque validas, firmas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judicea ordinarios, & drlrgatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, nec non Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungrntes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane drcernimus.

,, Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Rrgula de jure quæsito non tollendo; necnon memoratis Sancti Pii V. & Gragorii XIV. Prædecessorum prædictorum respectiva Literis, cœterisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis generalibus editis, etiam specialiter, in favorem quarumcumque personarum, atque dictorum Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Societatum, etiam prædictæ militiæ Sancti Joannis Hierosolymitani, & cujusvis alterius Instituti, etiam Societatis Jesu, ac Monasteriorum, Collegiorum, Domorum, ac Locorum Regularium quorumcumque, necnon illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immrmorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis, etiam rx causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis, & in mari magno, seu Bulla aurea, aut aliter nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatariarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam ad Imperatoria, Regum, Reginarum, Rerompublicarum, & quorumvis aliorum Principum, & Personarum, quacumque Ecclesiastica, vel sæculari dignitate fulgentium instantiam, seu eorum intuitu, & contemplatione, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet etiam per viam communicationis, & extensionis, concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, quoad ea, quæ præsentibus quomodolibet adversantur, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumqua totis tenoribus, & formis, specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, ac quævis exquisita forma servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

,, Et quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus de eis fides forsan facienda foret, deferri, etiam volumus, & eadem Apostolica auctoritate decernimus, quod illorum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicujus Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in judicio, & extra, ac ubi opus fuerit, eadem prorsus adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhibaretur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

,, Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum confirmationis, innovationis, declarationis, sive extensionis, & ampliationis, derogationis, voluntatis, statuti, ac decreti infringere, vrl ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

,, Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo septin-

,, gen-

„ gentesimo quadragesimo quinto, sexto Kalendas „ Martii, Pontificatus nostri anno sexto.

D. Card. Passioneus.
J. Datarius.

Loco ✠ Plumbi.

Visa de Curia.
J. C. Boschi.
L. Eugenius.

Registrata in Secret. Brevium.

Interdicitur commoratio in ædibus Sæcularibus sub prætextu dirigendi Tertium Ordinem.

FR. RAPHAEL DE LUGAGNANO &c.

CUM a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium sub die 4. Februarii mox elapsi, injunctum Nobis fuerit, ut Religiosis de Regulari Observantia in Domo Sæculari Villæ de Peñaranda commorantibus reditum ad proprium Conventum omnimode, & absolute præcipiamus, & ulterius Provinciæ Superiores admoneamus, ne in futurum similes permittant abusus; Nos justissimis dictæ Sacræ Congregationis obtemperare volentes mandatis, auctoritate tum ejusdem Sacræ Congregationis, tum & ordinaria officii nostri, per sanctam obedientiam, & sub pœnis contra inobedientes latis ipso facto incurrendis, præcipimus, & mandamus omnibus, & singulis Religiosis Regularis Observantiæ in Domo, vel Domibus Sæcularibus memoratæ Villæ de Peñaranda commorantibus, ut statim, ac præsentes nostræ literæ ad ipsorum notitiam pervenerint, ad proprium Conventum se transferant, nec amplius in dicta Domo, & Villa moram trahere quocumque motivo, aut prætextu audeant, ac præsumant. Admonemus pariter nostræ Observantiæ Provinciæ Sancti Jacobi Superiores, tam locales, quam majores, ne imposterum quacumque de causa talem Religiosorum suorum extra Claustra permanentiam permittant, sub pœnis arbitrio nostro eisdem infligendis, prohibentes sub pœna excommunicationis majoris ipso facto incurrendæ, omnibus nostræ jurisdictioni subjectis, tam Subditis, quam Superioribus, quicumque illi sint, ne præsentium executionem impediant, quinimo eisdem Superioribus, ad quos spectare poterit, stricte mandantes, ut omnimodæ earumdem executioni manus præbeant.

Datum Romæ in hoc nostro Aracœlitano Conventu, die vigesima prima Martii millesimi septingentesimi quadragesimi sexti.

Frater Raphael a Lugagnano
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Suæ Rmæ Paternit.
Frater Joannes Carbonell
Secretarius Generalis Ord.

Prorogatis Comitiis confirmantur Minister Generalis, Commissarius Familiæ, Officiales Curiæ, & Definitores Generales, ac duorum ex his Defunctorum loco subrogantur A. RR. PP. Joannes Carbonell, & Simon Josephus Tibesart.

FR. RAPHAEL
A LUGAGNANO

Lector Emeritus, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu Matritensi pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, Commissarius Visitator Apostolicus, & in Domino Servus.

Universis in Christo Jesu dilectissimis ejusdem Ordinis Fratribus tam Superioribus, quam Subditis Cismontanæ, ac Ultramontanæ Familiæ Salutem, Pacem, & a Domino Sempiternam Benedictionem.

SPecialibus non cessans Ordinem Nostrum, pro Sua erga eumdem benignitate paterna, gratiis prosequi, ac favoribus Sanctissimus Dominus Noster, sequentes hisce diebus expediri mandavit Apostolicas Literas, videlicet:

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

CUm, sicut accepimus, Capitulum Generale Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod, juxta Ordinis præfati Constitutiones, Statutaque Auctoritate Apostolica confirmata, in Vigilia proxime futuri Festi Pentecostes celebrandum esset, ob præsentes motus bellicos celebrari minime valeat; Alias Nos dilecto filio Raphaeli a Lugagnano dicti Ordinis Ministro Generali injunximus, & mandavimus, ut prorogationem dicti Capituli Generalis ad Nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum duraturam, omnibus Vocalibus indiceret, prout dictus Raphael Minister Generalis id exequi curavit. Nos prospero, feliciique Ordinis hujusmodi statui, quantum cum Domino possumus, consultum esse cupientes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, prorogationem Capituli Generalis hujusmodi a præfato Raphaele Ministro Generali ad Nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum duraturam, ut præfertur, indictam, ac dictum Raphaelem Ministrum Generalem, necnon Dilectos filios Commissarium Generalem Familiæ, ac Procuratorem, & Diffinitores Generales tam Fratrum de Observantia, quam Reformatorum dicti Ordinis, in eorum respective Officiis, cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, auctoritatibus, honoribus, gratiis, & indultis, quibus hactenus eorumdem Officiorum ratione usi, & gavisi fuerunt, ac uti, & gaudere potuerunt, prorogatione præfata durante, confirmamus. Præterea, cum, sicut pariter accepimus, duo Diffinitores Generales in Ultramontana Familia, alter ex Hispanica, & reliquus ex Germano-Belgica

Nationibus in nupero Capitulo Generali memorati Ordinis canonice electi ab hac luce migraverint, nec ullus ex Fratribus Nationum præfatarum reperiatur, qui, juxta prædicta Statuta, in locum Defunctorum subrogari possit; motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, dilectos itidem filios Joannem Carboneì Valentiæ in Hispania, & Simonem Josephum Tibesart Flandriæ, respective Provinciarum, in Diffinitores Generales in locum Defunctorum cum omnibus itidem, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, auctoritatibus, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, ad Nostrum, & præfatæ Sedis Apostolicæ beneplacitum, ut præfertur, creamus, facimus, constituimus, & deputamus. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu dicti Raphaelis Ministri Generalis, seu Procuratoris Generalis Ordinis præfati subscriptis, & memorati Ordinis sigillo munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Aprilis 1746. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

D. Cardinalis Passioneus.

Has igitur Vobis omnibus intimare muneris, ac Officii nostri esse putavimus, sicuti per præsentes facimus, omnibus Provinciarum, & Custodiarum Nostrarum Prælatis expresse mandantes, ut easdem, quamprimum acceperint, per omnes, ac singulos Jurisdictionis suæ Conventus publicari curent. Enixas interim ad Deum preces effundite pro ejusdem Summi Pontificis felicitate, Eminentissimi Ordinis Nostri Protectoris incolumitate, Christianorum Principum concordia, ac demum pro Nobis, qui Seraphicam omnibus Benedictionem impartimur.

Datum Romæ ex Nostro Aracœlitano Conventu die 8. Maii 1746.

Addictissimus in Domino Servus
Fr. Raphael a Lugagnano
Minister Generalis.

De mandato Rmi in Christo Patris
F. Bernardinus ab Aversa
Secretarius Gen. Ord.

Declarantur nonnulla circa Regulares extra Claustra degentes, sesque translatos asserentes,

Venerabili Fratri Bernardo Episcopo Sancti Pauli in America Lusitana.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater Salutem, & Apostolicam benedictionem.

„ Pontificia commendatione Nostra prosequimur debitum tuæ erga Apostolicam hanc Sanctam Sedem obstrictæ obedientiæ obsequium, & laudabile Pastoralis sollicitudinis, ac vigilantiæ officium, quo supplex ab eadem Apostolica Sede consulta petis, quibus instructus, in commissa tibi istius Diœcesis administratione, Tu, pro munere Fraternitati Tuæ injuncto, provide, sapienterque cum æterna Christifidelium salute gerere debeas. Reperiri siquidem, ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam refers, quamplurimos in ipsa Diœcesi Tua Regulares Viros, qui habitu, & super habitu Mozzettam induti, extra Claustra in Sæcularium Hominum domibus degentes, ad Terram colendam, sæcularia negotia obeunda, ac mercaturam faciendam incumbunt; adeoque mores a Religiosa vita longe alienos, pravosque, non sine bonorum offensione, ac scandalo præseferunt. Alios præterea significas Regulares Viros esse, qui ex uno ad alterum Religiosum Ordinem se Apostolica auctoritate translatos fuisse asserunt, atque adeo in hoc altero Ordine constituti, facultatem, licentiamque sibi inesse jactant, qua sibi liceat extra claustra itidem commorari, agriculturam pariter exercere, & mercaturæ operam navare. Nos itaque Fraternitati Tuæ in memoriam revocamus omnes, & singulos Regulares Episcopo in civilibus subjectos esse, eosdemque Religiosos, cujusvis Ordinis, & Instituti sint, extra Claustra degentes, & delinquentes subjectos esse Ordinario Loci, ut Sedis Apostolicæ Delegato, qui eos visitare, punire, & corrigere possit, uti conceptis verbis statutum est a Concilio Tridentino *sess. 4. cap. 3. de reformatione*. Præterea laudatum Concilium Tridentinum *sess. 14. de reformatione cap. 11.* quoad translatos, in Ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui Superioris obedientia in Claustro perpetuo maneat. Unde fit, ut super quolibet translatorum hujusmodi extra Claustra commorante, ac degente Antistes Loci ordinarius vigore memorati Decreti Concilii Tridentini *sess. 6. cap. 3. de Reformatione*, omnem habeat jurisdictionem, illamque libere, & licite exercere possit, & valeat. Quo autem pacto Te cum translatis quibuscumque sibi Apostolica auctoritate, ut extra Claustra libere vivant, indultum fuisse asserentibus, agere oporteat, certiorem facimus, nemini, juxta ordinatas, statutasque regulas, ex una ad aliam Religionem, nisi in illa, ad quam quamvis transferri contigerit, vigeat Claustralis, ac Regularis observantia, & quæ non sit Hospitalaria, aut Militaris, transitum impertiri.

„ Quod si vero aliquando audieris cum aliquo Religioso Viro ab Apostolica hac Sancta Sede benigne dispensatum fuisse, ut vel in habitu Sacer-

,, dotis Secularis permanere, vel ad aliam Religio-
,, nem, in qua Claustralis, & Regularis observan-
,, tia non vigeat, transire possent, Te doctum vo-
,, lumus, id sane perraro, & gravissimis rationabilibus
,, de causis fieri. Hisce demum ita expositis, cum
,, ad Fraternitatem Tuam relatum fuerit, esse, ac
,, reperiri quemlibet Religiosum Virum, qui se in-
,, dulto quocumque hujusmodi donatum uti, frui,
,, ac gaudere contendat, eumdem opus est, ut ad
,, tale Indultum Tibi ostendendum primum, etiam
,, adhibita vi, compellas, atque insimul, postquam
,, illud perlegeris, diligenter expendas causas in ip-
,, so Indulto contentas, & expressas, veræ ne, an
,, falsæ sint. Quod si illud Indultum commonstra-
,, re, & tradere detrectaverit, adversus ipsum, ju-
,, ris ordine servato, statim procedas juxta faculta-
,, tem Tibi attributam in supradicto Tridentinæ Sy-
,, nodi *cap. 3. sess. 6. de Reformatione*. Et si Indulti
,, causas minime veras esse compereris, ne dubites
,, super ejus subreptione, seu obreptione pronuntia-
,, re, & adversus Religiosum procedere extra Clau-
,, stra sine facultate degentem.

,, Cœterum Fraternitati Tuæ persuasum esse op-
,, tamus, Nos nunquam passuros esse, ut quæcum-
,, que Apostolicæ Nostræ caritatis, supremæque au-
,, ctoritatis ad oves Tibi creditas, de quibus districte
,, a Te non minus, quam a Nobis, Pastorum Princi-
,, pi Jesu Christo Æterno Judici ratio reddenda est,
,, saluberrime pascendas, regendasque conducentia
,, exoraveris officia, a Fraternitate Tua desiderentur.
,, Interim Fraternitati Tuæ Apostolicam Benedictio-
,, nem peramanter elargimur.

,, Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis
,, sub Annulo Piscatoris, die xxvii. Maii 1746. Pon-
,, tificatus Nostri Anno sexto.

Cajetanus Amatus.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI PP. XIV.

CONSTITUTIO,

Qua Literæ jam editæ adversus Confessarios exquirentes a Pœnitentibus Complicum nomina confirmantur; & pœnæ in delinquentes statuuntur, cum præfinitione ordinis procedendi in hujusmodi Causis.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

UBi primum de perversa quadam, & absurda praxi in Sacramento Pœnitentiæ administrando apud nonnullos Confessarios in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis introduci cœpta, non sine animi Nostri dolore, nuntium accepimus, non levi aliquo incertoque rumore ad Nos perlatum, sed ita gravibus, solidisque fundamentis innixum, ut prudentem omnino fidem de periculi cum veritate, tum magnitudine facerent; prætermittere non potuimus, quin continuo datis ad Venerabiles Fratres eorumdem Regnorum, ac Ditionum Archiepiscopos, & Episcopos Apostolicis Nostris Literis, remedium nascenti malo, quam promptissime adhiberemus. Earum vero Literarum die septima mensis Julii superioris anni millesimi septingentesimi quadragesimi quinti editarum, quas præsenti huic nostræ Constitutioni inserendas existimamus, hic tenor erat.

Chronol. Seraph. *

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

SUprema omnium Ecclesiarum sollicitudo, & Divina Jesu Christi omnium Pastorum Principis, cujus vices plane immerentes gerimus, caritas assidue urget Nos, ut pro commissa divinitus imbecillitati Nostræ universi Dominici gregis cura semper advigilantes, periculis animarum, sicubi forte superimpenderint, per omnes Christiani Orbis Populos ac Nationes opportune, quantum cum Domino possumus, occurramus; atque iis præcipue Regnis, & Locis peculiari quodam Apostolicæ Nostræ caritatis studio, auctoritatisque providentia consulamus, in quibus cum Fides, Religio, Pietas quam maxime floreant, callidus humani generis hostis nocere Fidelibus, dum aperto bello desperat, per insidias molitur, in Angelum scilicet sese lucis transfigurans, & ementita boni specie incautis illudens; qua ex arte non minora sæpe animarum detrimenta, quam ex aggressione manifesta, esse proventura nequissimus veterator confidit. In horum autem fraudum numero computamus, quod in florentissimis Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, & Ditionibus, quibus Vos Antistites summa cum Sacerdotalis virtutis vestræ commendatione præsidetis, & quibus pro singulari erga Catholicam Ecclesiam, atque Apostolicam hanc Sanctam Sedem observantia meritæ debentur laudes, nuper evenisse, non sine ingenti animi nostri dolore, cognovimus. Pervenit enim haud ita pridem ad aures Nostras, nonnullos istarum partium Confessarios falsa zeli imagine seduci se passos, sed a zelo secundum scientiam longe aberrantes, perversam quamdam, & perniciosam praxim in audiendis Christifidelium confessionibus, & in saluberrimo Pœnitentiæ Sacramento administrando, invehere, atque introducere cœpisse; ut, videlicet, si forte in pœnitentes incidissent socium criminis habentes, ab iisdem pœnitentibus socii hujusmodi, seu complicis nomen passim exquirerent; atque ad illud sibi revelandum non inducere modo suadendo conarentur, sed, quod detestabilius est, denuntiata quoque, nisi revelarent, absolutionis sacramentalis negatione, prorsus adigerent, atque compellerent: immo etiam complicis ejusdem nedum nomen, sed habitationis insuper locum sibi exigerent designari. Quam illi quidem intolerandam imprudentiam tum procurandæ complicis correctionis, aliorumque bonorum colligendorum specioso prætextu colorare, tum emendicatis quibusdam Doctorum opinionibus defendere non dubitarent; cum revera opiniones hujusmodi vel falsas, & erroneas sequendo, vel veras, & sanas male applicando, perniciem tam suis, quam pœnitentium animabus consciscerent; ac sese præterea plurium gravium damnorum, quæ inde facile consecutura fore prævidere debuerant, reos coram Deo æterno Judice constituerent. Et vero jam secuta fuisse multa ejusmodi damna infelici experientia compertum est: Nec fieri potuit, quin ea de causa, & oblocutiones, & scandala, & non Ministrorum tantum, sed sacri etiam ipsius ministerii odium, & animarum ingens conturbatio in Populo fideli exorta sint. Tristia Nos hæc nuntia cum accepimus, simul audivimus, contra exitialem hujusmodi abusum protinus justa indignatione pro munere suo commotos fuisse di-

iectos Filios nostros S. R. E. Cardinales Nunum a Cunha in ipsorum Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Generalem Inquisitorem, & Thomam de Almeyda Patriarcham Lisbonensem; atque utrumque sollicite gliscenti malo compescendo, atque etiam eradicando adlaborasse. Nos autem, ne in tam gravi animorum discrimine alia ex parte Apostolico Nostro Ministerio deesse videamur, neve mentem hac super re Nostram apud Vos obscuram, & ambiguam esse sinamus: Notum Vobis esse volumus, memoratam superius praxim penitus reprobandam esse, eamdemque a Nobis per præsentes Nostras in forma Brevis Literas reprobari, atque damnari, tamquam scandalosam, & perniciosam, ac tam famæ proximorum, quam ipsi etiam Sacramento injuriosam, tendentemque ad sacrosancti sigilli sacramentalis violationem, atque ab ejusdem Pœnitentiæ Sacramenti tantopere proficuo, & necessario usu Fideles abalienantem. Propterea Venerabiles Fratres, quamquam de pastorali vestra vigilantia nihil est, quod dubitemus, Supremi tamen Officii quoque Nostri esse censemus, alacritatem ipsam vestram hac mentis Nostræ aperta significatione, & Apostolicis insuper hortationibus nostris intentius acuere, & excitare, ut pro se quisque vestrum opportunioribus, quascumque prudentia suggesserit, justis rationibus, & efficacioribus quibusque juris remediis, quoad opus fuerit, contra delinquentes Ministros adhibitis, noxium hujusmodi novitatem strenue insectemini, ac pene nascentem opprimatis, neque patiamini traditis curæ vestræ ovibus ibi offendiculum parari, ubi salus a Christo posita est, ob eaque divinæ misericordiæ fonte illas averti, ac deterreri, ad quem ab eodem Redemptore Nostro ad abluendas, dealbandasque in sanguine suo animas amantissime invitantur. Interea, dum a zelo vestro, ac prudentia luculentiora Nobis certe pollicemur vestræ pietatis, & observantiæ argumenta, Apostolicam Benedictionem cum uberrima cœlestium charismatum copia conjunctam Vobis, Venerabiles Fratres, ex animo impertimur. Volumus autem, ut præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, & adhiberi posset, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vij. mensis Julii MDCCXLV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Cajetanus Amatus.

Has porro Nos Literas in forma Brevis tunc datas iterum præsentibus Nostris confirmamus, & roboramus, easque ab omnibus, & singulis fideliter, exacteque observari injungimus, atque præcipimus.

Statuentes insuper, ac decernentes, ut quicumque cujusvis status, gradus, conditionis, dignitatis, & ordinis, etiam speciali, & individua, ad effectum, ut hisce Nostris præsentibus comprehendantur, mentione, & expressione digni, ausus in posterum fuerit docere, licitam esse hujusmodi praxim, prout ea in relato Nostro Brevi exponitur, ac reprobatur; vel scribere, aut loqui præsumpserit in ejusdem damnatæ praxis defensionem; vel ea, quæ in dicto Brevi contra eandem praxim decreta sunt, impugnare, aut in alienos sensus temere detorquere, seu interpretari; incidat ipso facto in excommunicationem, a qua non possit, præterquam in articulo mortis, ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, vel auctoritate suffulto, nisi a Nobis, vel a pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Et quia non modo cavendum est, ut quæ sunt a Nobis in præinsertis Literis decreta, ab omni impugnatione, contradictione, pravaque interpretatione salva sint, & immunia; verum etiam, ne quis in Sacramenti Pœnitentiæ administratione ab eorum omnimoda observantia nequam recedat: idcirco omnibus, & singulis Confessariis utriusque Cleri tam Sæcularis, quam Regularis, quantumvis exempti, & quacumque speciali, & expressa mentione alias fortasse nominandi, graviter, & districte, Divini interminatione judicii, atque in virtute sanctæ obedientiæ, prohibemus, ne consuemiter ad prædictam reprobatam praxim pœnitentes, qui peccatum, seu crimen aliquod, cujus socium, aut socios habuerint, ipsis in Tribunali Pœnitentiæ confitentur, interrogare præsumant de nomine socii, seu complicis, loco habitationis, vel aliis hujusmodi adjunctis, sive circumstantiis, expressionem, magisque individuam ejusdem complicis manifestationem concernentibus, eidem pœnitenti, si manifestare renuerit, sacramentalem absolutionem denegando; alioquin noverint sese, ultra peccati lethalis incursum, suspensioni ab officio audiendarum confessionum, aliisque etiam gravioribus pœnis fore subjiciendos.

Præterea quoniam contra damnatum hujusmodi exitialem abusum, ne cum animarum pernicie radices agat, necesse duximus modum, ac formam etiam in foro externo procedendi, & ultrices adversus reos pœnas imponendi, statuere, atque ordinare, omnesque super hoc exorituras, vel etiam jam exortas dissensiones componere, & penitus amputare; volumus, decernimus, ac declaramus, quod docentes, ut supra, licitam esse praxim a Nobis jam reprobatam, vel in ejusdem praxis defensionem scribentes, aut loquentes, vel ejusdem reprobationem in memorato Nostro Brevi contentam impugnantes, aut perverse interpretantes, in Officio Sanctæ Inquisitionis prædictorum Regnorum, atque Ditionum severe puniantur, & contra eos, & eorum quemlibet in eodem Officio procedatur, non minus ac contra illos ibidem procedi solet, qui asserunt, tradunt, tuentur opiniones scandolosas, perniciosas, & uti tales a Sede Apostolica rejectas, & condemnatas.

Similiter in eodem Officio procedendum erit, & procedi volumus, ac statuimus contra Confessarios quoque, ut supra, delinquentes, ac de nomine complicis pœnitentem interrogantes, eidemque pœnitenti, nisi illud sibi manifestet, absolutionem denegantes: Dummodo tamen hujusmodi interrogandi, ac denegandi actus talibus circumstantiis conjunctus, ac convestitus sit, quæ sic agentem Confessarium de adhæsione ad prædictam reprobatam praxim, tamquam ad licitam, vel alio quovis modo de prava credulitate suspectum reddant.

Itaque contra prædictos omnes, & singulos Delinquentes tam Sæculares, quam quorumvis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediate subjectorum Ordinum, Institutorum, Societatum, & Congregationum Regulares, cujuscumque dignitatis, ac præeminentiæ, aut quovis privilegio muniti existant, & quorum specialis, & nominatim mentio facienda sit, prædictorum Regnorum, ac Ditionum Inquisitores, potestate a Nobis tradita, & quatenus opus sit, præsentium tenore de novo concessa, prout in causis Fidei, juxta Sacrorum Canonum formam, nec non Sancti Officii Inquisitionis hujusmodi constitutiones, privilegia, consuetudines, & decreta, diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex ejusmodi excessibus culpabiles repererint, in eos, pro criminum quali-

tate,

tate, & circumstantiis, suspensionis ab officio confessiones audiendi, vel etiam ab executione Ordinum, privationis Beneficiorum, Dignitatum, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis activæ, ac passivæ, si Regulares fuerint, aliasque pœnas decernant; omnes etiam, vel earum tantum aliquas, in perpetuum, vel ad tempus infligendo.

Quicumque vero alium quemlibet aliquo ex supradictis modis deliquisse cognoverint, eum, intra terminum dierum in Edictis Sancti Officii ejusmodi Inquisitionis præfigi solitum, eidem Sancto Officio denunciare teneantur; alioquin pœnas non denunciantibus per eadem Edicta infligi consuetas incursant. Verumtamen ab hujusmodi onere denunciandi justis de causis eximi volumus, & eximimus personam ipsam pœnitentem dumtaxat in causa propria, idest in casu, quo suum peccatum confitens, a Confessario adigatur ad sibi manifestandum nomen complicis in eodem peccato: tunc enim pœnitentem hujusmodi ab obligatione eumdem Confessarium denunciandi liberamus. Sed quando aliunde, quam ex propria, ut dictum est, confessione, noverit Confessarium aliquo ex superius enumeratis, & Sancto Officio denunciandis modis deliquisse, tunc eum & ipse denunciare ex ista aliunde habita notitia teneatur.

Quod si Confessarii de complicis nomine perperam interrogantis, absolutionemque, ni sibi detegatur, denegantis actum contingat ejusmodi esse, ut, quamvis imprudens, & malus, simplex tamen quidam, & nudus actus fuerit, idest iis circumstantiis destitutus, quæ de prava credulitate, vel de mala adhæsione ad praxim in sæpedicto Nostro Brevi reprobatam, tamquam ad licitam, eumdem Confessarium suspectum reddant; tunc istiusmodi delictum, neque denunciationis oneri, neque Sancti Officii prædicti cognitioni subjectum erit; sed de illo cognoscere, atque in delinquentem Confessarium, per suspensionem ab audiendis confessionibus, vel alias canonicas, & legitimas pœnas pro delicti modo animadvertere, ad locorum Ordinarios in sua cujusque Diœcesi omnino spectabit.

His igitur circa ordinem, formam, modumque contra ejusmodi delinquentes procedendi, ut præfertur, constitutis, ac suis unicuique Judici Ecclesiastico juribus assignatis, & distributis, hanc Nos deinceps regulam ab omnibus observari, ac custodiri volumus, & mandamus, si quando talia delicta deprehendi contigerit, quæ tamen haud unquam posthac eventura in Domino confidimus, accedente insuper præclara inclytæ Lusitanæ Nationis universæ erga Sedem Apostolicam observantia, & obedientia, nec non eximia tum istius Sanctæ Inquisitionis Officii, tum cujusque loci Ordinariorum nunquam defutura vigilantia. Quapropter quæcumque aliter, quam præsentibus Nostris decrevimus, & constituimus, sive in Edictis præfati Officii Inquisitionis, sive in quibuslibet quorumvis Ordinariorum Mandatis, aut Pastoralibus Literis, vel Decretis antehac statuta prodierint, ea Nos, quoniam post Apostolicam hanc Nobis propositam agendi, seu judicandi normam minus necessaria fore censemus, desinere jam, & cessare, ac, veluti nunquam emanassent, omnem obligandi vim amittere, Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine declaramus, statuimus, atque sancimus.

Decernentes easdem præinsertas, nec non præsentes nostras Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis existant, seu alias speciali, & individua mentione, & expressione digni, in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas tum præinsertæ, tum præsentes emanaverint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia qualibet etiam privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu, notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse; sed ipsas præsentes, easdemque præfatas in forma Brevis Literas, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis præmissis, ad quos spectat, seu pro tempore spectabit, exacte, & inviolabiliter observari.

Sicque, & non aliter in præmissis censeri, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & contra hæreticam pravitatem Generales Inquisitores, Legatos quoque de Latere, & Apostolicæ Sedis Nuntios, aliosve quoslibet quacumque auctoritate, potestate, & præeminentia fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus quibusvis Apostolicis, & in Universalibus, sive Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis generalibus, sive specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, Edictis quoque prædicti Inquisitionis Officii, & quorumcumque Ordinariorum, etiam Episcoporum, & Metropolitanorum Mandatis, Literis Pastoralibus, sive Decretis, nec non ejusdem Officii, & quarumcumque Ecclesiarum etiam Episcopalium, & Metropolitanarum, & quorumcumque Ordinum, Congregationum, & Religionum, & Institutorum, etiam Societatis Jesu, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stilis, usibus, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eidem Inquisitionis Officio, illiusque Inquisitoribus, Commissariis, aliisque Officialibus, tum etiam Ecclesiis, eorumque Prælatis, Ordinibus, Congregationibus, Institutis, Societatibus, illorumque Superioribus, & personis quibuslibet, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam efficacissimis, & insolitis derogationibus, clausulis, atque decretis, etiam Motu, & Apostolicæ potestatis plenitudine similibus, seu ad quarumcumque personarum, etiam Regia, aliave qualibet mundana, vel Ecclesiastica potestate fulgentium instantiam, vel alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores prædictos pro sufficienter, & de verbo ad verbum expressis, & insertis, formasque hujusmodi pro plene, & exacte observatis habentes, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus.

Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem

pror-

prorsus fides in judicio, & extra ubique habeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nolli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum condemnationis, reprobationis, confirmationis, sanctionis, prohibitionis, ordinationis, abrogationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diœcesis Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, Quarto Nonas Junii, Pontificatus Nostri Anno Sexto

D. Card. Passioneus.
J. Datarius.
Visa de Curia
I. C. Boschi.
L. Eugenius.
Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Sequitur ejusdem Constitutionis confirmatio, & ampliatio.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

AD eradicandum pravum zizanii semen, quod ab adversario generis humani in Agro Dominico sparsum, per Lusitaniæ primum Regiones pullulare compertum fuerat; ubi nimirum apud nonnullos Confessarios, in administrando Sacramento Pœnitentiæ, perversa quædam, & absurda praxis, Ecclesiasticis Regulis contraria, eidemque Sacramento injuriosa, & ad avertendos Fideles ab ipsius salutifero usu quam maxime tendens, introduci cœperat; pro imposito Nobis vigilandi debito, Apostolicas in forma Brevis Literas direximus Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, per Portugalliæ, & Algarbiorum Regna, atque Ditiones constitutis, quas deinde per alias Nostras sub plumbo expeditas Literas, nuper, quarto nimirum Nonas elapsi mensis Junii, confirmavimus, & innovavimus, adjectis nonnullis ordinationibus, & declarationibus, quas ad meritas pœnas tam delinquentibus, quam contrarium tenentibus, sive docentibus, irrogandas, & ad rectum adversus eos procedendi ordinem in prædictis Regnis, & Ditionibus servandum, opportune expedire in Domino judicavimus.

Earum autem Literarum, quas ob hujusmodi erroris, & abusus reprobationem primum edidimus, hic tenor erat.

BENEDICTUS PAPA XIV.
Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

SUprema omnium Ecclesiarum sollicitudo, &c. Reliqua legenda sunt pag. 362. & seqq.

Quoniam vero nullam Pastoralis vigilantiæ cautelam superfluam esse ducimus, ubi de Fidelium animarum pernicie, deque subvertenda sanæ doctrinæ integritate, & recta Sacramentorum administratione, periculum subesse dubitetur; neque vero ignoramus, alibi quoque auditas esse pœnitentium querelas de importunis nonnullorum Confessariorum perquisitionibus, pro investigandis complicum nominibus, aliisque notitiis, juxta praxim in præinsertis Nostris Apostolicis Literis relatam, atque damnatam; erroneas vero quorumdam Doctorum hac de re opiniones, vel pravas aliorum recte opinantium interpretationes, & applicationes in iisdem Literis enunciatas, aliquibus arridere; nec satis eliminatas reputasi per ipsas præmissas Literas, quas, utpote ad Lusitaniæ Regnorum, atque Ditionum opportunitatem accommodatas, & pro iisdem solummodo emanatas, generalis definitionis, & legis vim, auctoritatemque habere, ab aliquibus temere negatum fuit. Ideo Nos, Motu proprio, atque ex certa scientia, hujus Nostræ generalis sanctionis tenore, ac de Apostolicæ potestatis Nostræ plenitudine, easdem præinsertas Literas iterum confirmantes, & roborantes, decernimus, & declaramus, memoratam praxim in se ipsa, & ubique locorum, ac temporum, Apostolica auctoritate reprobatam, atque damnatam esse, & censeri debere; nec ulli licitum esse contra doctrinam in præfato Nostro Brevi contentam docere, scribere, aut loqui, eamque impugnare, aut perverse interpretari, vel ipso actu contraire, sub pœnis adversus tuentes, asserentes, aut tradentes opiniones scandalosas, perniciosas, & uti tales a Sede Apostolica rejectas, & condemnatas, & respective adversus contrafacientes mandatis Apostolicis, & Ecclesiasticis sanctionibus, statutis, atque præscriptis.

Decernentes easdem præinsertas, nec non præsentes Nostras Apostolicas Literas, nullo ex capite, colore, aut prætextu, de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quolibet defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse; sed semper firmas, validas, & efficaces existere, & perpetuo fore, atque omnes ubique Terrarum cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis, & tam sæculares, quam quorumvis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediate subjectorum Ordinum, Institutorum, Societatum, & Congregationum Regulares, quocumque privilegio munitos, aliosque etiam speciali mentione dignos, afficere, & arctare, ac suos ubique plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, seu pro tempore spectabit, exacte, & inviolabiliter observari debere.

Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & contra hæreticam pravitatem Generales Inquisitores, Legatos quoque de Latere, & Apostolicæ Sedis Nuntios, aliosque quoslibet quacumque auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus quibusvis Apostolicis, & in Universalibus, sive Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis generalibus, sive specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis cuicumque Personæ, sive Ordini, Instituto, Societati, & Congregationi, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum qui-

quibuslibet clausulis, atque decretis, etiam motu, & Apostolicæ potestatis plenitudine similibus, in contrarium forsan concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores prædictos pro sufficienter, & de verbo ad verbum expressis, & insertis, formasque hujusmodi pro plene, & exacte observatis habentes, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus.

Ut autem eædem præsentes, & in eis contenta quæcumque, ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis illorum ignorantiam prætendere possit: volumus easdem per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus Nostris ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, aliisque consuetis Urbis locis publicari, earumque copias ibidem affigi, & affixas relinqui; quæ sic publicatæ & affixæ, omnes & singulos, quos concernunt, arctent & afficiant, non secus, ac si eorum unicuique personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent; quodque earumdem præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in judicio, & extra illud, ubique locorum, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, reprobationis, condemnationis, prohibitionis, sanctionis, & voluntatis infringere, seu eidem ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, quarto Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

J. Datarius.

Pro D. Card. Passionei.
Jo: Florius Substitutus.

Visa de Curia
J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicat. die 5. Octobris Anni 1746.

Crucifixi Servatoris Imago statuitur palam, & visibiliter collocandam super Altaribus, in quibus Missarum sacrificia peraguntur.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & Ordinariis Ditionis Ecclesiasticæ.

BENEDICTUS PP. XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

„ Accepimus præstantium Virorum testimoniis jam pridem in quibusdam Pontificiæ Ditionis Civitatibus inductam esse consuetudinem, quæ licet pietatem, ac religionem præseferat, Ecclesiæ tamen institutis, ac disciplinæ plurimum adversatur. Idem Nos ipsi deprehendimus in aliquibus Ecclesiis hujus Nostræ Romanæ Urbis, & aliis pariter, quæ Episcopis suburbicariis subjiciuntur. Quapropter muneri Nostro deesse magnopere videremur, nisi de hac re monerentur illi, qui pro spirituali hujus Civitatis regimine Ministri a Nobis constituti sunt, & alii, qui suburbicarios Episcopatus, vel alterius Civitatis in Ditione Pontificia sedem obtinentes, curam gerunt animarum.

„ In Altaribus, quæ per Ecclesias erecta sunt, & in quibus Sacrum fieri consuevit, præter majorem Tabulam, quæ vel depictam, vel incisam exhibet Imaginem Sancti, in cujus nomen, & memoriam Altare consecratum est, adjungi cœpit alia minor Tabula in qua vel coloribus exprimitur, vel ære, ligno, aut marmore inciditur Effigies alterius Sancti, itaut Crux auferatur, quæ, juxta Rubricas, inter Candelabra collocari debet. Cum vero neminem lateat, rem Divinam confici non posse, nisi Crux cum Imagine Sanctissimi Crucifixi super Altare constituatur, hinc minori Tabulæ superadditur exiguus adeo Crucifixus, ut neque Presbyteri celebrantis oculis facile occurrat, neque ab ullo alio distingui ferme possit, nisi hic diligenter perscrutetur, utrum super Altari revera Crucifixi Imago proposita fuerit.

„ Equidem non improbamus, quod idem Altare in plurium Sanctorum nomen, ac memoriam dedicetur, quodve in majori Tabula aut unus tantum, aut plures etiam Sancti pingantur, vel demum, quod alia Minor Tabula collocetur inferior, aut alio quocumque modo, ubi unus, vel plures Sancti Fidelium venerationi proponantur. Illud permittere nullatenus possumus, quod Missæ Sacrificium in his Altaribus celebretur, quæ careant Imagine Crucifixi, vel ipsa incommode statuatur ante Presbyterum celebrantem, vel ita tenuis, & exigua sit, ut ipsius Sacerdotis, & Populi assistentis oculos pene effugiat: id enim alienum est a legibus, & Institutis Ecclesiæ, quæ in Rubricis, aliisque Ecclesiasticis Sanctionibus continentur. Id etiam maxime contrarium est Sacræ antiquitati, & Ecclesiarum etiam Orientalium consuetudini; ita ut certissimum sit violari Leges Ecclesiæ, si exigua solum Imago Crucifixi præfigatur minori Tabulæ, vel Statuæ Sancti, qui superadditur, ut illum Fideles venerentur.

„ In Rubricis Missalis *tit. de præparatione Altaris, & ornamentorum ejusdem*, hæc leguntur: *Super Altare collocetur Crux in medio, & Candelabra saltem duo cum Candelis accensis hinc, & inde in utroque ejus latere.* In Romano Pontificali *titul. de consecratione electi in Episcopum*; cum sermo est de Altari, ubi consecrandus Episcopus, Sacrum operatur usque ad Offertorium, quo peracto, Missæ Sacrificium prosequitur in alio Altari, ubi Episcopus consecrans rem Divinam facit, in eo, inquam, Pontificali hæc habentur: *In Cappella vero minore pro electo, quæ a majore debet esse distincta, addatur Altare cum Cruce, & duobus Candelabris.*

„ Cæremoniale autem Episcoporum postquam *lib. 1. cap. 12.* commemoravit Candelabra, & Candelas, hæc addit: *In quorum medio collocabitur Crux ex eodem metallo, & opere, præalta, ita ut pes Crucis æquet altitudinem vicinorum Candelabrorum, & Crux ipsa tota Candelabris supereminent, cum*

„ Ima-

Imagine Sanctissimi Crucifixi, versa ad anteriorem Altaris faciem.

„ Nos ipsi verba fecimus de hoc veteri ritu collocandæ Crucis in Altari, cum Sacrum peragitur, in nostris Commentariis *De sacrificio Missæ*, quæ Italico Sermone a Nobis confecta fuerunt *part. 4. sect. 1. num. 17. et sequentibus*. Plura deinde addidimus *sect. 1.* §. 18. *&* 19. cum ipsa latine reddita lucem iterum publicam adspexerunt. His etiam adjungimus, ob vetustatem præsertim hujusce Ritus, tantam venerationem, cultumque semper exhibitum fuisse Cruci, quæ in medio Altari collocatur, cum Missæ Sacrificium conficitur, ut Novatores ipsi magis infensi, illam de medio auferre pertimuerint, cum suam Cœnam instituunt. Hæc testatur Gretserus *in suo Tractatu de Cruce cap. 23. tom. 1.* ejus editionis, quæ postremo typis vulgata fuit.

„ Si vero disciplinam Orientalium inspiciamus, Græcis in more positum est, ut ad portam Regiam Sanctuarii utroque latere Imagines Christi Domini, ac Beatæ Virginis, & super Altari Crucem una cum libro Sanctorum Evangeliorum constituunt: In Lythurgia vero Copto - Arabica, quæ desumpta ex manuscriptis Codicibus Vaticanis impressa fuit anno 1736. in Collegio Urbano de Propaganda Fide *pag. 33.* indicitur Sacerdoti celebranti, ut benedictionem cum Cruce Populo impertiat, eam deinde osculetur, ac Diacono tradat, qui ipsam super Altari collocet. Postremo Ritus Syriacus Maronitarum eadem prorsus decernit, quæ in Rubricis Romani Missalis præscribi superius indicavimus. Nam Patriarcha Stephanus *lib. 3. tract. 2. sect. 4.* ita scriptum reliquit: *Mos iste in omnibus Ecclesiis inolevit, ut super Altaris gradum salutiferæ Crucis Vexillum collocetur.* In Synodo etiam Nationali, quæ coacta fuit *anno* 1736. in Monte Libano, quam Literis Apostolicis Nos ipsi confirmavimus, *part. 2. cap. 13. de Sacrosancto Missæ Sacrificio can. 8.* ita sancitum est: super *Altare collocetur Crux in medio, & Candelabra saltem duo cum Candelis accensis hinc, & inde in utroque ejus latere.*

„ Scriptores, qui Sacros Ritus explicarunt, nonnullas disputationes instituunt; ac primo, utrum satis sit nudam Crucem in Altari statuere, an Imago Crucifixi addenda simul videatur. Equidem Rubricæ Missalis solam Crucem commemorant, cum tamen Cæremoniale Episcoporum Crucem una, & Crucifixum nominet, idque communi Ecclesiæ consuetudini consentaneum sit, hanc ideo sententiam probandam nemo sapiens dubitabit.

„ Ita sentiunt Gavantus, Claudius *la Croix*, qui *lib. 6. par. 2. de Sacrificio Missæ num.* 318. fatetur, ob veterem communemque usum, sine Imagine Crucifixi, quæ pendeat e Cruce, rem Divinam fieri non posse, nisi necessitas intervenerit. Et profecto initio Ecclesiæ, cum fideles concitata ad furorem Gentiles magnopere timerent, si Christum Crucifixum publica adorandum proponerent; Crucem tamen pluribus modis exornatam palam exponebant cum Agno, qui Typus amantissimi Salvatoris semper habitus est, ut eo saltem modo Crucifixi Imaginem exhiberent: id conspicitur adhuc in nonnullis hujus Civitatis Ecclesiis, & testimonio etiam Macrii comprobatur *in ejus Hierolexico, in vocabulo C R U X.*

„ Secundo loco inquiritur, utrum Crucifixus pendens a Cruce debeat in Altari constitui, etiamsi Salvator Noster Crucifixus in majori tabula Altaris depictus, aut cælatus appareat. Gavantus id quidem probat; alii vero necessarium id minime arbitrantur, dummodo tamen Crucifixus in majori Tabula vel pictus, vel cælatus, primum locum obtineat præ cœteris omnibus, quæ in eadem Tabula exprimuntur. Ita censent Pasqualigus *de Sacrificio Missæ quæst.* 916. Quartus *ad Rubricas Missalis part. 1. tit. 20. dub.* 10. & Giribaldus *de Sacramentis, in tract. 9. de Sacrificio Missæ cap. 9. dub. 2. num.* 20. Huic pariter sententiæ se conformavit Congregatio Sacrorum Rituum, uti constat ex responsione, quam ipsa promulgavit *anno* 1663. & quam Meratus recenset *tom. 1. part. 1. tit. 20. de præparatione Altaris num.* 6. & Indice Decretorum *eod. tom. part. 2. num.* 400.

„ Tertio loco quæritur, utrum Crucifixus in Altari collocari debeat, cum Sacrificium Missæ in eo conficitur Altari, ubi positum est Tabernaculum, in quo Pyxis cum Sacris Particulis continetur; cum præsertim eidem Tabernaculo parva Crux cum Imagine Salvatoris Crucifixi semper præfigatur. Equidem in Cæremoniali Episcoporum hæc habentur. *Non incongruum, sed maxime decens est, ut in Altari, ubi Sanctissimum Sacramentum est, Missæ non celebrentur, quod antiquitus observatum esse credimus*: in veteri Cæremoniali, cum Clemens VIII. Pontificatum gereret, ita legebatur, *quod antiquitus observatum esse videmus*. Attamen id prorsus difficile nonnullis videtur, ob eam causam, quod, ut ipsi argumentantur, cum unicum Altare in veteribus Templis extrui soleret, aut Divina Eucharistia in eis conservata non fuisset, aut nullum Missæ Sacrificium in eis esset institutum. Aliter vero sentiunt ii, quibus cognitum, perspectumque est eum morem fuisse antiquitus, ut Sacra Eucharistia in Ecclesiæ Sacrario servaretur, vel in decenti Armario, quod parieti configebatur, uti nunc etiam perspicimus in Basilica Sanctæ Crucis in Jerusalem. Idem perpendit Mabillon. *in Musæo Italico tom. 1. pag. 89. ac tom. 2. pag.* 139. At quod in præsenti ingerit difficultatem, nec ullum ab examine propositæ controversiæ liberum facit, illud est, quod, juxta vigentem disciplinam, Sacra Eucharistia conservatur in Tabernaculo, quod est positum super uno ex Altaribus Ecclesiæ, & quod in eo passim Missa celebratur; cum sedulo perpenso Cæremoniali textu, deprehensum sit, eum prædictæ celebrationi absolute non obstare; uti Christianus Lupus expendit *tom.* 11. recentioris editionis in Dissertatione *de Sacris Processionibus pag.* 356. Hanc itaque controversiam quum alias Nos ipsi expenderemus in supracitatis Commentariis *de Sacrificio Missæ part. 4. Sect. 1. num.* 18. illorum sententiam probavimus, qui existimant Crucifixum inter Candelabra statui debere, neque parvam Crucem, quæ Tabernaculo præfigitur, satis esse, ne Rubrica violetur, quemadmodum inferius explicabimus. Idemque censuit Congregatio Sacrorum Rituum anno 1663. uti perspicitur ex Indice Decretorum, quem Meratus exhibuit *part. 2. tom. 1. num.* 400. ubi hæc leguntur verba: *Crux parva cum Imagine Crucifixi posita super Tabernaculum, in quo asservatur inclusum Sanctissimum Sacramentum in Altari, non est sufficiens in Missa, sed poni debet alia Crux in medio Candelabrorum.*

„ Quarto loco disputatur, utrum Crucifixus inter Candelabra collocandus videatur, cum Sacrum peragitur in eo Altari, ubi Divina Eucharistia non includitur Tabernaculo, sed publicæ Fidelium venerationi exponitur. Id necessarium es-

„ se

,, se putavit Sacrorum Rituum Congregatio *die 14. Maii anno 1707.* Hoc enim petirum fuerat: *An super Altare, in quo Sanctissimum Sacramentum expositum est, Crux de more collocari debeat.* Sic autem responsum est: *nunquam omittendam Crucis cum Imagine Crucifixi apposita collocationem.* Porro quum Nos ipsi tunc in minotibus constitoti Coadiutorem Peomotoris Fidei gereotes, ipsius loco eidem Congregationi præsentee adsuerimus, adhuc memoria retinemus, in illa sententia ferenda varia fuisse, ac discrepantia suffragia, cautumque deinde fuisse, ne ipsa sententia io lucem ederetur. Itaque tes iterum deducta est in examen initio Pontificatus Nostri *die 2. Septembris anno 1741.* in eadem Congregatione Sacrorum Rituum, quæ postquam omnia diligenter accurateque peependit, decrevit, ut quælibet Ecclesia morem, & institutum, quod antea servaverat, impostetum quoque eetinetet. Et quidem pro Ceuce ab Altari removenda, dum Missa in eo celebratur, & super eo publicæ venerationi Eucharistia exposita est, parum urget, quod nonnulli affetunt, indecens esse, ut Christi Imago in eo loco sit, in quo Christus ipse sub specie panis realiter præseus est, & ab omnibus sub eadem specie panis videtur: id quippe prorsus contingit, qooties Sacerdos in quolibet Altari rem divinam faciens, materiam Eucharistiæ consectavit; oec enim Ecclesia unquam decernendum putavit, ut peracta Consecratione, Crux ab Altari removeatur. Quemadmodum nec asserentibus Crucem oecessario esse debeti in Altari, in quo expositum est Sacramentum publicæ venerationi, si in eo Missa celebretur, quidquam prodesse potest, quod in publica Eucharistiæ expositione significetur triumphus, & gloria Salvatoris; in Missæ autem Sacrificio ejusdem mors repræsentetur: cum Ecclesia, tam in actione Missæ, in qua Eucharistia consecratur, quam in conclusione precum, quæ coram eadem jam consecrata, & Fidelium venerationi palam exposita recitantur, una eademque Collecta æque utatur, quam Sanctus Thomas Aquinas confecit, nimirum: *Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue, quæsumus, ita nos Corporis, & Sanguinis tui Sacra Mysteria venerari, ut redemptionis tuæ* (hoc est passionis, ac mortis) *fructum in nobis jugiter sentiamus.* Quæ cum ita se habeant, Rituumque Interpretes, & Scriptores, ob ea, quæ mox relata sunt, in varias abierint sententias, satis commendari non possunt ea, quæ prudenter sapienterque decreta fuerunt a prædicta Sacrorum Rituum Congregatione, nempe, ut quælibet Ecclesia, vel Diœcesis suam retineat consuetudinem; itaut nihil immutetur in ea Diœcesi, ubi Crux in Altari constitui soleat, dum Missa celebratur, etiamsi Sacra Eucharistia publice prostet: neque nova disciplina excitetur in ea Diœcesi, ubi contraria hujusce rei consuetudo jampridem invaluerit.

,, Hæc omnia diligenter exposuimus, non quidem, ut hac de re plenum, justumque tractatum adornaremus, sed ut ex eis cognitum esset, atque perspectum, quam alienum sit a Sacris Ritibus id, qood plures temere, & inconsulto peregerunt, nempe, ut sacrum facerent ad Altaria, in quibus Crux haud promineat inter Candelabra, sed exiguus tantum Crucifixus præfigatur Tabulæ alicujus Sancti, qui vel depictus, aut cælatos majori Tabulæ Altaris adjungi consuevit.

,, Si etenim, juxta Rubricas Missalis, Crux inter Candelabra statuenda est; si juxta Cæremoniale Episcoporum, Crux ipsa cum Imagine Crucifixi Candelabris supereminere debet; si juxta sensum Congregationis Sacrorum Rituum non satis esse judicatur exiguus Crucifixus Tabernaculo infixus, cum Missa celebratur ad Altare, ubi Pyxis cum Sacris Particulis in Tabernaculo includitur; si in præsenti non agitur de Altari, in cujus Tabula Imago Salvatoris Crucifixi primo loco Fidelibus exhibeatur; nec minus de Altari, in quo Sacra Eucharistia publice adoranda proposita sit; nemo est, qui non videat, praxim, de qua agitur, recenter inductam, proprioque marte a privatis personis usurpatam, ex supradictis dicendam esse omnino improbatam; eoque magis, cum ex exiguo Crucifixo, qui præfigitur Tabulæ ejus Sancti, qui Altari superaddicitur, ea profecto utilitas non consequatur, quam proponit Ecclesia, dum Crucem inter Candelabra collocanda decernit. De hac re præclarissimus Vir Cardinalis Bona ita scriptum reliquit *Rerum Liturgicarum lib. 1. cap. 25. num. 8. Ab aspectu siquidem Crucis Sacerdoti celebranti Passio Christi in memoriam revocatur, cujus Passionis viva imago, & realis repræsentatio hoc Sacrificium est, mortem cruentam Salvatoris nostri incruente exprimens, tamquam idem Sacrificium, quod in Cruce oblatum est, quamvis diverso modo offeratur.* His postremis verbis indicatur Orthodoxa doctrina, quam Tridentina Synodus declaravit *sess. 22. de Sacrificio Missæ cap. 2.*

,, Itaque, Vos omnes, Venerabiles Fratres, ad quos hæc Apostolica scripta dirigimus, curam magnopere impendite, ne vestras in Diœceses irrepat consuetudo, quam superius explicavimus; quod si jam ipsa invaluerit, humanitatem prius, ac deinde severitatem si opus fuerit, adhibentes, illam penitus convellite. De Sacrificio Missæ res agitur, ideoque nemo vestrum ignorat a Tridentino Concilio eam tribui auctoritatem Episcopis, & Ordinariis Locorum, ut etiam tamquam Sedis Apostolicæ Delegati corrigere valeant pravas consuetudines, quæ ritui Missæ celebrandæ adversantur. Ita clare desumitur ex *sess. 22.* in Decreto *de observandis, & evitandis in celebratione Missæ.* Neque Vos latet, nullum esse privilegium, aut immunitatem, quæ delinquentibus in hac re suffragari possit, ut vestra ab auctoritate, pœnisque per Vos irrogatis vindicentur: idem sæpius confirmavit Sacra Congregatio Tridentini Concilii interpres, Decreto inhærens ejusdem Synodi, quod paulo ante memoravimus: Id Fagnanus testatur ad *Cap. Grave, num. 46. de Officio Ordinarii* his verbis: *Et generaliter hoc Decretum* (de quo superius dictum est) *censuit Sacra Congregatio comprehendere etiam Regulares, quantumvis exemptos, eosque ea omnia, quæ ab Ordinariis Locorum circa observanda, & evitanda in Missarum celebratione statuta fuerint, omnino servare teneri, ad idque etiam pœnis, & censuris Ecclesiasticis ab iisdem Ordinariis cogi, & compelli posse.* Nos quidem his literis eandem auctoritatem, qua jam præditi estis, iterum Vobis confirmamus. Illud monendum superest eam Nobis mentem haud esse, ut Imagines Sanctorum, quæ majori Tabulæ Altaris superadditæ sunt, de medio auferatis, cum forsan defuturi non essent invidi, qui ut pietati vestræ maculam inurerent, in vulgus disseminarent, Vos nulla duci Religione in eum Sanctum, cujus Imaginem Fidelium venerationi subducitis. Illud Vobis præcipimus, ut nullo modo patiami-

,, ni rem Divinam fieri ad hujusmodi Altaria, nisi
,, Crucifixus inter Candelabra ita promineat, ut Sa-
,, cerdos celabrans, ac Populus Sacrificio assistens
,, eumdem Crucifixum facile, & commode intueri
,, possint; quod evenire nequit, si exigua solum
,, Crux minori Tabulæ defixa Fidelibus exhibeatur.
,, Si ejusmodi corruptela in Dioecesim non valde
,, propagata est, facile extingui poterit, si privatim
,, Regulares, aut Seculares Ecclesiarum Superiores
,, de hac re moneantur. Sin autem late per Dioe-
,, cesim invaluerit, tunc a Vobis Edictum necessa-
,, rio promulgandum erit, quod his nostris literis
,, conformetur. Plura scribere Vobis prætermitti-
,, mus, quos prudentiæ, ac doctrinæ laude satis
,, præstantes existimamus: Auctoritatem nostram, ut
,, rem perficiatis, & quoties opus fuerit, Vobis pe-
,, tentibus numquam defuturam pro certo habeatis.
,, Interim Fraternitatibus vestris, & Populis curæ
,, vestræ commendatis Apostolicam Benedictionem
,, peramanter impertimur.
,, Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
,, die 16. Julii 1746. Pontificatus nostri anno sexto.

P. Desiderius de Domobasciana Præses totius Custodiæ Terræ Sanctæ instituitur Commissarius Apostolicus ad Maronitarum Nationem.

Foris.

Dilecto filio Desiderio Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum professori, Conventus Sancti Sepulcri in Hierosolymis Præsidanti, & Commissario Apostolico.

Intus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte fili Salutem, & Apostolicam benedictionem.

NEmini sane manifestius, quam tibi, dilecte fili, esse potest, quanta cœlesti benignitate Pastorum Princeps Jesus Christus, misericordiarum Pater, & Deus totius consolationis, benedixerit Apostolicis Nostris studiis, sollicitudinibus, consiliis, ac laboribus, quibus suaviter, fortiterque alias adhibitis, tandem sublato duorum nullitet electorum Nationis Maronitarum Patriarcharum Schismate, Venerabilem Fratrem Simonem Evodium, olim Archiepiscopum Damascenum, a Nobis auctoritate Apostolica electum Patriarcham, universi ejusdem Nationis, Venerabiles iidem Fratres Antistites, ac dilecti filii Seculares, & Regulares, ac Laici magna animorum consensione, & luculentissimis communis lætitiæ, & universalis plausus signis compleai, eidem debitam obedientiam, & observantiam præstiterunt. Exultavimus profecto præ gaudio, manusque in Cœlum levavimus, & bonorum omnium largitori singulares egimus gratias, cum id rescivimus per ejusdem novi Patriarchæ, Archiepiscoporum, & Episcoporum, aliorumque dictæ Nationis insignium Virorum epistolas, eximiis addictissimæ eorum erga Apostolicam hac Sedem, Nosque ipsos venerationis, reverentiæ, obedientiæque notis, actionisque gratiarum officiis refertas. Verum exorta deinde eumdem Patriarcham inter, ac Stephanum Lotti, Joannem Beryti, Tobiam Cypri, Ignatium Tyri, & Germanum Tripolis respective Dioecesium Antistites dissidia, non sine intimo animo nostri dolore, accipientes, ad nova Apostolicæ nostræ providentiæ remedia hisce sedandis, componendis, extinguendisque salutaria opportune comparanda urget Nos Christi caritas. Ad hujusmodi igitur gravissimum negotium rite, sanctèque transigendum, operam, industriamque tuam requirimus. Eapropter Te, de cujus singulari fide, prudentia, dexteritate, ac Religionis Zelo plurimum in Domino confidimus, atque ex eo præsertim, quod in istis regionibus commorans, & Præsidentis munere in isto tui Ordinis Conventu fungens, ingenia, mores, idiomata, & instituta dictæ Nationis Maronitarum apprime noveris, Apostolicum Commissarium apud ipsam Nationem, cum omnibus, & singulis facultatibus ad infrascripta necessariis, & opportunis, tenore præsentium, auctoritate Apostolica facimus, constituimus, & deputamus. Ac primum quidem tibi committimus, & mandamus, ut, postquam exempla Apostolicarum nostrarum in simili forma Brevis litterarum, ad laudatos Patriarcham, Antistites, eorumque Clericos Seculares, & Regulares, ac Laicos datarum, in chartis pergamenis scriptarum, & Annulo Piscatoris munitarum, quæ insimul cum ipsis examplaribus litteris nostris Tibi reddendas mandamus, accurate perlegeris, accurate etiam de iis omnibus, quæ in ipsis litteris nostris continentur, Te edoceri cures. Deinde, ut ita sapienter prudenterque cum memoratis Patriarcha, Antistitibus, Clericis, & Laicis agas, ac Te geras, ut postquam compereris omnia pro nostris votis, ex ipsius Nationis concordia, tranquillitate, ac pace fore cessura, tunc dumtaxat iisdem dictas nostras litteras traditas, notas facias, proponas, ac publices, ut omnes, & singuli, ad quos spectare perspexeris, de nostris Apostolicis ordinationibus, præceptis, & mandatis certiores fiant. Neque omittas, quin imo Te adniti volumus, & mandamus, ut ipsis potissimum Antistitibus non solum declares, verum etiam intelligere facias, quam immerito sese hac in re se gesserint; quam injurie Apostolicam hanc Sanctam Sedem de ipsis semper benemereri pergentem habuerint; quam indebite cum ipso Patriarcha agerint. Tuum igitur munus erit omnia caritatis, benignitatis, auctoritatisque argumenta explicare, ut & injuncto Tibi Ministerio, & optatis nostris, ad Dei gloriam, & æternam ejusdem Nationis salutem, intentis satisfacias. Præterea facultatem etiam Tibi tribuimus, & impertimur, ut auctoritate Apostolici nostri Commissarii, si opus fuerit, utens, in rebelles, contumaces, & Apostolicis mandatis nostris non obtemperantes, sed adversantes, maritia, canonicisque pœnis, & censuris animadvertere possis, & valeas. Insuper, si quæ non levis momenti sive a Patriarcha, sive ab Antistitibus, sive omnibus, sive singulis de novo facta, gesta, præscriptaque fuisse cognoveris, quæ contra Synodi Provincialis, Libanensis dictæ, ab Apostolica hac Sancta Sede confirmatæ, Statuta, decreta, ac mandata reipsa sint, quorum cognitio, ac decisio ad ipsam dumtaxat Sanctam Sedem spectat, omnia ad pristinum statum restitui, & juxta dictam Synodum observari facias, cures, & mandes. Cœterum, dilecte fili, Te iterum rogamus, & in Domino hortamur, ut serio animo considerans, quam ardua sit Provincia Tibi commissa, & quam amplæ facultates ad illam alacrius adeundam, & facilius explicandam, componendamque attributæ, omnia studia, omnes conatus, & vires intendas, non ut Apostolicam tantum benignitatem nostram Tibi promerea-

ris,

ria, sed et æternam etiam in Cœlis repositam mercedem a bonorum omnium remuneratore Deo, quem unum præ oculis habere debes, consequi possis, & valeas. Nos interim ad prosperi successus auspicium Tibi Apostolicam Benedictionem, quam nostro nomine universæ Nationi mandatis tuis obtemperanti, tuaque salubria monita adimplenti elargiri poteris, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam majorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Julii 1740. Pontificatus Nostri anno sexto.

Cajetanus Amatus.

Loco ✠ Sigilli.

DUÆ fuerunt caussæ, quæ novis Maronitarum inter se dissidiis occasionem dederunt, & ob quas jam pene universa inclita illa Natio ab unitate Communionis cum capite, scilicet cum eorumdem Patriarcha, desciverat. Prima, eaque potissima fuit Rituum, & Diœcesum immutatio, quam proprio arbitrio, contra præscripta nuperæ Synodi Provincialis Libanensis, a Sede Apostolica confirmatæ, fecerat antedictus Patriarcha; contradicentibus Archiepiscopis, & Episcopis Cypri, Tyri, Beryti, & Tripolis, qui propterea ab illo declinaverant, sibique de communi consensu Vicarium constituerant Tobiam Cypri Archiepiscopum, qui eorum nomine Patriarchæ novitatibus viriliter sese opponeret.

Altera fuit singularis controversia inter Eliam Archiepiscopum Arcæ, qui simul erat Vicarius Patriarchalis, & memoratum Patriarcham. Contendebat ille Sedem Patriarchalem ære alieno graviter laborare, idque sibi deberi; ac vehementer instaverat, ut ab eodem exsolveretur. Patriarcha eumdem propterea a Vicarii officio absolverat, qui cum id ægre ferret, Drusorum Principem adiverat, apud quem dicam scripserat Patriarchæ, pecuniamque creditam expostulaverat. Drusorum Princeps, perpensis utriusque Partis rationum momentis, sententiam tulerat in Patriarcham, jusseratque eumdem carceri mancipari, in eoque detineri, donec ille totum nomen solvisset. Jam vero Milites Principis Patriarcham ad custodiam deducebant, cum sibi obviam venit Tobias Cypri, cœteroquin, ut diximus, ejus Adversarius, qui pietate motus, statim ad Principis pedes confugit, pro Patriarcha oravit, dictaque nomina in se transcripsit. Annuit Princeps, ac continuo præcepit Patriarcham manumitti, retineri tamen in Urbe Beryti Tobiam, usque dum creditori debitam pecuniam numerasset.

Interea temporis relatas Apostolicas literas accepit P. Desiderius, qui sedulam, diligentemque operam adhibuit, ut Summi Principis jussa impleret, quemadmodum, Deo auspice, perfecit, juxta secretam instructionem, quam ab eodem Sanctissimo habuerat. Statutum proinde fuit: I. Ne Diœceses immutarentur quacumque de caussa, inconsulta Sede Apostolica. II. Ne Ritus Ecclesiastici variarentur sine expressa S. C. de Propaganda Fide licentia. III. Ut liberum esset Patriarchæ quemcumque ex Episcopis Nationis assumere, & in suum Vicarium constituere. IV. denique, ut constans, ac sincera deinceps pax servaretur inter Ecclesiasticos non minus, quam Laicos totius Maronitarum Nationis. Acta sunt hæc in Synodo habita ab Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarcha, una cum antedicto Commissario Apostolico, in Templo Monasterii Bachaatæ, die 20. Aprilis 1747. eorumque Instrumentum legitimum, memoratorum Antistitum munitum sigillis, transmissum fuit ad Eminentissimum Cardinalem Silvium Valenti, S. C. de Propaganda Fide Præfectum, & S. S. a Secretis Status, qui perhumaniter dignatus fuit ad eumdem P. Desiderium scribere Epistolam sequentem.

Foris.

Al Reverendo Padre, Il Padre Desiderio di Casabasciana Presidente di Terra Santa.

Intus.

Reverendo Padre.

ACclusa alla Sua de' 20. Giugno dell' anno passato essendosi ricevuta la lettera diretta alla Santità di Nostro Signore, e la relazione di ciò, che V. P. ha operato nel Monte Libano in esecuzione della commissione appoggiatale col noto Breve Pontificio, il tutto fu subito umiliato alla Santità sua. Ha non poco commendato Sua Beatitudine la prudenza, colla quale alla si è condotta in tale affare: ed ha quindi dimostrato non ordinario piacere di sentire ristabilita la concordia, e la unione tra il Patriarcha de Maroniti, e quei Vescovi. Non è minore il gradimento, che io ne ratifico alla P. V. anche in nome, e par parte della Sagra Congregazione, ed alle sue Orazioni vivamemente mi raccomando.

Roma 8. Marzo 1748.

Al piacere di V. P.

Silvio Valenti Prefetto.

Niccolò Lercari Segretario.

Indulgentia Plenaria perpetua in Ecclesiis Ordinis pro Festo Sancti Petri Regalati.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

REdemptoris, ac Domini Nostri Jesu Christi, qui gloriosos saluberrimorum, quæ Nobis reliquit, exemplorum sectatores altis decoravit honoribus, & cœlestis Beatitudinis consortes effecit, vices, licet immeriti, gerentes in terris, spiritualium munerum Thesauros, quorum Nobis credita est dispensatio, libenter erogamus, sicut ad excitandam, & fovendam erga eosdem Beatos Cœli Incolas Fidelium devotionem salubriter in Domino arbitramur. Cum itaque Nos nuper ad honorem Sanctissimæ, & individuæ Trinitatis, ad exaltationem Catholicæ Fidei, & Christianæ Religionis incrementum, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ac Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporumque in Urbe nostra existentium consilio, Beatum Petrum Regalatum Confessorem, ac Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Professorem, auctoritate Nobis a Domino tradita, Sanctum esse decreverimus, & definiverimus, ac Sanctorum Cathalogo solemni ritu adscripserimus: Hinc est, quod Nos, ad augendam fidelium Religionem, & Animarum salutem, Cœlestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti, & de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque

que lexus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum Regularium tam Fratrum, quam Monialium prædicti Ordinis Sancti Francisci tam de Observantia, quam etiam Reformatorum nuncupatorum hactenus erectis, & imposterum quandocumque erigendis, & ubique locorum existentibus, die decima tertia mensis Maii festo ejusdem Sancti Petri Regalati a primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, vel Procuratoris Generalis dicti Ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xxiii. Augusti 1746. Pontificatus Nostri anno septimo.

D. Card. Passioneus.

AUSCULANA QUÆSTUATIONIS.

IN causa Ausculanæ quæstuæ vertente inter Conventum S. Paschalis, & PP. Minores Discalceatos S. Petri de Alcantara Foggiæ ex una, & PP. Minores Reformatos Civitatis Ausculi in Apulis ex altera Partibus &c. propositum fuit infrascriptum dubium.

An liceat Religiosis Min. Discalceatis Civitatis Foggiæ, & Capuccinis Bovini, & Barlettæ quæstuare per Civitatem Ausculi in Apulia, ejusque adjacentiis, ac districtu Conventus PP. Reformatorum ejusdem *Civitatis Ausculi* in casu &c?

„ Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, referente Eminentissimo Spinula Ponente, re matura perpensa, ad suprascriptum dubium respondendum censuit, prout respondit, nempe: Quoad PP. Discalceatos Foggiæ affirmative juxta modum, & modus est, quod possint quæstuare, non tamen ostiatim, sed apud eorum Benefactores, frumentum, & vinum tantum: Quo vero ad PP. Capuccinos Bovini, affirmative, post completam messem, pro frumento, & hordeo tantum: Quo vero ad PP. Capuccinos Barlettæ, negative. Romæ 30. Septembris 1746.

C. A. Card. Cavalchini Pro-Præf.

Loco ✠ Sigilli.

Joseph Maria Archiep. Damasc. Secret.

Collegia Missionariorum Observantium in Hispaniis iterum ad immediatam Ministri Generalis jurisdictionem reducuntur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

QUæcumque a Sede Apostolica ad promovendam, procurandamque Christifidelium salutem providentissime olim sancita, & decreta interdum Romanus Pontifex de Animarum salute sollicitus, sensim aliquos abusus in præscriptis ordinationibus, statutisque observandis, propter assiduas temporum vices, invectos animadvertens, pro sui Pastoralis officii munere, abusibus opportune correctis, aliter sanciri, & decernere cogitur. Nuper pro parte dilectorum Filiorum Guardiani, Discretorum, & aliorum Missionariorum Collegii, seu Seminarii Sancti Spiritus de Monte Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Provinciæ, & Diœcesis Valentinen. Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositæ expositum fuit, quod alias idem Collegium, seu Seminarium institutum, erectumque fuerat juxta formam quarumdam rec. mem. Innocentii PP. XI. Prædecessoris nostri in simili forma Brevis xxviii. Junii, & xvi. Octob. respectivè diebus anni MDCLXXXVI. expeditarum literarum, & juxta decretum ejusdem Congregationis die xvi. Novembris MDCLXXXVIII. editum, quod sane decretum die xxiv. Januarii MDCCIV. iterum denuo confirmatum extitit. Per hujusmodi vero decretum declarabatur Collegia, sive Seminaria Missionariorum, sive inter Christifideles, sive in Partibus Infidelium, ubicumque fundata, & fundanda, jurisdictioni pro tempore existentis Ministri Generalis dicti Ordinis immediate subjecta esse. Hac itaque ratione Collegium, sive Seminarium hujusmodi in perfecta regularis disciplinæ observantia diu permansit, & tum ob numerum Missionariorum, tum etiam ob uberrimos Missionum fructus, auctum, amplificatumque fuit, ab anno vero MDCCXXVIII. usque ad præsens, cum ex praxi quarumdam literarum fel. rec. Benedicti PP. XIII. itidem Prædecessoris nostri, quoque in simili forma Brevis die xvi. Septembris MDCCXXVIII. expeditarum, per quas Seminaria, & Collegia Missionariorum dicti Ordinis in Provinciis Hispanicis sub Dominio cla. mem. Philippi V. dum vixit, earumdem Hispaniarum Regis Catholici existentia, & tunc erecta, aliquibus tamen exceptis, sub Obedientia, & regimine pro tempore existentium Ministrorum Provincialium posita fuerunt, & alias, prout in ejusdem Benedicti, & memorati Innocentii Prædecessorum literis, ac memoratæ Congregationis Decretis, quorum, & quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius dicitur contineri, oriri cœpissent nonnullæ perturbationes, quæ non parum Exponentium prædictorum quietem, pacemque avocarunt; iidem Exponentes ad evitandas, dirimendasque perturbationes prædictas, Collegium, seu Seminarium hujusmodi ab omnimoda subjectione Ministri Provincialis, vigore dictarum literarum Benedicti Prædecessoris præscripta, ac volita, eximi plurimum desiderabant; emanavit ab

ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet:

D E C R E T U M

Sacræ Congregationis Generalis de Propaganda Fide habitæ die v. Septembris MDCCXLVI.

Referente Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali Carafa Ponente instantiam PP. Guardiani, Discretorum, & aliorum Missionariorum Collegii Seminarii Sancti Spiritus de Monte Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, Provinciæ, & Diœcesis Valentinen. supplicantium, ut non obstante Brevi san. mem. Benedicti PP. XIII. sub dat. xvi. Septembris MDCCXXVIII. præfati Collegii, seu Seminarii regimen, & gubernium reducatur ad formam præscriptam in quodam Brevi V. S. D. Innocentii XI. sub datum xvi. Octobris MDCLXXXVI. Sacra Congregatio re matura perpensa, auditisque prius P. Generali ejusdem Ordinis, necnon Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali de Acquaviva illius apud Sanctam Sedem Protectore, eoque potissimum attento, quod durante regiminis forma in præfato Brevi V. S. D. Innocentii XI. præscripta, non solum dictum Collegium, sed alia quoque hujusmodi per Hispaniam erecta, Missionariorum numero, regulari Observantia, exemplo Populorum, & Missionum fructu floruere: ea vero regiminis methodo immutata per subsequens Breve san. mem. Benedicti XIII. non parum elanguit, & Missionum fructus, & ipsa regularis Observantia, censuit consulendum esse Sanctissimo, ut dignetur mandare per literas in forma Brevis, quod non obstante prædicto Brevi Benedicti XIII. omnia Collegia erecta in Regnis Hispaniæ pro Missionibus Ordinis Fratrum Minorum de Observantia restituantur in pristinum statum, ad formam Brevis V. S. D. Innocentii XI.

Quam S. Congregationis Sententiam Sanctissimo Domino nostro relatam per R. P. D. Nicolaum Lercarium ejusdem Sacræ Congregationis Secretarium, die xviii. Septembris, Sanctitas Sua benigne probavit, & Breve Apostolicum expediri mandavit. Dat. Romæ die xii. Novembris MDCCXLVI.

V. Cardinalis Petra Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

Nicolaus Lercarius Secretarius.

Quoniam autem, sicut Exponentes præfati Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi decretum præinsertum quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere cupiunt: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus prædicti Benedicti Prædecessoris literis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis, Provinciæ, Collegii, seu Seminarii hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die prima Decembris MDCCXLVI. Pontificatus nostri anno septimo.

Pro Domino Cardinali Passioneo.

Loco ✠ Sigilli.

Joannes Florius Substitutus.

Liber ingressus Clericorum Secularium in Ordines Seculares asseritur.

Dilecto Filio Nostro Angelo Mariæ Tit. S. Praxedis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali Quirino nuncupato, ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Bibliothecario.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noster Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

„ Ex quo dilectus Filius Leander Chizzola Ar-
„ chidiaconus Ecclesiæ tuæ Cathedralis Bri-
„ xiensis, ex improviso isthinc digressus, Bo-
„ noniam se contulit, ibique habitum suscepit Cle-
„ rici Regularis Societatis Jesu, statim a Te, di-
„ lecte Fili Noster, datæ fuerunt ad Nos literæ,
„ quibus querebaris, eum tanti momenti consilium,
„ Te inconsulto, cœpisse, Teque penitus inscio
„ ad exitum deduxisse; non sine magno detrimento
„ pauperum istius Civitatis, atque Diœcesis, qui-
„ bus largiter subvenire, multorumque piorum ope-
„ rum, quibus se jugiter exercere consueverat; suo-
„ rum quoque Nepotum in minori ætate constituto-
„ rum, quorum curæ, atque educationi præesse de-
„ bebat; ac sine spe quidquam utiliter peragendi in
„ ipsa Societate Jesu, cui jam prope septuagenarius
„ nomen dederat. Hæc eadem, quum ipse proximo
„ Autumno in Urbem advenisses, Nobis coram in-
„ culcare non omisisti; deque iisdem nuper in Epi-
„ stola Nobis directa, ac Typis vulgata, iterum
„ expostulasti; petens præterea, Nosque excitans,
„ ut auctoritatis Nostræ ope, certaque lege proposita
„ hujusmodi licentiam reprimamus, qua Seculares

„ Cle-

Clerici, atque Presbyteri ad Regularium Claustra, quum libet, se conferentes, a Regularibus Superioribus illico recipiuntur; quod sane non aliter fieri debere autumas, quam communicatis consiliis cum Episcopis ipsorum Clericorum, seu Presbyterorum Ordinariis; siquidem ipsi Episcopi nunquam Regularibus Viris Ordines conferunt, sine Prælatorum Regularium consensu, in eorum Literis Dimissorialibus declarato.

„ Duæ sunt res in hoc universo negocio expendendæ, peculiare, scilicet, factum Leandri Archidiaconi; & generale constitutum, quod a Nobis fieri, & publicari velles. Ad primum quod attinet, aptiorem querelis Tuis responsionem comparare non possumus, quam si eadem ipsa Tibi rescribamus, quæ olim Sanctus Gregorius Magnus Prædecessor Noster Desiderio Episcopo Viennensi in Gallia in simili prorsus casu rescripsit. Quum enim Pancratius quidam Ecclesiæ Viennensis Diaconus Monasticam vitam amplexus esset, & in eodem Diaconi gradu in Monasterio degeret, Episcopus autem Pancratium diligens, magnique faciens, ipsum è Monasterio adducere, & ad Ecclesiæ servitia retrahere vellet; Sanctus Gregorius, cujus opem Pancratius imploraverat, scripsit ad Desiderium, ut ipsum potius hortaretur, ne a Monasterio discederet, neve se iterum sæculi procellis committeret. Habes Gregorii Epistulam *Tom. 11. ipsius operum anno MDCCV. a Monachis Sancti Mauri accurate editorum, Epistola 35. lib. 12. indict. 5.* ubi ita scribit; *Hortamur igitur, ut tam promptæ devotioni ejus, quam in Sancto studet habere proposito, minime vestra sit impedimento Fraternitas: magis autem quibus valetis adhortationibus, Pastoralì admonitione succendite, ut fervor hujus desiderii in eo non tepescat; ut qui a turbulento curarum Secularium tumultu se segregans quietis desideria, portum Monasterii appetiit, rursum in Ecclesiasticarum curarum non debeat perturbationibus implicari; sed in Dei laudibus permittatur secure ab his omnibus, ut postulat, removere.*

„ Quod quidem Gregorius rescribere non dubitavit, quamvis Pancratius *in Clericatus officio Ecclesiæ Viennensi*, ut ipse ait, *mancipatus* existeret, ipsius nempe servitiis reipsa addictus; quamvis etiam eo tempore hujusmodi disciplina vigeret, de qua late Thomassinus agit *de Beneficiis part. 2. lib. 1. cap. 3. & 4.* ut Clericus Episcopo ordinanti per omnia subesset, ejusque Ecclesiæ Ministerio, cui in ordinatione adscriptus fuisset, perpetuo jure devinctus haberetur; quamvis denique idem Sanctus Gregorius optime nosset, nemini licere ab hujusmodi Ministerio Ecclesiæ, cui semel addictus fuisset, discedere, sine permissu Episcopi, a quo quis ordinatus, ejusque Ecclesiæ servitiis in ordinatione fuerat adscriptus. Unde in alia Epistola, quæ est xvii. *lib. 5. Indiction. xiii.* quum ageret de electione Joannis Archidiaconi Catanensis ad Episcopalem Cathedram Syracusanam, inter alia, requirebat, ut Leonis Episcopi Catanensis consensus accederet. *Quod si factum fuerit, etiam Frater, & Coëpiscopus Noster Leo ei cessionem facere debebit, ut liber ad ordinandum possit inveniri*; ad quæ verba Editores ita observant in notis: *Tam erant Clerici suæ Ecclesiæ addicti, ut ne eos quidem in Episcopos alterius Ecclesiæ fas esset eligere, nisi missione obtenta, sive, ut vocant, cessione.*

„ Non itaque dubitamus, quin Tu cum Archidiacono tuo eadem plane ratione agendum Tibi esse ducas, qua Episcopum Viennensem cum Diacono suo Pancratio agere, Sanctus Gregorius optavit; tum quia animi tui perspecta magnitudo hoc Nobis suadet; tum quia in ea Epistola, quam publici juris fecisti, postquam prædicti Archidiaconi in Sæcularis Presbyteri statu eximiam operam disertissime, ut soles omnia, demonstrasti, circa finem deinde addis: *Te habere causas, cur ultro finas eundem in castris, ad quæ discessit, militare.*

„ Unum tamen, quod Tibi præsenti antea diximus, nunc etiam scripto iterandum censemus, non scilicet debitæ erga Te observantiæ defectui tribuendum esse, quod prædictus Archidiaconus tuus, ante discessum, opportunam abs te veniam minime requisierit; sed potius metui reverentiali, quem vocant, ac desiderio propositi sui reipsa exequendi, justoque timori, ne forte ab ejus implemento revocaretur. Qua ratione hon. mem. Ardicinus Cardinalis de Porta in quadam Epistola ad Prædecessorem Nostrum Innocentium Papam VIII. conscripta, suum factum excusat, quod scilicet ad Heremiticam vitam inter Camaldulens. profitendam conferre se volens, Cardinalatus habitum exutus, clanculo ex Urbe se subduxerit. Quum enim, Pontificis venia opportune obtenta, minime necessarium sibi putaret assensum Collegii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium; consilium vero suum ne interverti posset, necessario occultandum esse cognovisset; delato deinde ad ipsum murmure eorum, qui ipsius factum reprehendebant, ita scripsit ad Pontificem, in præcitata Epistola: *Quod autem, dimisso Cardinalatus habitu, dissimulata veste, me itineri commiserim, non opinor propterea me notam ullam apud graves, & prudentes Viros contrahere potuisse. Nam cum vellem, quod bollenus feceram, secretissimum esse, idque Fratri mihi fidissimo occultassem, existimavi satius etiam in dissimulato habitu inter ignotos, quam cum vero habitu incedere, & propterea a pœna, & a culpa, & ab omni alia nota me immunem esse existimo.* Hæc Epistola refertur in ejus vita edita ab Atticby in libro, cui titulus: *Flores Historiæ Sacri Collegii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium.*

„ Atque hæc de prima quæstionis parte. Quod vero ad alteram attinet, ad generalem scilicet Legem, quam pro similibus casibus a Nobis constitui postulas, hoc tibi respondere posse arbitramur, satis huic rei in Ecclesiasticis Canonibus provisum esse. In Concilio Toletano IV. anno 633. sub Sancto Isidoro celebrato, *Canone 50.* ita legitur: *Clerici, qui Monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab Episcopo in Monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.* Textus habetur *in Collectione Conciliorum Hispaniæ Cardinalis de Aguirre Tom. 11. pag. 487.* & refertur etiam in Decreto Gratiani *Can. Clerici 19. quæst. 1.* Quin imo *in eadem causa 19. quæst. 2. Can. duæ sunt*, postquam regula posita est, quod Clericus absque permissu Episcopi ab Ecclesia sua discedere, & alterius servitio se adjungere nequit, hujusmodi exceptio subnectitur: *sed subaudiendum est, nisi ad propositum melioris vitæ transire voluerit: tunc enim liberum est illi, etiam Episcopo contradicente, Monasterium ingredi.* Concordat Canon sequenti loco relatus, qui incipit *Duæ sunt*, in quo distinctio fit inter Legem publicam, & privatam; & posito, quod publica quidem Lex vetat Clericum ab una ad aliam Ecclesiam transire, sine assensu proprii Episcopi; privata vero lex,

„ quæ

que instinctu Sancti Spiritus in corde scribitur, & dignior est Lege publica, nequaquam id prohibet: ex bujusmodi principio arguitur, licere Clerico beneficiato, etiam contradiceute Episcopo, Beneficium relinquere, & in Monasterium sese recipere: *Si quis horum in Ecclesia sua sub Episcopo populum retinet, & Saeculariter vivit, si, afflatus Spiritu Sancto, in aliqua Monasteria, vel regulari Canonia salvare se voluerit, quia lege privata ducitur, nulla ratio exigit, ut lege publica obstringatur; dignior est enim lex privata, quam publica &c. Quisquis igitur hoc spiritu ducitur, etiam Episcopo suo contradicente, eat liber nostra auctoritate.*

„ S. Thomas 2.2. *quaest.* 189. *art.* 7. quaestionem proponit, *utrum Presbyteri Curati possint licite Religionem ingredi*, eamque affirmative resolvit; ea ratione ductus, quod nulla lege obligentur toto vitae tempore curam animarum sustinere: articulum vero ita concludit, facta de Archidiaconis expressa mentione: *Unde manifestum est, quod Archidiaconis, & Presbyteris Curatis licet ad Religionem transire*; & paulo infra: *Dicendum, quod Presbyteri Curati, & Archidiaconi obligaverunt se ad curam agendam Subditorum, quamdiu retinent Archidiaconatum, vel Parochiam, non autem obligaverunt se ad hoc, quod perpetuo Archidiaconatum, vel Parochiam retineant*. Haec S. Thomae sententia confirmatur a Sancto Antonino in sua *summa part.* 3. *tit.* 26. *cap.* 1. §. 2. *in Editione Veraneus pag.* 881. ubi praeter ea addit, Episcopi dissensum minime obstare: *Archidiaconis, Presbyteris, Curatis licet ad Religionem transire, etiam Episcopo contradicente*. Quae verba similiter leguntur *apud Sylvium* 2. 2. *quaest.* 189. *art.* 7. in *postremo ejus Editione Antuerpiae facta, Tom.* III. *pag.* 945.

„ Et quoniam alicui in mentem venire poterat, hujusmodi libertatem transeundi ad Claustra, quae Saecularibus Presbyteris a Canonibus conceditur, locum habere dumtaxat pro Claustris Monachorum, de quibus ipsi Canones expresse loquuntur; idem Sylvius, *loco citato*, affirmat, eam facultatem aeque competere, sive de Instituto agatur contemplativae vitae unice dedito, sive de eo, in quo vitae activae opera exerceantur: *Possunt Religionem etiam illam ingredi, quae in vita mere contemplativa, aut potissimum in corporalibus vitae activae officiis sit occupata; quoniam plus excedit status Religionis cujuscumque statum, seu potius officium Archidiaconi, vel Plebani, quam status altissimae Religionis statum cujuscumque infimae*; propter solemnia nimirum vota Castitatis, Paupertatis, & obedientiae, quae in unaquoque Religione emittuntur.

„ At incidunt saepe tempora, quibus opportunum non est, Clericum Saecularem suum locum deserere, & in Religiosis Claustris se abdere: quare nisi consultatio intercedat inter Episcopum, & Superiorem Regularem, impossibile erit quid expediat agnoscere. Durum autem omnino est, virum Ecclesiasticum, qui in suscipiendo Presbyterii Ordine, conceptis verbis, Episcopo suo reverentiam, & obedientiam spopondit, quoties ipsi libuerit, Episcopo inconsulto, atque inscio, ad regularia Claustra discedere, ac Regularis Instituti servitio perpetuo se mancipare; super quibus omnibus inter se junctis certam aliquam regulam tradi, & generalem Legem a Nobis promulgari opus esse contendis.

„ Equidem fatemur, non omni tempore omnibus opportunum esse regularem vitam amplecti. Meminimus Epistolae Sancti Augustini ad Bonifacium Comitem, quae in editione Monachorum Sancti Mauri impressa est num. 220. *Tom.* 21. *pag.* 212. & cujus etiam pars refertur in *Can. Novimus* 17. *quaest.* 6. ubi nimirum Sanctus Doctor testatur se, una cum Alypio, ipsum Bonifacium a Monasticae vitae proposito dissuasisse, ob praeclaram, quam, in Saeculo manens, Ecclesiae, & Reipublicae navabat operam, dum Africam a Barbarorum incursionibus tuebatur: *Ut autem non faceres, quid te revocavit, nisi quia consideravi, attendentibus Nobis, quantum prodesset Christi Ecclesiis quod agebas, si ea sola intentione ageres, ut defensae ab infestationibus Barbarorum, quietam, & tranquillam vitam agerent?* Vidimus etiam apud Sanctum Thomam 2. 2. *quaest.* 101. *art.* 4. & *quaest.* 189. *art.* 6. quaestionem hanc solidis rationibus examinari, utrum posset Filius Religionem ingredi, & Parentes in Saeculo relinquere, si ab ipso deserti, inopia sint laboraturi. Ulterius inquirunt Moralistae, an idem dicendum sit de Avo; & an id, quod de Ascendentibus statuitur, locum habeat etiam quoad Filios, Fratres, & Nepotes, & quatenus illius ope, qui religionem vult ingredi, praedicti omnes indigere debeant.

„ De reverentia quoque, & obedientia, quam non modo Sacerdos, sed quilibet etiam Clericus proprio Episcopo praestare debet, justo profecto opinionem fovemus. De hujusmodi obedientia agitur in *Cap. cum Clerici de verb. signific.* ubi Innocentius Papa III. exponens formam juramenti, quod a Clericis Ecclesiae Placentinae praestabatur, in haec verba conceptum; *Ego talis ab hac hora in antea fidelis ero, & obediens Placentinae Ecclesiae, & Domino meo Episcopo Placentino*; docet, per Ecclesiae Placentinae vocabulum intelligi Capitulum Ecclesiae Cathedralis; eum vero, qui praestat hujusmodi juramentum, Episcopo tamquam capiti principaliter obligari. Neque porro Nos pro nuda, inanique formula habendam esse putamus solemnem illam obedientiae, & reverentiae sponsionem, quam Presbyter facit in manibus Episcopi ordinantis, juxta vetustissimum Ecclesiae morem, ultra mille annos indubitanter servatum; ut ex antiquis Ritualibus colligitur, quae expendit *Catalanus ad Pontificale Romanum Tom.* 1. *pag.* 149. *in notis ad* §. 29. Quin imo libenter agnoscimus, Presbyterum hujusmodi promissionis vigore, ea lege, inter alias, adstrictum teneri, ut a servitio Ecclesiae, cui in ordinatione addictus fuerit, discedere nequeat sine licentia Episcopi: id quod optimis rationibus demonstrat *Hallier de Sacr. elect. & Ordin. part.* 1. *sect.* 6. §. 12. *Editionis Romanae*, ubi docte graviterque refellit auctorem ejusdem libelli Gallico sermone editi, qui hujusmodi reverentiam, & obedientiam Episcopo in Ordinatione promissam angustis nimium limitibus coercere tentaverat.

„ Veruntamen, his omnibus non obstantibus, iterum dicimus, novam generalem legem hac de re minime necessariam Nobis videri; vel quia in Ecclesiasticis Sanctionibus, quodcumque necessarium est, satis constitutum habemus; vel quia, si quid adhuc ordinandum superest, id pro generalis Constitutionis subjecto haberi non potest. Tria siquidem sunt, quae in hujusmodi casibus considerari possunt; primum, videlicet, an Presbyter ab Ecclesiae servitio ad Regularia Claustra transiturus, permissionem ab Episcopo petere debeat. Secundum, quid ipsi faciendum sit, si Episcopus dissentiat:

„ tiat. Tertium, quid statuendum sit de Parochia, seu Canonicatu, aut Archidiaconatu, quem Presbyter obtinebat. Verum hæc omnia jam Sacri Canones consideraverunt, atque opportunas pro singulis capitibus regulas præscripserunt.

„ Quod enim pertinet ad Episcopi permissum, nemo dubitat, quin Presbyter Ecclesiæ regimen, aut ministerium dimissurus, ante omnia debeat Episcopo consilium suum, ejusque capiendi rationes, quantum earum natura fert, aperire. In quo non tam officio, & honestati, quam naturalis legis præcepto satisfaciet. Quum enim Presbyteri in animarum cura, aliisque gravibus muneribus ad Pastorale regimen spectantibus, Episcopi Ministri sint, ita cum eo se gerere debent, ut in animarum, quas ipsi regebant, & negociorum, quæ administrabant, necessitatibus opportune consulere valeat. De quo recte loquitur *Passeriani*, licet Ordinis Regularis scriptor, *De statibus hominis Tom. 3. quæst. 189. art. 7. num. 8. Minister, qui habet custodiam rerum, & bonorum Domini sui, quæ absente Custode perire possunt, non ex jure decentia, sed ex debito officii sui, tenetur bona sibi commissa Domino reddere, & illum monere, ut de alio Custode provideat; & si hæc non faciat, puniri potest. Cum ergo Parochus sit Episcopi Minister in cura animarum, si deserat animas sibi commissas, inconsulto Episcopo, non minus peccat, quam si Minister Pastoris, Ovium Domino, ac Pastore non admonito, gregem errantem sine Custode dimitteret*, cum his, quæ sequuntur.

„ Hæc autem permissio, vel ab Episcopo conceditur, vel negatur. Si concedatur, jam controversiæ locus non erit. Sin vero denegetur, hujusmodi dissensus, ex auctoritatibus superius citatis, Presbyterum non adstringet, quominus Religionem ingredi valeat. Neque id mirum videri debet. Si enim Presbyter Episcopo reverentiam, & obedientiam in sua ordinatione promisit, multo solemnius Regulares eam promiserunt proprio Superiori in Religiosa Votorum Professione. Et tamen quoties Regularis in Ordine laxiori Professus ad strictiorem transire cupit, tenetur quidem a Superiore laxioris licentiam petere; verumtamen, ea sibi denegata, nihilominus ad strictiorem libere transire potest, ut expresse statuitur in *Cap. licet de Regularibus*, ubi sic legitur: *Talis ergo, postquam a Prælato suo transeundi licentiam postulaverit, ex lege privata, quæ publicæ legi præjudicat, absolutus, libere potest sanctioris vitæ propositum adimplere, non obstante proterva indiscreti contradictione Prælati; quia privilegium meretur amittere, qui concessa abutitur potestate.*

„ Denique de Beneficiorum vacatione in jure statutum habemus, eam non induci per solum ingressum in Religionem, sed per Professionem Regularem dumtaxat; quemadmodum videre est in *cap. Beneficium de Regular. in 6.* Et quidem pro eo tempore, quod inter ingressum in Ordinem Regularem, & Professionem solemnem intercedit, debet Episcopus, quoad Beneficia Curata, id ipsum agere, quod alias præstare consuevit, quum Parochus aliquo impedimento detinetur, ne animarum curam exercere valeat: quoad Beneficia vero Choralia, relicta Tyroni Religioso, qui Choro interesse nequit, ipsius Beneficii fructibus, de distributionibus ita statuet, ut jura præscribunt; juxta opinionem in praxi receptam de qua agit Suarez *de Religione Tom. 3. lib. 5. cap. 16. num. 18*

„ Quinimo, si quis forte Religionem ingressurus, Beneficium suum dimitteret (quo casu potest Episcopus *per Constitutionem 58. Sancti Pii V.* hujusmodi renunciationem admittere); vel etiamsi tempore Novitiatus hujusmodi dimissionem expleret, servatis omnibus, quæ ex præscripto Sacri Tridentini Concilii *Cap. 16. sess. 25. de Regularibus*, tam in bonorum temporalium, quam in Beneficiorum Ecclesiasticorum renunciationibus servari debent; nihilominus omnia in suspenso remanere deberent; neque posset Episcopus ad beneficii sic dimissi collationem devenire, nisi post factam a dimittente solemnem Professionem, uti late ostendit doctus, & in hoc toto rerum genere expertissimus scriptor, bon. mem. Joannes Baptista Riganti in suo *Commentario ad Regulas Cancellariæ Tom. 3. Regul. 46. a num. 21. ad finem*. Qua in re olim dubitatum est, an vota simplicia, quæ a Clericis Regularibus Societatis Jesu, post biennium probationis emittuntur, hujusmodi beneficiorum vacationem inducerent: sed negativa sententia communiter recepta fuit; ut observat laudatus Riganti *loco citat. num 30. & sequen.* & monet Pitonius *discept. 126. num. 21. & sequen.* Quamvis in Congregatione quinta Generali Ipsius Societatis *Canone 19.* statutum fuerit, ut qui Societati nomen dederit, expleto biennio, antequam vota simplicia emittat, Ecclesiastica beneficia dimitere debeat: quo casu hujusmodi beneficia, sin minus propter Professionem, saltem propter renunciationem vacare intelliguntur; ut notant *Sanchez ad præcepta Decalogi lib. 7 cap. 4. num. 9. Pellizzarius in Manuali Tom. 1. Tract. 3. cap. 4. num. 52.* cum aliis, quos citant præfati *Rigant. loco citat. num. 32. & Piton. numer. 12.*

„ At enim dices, præmissa omnia recte procedere: verum per ea non tolli propositam difficultatem de peculiaribus circumstantiis aliquando occurrentibus, ob quas permitti nequit Presbytero Seculari ad Regularem vitam transire; & quidem necessarium esse earum cognitionem, & examen institui; id quod obtineri nequit, nisi, iata Constitutione præscribatur aliqua consultationis species inter Episcopum, & Superiorem Regularem, ut unicuique sua ratio constet, ipseque Superior Regularis ab Episcopo edoceri valeat de idoneitate illius, qui Religioni nomen suum offert; ne forte eidem inutilis inveniatur, qualem profecto, ob ingravescentem illius ætatem, repertum iri suspicaris Archidiaconum Chizzola, qui inter Clericos Societatis Jesu, Te inconsulto, admissus fuit.

„ Porro nec interdicta fuit unquam hujusmodi consultatio inter Episcopum, & Superiorem Regularem, neque Nos eam vetare intendimus; quin potius illius utilitatem, atque opportunitatem agnoscimus. Ut autem specialis Legis mandato, tamquam necessaria præcipiatur, in eo non modica est difficultas. Neque enim in jure cautum reperitur, ut duorum Ordinum laxioris, atque strictioris Superiores inter se convenire debeant, quoties aliquis in illo professus ad hunc transire velit; sed solum, ubi inter præfatos Superiores oriatur controversia, an hujusmodi transitus ex laudabili causa, vel potius ex animi levitate, & Inconstantia suscipiatur, Ecclesiasticæ Leges Superioris majoris judicium requiri voluerunt: *Si vero probabiliter dubitetur, utrum quis velit ad Ordinem arctiorem, aut laxiorem, ex charitate, an ex temeritate transire, Superioris est judicium requirendum*. Ita legitur in *citat. cap. licet de Regularibus*. Quod si, hujusmodi controversia pendea-

„ dente, Religiosus in altero illo Ordine recipiatur, atque etiam in eo Professionem emittat; tunc ex ipsius controversiæ exitu decernendum erit, an ipse ad priorem reverti, an vero in posteriori remanere debeat; ut recte monet *Abbas Panormitanus in citat. cap. licet, num. 15. de Regular.* Hodierna vero praxis est, per quam omnes hujus generis controversiæ, & morum prolixitates devitantur, ut Religiosis Viris, qui a laxiori ad strictiorem Ordinem transire cupiunt, postquam voluntatis suæ causas coram competentibus Apostolicæ Sedis Tribunalibus exposuerint, atque probaverint, haud ægre a Romano Pontifice indulgeantur opportunæ facultates, in quibus derogatio super consensu Superioris Ordinis laxioris includitur.

„ Quod vero jus, certis in casibus, certisque de causis, competit Superiori Ordinis laxioris, ut suum subditum Regularem ad strictiorem Ordinem digressum, etiam post solemnem Professionem in eo emissam, repetere, & revocare valeat; idem similiter, certis in casibus, justisque exigentibus causis, Episcopo competit, ut suum Clericum Sæcularem Ordini Regulari adscriptum repetere possit. Hoc tradit clarissimus Canonum doctor *Innocentius IV. ad sæpe citatum cap. licet de Regular.* cujus hæc sunt verba, ibi *num. 3. Clericus potest transire ad Religionem, non petita licentia, etiamsi contradicatur; Crederemus tamen, quod posset eum repetere, si ex transitu suo prima Ecclesia gravem sustineret jacturam.* Concordat Abbas in *idem Cap.* 14. ubi sic ait: *Ulterius quæritur, quid in Sæculari Clerico? Numquid potest intrare in Religionem, non petita licentia ab Episcopo? Innocentius tenet quod sic: sed si Ecclesia graviter læderetur, esset revocandus.* Satis itaque provisum est etiam Episcopo, qui factum Clerici sui, ad Regularia Claustra, se invito, digressi, impugnare velit. Unde nec ulla nova Constitutione opus est, ut Episcopalia jura hac in parte asserantur; neque porro, ut peculiares indicentur casus, quibus hujusmodi juris exercitio locus esse possit; quum satis sit Regulam generalem tradidisse, quam Judex sequatur, quamquam ad peculiares causas, pro sua prudentia, justoque arbitrio, valeat applicare.

„ Hujus tamen juris, quo Episcopus Clericum Sæcularem sibi subjectum, qui Regulari Instituto sine ipsius assensu nomen dedit, repetere, & ad Ecclesiæ servitium revocare potest, hujus, inquam, juris persequutio in casibus particularibus non admodum facilis esse videtur. Ponamus enim Episcopo rem esse cum Clerico Beneficiato, cum Canonico, cum Archidiacono; vel (quoniam de simplici Beneficiato, aut Canonico, minus fortasse laborabit) de Archidiacono videamus. Hujus dignitatis, sive officii, veteribus quidem temporibus gravissimi, nunc munus omne eo redactum est, ut Episcopo Ordinationes generales celebranti, quum ipsi commodum fuerit, assistat, promovendos ad ipsam ordinationem evocaturus. Si vero agatur de Parochis, aliisve Animarum curam gerentibus, nemo quidem negabit ipsorum munus magni in Ecclesia momenti esse; sed quum simul negari nequeat, *Prælationis munus, seu statum*, (ut inquit *Suarez de Religione Tom. 3. lib. 1. cap. 11.* ubi de animarum cura loquitur) *minus securum esse, Religionis vero esse statum majoris severitatis in ordine ad Spiritualem Salutem*; unusquisque Parochus Religiosæ vitæ cupidus, hac nos exceptione in judicio se tuebitur adversus Episcopum, qui ipsum ad Animarum curam revocare

„ contendat. Sanctus Gregorius magnus quum olim scriberet adversus Legem ab Imperatore Mauritio editam, qua interdictum erat Militibus Monasticam vitam amplecti, hanc, inter alias, rationem afferebat: *multi sunt, qui possunt Religiosam vitam etiam Sæculari habitu ducere, & plerique sunt, qui, nisi omnia reliquerint, salvari apud Deum nullatenus possunt*: ut videre est in ipsius Epistola 65. *lib. 3. Indict. 6. Tom. 2. præstantæ editionis Parisinæ*. Nunc ergo quilibet Beneficiatus, Canonicus, Archidiaconus, Parochus, qui officium, aut Ministerium suum cum Religiosa vita commutaverit, se non inter *multos*, sed inter *plerosque* a Sancto Gregorio indicatos, connumerandum esse affirmabit. Si autem ipsi objiciatur, quod in Sæculari statu pauperibus largiter subvenire consueverat, respondebit, se non minus ex ipsis Religiosis Claustris, si bonorum suorum possessionem ad Religionem attulerit, opportunis obtentis facultatibus, pauperum indigentiis subventurum. Sane quum in præfata Lege Mauritius Imperator inhiberet, ne debitores publici Ærarii in Monasteriis reciperentur, Sanctus Gregorius eam partem Legis impugnans, (de qua tamen deinde suam opinionem mutavit, ut observant laudati Editores *in Notis litera d.*) ita scribebat in citata Epistola: *Quod vero in eadem Lege dicitur, ut ei in Monasterium converti non liceat, omnino miratus sum; dum, & rationes ejus possunt per Monasterium fieri, & agi potest, ut ab eo loco, in quo suscipitur, ejus quoque debita persolvantur.*

„ Quod si objiciatur gravis ætas Presbyteri ad Religionem transeuntis, facilis, & obvia erit responsio, quod multi sunt in Regularium Familiis Religiosi Viri in senili ætate constituti, qui pro modo virium suarum, laudabilem operam Religioni præstant; quorum numero ipsum, de quo est quæstio adjungi nil vetat. Ita pariter Sanctus Gregorius, contra propugnatores supradictæ Legis, qui dicebant, Milites ad Monasteria convolantes, bonos Monachos non evadere affirmabant: *Ego indignus Famulus Vester scio, quanti his diebus meis in Monasterio, Milites conversi, miracula fecerunt, signa, & virtutes operati sunt.*

„ Denique, huic Epistolæ jam nimis prolixæ finem facturi, unum adhuc addimus; ex centum nimirum Archidiaconis non facile duos inventum iri, qui Archidiaconatum dimittere, & Religionem ingredi velint. Contra vero, in pari Regularium numero, multos fane inveniri posse, qui Regularem vitam pro Archidiaconatu adipiscendo relinquerent. Quare, quum Leges versari oporteat circa ea, quæ frequenter accidunt; profecto non tam nova Lege opus erit ad retinendos Clericos, & Presbyteros Sæculares, ne Religiones ingrediantur, quam necesse esset aliquid excogitare, quo magis intra Religiosa Claustra continerentur ii, qui Regularem vitam amplexi, & professi sunt. Vix enim credibile est, quam multi a Regularibus Ordinibus migrare variis artibus quotidie moliantur. Neque solum de Apostatis loquimur, quorum numerus in dies augetur; sed si omnes, qui nullitatem Professionis suæ judicio experiri aggrediuntur, illam apud Judices probarent; si omnes, qui dignitates extra Religionem ambiunt, voti compotes fierent; si demum facilem apud Nos aditum invenirent eorum instantiæ, qui e Claustris exire, & in habitu Presbyteri Sæcularis, sub obedientia Episcoporum, & cum obligatione servandi vota Religiosa, quatenus conciliari possunt cum statu Clerici Sæcularis, in Sæculo

„ manere vellent; longe utique minor eorum foret „ numerus, qui Religionem professi ad mortem „ usque in illa perseverarent.

„ Dum itaque, Dilecte Fili Noster, consiliis „ tuis, quæ tum privatis literis, tum etiam Typis „ impressis non minus doctis, quam eloquenter pro- „ posuisti, obsecundandum Nobis esse non arbitramur; „ in eo tamen singularem existimationem, quam de „ Te merito fovemus, agnosces, quod Tibi causas, „ atque rationes, quibus ab iis sequandis retrahi- „ mur, exponere non detrectavimus his literis No- „ stris, quibus etiam tibi, novum benevolentiæ „ Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem imper- „ timur.

„ Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem „ die xiv. Januarii 1747. Pontificatus Nostri anno „ Septimo.

Clausura Monialium confirmatur, & circa admissio-nem Famularum, & Educandarum in Monasteria præscribuntur nonnulla.

Ven. Fratri Josepho Mariæ Episcopo Portugallensi *Ord. Minor. Regul. Observ.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam Benedictionem.

PEr binas alias nostras in simili forma Brevis literas, quarum unæ quidem datæ fuerunt die 1. Mensis Junii anno 1741. incipientes: *Cum Sacrarum Virginum*: alteræ vero die tertia Mensis Januarii anno 1742. itidem incipientes: *Salutare in Catholica Ecclesia institutum*, ea opportuna adhibere curavimus Apostolicæ providentiæ, supremæque auctoritatis nostræ remedia, quæ ad instaurandam regularem, quoad Clausuram Monialium, observantiam, a primæva disciplina per prædecessores nostros Romanos Pontifices, & Sacros Canones confirmata sensim dilabentem, satis esse in Domino duximus. Quoniam autem, non sine gravissimo animi nostri angore, accepimus novas artes, ac nova inventa, & si antiqua sint, ac toties proscripta, sub variis, exquisitisque causis, & rationibus in dies excogitari, quæ non solum per præscriptas leges prohibentur, sed quamplurimis etiam inordinationibus, & offendiculis aditum patefaciunt: Ac primum quidem eo pervenit famularum ad Monialium Ministerium in Monasteria admittendarum abusus, & indultum, quod ab Apostolica hac Sancta Sede sub tot salutaribus conditionibus concedi solet, etsi pro prima vice servatis iisdem conditionibus executioni demandetur, deinceps tamen quoties admissam famulam, aut è Monasterio egredi, aut viam universæ Carnis ingredi contingat, toties, nulla indulti hujusmodi habita ratione, ad libitum Monialium, sine alia Antistitum Ordinariorum locorum, ad quos spectat, scientia, & licentia, sed de superiorum Regularium eorumdem Monasteriorum dumtaxat aliquando consensu, aliæ, atque aliæ in Monasterium inducantur famulæ, de quarum moribus, fama, vitiis, ac virtutibus nulla præcesserit legitima cognitio, unde fit, ut sub famularum nomine, ac prætextu, fœminæ quæcumque in Clausuras, non sine Clausuræ violatione admittantur. Illud præterea in more positum esse dolentes audivimus, ostia nimirum Monasteriorum, quæ semper clausa esse, nec nisi ad necessitatis eorumdem Monasteriorum commoda recludi debent, ita assidue patefieri, ut Moniales, & quæcumq; aliæ in Monasteriis degentes Virgines in propatulo sedentes, sive stantes, cum quibusvis utriusque sexus hominibus illuc accedentibus indiscriminatim colloqui, & jocari etiam non erubescant; ut sæpe quamlibet fœminam in quacumque ætate constitutam sive consanguineam, sive affinem, sive tanquam famulam cujuslibet earumdem Monialium in ipsam Clausuram accersant; & quamvis ipsæ Moniales impellant, sponte tamen ingressam deinde asserant, nec Religioni ducant censuras, & pœnas canonicas, quibus ea propter obnoxiæ fiunt: Nos sane, qui pro imposita Nobis divinitus supremæ Apostolicæ servitutis procuratione, saluberrime occurrere debemus hisce abusibus, & inordinationibus, etsi abusus, & inordinationes hujusmodi in ista Fraternitatis Tuæ Diœcesi neque unquam irrepsisse, neque unquam irrepturos esse in Domino confidimus; Fraternitati tamen Tuæ notum esse volumus, quod Nos non solum omnes, & singulas Constitutiones tam ab iisdem Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, quam a Nobis ipsis super Clausura Monialium editas, verum etiam omnia, & singula decreta tam a Concilio Tridentino, quam a Congregationibus Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super eadem clausura, & admissione, & receptione Educandarum puellarum, & famularum, sive quarumcumque fœminarum promulgata, quatenus opus sit, tenore præsentium auctoritate Apostolica confirmamus, & sub pœnis etiam per easdem Constitutiones, & Decreta contra inobedientes inflictis, servari mandamus, ac præcipimus. Insuper tenore, & auctoritate paribus statuimus, ac declaramus, admissionem, receptionemque quarumcumque fœminarum, sive Puellarum Educandarum, sive Famularum in Monasteria, quacumque ex causa, sine legitima, authenticaque ejusdem Apostolicæ Sedis licentia toties, quoties opus fuerit, impetranda, & prævio examine super moribus, fama, habilitate, & necessitate ipsarum Educandarum Puellarum, vel famularum, per Antistites locorum Ordinarios tantummodo, & non alios quoscumque Superiores, toties itidem, quoties necessitas postulaverit, habendo, non obstante quacumque consuetudine etiam longi temporis fieri non debere. Quod si secus factum, ac fieri in posterum contingat, statuimus pariter, ac declaramus, tam Moniales, & quascumque in Monasteriis degentes, quæ Fœminas quascumque in eadem Monasteria quomodocumque admiserint, receperintque, quam ipsas fœminas admissas, & receptas, canonicis censuris, & pœnis obstrictas esse, ac fore, a quibus easdem Moniales, & fœminas hujusmodi ejusdem tuæ Diœcesis, si forsitan hac in parte deliquisse contigerit, de præterito tantum absolvendi facultatem Fraternitati Tuæ, cum facultate etiam alios subdelegandi, tribuimus, & impertimur. Cæterum Fraternitati Tuæ injungimus ac præcipimus, ut omnium, & singularum Ordinationum per laudatum Concilium Tridentinum, & Apostolicas Constitutiones, & dictarum Congregationum decreta, super Clausura Monialium, & delegata Antistibus locorum Ordinariis Visitatione tam interna, quam externa præscriptarum memor, easdem ordinationes sub pœnis desuper inflictis debitæ executioni mandare satagas, & studeas, nec non mandari facias, cures, & adnitaris. Interim, ad prosperi successus auspicium, Tibi, Venerabilis Frater, Apostolicam benedictionem peramanter impartimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die

die 24. Januarii 1747. Pontificatus nostri anno septimo.

Apostolicæ sanctiones circa Regularium promotionem ad Sacras Ordinationes confirmantur, ac renovantur.

BENEDICTUS.

EPISCOPUS.

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

IMpositi Nobis licet immerentibus Apostolici Ministerii ratio postulat, ut ad tuendum Ecclesiasticæ disciplinæ vigorem, non modo novas interdum leges provide constituamus; verum etiam veteres a prædecessoribus Nostris sapienter statutas, si quidem fallacium rationum præsidio debitis fraudentur effectibus, novis, & inviolabilibus sanctionibus communiamus; si vero earum claritas pravis, & captiosis interpretationibus involvi, & obumbrari dignoscatur, easdem perspicuis, apertisque declarationibus in propria luce collocemus.

Sane quæ olim de Ordinationibus Regularium controversia viguit, an scilicet Regulares a quocumque Catholico Antistite indistincte ordinari possent, an vero id juris privative pertineret ad Episcopum illius Diœcesis, intra quam sita est Religiosa Domus, quam Regularis ad Ordines promovendus inhabitat, providis Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus, & declarationibus jam dudum sublata fuit. In qua quidem controversia Episcopi Locorum Ordinarii jura sua fundantes in generalibus Canonum statutis, & ipsis exemptionum privilegiis, quæ Regularibus indulta sunt, ajebant, ipsorum ordinationes, utpote Diœcesanis Episcopis expresse reservatas, neque spectare posse ad Ordinarios eorum Originis, quam Regulares a se abdicant, dum Sæculo nuntium remittunt; neque porro ad Ordinarios Beneficii, quoniam ipsi ad titulum Beneficii non promoventur, proindeque unice spectare ad Episcopos Ordinarios eorum Domicilii, nimirum illius Diœcesis, ac Loci, in quo ipsi Ordinandi commorantur. Contra vero Regulares Apostolicis Privilegiis innixi, quæ certis Ordinibus recentius elargita, ac deinceps per viam communicationis ad omnes extensa fuerant, licitum sibi esse contendebant Sacros Ordines a quocumque Catholico Antistite, juxta eorum Privilegiorum tenorem, pro arbitrio suscipere.

Verum felicis recordationis Prædecessor Noster Gregorius Papa XIII. per suam Apostolicam Constitutionem, quæ incipit: *In tanta rerum*, datam apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1573. Kalendis Martii, justis, gravibusque de causis, alteram Constitutionem sui, nostrique pariter Prædecessoris Sancti Pii Papæ V. cujus initium est: *Etsi Mendicantium*, ad juris communis, & Sacri Concilii Tridentini terminos reduxisset; eodem quoque anno in Causa Monachorum Ordinis Carthusiani Decretum edidit, quo ipsos ab Episcopis Diœcesum, in quibus eorum Monasteria respective sita sunt, vel nonnisi de istorum licentia, ab aliis quibusque Episcopis Ordinandos esse declaravit; quemadmodum legitur *Lib.* 1. Decretorum Congregationis Concilii *pag. 75. a terg. Dub. An nostri Ordinandi obligentur habere expressam licentiam Ordinarii, in cujus Diœcesi sunt pro Ordinibus conferendis ab Episcopo alterius Diœcesis: Sanctissimus Dominus noster, etiam ex sententia Sacræ Congregationis Concilii, declaravit, obligari.*

Contigit autem sub illius Successore Sixto Papa V. eandem quæstionem retractari, instante universo Ordine Fratrum Prædicatorum. Qua de re idem Prædecessor, post maturum Causæ totius examen in præfata Congregatione Concilii habitum, constituit, licere Superioribus Regularibus Literas Dimissoriales concedere suis respective Subditis ad Ordines suscipiendos; sed eas tamen Diœcesano dumtaxat Episcopo directas, nec alteri unquam, nisi quum forte is a Diœcesi abfuerit, aut, quatenus in Diœcesi extiterit, Clericorum tamen Ordinationem non sit habiturus. Ita relatum habetur *lib. IV.* prædictorum Decretorum *pag.* 108. *Sanctissimus Dominus noster Sixtus V. ex sententia Congregationis, respondit, Regulares posse concedere Dimissorias ad Episcopum Diœcesanum; eoque absente, vel etiam præsente, & Ordinationem non tenente, ad quemcumque, dummodo ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinentur quoad Doctrinam.*

Demum a Sanctæ memoriæ Prædecessore quoque nostro Clemente Papa VIII. ad hujusmodi controversias perpetuo extinguendas, sequens Decretum editum fuit: *De Mandato Sanctissimi Domini Nostri Clementis divina Providentia Papæ VIII. tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcumque Regularium Superioribus, ut de cætero observent, & observari faciant ea, quæ in Decreto Sacræ Congregationis Concilii Tridentini continentur, cujus tenor est talis: Congregatio Concilii censuit Superiores Regulares posse suo Subdito itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, Literas Dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempe illius Monasterii, in cujus Familia ab iis, ad quos pertinet, Regularis positus fuerit, &, si Diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus Ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum; dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinentur quoad Doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus, vel absuturus, vel nullas esset habiturus Ordinationes. Verum cum a Superioribus Regularibus, Episcopo Diœcesano absente, vel Ordinationes non habente, literæ dimissoriæ dabuntur, in eis utique hujusmodi causam absentiæ Diœcesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse. Quod qui non fecerint, officii, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis activæ, & passivæ privationis, ac alias arbitrio ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ reservatas pœnas incurrant. In quorum fidem &c. Datum Romæ die 15. Mensis Martii 1596.*

Hoc emanato Pontificio Decreto, eoque tam claris verbis concepto, jure sperandum videbatur hujus generis lites non amplius auditum iri; sed contra accidit, dum ex una parte nonnulli Episcopi ultra montes constituti contendere cœperunt, necessarias esse Regularibus Dimissorias etiam Ordinariorum eorum Originis, quo possent ab Episcopis aliorum Locorum ad Sacros Ordines promoveri; ex altera vero Regulares obtendentes in præfato Clementis VIII. Decreto derogatum non fuisse Apostolicis privilegiis, quæ eorum Ordinibus, sive directe, sive per communicationem indulta fuerant, ut scilicet a quocumque Catholico Antistite ordinari possent, hujusmodi Decreti vim, & observantiam declinare se posse putarunt.

Verum, quod attinet ad Episcopos, ipsa Congregatio Concilii die 28. Februarii anni 1654. ut notatum reperitur *Lib.* 19. ipsius Decretorum *pag.* 316. ita rescripsit: *Regulares volentes se promovere ad Ordines, non teneri ostendere Dimissorias Ordinariorum propriæ Originis, sed sufficere ut observent formam præscriptam in Decreto fel. mem. Clementis VIII.* Quod etiam amplissime confirmatum fuit in alio Decreto edito die 27. Martii anni 1674. Decretorum *Libro XXVIII. pag.* 262. *& sequentibus.*

Quod vero spectat ad Regulares, quum eorum præsumptum jus, una cum rationibus ab ipsis plenissime deductis, in quadam Congregatione particulari nonnullorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium a felicis recordationis Prædecessore Nostro Innocentio Papa XIII. deputata, cui Nos in minoribus tunc existentes nostram qualemcumque operam, pro demandato Nobis Secretarii munere, contulimus, diligenter expensum, & examinatum fuisset; cumque ad hujusmodi quæstionem definiendam, id potissimum visum esset in jure statuendum, an ad effectum eximendi Regulares a præfati Decreti Clementini observantia, sufficeret, quod Privilegia suscipiendi Ordines a quocumque, ipsis concessa fuissent post Concilium Tridentinum, a quo hujusmodi antiqua Privilegia abrogata fuisse satis constat; an vero oporteret eadem concessa fuisse post ipsum Clementis Prædecessoris Decretum; Ac præterea an hujusmodi Privilegia æque suffragarentur iis, ad quos per viam communicationis extensa dicerentur; ac iis, quibus directe, & expresse indulta fuerunt: Idem Innocentius Prædecessor, audito præfatæ Congregationis particularis consilio, decrevit, satis esse, ad supradictum effectum, quod hujusmodi Privilegia post Concilium Tridentinum concessa fuerint, quamvis præfato Clementino Decreto posteriora non sint; dummodo tamen directe concessa fuisse constet, non vero in communicatione Privilegiorum de uno in alium Ordinem derivata asserantur; quemadmodum ipse Innocentius in suis Apostolicis Literis incipientibus *Apostolici Ministerii*, die 30. Maii anni 1723. datis, ac deinde confirmatis a Sanctæ memoriæ Prædecessore pariter nostro Benedicto Papa XIII. per alias similes Literas datas die 23. Septembris anni 1724. quarum initium est *In supremo*, aperte declaravit, his verbis: *Quoties ergo Regulares ad Ordines erunt promovendi, servetur omnino Decretum Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum a piæ memoriæ Clemente VIII. Prædecessore etiam nostro confirmatum die 15. Martii 1596. quo sancitur, ut Episcopum Diœcesanum Literas Dimissorias pro eorumdem Ordinum susceptione a suis Superioribus esse dirigendas, præterquam in casu, quo Diœcesanus a Diœcesi abesset, vel Ordinationes non esset habiturus, quo etiam casu in Literis Dimissoriis ad alium Episcopum dirigendis expressa fieri debeat mentio, vel de prædicti Episcopi Diœcesani absentia, vel de illa alia causa, videlicet quod Ordinationes* non sit habiturus; *exceptis tamen, quoad prædicta, Regularibus illis, quibus per speciale privilegium a Sede Apostolica post Concilium Tridentinum fuerit concessum, ut a quolibet Catholico Antistite Ordines suscipere possint, super quo Indulto nihil per præsentes innovare intendimus.*

Porro si aliqui vigilias, laboresque suos, non tam in extricandis inutilibus quæstionibus, vel forte in rebus profanis, & ab Ecclesiastica professione alienis, addiscendis consumerent, quam in studio Sacrarum Legum, quibus Ecclesiastica disciplina continetur, utiliter collocarent; ac nisi aliquibus arbitrium pro Lege, præjudicata opinio pro ratione, atque in Legum etiam clarissimarum interpretatione, suus cuique sensus pro auctoritate esset; nec olim Nobis in nostro Bononiensi Archiepiscopatu residentibus contigisset, ut Regularis quidam ex ea Urbe repente digressus, suique Superioris Dimissorias ad Episcopum finitimum deferens, tametsi nullo pacto docere posset, Nos Clericorum Ordinationem non habituros, Sacrum Presbyteratus Ordinem susciperet, nullaque interjecta mora, Bononiam ad primum Sacrificium non sine pompa offerendum reverteretur. Quam tamen intolerandam audaciam Nos ad Canonicarum Sanctionum rigorem exigere, atque etiam, servata Pastorali mansuetudine, vindicare non prætermisimus, ut videre est in Monito Pastorali a Nobis tunc edito, *inter impress. monit.* 3. *lib.* 10. Neque rursus, ex quo ad universalis Ecclesiæ regimen, Deo sic disponente, assumpti fuimus, plurium Episcoporum Fratrum Nostrorum querelæ ad Apostolatum Nostrum delatæ fuissent; qui nimirum, non sine magno animi Nostri dolore, apud Nos expostulare non desinunt, a pluribus sæpe Regularibus in eorum Diœcesibus respective commorantibus similia perpetrari, in spretum Ecclesiasticarum Legum, atque pœnalium Sanctionum, quibus ipso facto adstringuntur; (siquidem in autographo supra relati Clementini Decreti distincte legitur *incurrant*; non autem, quod falso non nemo asseruit, *incurrent*), dum scilicet, Superiores Regulares, qui Subditis suis, non ad præscriptum ejusdem Decreti, Dimissorias Literas concedunt, suorum officiorum, ac Dignitatum, & vocis activæ, atque passivæ amissione mulctantur; Ordinati vero, suspensionis pœnam, atque etiam, si in suscepto Ordine ministraverint, irregularitatem incurrunt; ac denique Antistites, qui ipsis manus imponunt, non facile effugiunt Canonicas pœnas adversus eos propositas, qui alienos Subditos absque sufficientibus Dimissoriis ordinare præsumunt. Qui etiam plerumque culpa non vacant in eo, quod, quum ex usu rerum intelligere possint, complures Regulares non alia de causa, proprio domicilio relicto, iter arripere, quam ut se subducant examini Episcopi Diœcesani, cujus hac in re jurisdictionem, aut nimium rigorem perhorrescunt; aliumque inveniant, qui vel nullo, vel admodum levi præmisso examine, Ordines ipsis impertiatur; quoties hujusmodi facilitate erga illos utuntur, toties adversus consultissima Tridentinæ Synodi Decreta delinquunt. Ea siquidem *sess.* 23. *cap.* 12. *de Reformatione*, sic statuit: *Regulares quoque nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur, privilegiis quibuscumque quoad hoc penitus exclusis.*

Nos autem consueta Sedis Apostolicæ clementia uti volentes, libenter abstinemus a designandis, aut nominandis hoc loco Regularibus, de quorum excessibus in hoc rerum genere graves Episcoporum querimoniæ ad Nos delatæ fuerunt. Quæcumque etiam hac in re inordinate ad hunc diem admissa sunt, a districtioris judicii inquisitione liberamus; Quinimo omnes, & singulos in hoc delinquentes, sive Superiores Regulares, sive Regulares ad Ordines promotos, sive Antistites, qui eos ordinaverint, a quibuscumque sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quas hac de causa respective ante hac incurrerint, quibusque innodati forsan existant, auctoritatis nostræ plenitudine, ac de Apostolica benignitate, tenore præsentium absolvimus, & absolutos esse censeri decernimus, & cum iisdem super quacumque irregularitate per eos forsan, causa, & occasione præmissa, quomodolibet contracta,

ad

ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, eorumque exercitium, atque ad omnia, & singula eorum respective Religionum munera, pari auctoritatis plenitudine dispensamus. De cœtero tamen infrascriptas Leges imposterum omnino observandas, motu proprio, & ex certa scientia Nostra, ac matura deliberatione præmissa, edicimus, atque statuimus.

Quæcumque nimirum hac in re a præfatis Prædecessoribus nostris Gregorio XIII. Sisto V. Clemente VIII. & Innocentio XIII. in supra citatis ipsorum Literis, seu Decretis statuta, mandata, definita, atque sancita fuerunt, ea omnia, & singula, motu, scientia, & potestatis plenitudine præfatis earumdem præsentium serie, confirmamus, roboramus, & innovamus; atque ab omnibus, ad quos spectat, seu quandocumque in futurum spectabit, inviolabiliter observari præcipimus, & jubemus, Transgressores quoque omnibus pœnis in præmissis contentis, aliisque per Apostolicas Constitutiones, & per Sacros Canones latis, atque statutis, cum effectu subjacere, easque ipso facto, & absque aliqua declaratione incurrere decernimus, Superiores nimirum Regulares eas omnes, quas, ut præfertur, supradictus Clemens VIII. Prædecessor constituit, & sanxit; Regulares autem, qui contra illius Decreti præscriptum promoti fuerint, & Antistites eos promoventes, canonicas pœnas, atque censuras, quæ adversus Sacram Ordinationem suscipientes ab Episcopo, qui proprius ad hunc effectum dici, & haberi nequit, necnon adversus Episcopos, alienos Subditos indebite ordinantes in jure canonico, & in Constitutionibus Apostolicis statutæ habentur.

Præterea volumus, atque decernimus, ut Superiorum Regularium Dimissoriæ, quæ ideo ad alium Antistitem directæ fuerint, propterea quod Episcopus Diœcesanus extra Diœcesim commoretur, vel Ordinationem non sit habiturus, nullius sint roboris, & momenti, nisi illis juncta fuerit authentica attestatio Vicarii Generalis, vel Cancellarii, aut Secretarii ejusdem Episcopi Diœcesani, ex qua constet, vel ipsum a Diœcesi abesse, vel Clericorum Ordinationem habiturum non esse proximo legitimo tempore per Ecclesiasticas Leges ad hunc effectum statuto. Hoc enim expresse declarari opus est, ad excludendam nonnullorum arrogantiam, qui quum Privilegio gaudeant suscipiendi Ordines extra tempora, existimarunt Episcopos ipsorum voluntati adeo addictos esse debere, ut si, quandocumque ipsis placuisset ad Ordines promoveri, non statim, ipsoque die ab ipsis designato, voti compotes fierent, jam dici posset, Ordinationem ab Episcopo non haberi, proindeque alius Episcopus pro suscipiendis Ordinibus adeundus esset. Quod si aliquis Antistes Regularem virum in sua Diœcesi proprium Domicilium non habentem, solis ipsius Superioris dimissorialibus Literis contentus, sine adjuncta præfata attestatione in forma probanti, ad Ordines promovere præsumpserit; decernimus, & declaramus hunc ipso facto incurrere in pœnas canonicas adversus eos constitutas, qui alienum Subditum legitimis Dimissoriis destitutum ordinaverit.

Quemadmodum vero eorum Ordinum Regularium Privilegia firma, & rata esse volumus, quibus ab Apostolica Sede reperitur indultum, ut eorum Alumni a quolibet Catholico Antistite ipsius Sedis gratiam, & communionem habente ordinari valeant; dummodo hujusmodi Privilegia post Tridentinum Concilium, & ipsis Ordinibus nominatim, atque directe, non autem per communicationem concessa fuerint. Ita porro omnia similia Privilegia, quæ aliis Ordinibus ante præfatum Concilium Tridentinum, ab ipsa etiam Apostolica Sede, & sub quibuscumque tenoribus, & formis, indulta sint, vel etiam post ipsum Concilium non ipsis directe concessa, sed per communicationem ad eos extensa esse dicantur, iisdem auctoritate, & tenore, nulla, & irrita, omnique vigore, ac robore ad effectum, de quo agitur, penitus destituta, & vacua esse volumus, & statuimus. Decernentes hujusmodi privilegia nequaquam post Concilium Tridentinum indulta censeri, nisi, vel post ipsius Concilii confirmationem reipsa fuerint concessa, vel quatenus antea concessa, & posterius confirmata esse asserantur, hujusmodi confirmationes *in forma specifica*, cum literali veteris Indulti insertione, ejusque expressa innovatione, factæ dignoscantur; ac declarantes, alterius generis confirmationes, quæ *in forma communi* nuncupantur, nemini ad præmissum effectum ullo pacto suffragari. Quod vero spectat ad eorumdem Privilegiorum usum, & exercitium, monendi sunt ii, quibus eadem, juxta præmissa, pleno jure competere dignoscuntur, ut non sine justa causa, nec extra debitas circumstantias pro libito ipsis utantur, minime vero ad ostentandam dumtaxat ipsorum Privilegiorum singularitatem; quemadmodum aliquibus in more positum esse novimus, qui pridie illius diei, quo ab Episcopo Diœcesano Clericorum Ordinationes publicæ habendæ sunt, ad alterius Episcopi Diœcesim consulto migrant, moxque suscepto ibidem Ordinationis munere ad pristinum domicilium redeunt; idque se facere ajunt, ut jurium suorum indemnitati consulant; quasi vero Apostolica Privilegia, nonnisi cum aperto Episcopi Diœcesani contemptu, suam vim, & robur habitura forent.

Denique tam Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, quam dilectos filios omnium Regularium Ordinum Professores, quam maximo possumus Apostolicæ voluntatis studio, per misericordiam Dei Nostri, & per charitatem Sancti Spiritus, hortamur in Domino, & obtestamur, ut tam in hoc negotio, quam in cœteris omnibus, solliciti sint unitatem Spiritus, & sinceræ dilectionis concordiam servare; meminerint Regulares, quo loco Spiritus Sanctus posuerit Episcopos regere Ecclesiam Dei; quod ipsis a Sacrosancta Œcumenica Lateranensi Synodo sub Leone X. habita, inculcatum fuit per hæc verba: *Eosdem insuper Fratres in virtute Sanctæ Obedientiæ, ut eosdem Episcopos loco Sanctorum Apostolorum subrogatos pro debita, & nostra, ac Apostolicæ Sedis reverentia, congruo honore, & congruenti observantia venerentur*. Neque obliviscantur Episcopi, Regulares viros ipsis datos esse adjutores in Dominicæ vineæ cultura, subdit enim eadem Sancta Synodus: *Ipsos quoque Episcopos hortamur, ac per viscera misericordiæ Dei nostri requirimus, ut Fratres ipsos affectu benevolo prosequentes, charitative tractent, ac benigne foveant &c. & tanquam in agro Dominico cooperatores, eorumque laborum participes, prompta benignitate recipiant*. Demum & Episcopi, & Regulares simul animum advertant ad id, quod ibidem subjicitur: *Una est Regularium, & Secularium Prælatorum, & Subditorum exemptorum, & non exemptorum universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur, eorumque omnium unus Dominus, una Fides, & propterea decet eos, qui ejusdem sunt corporis, unius etiam esse voluntatis*.

Hæc profecto Christianæ veritatis, & charitatis documenta quam utrimque servata fuerint omnibus in rebus, adeoque in hac etiam Ordinationum materia, importunæ partium querelæ penitus conticescent.

Ne-

Neque enim Regulares conqueri poterunt, quod, recusantibus Episcopis Sactam Ordinationam edministrare, præterquam in Temporibus ab Ecclesia statutis, eorum privilegie de Ordinibua extra tempora suscipiendis effectu vacui remaneant; Episcopi anim alios etiam opportunos dies ordinandis Regularibua facila invenient. Episcoporum autem cessebunt querelæ, quod Superiores Regularca, ad aludendam Decreti Clementini observantiem, advenientibus Ordinationum temporibus, subditos suoa domicilio moveant, eosdemque statim post susceptos Ordines, falsis da causis, ad pristinum Monasterium reverti jubeant; siquidem Regulares hujusmodi agendi rationem (quam & aliaa in foro externo greviaet vindicatam fuisse, & in posterum districte coercendam fora noverint) tum a probi viri honestate, & fide elienam, tum etiam debitæ erga Sacros Ecclesiarum Antistites obsatvantiæ contrariam essa, ipsi per se facile cognoscent.

Præsentes vero Nostraa Literas, & in eis statuta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis, seu eorum aliquo, jua, vel interessa habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradua, Ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis exiltant, sive aliaa specifica, & individua mentione, & expressinna digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causæ, propter quaa eædem præsentes amanaverint, adductæ, verificatæ, vel sufficienter, aut ullo modo justificatæ fuerint, aut ex alia qualibet, atiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & cepite, etiam in corpore juris clauso, nullo onquam tempore da subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut intetesse habentinm consensua, aliova quolibet, atiam quantumvia magno, ac formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juria redaci, seu adversus illaa aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve qnodcumque juris, facti, vel gratiæ ramedinm intentari, vel impetrari, aut etiam motu pari, & de Apostolicæ potestatis plenitudina sibi concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsantes sampet firmaa, validas, & efficacea existere, & fore, suosque plenarios, & integroa effectua sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quoa spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & ineoncussa observari.

Sicque, & non alitet in præmissis censeri, atque ita per quoscumque Judices ordinerios, & delegatos, etiam causarum Pelatii Apostoliei Auditorea, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis prædictæ Nuntios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, ae potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultata, judicari, & definiri debare, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibua, quatenua opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula, da jnre quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac Universalibua, Provincialibua, & Synodalibua in Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibua, & Ordinationibus, nec non quibusvis, atiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuatudinibua, etiam immemorabilibua, privilegiis quoque, axemptionibus, & indultis, atiam in corpore juris clausis, aut literis Apostolicis, quibusvis Personis, Collegiis, Locis, Ordinibus, etiam Militaribus, Congregationibus, Societatibua, & Institutis, aliisve quibuslibet specifica, & individua mentione dignis, etiam sub qnibuscnmque verborum tenoribna, & formis, & cum quibusvis etiem clausulis, & decretis, etiam derogatoriarum derogatoriis, & irritantibus, in genere, vel in specie, etiam motu simili, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, ae aliaa quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluriea confirmatis, approbatis, & iunovatis. Quibus omnibua, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, & individua mentio, seu quævis alia expressio ad id servanda foret, illorum tenorea, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & exactissima servatis, & specificatis respective habentea, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, ad præmissorum effectum, plenissime, & amplissime, motu peri derogamus, & derogatum esse volumua, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumoa insuper, & eadem auctoritate prædicta mandamus, nt earumdem præsentea, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam faciliua deducantur, nec quisqoam de eis ignorantiam prætendere valeat, ipsaa præsentea, seu earum transumpta ad valvaa Ecclesiæ Sancti Joannis in Laterano, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis Iunocentianæ in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ per aliquem ex Cursoribus Nostris, & ut moris est, publicari, & affigi, sicque publicataa, & affixaa, omnea, & singulos, ad quos spectat, seu spectabit in futurum, perinde afficere, & arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissant.

Utque earumdem præsentiom transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem ptorlus fidea, tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatut, quæ ipsis præsentibus habeteur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, approbationis, innovationis, voluntatis, mandati, statuti, decreti, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis antem hoc attentara præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Peuli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1746. III. Kalendas Martii Pontificatus Nostri anno VII.

D. Gard. Passioneus.

J. Datatius.

V i s a d e C u r i a

I. C. Boschi.

I. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.
Publicata die 4. Martii 1747.

Assi-

Assignatur annua præstatio favore Collegii FF. Minorum Strict. Observ. qui Pœnitentiariorum munus in Basilica Lateranensi exercent.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

LAborantibus in Vinea Domini, & Apostolicæ Sedi assidue, & laudabiliter inservientibus, diurnum denarium non suppeditari, & necessaria ad vitæ sustentationem deesse, minime decet. Hac tamen propemodum conditione, non sine admiratione, ac dolore, nuper accepimus operam, laboremque suum præstare dilectos Filios Sacerdotes Ordinis Minorum Sancti Francisci Reformatorum nuncupatorum, qui pro demandato sibi Pœnitentiariorum minorum Officio apud Basilicam nostram Lateranensem in peculiari Collegio simul degentes, excipiendis Sacramentalibus Confessionibus Christifidelium ad eandem Basilicam confluentium incessanter occupantur. Quamvis enim eorum habitationis Domus non ita pridem a rec. mem. Decessore nostro Clemente Papa XII. veteri disjecta, in ampliorem formam a fundamentis extructa fuerit, eam tamen nonnullis adhuc necessariis commoditatibus carere, jam vero ipsius Tectum magna, ac dispendiosa reparatione indigere, aream autem horto destinatam, subterraneis fornicibus, quibus fulciebatur, jam dudum subsidentibus, magna ex parte inutilem remansisse cognovimus. Præterea ipsi Religiosi viri, ut ex relationibus omni fide dignis accepimus, maxima laborantes inopia, in summa rerum omnium angustia vivunt, itaut non modo necessaria Cellarum, & Mensæ supellectilia, sed ipsos pauperes lectos, atque pannosas vestes comparare nequeant, ac sæpe etiam quotidiani cibi defectum sustineant.

Quam ob rem valde mirandum non est, si, qui potissimum sacrarum disciplinarum scientia, & professione, inter præfati Ordinis Alumnos excellunt, quique, pro sua doctrina, & experientia, in arduis rebus, & controversiis, non solum Majori Pœnitentiariæ, sed ipsi etiam Apostolicæ Sedi, ut alias, utilia, & gravia consilia maxime præbere possent, a suscipiendo hujusmodi Pœnitentiarii Lateranensis munere, & labore refugiunt. Quare quum ad Nostram Pastoralem sollicitudinem pertinere censeamus, ut ejusmodi Officia, quæ ad forum Pœnitentiarium spectant, nonnisi præstantibus in Theologica facultate, & in Sacrorum Canonum scientia versatis, atque probatæ prudentiæ Viris commendentur; æquum præterea censentes prædictorum Dilectorum Filiorum indigentias paterna charitate sublevare; quum præsertim novissime acceperimus, in præfati Collegii Præsidem deputatum fuisse Religiosum Virum spectata virtute, & egregiis dotibus præditum, postquam Oratorium in ipsius Collegii Ædibus ad pium domesticum usum Pœnitentiariorum ibi degentium ædificari, & ad Sacræ antiquitatis memoriam conservandam, juxta exemplum illius, quod a pluribus Seculis in veteri Pœnitentiaria visebatur, ornari curavimus: Ædium ipsarum Tecta sumptibus quoque Nostris reparari; Communis Foci Conclave, quo a fumi molestia liberetur, aptari & renovari; novos lectos, nova lintesmina parari; ipsosque Religiosos Viros a frigore, & nuditate, supra quam Franciscana paupertas jubet, laborantes, convenienti amictu operiri mandavimus; majora deinceps, Deo adjuvante, facturi, ubi consilia Nostra, ad ipsius Dei gloriam directa, optatum consequantur effectum.

Nunc vero ad annuum censum eidem Collegio attributum oculos intendentes, invenimus illum ad quadringenta sexaginta scuta monetæ Romanæ dumtaxat pertingere, quorum tercenta exiguntur ex fructibus duorum Canonicatuum ipsius Basilicæ Lateranensis, super quibus hujusmodi pensiones annuorum scutorum centum quinquaginta pro quolibet, ad ejusdem Collegii favorem perpetuo reservatæ existunt; alia vero centum sexaginta eidem persolvuntur a Dataria Nostra Apostolica, ad rationem scutorum quadraginta de trimestre in trimestre; ac denique singulis bienniis a Capitulo præfatæ Basilicæ eidem Collegio solvuntur scuta quinquaginta monetæ similis, pro Pœnitentiariorum vestiario: quas porro summas clare patet minime sufficere posse pro alendis decem Fratribus præfatum Collegium constituentibus, & pro aliis Religiosæ Familiæ necessariis expensis sustinendis; quum præterea, ob magnam ejusdem Collegii ab Urbis centro distantiam, hoc etiam necessario addendum videatur, ut alius, sive Frater Conversus, sive Tertiarius ejusdem Ordinis, pro ipsius Familiæ servitiis inibi alatur, quo excurrente ad quotidianum victum in Urbe comparandum, aliaque negocia pro Religiosorum indigentiis explenda, ipsi Sacerdotes Pœnitentiarii a Secularibus curis vacui, toti sint in Spiritualis Officii pro Animarum salute ipsis impositi muneribus adimplendis.

Quare, quum de augendis ejusdem Collegii redditibus sollicite cogitaremus, occurrit Nobis, pro diuturna experientia, quam de rebus ad officium Pœnitentiariæ Apostolicæ spectantibus acquisivimus, dum in minoribus existentes in ipsa Pœnitentiaria munus Doctoris in Decretis plures annos sustinuimus, Sigillatoris munus in eodem Pœnitentiariæ Officio adesse, cui satis ampla emolumenta attributa dignoscuntur, quæ sane, pro ratione laboris ipsi incumbentis, & pro mensura honorarii, quod aliis ejusdem Pœnitentiariæ Officialibus magis laborantibus constitutum est, justo lautiora communiter reputantur. Dum enim Doctor in Decretis præfatus, aliusque Consultor Theologus, gravissimis, assiduisque studiis pro ipsius Apostolici Officii servitio occupati, annua scuta monetæ centum nonaginta & octo dumtaxat honorarii titulo singuli percipiunt, prædictus Sigillator, præter annuum honorarium Scutorum similium ducentorum nonaginta septem, quod tamen deductis inferiorum Ministrorum salariis, ad annua Scuta monetæ triginta tria reducitur, alia incerta emolumenta percipit ex expeditionibus minoris gratiæ, ad rationem videlicet obulorum octo pro qualibet Bulla, quæ, ducto calculo per decennium, annua similia scuta constituunt sexcenta quadraginta quinque. Quod si etiam ratio haberi velit alterius oneris, quod in nostris literis incipientibus, *In Apostolicæ Pœnitentiariæ*, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo quarto, Idibus Aprilis editis, futuris in posterum Sigillatoribus injunximus, nihilominus apparebit, hujus Officialis emolumenta singulis annis scutorum sexcentorum summam ab omni onere liberam, vel prope attingere, vel etiam superare.

Quapropter æquum judicantes ex superabundantibus unius Officialis emolumentis aliorum ejusdem Fori, & Officii Ministrorum Indigentiam sublevare, matura deliberatione præhabita, ac motu proprio,

& ex

& ex certa ſcientia, ut præfertur, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, & decernimus, ut eveniente quandocumque hodierni Sigillatoris ceſſu, vel deceſſu, ex præfatis emolumentis hujuſmodi officio dudum attributis, annua ſcuta ducenta monetæ Romanæ, de juliis decem pro quolibet ſcuto, detrahantur, ac præfato Collegio Pœnitentiariorum minorum Baſilicæ Lateranenſis perſolvantur; prout Nos ex nunc, prout ex tunc, & e contra, hujuſmodi annua ſcuta ducenta a præfati Sigillatoris emolumentis diſmembramus, ac de ipſis, & ſuper ipſis reſervamus, eidemque Collegio perpetuo applicamus, & appropriamus: mandantes pariter ex nunc, prout ex tunc, & e contra, omnibus futuris Apoſtolicæ Pœnitentiariæ Sigillatoribus, ut pro hujus voluntatis Noſtræ executione, & annuæ præfatæ ſummæ ſolutione, quinquaginta ſcuta monetæ hujuſmodi libera ab omni onere, eidem Collegio de trimeſtre in trimeſtre, omni mora aut tergiverſatione remotis, cum effectu tradant, atque perſolvant. Interim vero, *quoniam venter non patitur dilationem*, donec diſmembratio, & applicatio hujuſmodi ſuum ſortiantur effectum, volumus annua ſcuta centum quinquaginta monetæ ſimilis ex redditibus Datariæ noſtræ, ex emolumentis Componendæ Beneficialis, eidem Collegio ſubminiſtrari; mandantes dilecto filio Magiſtro Joanni Jacobo Millo Datario noſtro, ſive ejus in officio Succeſſoribus, ut hujuſmodi præſtationem, quam, poſt prædictam applicationem quandocumque ſequutam, illico ceſſare decernimus, interea quotannis in Feſtis Natalitiis Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſæpe dicto Pœnitentiariorum Lateranenſium Collegio perſolvant. Quoniam vero nec ita prædictorum undecim Religioſorum ſuſtentationi, aliiſque ipſorum Collegii neceſſitatibus ſatis plene, & ſufficienter conſultum fore videmus, memores Nos in præallegata Conſtitutione noſtra ſuper Apoſtolicæ Pœnitentiariæ Officialibus, eorumque muneribus edita, certam annuam ſummam ſcutorum biſcentum e ſuperfluis ejuſdem Pœnitentiariæ emolumentis detrahendam, & a præfato Clemente Prædeceſſore Noſtro ad majoris Pœnitentiarii diſpoſitionem antea conceſſam, in eleemoſynis tamen erga pauperes recurrentes ad ipſius Pœnitentiariæ forum omnino erogandam, ipſi majori Pœnitentiario auctoritatis quoque noſtræ robore confirmaſſe, & ad ipſius diſpoſitionem, ut præfertur, ex integro conceſſiſſe; experientia vero edocti, ipſius ſummæ medietatem abunde ſufficere pro ordinariis eleemoſynis in hujuſmodi perſonas erogandis; pro extraordinariis vero, & particularibus caſibus, relictam eſſe majori Pœnitentiario facultatem adeundi Summum Pontificem, ut videre eſt in ipſius Conſtitutionis *paragrapho* incipien. *Sed præterea*: Idcirco nunc præfatam Clementis Prædeceſſoris, noſtramque conceſſionem hac in parte moderantes, volumus, & ſtatuimus, ex hujuſmodi pecuniis annua ſcuta centum monetæ Romanæ eidem Collegio Pœnitentiariorum minorum Baſilicæ Lateranenſis ſimiliter applicari: mandantes Venerabili Fratri Noſtro Vincentio Epiſcopo Præneſtino, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Petra nuncupato, hodierno majori Pœnitentiario, ejuſque in officio hujuſmodi Succeſſoribus in perpetuum, ut è prædictis emolumentis in eleemoſynas, ut præfertur, convertendis, annua ſcuta centum, in duabus æqualibus ſolutionibus, pro una videlicet in Nativitate Sancti Joannis Baptiſtæ, & pro altera in Feſtis Natalitiis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, eidem Collegio in poſterum omnino perſolvant: Atque inſuper decernentes, ut omnes, & ſingulæ multæ, & condonationes ab eodem Apoſtolicæ Pœnitentiariæ officio per ſingulos annos percipi ſolitæ, & in futurum percipiendæ, quæ, juxta calculos juſſu Noſtro efformatos, vix annua ſcuta triginta plerumque attingunt; eorumdem Pœnitentiariorum Lateranenſium Collegio, pro Linteaminum, & ſupellectilium manutentione, ab eodem Pœnitentiario majori applicentur, & in fine cujuslibet anni perſolvantur; quemadmodum Nos earumdem præſentium tenore, & Apoſtolica auctoritate ipſi Collegio applicamus, & perpetuo concedimus, & aſſignamus.

Præſentes quoque Literas, etiam ex eo, quod major Pœnitentiarius, ac præfatæ Pœnitentiariæ Sigillator, ſive alii quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, eiſdem præmiſſis non conſenſerint, aut vocati, ſeu auditi non fuerint, aliaque quavis etiam juridica, & privilegiata cauſa, nullo unquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu, notari, aut impugnari poſſe; ſed omnino, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, eiſdemque Pœnitentiariis minoribus, eorumque Collegio pleniſſime ſuffragari, & ab eodem majori Pœnitentiario, ejuſque Succeſſoribus, nec non futuris Sigillatoribus pro tempore exiſtentibus, aliiſque præmiſſa inviolabiliter obſervari decernimus, & reſpective mandamus. Non obſtantibus Sancti Pii Papæ V. Prædeceſſoris Noſtri ſuper erectione præfati Officii Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, nec non Innocentii Papæ XII. Prædeceſſoris pariter noſtri, ſuper applicatione ſuperfluorum ejuſdem Pœnitentiariæ emolumentorum favore Hoſpitii Apoſtolici Pauperum SANCTI MICHAELIS de Urbe, atque etiam prædicti Clementis Papæ XII. ſuper conceſſione annuæ certæ ſummæ ad ejuſdem majoris Pœnitentiarii diſpoſitionem, Noſtriſque præmiſſis ſuper ejuſdem Officii reformatione, aliiſque quibuſvis Literis, Conſtitutionibus, Regulis, & Ordinationibus Apoſtolicis, & dictæ Pœnitentiariæ Privilegiis, Indultis, ſtatutis, & conſuetudinibus quibuſcumque, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis; quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores, quatenus opus ſit, præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, ad effectum præſentium, illis alias in ſuo robore permanſuris, harum ſerie, & auctoritate prædicta, pleniſſime, & expreſſe derogamus. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Noſtrarum diſmembrationis, reſervationis, aſſignationis, applicationis, conceſſionis, mandati, ſtatuti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſexto, tertio Idus Martii Pontificatus Noſtri Anno ſeptimo.

D. Cardinalis Paſſioneus
J. Datarius.

Loco ✠ Plumbi.

VISA DE CURIA
J. C. Boſchi

I. B. Eugenius.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Se-

Sequitur declaratio præcedentis Constitutionis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Motu proprio &c.

DEcet Romanum Pontificem diligenter prospicere, ut concessiones, & gratiæ, quæ de provida Sedis Apostolicæ benignitate procedunt, ac necessariam sustentationem Religiosorum Virorum, pro salute Animarum assidue laborantium, concernunt, plenam obtineant roboris firmitatem; omnemque in eis ambigendi rationem tempestive succidere, ne aliquando possint in controversiam adduci, aut quomodolibet impugnari.

Sane Nos alias, seu nuper, ad temporalia vitæ subsidia catenus attributa dilectis filiis Presbyteris Regularibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Reformatorum nuncupatorum, in Basilica Nostra Lateranensi Pœnitentiariorum Minorum munus obeuntibus, & apud ipsam in peculiari Collegio simul degentibus, oculos intendentes, invenimus illa ad quadringenta sexaginta scuta monetæ Romanæ dumtaxat pertingere, quorum nimirum trecenta percipiuntur ex duabus pensionibus annuis scutorum centum quinquaginta pro qualibet, super fructibus, non quidem duorum Canonicatuum ejusdem Basilicæ, prout in subscriptis nostris Literis per errorem enunciatum est, sed verius unius Canonicatus, & præbendæ, nec non Vicariæ perpetuæ prædictæ Basilicæ, Apostolica eis auctoritate in perpetuum reservatis; alia vero centum sexaginta eisdem persolvuntur a Dataria Nostra Apostolica, ad rationem scutorum quadraginta de trimestre in trimestre; ac denique scuta quinquaginta monetæ similis eorumdem Pœnitentiariorum Collegio pro eorum Vestiario, non singulis bienniis a Capitulo prædictæ Basilicæ, prout in ipsis nostris Literis expressum est, sed singulis triennis, ex eisdem respective fructibus, redditibus, & proventibus prædictorum Canonicatus, & præbendæ, ac Vicariæ Curatæ, ab uno ex ipsius Basilicæ Canonicis, Canonicatum, & Præbendam hujusmodi pro tempore obtinen. nec non a Vicario perpetuo Curam Animarum Parochianorum inibi exercente, nempe scuta viginti quinque a quolibet ipsorum, itidem persolvuntur.

Cumque clare pateret prædictas summas impares esse alendis decem Fratribus prædictum Collegium constituentibus, aliisque ipsius Religiosæ Familiæ necessariis expensis sustinendis, de augendis eidem Collegio subsidiis sollicite cogitavimus. Ea igitur cura moti per nuperas Nostras Literas Apostolicas incipientes: *Laborantibus in vinea Domini*, datas apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, tertio Idus Martii, Pontificatus Nostri anno septimo, Motu simili &c. statuimus, & decrevimus, ut eveniente quandocumque hodierni Sigillatoris Pœnitentiariæ Apostolicæ cessu, vel decessu, ex emolumentis istius Sigillatoris Officio dudum attributis, annua scuta ducenta ejusdem monetæ Romanæ de juliis decem pro quolibet scuto detraherentur, ac prædicto Collegio Pœnitentiariorum Minorum Basilicæ Lateranensis persolverentur; prout Nos hujusmodi annua scuta ducenta a prædicti Sigillatoris emolumentis, cum clausula, ex nunc prout ex tunc, & è contra, separavimus, eidemque Collegio, per futuros Apostolicæ Pœnitentiariæ Sigillatores in certis terminis, modoque, & forma tunc expressis, libera ab omni onere, annuatim persolvenda, perpetuo applicavimus, & appropriavimus. Interim vero donec dismembratio, & applicatio hujusmodi suum sortiretur effectum, voluimus annua scuta centum quinquaginta ejusdem monetæ ex redditibus Datariæ Nostræ, & ex emolumentis Componendæ Beneficialis quotannis in Festis Natalitiis Domini Nostri Jesu Christi eidem Collegio subministrari.

Quoniam vero nec ita prædictorum Religiosorum sustentationi, aliisque ipsorum Collegii necessitatibus satis plene, & sufficienter consultum fore dignoscebamus, voluimus itidem, statuimus, & mandavimus, ex annua summa scutorum bis centum e superfluis dictæ Pœnitentiariæ Apostolicæ emolumentis retrahenda, & ad majoris Pœnitentiarii dispositionem alias concessa, per eum tamen in eleemosynas erga Pauperes recurrentes ad ipsius Pœnitentiariæ Forum eroganda, medietatem, nimirum annua scuta centum dictæ monetæ, Collegio prædicto similiter applicari, ac per eumdem majorem pro tempore Pœnitentiarium duabus æqualibus solutionibus, altera videlicet in Nativitate Sancti Joannis Baptistæ, altera vero in Festis Natalitiis Domini Nostri Jesu Christi in perpetuum omnino persolvi.

Volumus insuper, ut omnes, & singulæ multæ, & condonationes ab ejusdem Pœnitentiariæ Apostolicæ officio per singulos annos percipi solitæ, & in futurum percipiendæ, dicto Collegio Pœnitentiariorum Lateranensium pro Linteaminum, & supellectilium manutentione ab eodem Pœnitentiario majori applicarentur, & in fine cujuslibet anni persolverentur, quemadmodum Nos ipsi Collegio Apostolica auctoritate applicavimus, ac perpetuo concessimus, & assignavimus: Et alias, prout in prædictis nostris literis, quarum integrum tenorem hic pro plene, & sufficienter, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, plenius, & ulterius continetur.

Cum autem, Pœnitiarii Minores prædicti, tanquam dicti Ordinis Fratrum Sancti Francisci Strictioris Observantiæ Professores, strictam quoque paupertatem profiteantur, proindeque super validitate reservationum, concessionum, & assignationum prædictarum, necnon super capacitate eorumdem Pœnitentiariorum Minorum exigendi, & percipiendi subsidia eis, ut prædiximus, reservata, applicata, concessa, & assignata, posse aliquando perplexitas exoriri; Nos volentes dubietatibus hujusmodi obviam ire, eorumdemque Pœnitentiariorum Minorum quieti, & indemnitati in præmissis omni opere providere; Motu pari, & ex certa scientia, meraque deliberatione Nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium expresse declaramus, omnia, & singula superius relata subsidia, & ut supra reservata, & applicata, concessa, & assignata pro victu, vestitu, aliisque necessitatibus Pœnitentiariorum Minorum, eorumque Collegii prædictorum, non aliter, quam per modum eleemosynæ, juxta capacitatem eorumdem Fratrum Ordinis Sancti Francisci Strictioris Observantiæ, reservata, applicata, concessa, & assignata fuisse, & esse, ac censeri debere.

Decernentes omnes, & singulos, ad quos solutiones, & præstationes singulorum subsidiorum prædictorum nunc quomodolibet spectant, & pertinent, & pro tempore spectabunt, & pertinebunt, ad integras solutiones, & præstationes hujusmodi, juxta reservationum, applicationum, concessionum, & assignationum prædictarum, nec non literarum Apostolica-

licarum desuper respective confectarum vim, continentiam, seriem, & tenorem, fuisse, ac esse, & fore efficaciter obligatos. Quocirca memoratas nostras Literas, ipsasque præsentes, cum omnibus, & singulis in eis contentis, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, aut quocumque defectu notari, vel impugnari posse,, sed eas omnino, ac semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, eisdemque Pœnitentiariis Minoribus dictæ Lateranensis Basilicæ, eorumque Collegio plenissime suffragari, nec non ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, inviolabiliter observari; sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, quavis auctoritate, & potestate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis Nostris Literis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

ET cum absolutione a censuris ad effectum &c. et quod Nostrarum Literarum prædictarum tenores, ac data habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte, exprimi possint in literis, etiam gratia per viam de Curia cum clausula perpetuo, & ad perpetuam rei memoriam, si, & quandocumque videbitur expedire. Et de perpetua declaratione, decreto, aliisque præmissis, ut supra, in dictis literis latissime extendendo. Volumus autem, quod sola præsentis Schedulæ Nostri motus proprii signatura sufficiat, illique, ac illius quoque exemplis, seu transumptis, etiam impressis, manu alicujus HIAT P. Notarii publici subscriptis, & Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ Sigillo munitis, tanta ubique fides adhibeatur in Judicio, & extra, quanta si sub Plumbo Nostro expediretur, & originaliter exhiberentur, adhibenda esset, & adhiberi deberet, regula quacumque contraria non obstante.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sexto Kal. Junii anno septimo.

Fiat motu proprio P.

Conceditur Altare Privilegiatum perpetuum bis in hebdomada omnibus, & singulis Ecclesiis Fratrum Minorum Nationis Germano - belgicæ sine certo Missarum numero.

DECRETUM.

„ AD humillimas preces Patris Gaudiosi Mayr, „ Provinciarum Germano - Belgicarum Fratrum „ Ordinis Sancti Francisci Minor. Regularis Obser„ vantiæ Recollectorum in Romana Curia Agentis „ Generalis, Sacra Congregatio Indulgentiis, Sacris„ que Reliquiis præposita die 20. Martii 1747. Al„ tare privilegiatum in omnibus, & singulis Eccle„ siis Universi Ordinis prædicti sub die 14. Decembris „ 1725. concessum jam in perpetuum in Ecclesiis per „ R. P. D. Nuntium Apostolicum Bruxellen. desi„ gnan. nempe illorum dicti Ordinis, & Provincia„ rum Germano - Belgicarum Conventuum, quorum „ Patres Missionibus, & aliis Pietatis, ac misericor„ diæ operibus occupati, quibusdam diebus deter„ minato Missarum numero satisfacere nequeunt, pro „ duabus feriis cujuslibet hebdomadæ, absque ex„ pressione numeri Missarum, ETIAM IN PERPE„ TUUM EXTENDENDUM ESSE CENSUIT. De „ quibus facta per D. Secretarium die 22. Aprilis ejus„ dem anni Sanctissimo Domino relatione, Sancti„ tas Sua Votum Sacræ Congregationis approban„ do benigne annuit.

F. I. Cardinalis Portocarrero.

Loco ✠ Sigilli.

A. E. Vice - Comes Sacræ Congregat. Indulgentiarum Pro - Secretarius,

Cum autem nonnulla circa prædictum Decretum enata fuissent dubia, proposita illa fuere eidem Sac. Congregat. quæ respondit ut infra.

DECRETUM

FF. Minorum Recollectorum in Provinciis Germano-Belgicis.

NUper emanavit Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet -- *Ad humillimas preces Patris Gaudiosi Mayr* &c. reliqua ut supra.

Cum alia vero, occasione ejusmodi Decreti executionis, suborta sint dubia, hæc iterum deducta, fuerunt proposita: Primo: *An Ecclesiæ contiguæ Residentiis, Hospitiis, Domibus, ut vocant, Patrum Recollectorum Ordinis Sancti Francisci Provinciarum Germano-Belgicarum gaudeant Privilegio Altaris pro duabus in hebdomada feriis in Casu?* Secundo: *An Conventus, seu Residentiæ prædictarum Provinciarum, quæ non alunt tot Sacerdotes, quot requiruntur pro Privilegio duarum feriarum, ut supra, fruantur hujusmodi Privilegio?* Tertio: *An Sacerdotes dictorum Conventuum, seu Residentiarum actu debeant esse occupati in Sacris Missionibus, aliisve piis operibus, ut gaudeant præfato privilegio, vel sufficiat id peregisse habitu?* Quibus eadem Sacra Congregatio die vii. Maii 1748. rescribendum esse censuit -- Ad I. & II. *affirmative*: ad III. vero *negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam*.

Et facta de prædictis omnibus, & singulis per me infrascriptum ipsius Sacræ Congregationis Secretarium, die 22. ejusdem Mensis & anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua Votum Sacræ Congregationis benigne approbavit.

F. I. Cardinalis Portocarrero Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

A. M. Erba Secretarius.

Ne-

Nova Cardinalis Protectoris Ordinis institutio.

EMinentissimus, ac Reverendissimus Trojanus de Aquaviva, vigilantissimus olim Ordinis Protector, postquam diu fuisset gravissimo morbo vexatus, hanc demum cum altera vita commutavit, non sine omnium nostrorum lachrymis, & moerore, die 20. Martii 1747. Cum porro Reverendissimus Pater Generalis, juxta nostræ Sanctæ Regulæ preceptum, humiliter a Pontifice petiisset *unum ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus*, qui demortui loco succederet, S. S. novo in pauperem Gregem nostrum amoris sui, argumento, dignata est elargiri Eminentissimum, ac Reverendissimum D. D. HIERONYMUM COLUMNA, Palatio Apostolico Pro-Præfectum, & Suæ Beatitudini in primis carum, quem Deus ad majorem Ordinis gloriam, & incrementum diu sospitem, atque incolumem conservet. Literæ autem in forma Brevis, quibus Protector Ordinis renunciatur, fuñt: *Dilecto filio nostro Hieronymo S. R. E. Diacono Cardinali Columna nuncupato &c. Cum per obitum bonæ mem. Trojani S. R. E. Cardinalis de Aquaviva &c.* Reliqua ut supra Part. I. pag. 566.

Nova Procuratoris Generalis Ordinis institutio, & unius Definitoris Generalis subrogatio.

CUM adm. R. P. Benedictus Maria de Florentia ad suæ Provinciæ Tusciæ Comitia profectus, in his fuerit Minister renunciatus, vacavit proinde, quod gerebat, Procuratoris Generalis Officium, cui obeundo suffectus fuit per Literas Patentes P. Generalis datas sub die 20. Maii currentis anni 1747. juxta Breve Apostolicum fel. rec. Clementis XII. *Cum sicut* dat. sub die 10. Aprilis 1733. A. R. P. Josephus Maria de Fano, Lector Generalis, Ex-Minister Pruvincialis, & actu Definitor Generalis, ac Secretarius Ordinis, qui primus erat ex tribus nominatis a Capitulo Generali Vallisoletano pro casu vacantiæ ejusdem Officii. Cum vero per hanc promotionem vacasset quoque Definitoris Generalis munus, quod antea diximus, idem Pater Josephus Maria de Fano obtinebat; cumque juxta statuta Ordinis non alius esset in Natione dignior Pater mox memorato P. Benedicto Maria de Florentia, cui ex jure deberetur ejusmodi subrogatio, quæ optime componitur cum officio Ministri Provincialis, illi propterea Minister Generalis eamdem subrogationem probavit.

DECRETUM

Sacræ Congregationis Generalis.

DE PROPAGANDA FIDE

Habitæ die 30. Martii 1747. quo PP. Missionariis duodenariis asseritur Præcedentia supra Jubilatos de non numero.

„ ITerum proposita per Eminentissimum, & Reverendissimum D. Cardinalem Mosca Ponentem „ Causa vertente inter Patres Missionarios duodenales Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, & PP. Lectores Jubilatos de non numero ejusdem Ordinis, super præcedentia; Sacra Congregatio mature perpensis utriusque partis rationibus, & prævio recessu a decisis sub die 10. Martii 1744. declaravit, & decrevit, competere præcedentiam Patribus Missionariis duodenariis supra Lectores Jubilatos de non numero, ad formam Brevis sanctæ memoriæ Clementis Papæ XI. Incipien. *Commissi Nobis* sub dat. 21. Januarii 1710.

„ Datum ex ædibus ejusdem Sacræ Congregationis die 10. Junii anno quo supra.

S. Card. Valenti Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

Nicolaus Lercarius Secretarius.

Quo audito Decreto, PP. Jubilati, qui nec citati, nec auditi fuerant, recursum ad Pontificem habuerunt, cui expositis in supplici Libello rationum momentis, quæ eorum juribus, & præeminentiis favere videbantur, prodiit rescriptum, quod sequitur

„ Ex audientia Sanctissimi die 27. Septembris 1747.

„ Sanctissimus, prævia avocatione Causæ ad se a Congregatione Propagandæ Fidei, mandavit, ut Pater Generalis supersedeat a publicatione, & executione Decreti ejusdem Congregationis editi die 30. Maii currentis anni 1747.

Loco ✠ Sigilli.

Joseph Livizzani Secretarius.

EPISTOLA ENCYCLICA

Reverendissimi Patris Ministri Generalis circa Religiosos ad munus Missionariorum assumendos.

FRA RAFAELLO DA LUGAGNANO
Lettor Emerito &c.

Alli diletti in Cristo &c.

COn replicate nostre Lettere circolari abbiamo altre volte manifestato alle Provincie il nostro vivo desiderio di provedere di buoni Operarj le Sante Missioni solite esercitarsi fra gl' Infedeli da Religiosi dell' Ordine nostro; Ed abbiamo invitati, e consigliati tutti i Religiosi tant' Osservanti, quanto Riformati, che si sentissero da Dio chiamati ad un tal Ministero, di manifestarci la loro vocazione, e d' inviarci le prescritte necessarie, e giurate Fedi, colla sicurezza, che sarebbono da Noi affititi per eseguirla, inviando respettivamente a medesimi le opportune ubbidienze per trasferirsi a questi Collegj di San Bartolomeo all' Isola, e di San Pietro Montorio. Ma quando credevamo di sentire gran numero di ottimi Alunni, che abbracciando i nostri inviti, inviassero le predette giurate fedi, e facessero istanze per essere ammessi ne' detti Collegj, con molta nostra maraviglia, e pari dolore, abbiamo ritrovato il contrario, vedendo minorato, anziche accresciuto il numero di essi.

Non volendo però Noi mancare dal canto nostro di efficacemente promovare un' upera di tanta gloria a Dio, di tant' utile al Prossimo, e di tanto decoro all' Ordine, siamo colla presente a far nuovo invito, stimolando, e consigliando tutti quei buoni Religiosi tant' Osservanti, che Riformati, che sentiransi dal Signore chiamati ad un tal Ministero, acciò manifestino a Noi il pio desiderio, per indi loro inviare la opportuna ubbidieaze di trasferirsi respettivamenta alli predatti Collegj; ma nel tempo stesso notifichiamo, cha tali ubbidienze da Noi non si spediranno, sa prima con Fedi giurata de' Provinciali, a Dafinitori, a dei Guardiani, a Discreti respettivi non ci costarà, che il Religioso postulante sia di vita esemplara, onde possiam supporre, che sia indotto da bnnno spirito ad abbracciara l' impresa di Missionario.

Ed affinche la nostre intenzioni abbiano il loro effettn, senza cha per le cabale dell' umana politica siano frustrate, comandiamo per santa abbidienza, e sotto pena di scommunica *ipso facto* a Noi riservata, cha niuno sia Superiore, sia suddito, possa direttamante, o indirettamente, con fatti, o con parole alianare, dissnadere, distraera, o impedire alcuno de soggetti delle qualità sopraddette dall' eseguira il pio desiderio di portarsi alle Santa Missioni; & sotto la madesima pena comandiamo a Padri Provinciali, Definitori, Guardiani, a Discreti di fare senza ritardo la dovute, e necessaria attestazioni a tutti qnei Religiusi, cha ne faranno maritevoli, e la chiederanno. Che se non ostanta questo nostro penale comando alcuno delli predetti Provinciali, Definitori, Guardiani, e Discreti osassa mai (il che Dio non voglia) di negare ingiustamente le richieste attestazioni; il Religioso, cha la avrà dimandate, quando conosca gli sia fatta ingiustizia, ricorra a Noi, che costringeramo i Penitenti a giastificara le loro negative; a non giastificandole, procederemo contro di loro alle pene dovute.

La presente si leggerà in piana Communità d' ogni Convento, ed ogni Superiore ne farà copia da conservarsi nell' Archivio. Raccomandiamo alle PP. e RR. VV. di porgere incessanti preghiere a Sna Divina Maestà per la lnnga conservazione del Regnanze Sommo Pontefice, coma pura del nostro Eminenaissimo Signor Cardinala Protettore; ed alla loro Orazioni raccomandando anche noi loro Servo, diamo a tutti la serafica benedialona, e ci protestiamo.

Della PP. e RR. VV. Roma Araceli 10. Luglio 1747.

Affmo Servo nel Signore

F. Rafaello da Lugagnano
Ministro Generala.

Dubia nonnulla circa Sacram PORTIUNCULÆ Indulgentiam.

PEr hæc tempora P. Theodorna a Spiritu Sancto, Carmelita Excalceatus, Sacræ Congregationis Indulgentiarum Consultor, & Anctor *Tractatus Dogmatico-Moralis de Indulgentiis* in duo volumina in folio, ut ajunt, distributi, & Romæ impressi anno 1743. eidem Sacr. Congr. hæc solvenda dubia proposuit.

Primo. *An Indulgentia, quæ vulgo dicitur Portiunculæ, concessa pro die 2. Augusti in omnibus Ecclesiis tam Fratrum, quam Monialium Ordinis Minorum Sancti Francisci, sit una, & eadem cum illa, quæ ab Honorio PP. habetur concessa in Capella Portiunculæ Sanctæ Mariæ Angelorum Assisi?*

Secundo. *An ad acquirendam ipsam Indulgentiam requiratur Confessio, & Communio, ac consuetæ Orationes?*

Tertio. *An pluries, vel semel tantum lucrari possit?*

Quarto. *An sit in omnibus prædictis Ecclesiis in* anno Jubilœi *suspensa?*

Verum horum dubiorum declaratio adeo plana, & perspicua est, ut mirari satis non possim laudatum Patrem Theodorum, virum cæteroquin doctrina pollentem, & de Sacris Indulgentiis optime meritum, duxisse necessarium illa Sacr. Congreg. resolvenda axhibere. Id fortasse egit, ax quo præmanibus haberet suam *de Jubilæa* Tractationem, quam itidem Romæ alio volumine in folio, quod dicunt, publici juris fecit ann. Jub. 1750.: timens autem fortassa ne Minoritæ secus ac ipse sentirent, consuit opportunius supremi Tribunalis ea de re judicium expostulara, quam sese longis controversiis immiscera. At vero neque id probatum Minoritis, qui ægre tulerunt ita de se ipsis eum fuisse opinatum. Exquisivit itaque Sacr. Congregat. votum P. Procuratoris Generalis Ordinis, qui cum eram communicasset cum aliis quoque Franciscanæ Familiæ Procuratoribus Ganaralibus, ab iisque consilium expetiisset, vota denique sua prædicti omnes Congregationis Secretario obtulerunt, qui satius existimavit a propositione Caussæ esse supersedendum.

Abrogatur Decrtum Congregationis Disciplinæ Regularis super receptione Novitiorum in Provinciis Discalceatorum Regni Neapolitani.

BENEDICTUS PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

INjuncti Nobis per abundantiam Divinæ gratiæ Pastoralis Officii solicitudo postulat, ut in his, quæ Christifidalium sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium prospero statui consulitur, ajusdem Officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedira. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Fulgentius a Nativitate, Procurator Provinciarum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolitano, quod alias fel. record. Clamens Papa IX. Prædecessor Noster, per quasdam suas in simili forma Brevis die 4. Decembris 1668. expeditas literas, de tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super statum Regularium deputatorum consilio, Conventum Sanctæ Luciæ de Monte Civitatis Neapolitanæ, in quo tunc degebant dilecti Filii Fratres Minores Reformati Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, stante consensu tunc axistentis Ministri Generalis dicti Ordinis, concessit dilectis atiam Filiis Fratribus Minoribus Discalceatis Provinciæ Beati Petri de Alcantara Hispaniarum, Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, injungens ejusdem Provinciæ Ministro Provinciali, ut ad eumdem Conventum mitteret Religiosos ex sua Provincia idoneos, sibi bene visos, non pauciores, quam duode-

cim,

cim, qui sub cura Guardiani, ea prima vice per eumdem Clementem instituendi, & imposterum de triennio in triennium a Ministro Provinciali cum Definitoribus dictæ Provinciæ Beati Petri de Alcantara eligendi, in eodem Conventu viverent sub Clausura Regulari, juxta regularia statuta Fratrum Discalceatorum ejusdem Provinciæ, ac Ecclesiæ dicti Conventus in divinis inservirent, & in ea, die noctuque Divina officia celebrarent, ac præterea prævia Ordinarii Neapolitani approbatione, & licentia, militum Hispanorum in dicta Civitate, ejusque suburbiis existentium, Confessiones Sacramentales audirent, & illis Verbum Dei prædicarent, eosque doctrinam Christianam docerent. Porro voluit, ut idem Conventus, & Fratres Discalceati antedicti, quandiu in eo habitavissent, subessent immediate visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Commissarii Generalis, vel Ministri Generalis dicti Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, quando ex Familia Cismontana electus fuisset, ad quorum nutum possent etiam amoveri, & cum literis obedientialibus remitti ad Ministrum ejusdem Provinciæ: quod si contigisset dictum Guardianum per eumdem Clementem Prædecessorem electum, decedere, aut ab officio amoveri, vel suspendi, succederet Vicarius, si adesset, sin minus, deputaretur a Commissario Generali, vel Ministro Generali ex Familia Cismontana hujusmodi pro tempore electo, usque ad electionem alterius Guardiani, ut supra, faciendam a Ministro Provinciali cum Definitoribus: Fratres Conventuales Reformati, tunc degentes in eodem Conventu Sanctæ Luciæ de Monte, qui sponte ad Fratres Discalceatos prædictos transire voluissent, ab eisdem Discalceatis omnino reciperentur ad Habitum, & postquam per annum in probatione stetissent, servatis servandis, ad professionem admitterentur, & memoratæ Provinciæ incorporarentur; quod si noluissent ad prædictos Discalceatos transire, tam ipsis, quam Fratribus Minoribus Conventualibus Reformatis tunc degentibus in Conventibus Civitatis Liciensis, & Oppidorum Grumi, Atripaldæ, & Caldarolæ, tribuit facultatem transeundi ad Minores Conventuales Sancti Francisci, aut ad quamcumque aliam Religionem parem, vel mitiorem a Sede Apostolica approbatam, in qua benevolos invenissent Receptores, eisque districte inhibuit, ne de cœtero quemquam ex Conventualibus, vel alia Religione, aut a Sæculo ad Habitum, & Professionem admitterent, sub pœna nullitatis actus, & excommunicationis latæ sententiæ.

Subinde Clemens Papa X. Prædecessor noster per suas itidem in simili forma Brevis die 30. Septembris 1670. expeditas literas, tunc existenti suo, & Apostolicæ Sedis in Regno Neapolitano Nuntio commisit, & mandavit, ut quinque Conventus Fratrum Discalceatorum Provinciæ Sancti Petri de Alcantara Hispaniarum, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, videlicet Sanctæ Luciæ de Monte Neapolis, Sanctæ Mariæ Gratiarum de Squinzano, Sancti Jacobi Liciensis, Sanctæ Catharinæ Grumi, & Sancti Joannis Baptistæ de Atripalda, in novam Custodiam, sub prænarrata Provincia Sancti Petri de Alcantara, quæ pro tempore existentis Commissarii Generalis, vel Ministri Generalis dicti Ordinis, quando ex Familia Cismontana fuisset, quemadmodum in dictis Literis Clementis IX. Prædecessoris prædicti circa prædictum Conventum Sanctæ Luciæ de Monte ordinatum reperiebatur, omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni immediatæ subjaceret.

Provinciam tamen Sancti Petri de Alcantara prædictam tamquam Matrem agnosceret, ita ut reciproca suffragiorum pro Defunctis utriusque illarum communicatio fieret, juxta discretam distributionem pro numero personarum faciendam, ipsaque Custodia deinceps post eam primam vicem per unum Custodem, & quatuor Definitores, ac Guardianos Conventuum ex corpore ejusdem Custodiæ, juxta Constitutiones, & stilum Ordinis hujusmodi eligendos, regi, & gubernari deberet, perpetuo erigeret, & institueret, ac ejusdem Custodiæ sic erectæ, & institutæ Custodi pro tempore existenti, ut eamdem in sua Custodia auctoritatem, & facultatem haberet, quæ per Literas Apostolicas, aliis omnibus ejusdem Ordinis Custodibus ab hac Sancta Sede concessa reperiebatur; ipsa vero Custodia, ac illius Superiores, & Fratres omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, gratiis, & Indultis, quibus aliæ Custodiæ Ordinis hujusmodi, illarumque Superiores, & Fratres ex concessione dictæ Sedis utebantur, fruebantur, ac gaudebant, ac uti, frui, & gaudere possent, & potuissent in futurum, pari modo uti, frui, & gaudere libere, & licite possent, & valerent, concederet, & indulgeret.

Postmodum per alias suas in simili forma Brevis die 24. Septembris 1672. expeditas literas statuit, & ordinavit, ut Custodia prædicta Familiæ Ultramontanæ dicti Ordinis unita, & aggregata remaneret, & eas tantum Constitutiones Apostolicas, & Decreta Congregationum S.R.E. prædictæ Cardinalium, quas, & quæ Provinciæ Fratrum Discalceatorum Hispaniæ Ordinis prædicti observare tenerentur, & observarent, non autem illas, & illa, quæ pro Familia Cismontana Italiæ ejusdem Ordinis dumtaxat emanarunt, quippe peculiari eorumdem Fratrum Discalceatorum vivendi modo, ac Constitutionibus, quibus ex dictæ Sedis ordinatione gubernantur, necnon privilegiis dictæ Reformationi per Sedem eamdem concessis, quibus dicta Custodia fruebatur, contrariis, & contraria, ad quarum, & quorum observantiam prædictæ Provinciæ Fratrum Discalceatorum non tenentur, nec illas, & illa observant, & præsertim circa receptionem Novitiorum, pariformiter observare tenerentur, & consequenter Custodia ipsa de cœtero non subjaceret Commissario Generali Italiæ, licet ita in literis ejus erectionis ordinatum fuisset, sed illius vice, quando Minister Generalis Ordinis prædicti ex Familia Ultramontana electus fuisset, eadem Custodia Procuratori Generali ejusdem Ordinis Hispano immediate subjecta remaneret; & dum Minister Generalis ex Familia Cismontana electus, & extra Italiam fuisset, Commissario Generali Curiæ Ordinis prædicti, itidem Hispano, subjaceret, nec ad eamdem Custodiam mitti possent Visitatores, Commissarii, aut Delegati Causarum ex Fratribus de Observantia, vel Reformatis, sed tantum ex Fratribus supradictæ Reformationis Discalceatorum Hispaniæ, juxta privilegia illi concessa; ac demum, ut Custos dictæ Custodiæ pro tempore existens ad Congregationem Generalem intermediam dicti Ordinis, quando in Hispania, non autem quando in Italia celebraretur, proficisci posset, & deberet, in eaque voti, sive suffragii prærogativam haberet. Demum idem secundo dictus Clemens Prædecessor per alias etiam suas in simili forma Brevis expeditas motu proprio die 7. Februarii 1675. literas, prædictam Custodiam in novam Provinciam Fratrum Discalceatorum Hispaniæ dicti Ordinis, quæ Provincia Sancti Petri de Alcantara Regni Neapolis nuncupari deberet,

ac

ac Capitula Provincialia pro Ministri Provincialis, Custodis, & Definitorum, aliorumque Officialium ipsius Provinciæ electione, ac Congregationes, aliasque Congressus, ad instar aliarum Provinciarum Ordinis hujusmodi, celebrare, ac omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, juribus, & honoribus, privilegiis; gratiis, & indultis, quibus aliæ ejusdem Ordinis Provinciæ, tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utebantur, fruebantur, & gaudebant, ac uti, frui, & gaudere possent; & potuissent pariformiter, & absque ulla prorsus differentia, ac signanter illis, quæ Provinciis Fratrum Discalceatorum Hispaniæ Ordinis prædicti a quibusvis Romanis Pontificibus Prædecessoribus suis, ac præsertim a fel. record. Urbano Papa VIII. Prædecessore pariter suo per quasdam suas in forma Brevia literas, quarum initium: *Cum ea* &c. die 25. Junii 1639. expeditas, concessa erant, necnon omnibus, & singulis indultis, privilegiis, & gratiis eidem Custodiæ alias per supradictas suas literas concessis, & quibus Custodia ipsa hactenus gavisa erat, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite posset, & valeret; ita tamen, ut nova Provincia hujusmodi facultate fundandi, & erigendi novos Conventus de sola Ordinariorum licentia, quæ dictæ Custodiæ auctoritate Apostolica concessa reperiebatur, nonnisi in Locis, in quibus Fratres de Observantia, vel Reformati nuncupati Ordinis prædicti non essent, uti valeret, in perpetuum erexit, instituit.

Deinde vero rec. memor. Innocentius XI. itidem Prædecessor noster per suas quoque in pari forma Brevia die 20. Julii 1679. expeditas literas declaravit, memoratam Provinciam Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolis, omnesque, & singulos ejus Conventus, ac Superiores, & Fratres præsentes, & futuros omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, favoribus, gratiis, & Indultis, quæ provinciis Hispaniarum Regnorum, seu earum alicui, illarumque Superioribus, & Fratribus quibuscumque a rec. memor. Gregorio XIII. Clemente VIII. Urbano VIII. & Alexandro VII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus etiam suis, & nostris, per eorum respective literas ea de Causa emanatas, respective quomodolibet concessa, & attributa, seu confirmata, & extensa fuerant, pariformiter, & absque ulla prorsus differentia, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite posse, & debere in omnibus, & per omnia, perinde, ac si illa omnia, & singula ipsi Provinciæ Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolis, illiusque Conventibus, ac Superioribus, & Fratribus prædictis nominatim, & in Individuo per memoratum Clementem X. Prædecessorem in suis literis super erectione Provinciæ hujusmodi emanatis concessa essent, ac quatenus opus esset, ipsi Provinciæ Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolis, ejusque Superioribus, & Fratribus prædictis, ut omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, juribus, honoribus, gratiis, & Indultis hujusmodi, necnon illis eis a dicto Clemente X. Prædecessore, sicut præmittitur, concessis, uti, frui, potiri, & gaudere valerent, de novo concessit, & indulsit. In vim autem unionis, & incorporationis Provinciæ Sancti Petri de Alcantara Neapolitanæ hujusmodi memoratis Provinciis Regni Hispaniarum ejusdem Ordinis, primo dictæ Provinciæ Conventuum numerus ita adauctus remansit; sed superventis Bellis in principio hujus currentis sæculi, necesse fuit, ut rec. etiam memor. Clemens Papa XI. etiam Prædecessor noster, attentis controversiis inter Fratres Neapolitanos, & Hispanos memoratæ Provinciæ Sancti Petri de Alcantara Neapolitanæ tunc vigentibus, per quasdam suas pariter motu proprio in simili forma Brevis die 15. Septembris 1708. expeditas literas, Conventum Sanctæ Luciæ de Monte, & Hospitium Sancti Petri de Alcantara hujusmodi a dicta Provincia Sancti Petri Neapolitana perpetuo separasset, & dismembrasset, ac illa sic separata, & dismembrata Provinciæ ejusdem Sancti Petri de Alcantara Regni Castellæ Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis perpetuo univit, annecteret, & incorporaret; voluitque desuper, & ordinavit, ut in illis Religiosi Hispani dumtaxat, qui deinceps Ministro Provinciali secundo dictæ Provinciæ pro tempore existenti subjecti essent, ac Missionibus ad spiritualem instructionem Militum Hispanorum in Civitate, & Regno Neapolitano præfatis degentium, ac Præsidiorum Arcium, seu Portuum Tusciæ a dicto Regno Neapolitano dependentium, operam dare, illisque Verbum Dei prædicare, & Sacramentales eorum confessiones audire tenerentur, habitarent, & collocarentur; alii vero octo Conventus dictæ Provinciæ Religiosis Neapolitanis, & Italis tantum remanerent, ac primum dicta Provincia octo Conventibus hujusmodi constans in futurum Ministro Generali Italiæ Ordinis hujusmodi pro tempore pariter existenti subjacerent, modoque, & forma a Congregatione tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita præscribendis gubernarentur. Postquam dictæ Clementis XI. literæ emanaverant, ipsa Cardinalium Congregatio pro Novitiorum receptione, & ad habitum admissione mandavit, ut quoad præmissa assensus Ministri Generalis dicti Ordinis pro tempore existentis accedere deberet; imo postea, nempe anno 1705 approbans ipsa Cardinalium Congregatio admissiones, receptionesque Novitiorum, prævia dumtaxat licentia ejusdem Ministri Generalis, post memoratas literas Clementis XI. Prædecessoris factas, præscripsit, ut Novitii imposterum non reciperentur, nec ad habitum admitterentur, nisi de licentia Congregationis Ven. Fratrum tunc existentium ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ac dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum super disciplina Regulari specialiter deputatæ, quæ quidem Congregat. anno 1708. receptiones, admissionesque Novitiorum hujusmodi, usque tunc juxta præscriptum per peculiares, municipalesque Constitutiones Provinciæ hujusmodi factas, validas esse, easdemque Constitutiones imposterum observandas esse declaravit. Amotis, deficientibusque rationibus, propter quas dictus Clemens XI. Prædecessor suas literas prædictas concessit, bon. mem. Trojanus, dum vixit, prædictæ S. R. E. Cardinalis de Aquaviva nuncupatus, apud Nos, & Sedem Apostolicam dicti Ordinis Protector, Nobis supplicavit, quatenus Provincias Sanctorum Petri de Alcantara, & Paschalis Baylon dicti Ordinis Excalceatorum in prædicto Regno Neapolis existentes, prævia illorum dismembratione a Familia Cismontana facienda, memoratis Provinciis Excalceatis Hispaniarum, ut prius, uniremus, & incorporaremus.

Nos hujusmodi supplicationibus, attentis supradictis Prædecessorum Nostrorum literis, inclinati, per quoddam nostrum Rescriptum die 16. Octobris 1745. factum, dilecto etiam Filio Raphaeli a Logagnano, Ministro Generali ejusdem Ordinis, facultates omnes ad præmissa necessarias, & opportunas tribuimus; dictus Raphael Minister Generalis vigore facultatum hujusmodi, recepto prius Charissimi in Christo Filiâ

Nostri

Nostri Caroli Sebastiani utriusque Siciliæ, ac Hierusalem Regis illustris consensu, supradictas Provincias Sanctorum Petri de Alcantara, & Paschalis Baylon Ordinis Fratrum Discalceatorum Sancti Francisci ejusdem Regni Neapolis, a Familia Cismontana ejusdem Ordinis prorsus dismembravit, & sic dismembratas univit, & incorporavit Ultramontanæ Familiæ, & signanter Provinciis Discalceatorum Hispaniarum, a quibus ortum habuerant, fundationemque suam, atque progressum receperant: decernendo, & declarando, quod gaudere deberent, & gauderent omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, & honoribus, quibus dictæ Provinciæ Discalceatorum Hispaniarum, sive ex Constitutionibus Apostolicis, sive dicti Ordinis statutis, sive legitima consuetudine, aut alias quomodolibet, gaudere noscebantur, & gaudebant, eodem prorsus modo, & absque ulla differentia, nec dissimiliter subjacerent prædictæ Provinciæ Neapolitanæ oneribus, & statutis, tum Apostolicis, tum Ordinis prædicti, quibus illæ Ultramontanæ Provinciæ subiacere noscuntur, & subjacent, juxta præscriptum per supradictas Clementis X. literas, quas vigore supradicti rescripti innovavit, & integrum robur ex tunc in posterum perpetuo habere declaravit: secundo, eisdem Clementis X. Prædecessoris literis inhærens, decrevit, quod dictæ Neapolitanæ Provinciæ, Ultramontanæ Familiæ jam incorporatæ, per se, & per Successores suos Ministros Generales perpetuo regi, & gubernari deberent, dum Minister Generalis intra Italiam præsens reperiretur; in eventu autem, quo Minister Generalis in Ultramontanis partibus resideret, vice illius, Superior earum ordinarius esset Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum Ultramontanæ Familiæ, qui in Romana Curia residere tenetur, cum omnibus necessariis, & opportunis facultatibus, ad normam literarum memorati Clementis X. Prædecessoris. Præterea declaravit, præcepit, & mandavit, ut prædictæ Provinciæ Neapolitanæ non alium recognoscerent in suum Procuratorem Generalem, pro omnibus negotiis in Romana Curia, ipsis, earumque Fratribus occurrentibus, nisi Procuratorem Generalem pro tempore Discalceatorum, & Recollectorum Ultramontanæ Familiæ, eique parerent, & obedirent in omnibus Officium suum concernentibus, ad formam literarum dicti Clementis X. Prædecessoris, quas quidem separationem, & dismembrationem, ac unionem, & incorporationem, cum omnibus, & singulis in patentibus literis dicti Raphaelis Ministri Generalis contentis, per Nostras in simili forma Brevis die 27. Januarii 1746. expeditas literas confirmavimus, & approbavimus, & alias, prout in dictis Clementis IX. Clementis X. Innocentii XI. & Clementis XI. Prædecessorum, ac Nostris literis, quarum tenorem præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius asseritur contineri. At quia interea, dum præmissa peragebantur, Fratres Laici Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, qui in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum causam contra suos Superiores diu tenuerant, quam ad Nos advocavimus, & Ministro Generali ejusdem Ordinis, ac ejusdem Discretorio generali decidendam commisimus, supplicem libellum nobis porrigi curarunt super prætenso gravamine hujusmodi decisionis jam peractæ, in quo expositum reperiebatur, quod in Provinciis dicti Ordinis Novitii, absque ejusdem Cardinalium Congregationis licentia, recipiebantur, & admittebantur; Nos perpetuum silentium eidem causæ imposuimus, & usque tunc acta approbavimus, & confirmavimus.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Fulgentius Procurator, qui (ut asserit) præmissa omnia acta, & gesta satis minime sunt pro restituenda pace, & tranquillitate supradictis Provinciis Regni Neapolis, dum clam eadem instantia supradictæ Congregationi Disciplinæ Regularis deducta fuit, & ipsa Congregatio, nulla habita cognitione illius, qui præmissa efflagitabat, hoc currenti anno a dicto Raphaele Ministro Generali primum supradictas literas ad Provincias hujusmodi Regni Neapolis spectantes, & subinde a dilecto etiam Filio Procuratore Generali Excalceatorum, & Recollectorum hujusmodi informationem quoad receptionem Novitiorum petere inchoavit, a die 22. Julii proxime præteriti, dilectum etiam Filium Nostrum Fortunatum memoratæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem Tamburini nuncupatum in Ponentem causæ hujusmodi deputavit, & insuper die 18. dicti Mensis, licet interea quidam Procurator, qui comparere deberet, & certior de actis, & gestis in ipsa Congregatione fieri posset, deputatus fuerit, proposita hujusmodi causa in eadem Congregatione, Procurator sic deputatus nihil aliud petiit, quam Causæ dilationem ab eadem Congregatione, rescriptum fuit. *Dilata ad sequentem, interimque Novitii non recipiantur sine licentia Sacræ Congregationis, & quoad Novitios hucusque ad habitum receptos Sacra eadem Congregatio concedit, ut tempore congruo admitti possint ad professionem.* Decretum hujusmodi contra præscriptum per memoratas literas latum, ad evitandas expensas pro sustinendis rationibus pro se facientibus necessarias, per Nos moderari summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Fulgentium Procuratorem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictas Clementis IX. Clementis X. & Innocentii XI. Prædecessorum Nostrorum, ac Nostras in simili forma Brevis expeditas literas, cum omnibus, & singulis in illis quoad unionem, incorporationemque Provinciarum Fratrum Discalceatorum Regni Neapolis Provinciis Hispaniarum dicti Ordinis Excalceatorum contentis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, & confirmamus, ac memoratis Provinciis Sanctorum Petri de Alcantara, & Paschalis Baylon Fratrum Discalceatorum Regni Neapolis, ut de cætero omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, gratiis, favoribus, & Indultis in prædictis memoratorum Clementis IX. Clementis X. & Innocentii XI. Prædecessorum, & Nostris literis contentis, & expresso non obstante supradicto, aliisque Decretis a supradictis Cardinalium Congregationibus contra dispositionem prædictarum literarum editis, uti, frui, potiri, & ad quemcumque effectum gaudere libere, ac licite possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde, ac si decreta hujusmodi contra literarum prædictarum dispositionem, numquam edita, & lata fuissent, auctoritate, & tenore præsentis concedimus, & indulgemus.

Decernentes easdem præsentes, & supradictas dictorum Prædecessorum, & Nostras literas, quoad præ-

missa,

missis, semper firmes, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus quibusdam Innocentii Papæ XII. ac dicti Clementis XI. Prædecessorum literis, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 4. Octobris 1747. Pontificatus Nostri anno octavo.

D. Card. Passioneus.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

Dubia nonnulla dissolvuntur circa Statuta Terræ Sanctæ noviter compilata.

FRA RAFAELLO DA LUGAGNANO

Lettore Emerito, Ministro Generale di tutto l' Ordine del P. S. Francesco, Commissario Visitatore Apostolico, e Servo.

Essendoci stati proposti varj dubj per parte del Superiore, e de Discreti della nostra Custodia di Terra Santa, ed avendoli maturamente esaminati, e fatti esaminare da alcuni Padri del nostro Ordine, usando dell' autorità Apostolica benignamente concessaci dalla Santità di Nostro Signore felicemente Regnente, dichiariamo, e respettivamente ordiniamo quanto siegue.

Primo, che in vigore dell' ultime parole del numero 11. de Statuti di detta Terra Santa, dove si dice: *& idem servetur quotiescumque aliquis de una ad alium Conventum transferendus erit*. Non puo il Padre Guardiano mutare di Famiglia verun Religioso senza il consenso del Discretorio; puo ben però dare obbedienze a Religiosi per andare da un luogo ad un altro, o per i loro affari religiosi, o per altro motivo, e ciò senza dipendenza dal Discretorio, ogni volte, come si è detto, non si tratti di mutazione, o sia nuova collocazione di Famiglia.

Secondo, determinando i Statuti al numero 27. che in assenza del Guardiano, o Presidente, del Convento di S. Salvatore, *Vicarius sit Superior ejusdem Conventus, & ad ipsum pertineat gubernium omnium Religiosorum in eodem commorantium, eo modo, quo ipsi Guardiano pertineret, si præsens esset*. E al numero 28. che in ogni Convento, e Ospizio di Terra Santa il medesimo Vicario *respici, & considerari debeat tanquam prima Custodiæ persona post Guardianum, quantum ad honorem, & præcedentiam, & ad peragendas Sacras functiones, quando præsens non est Pater Guardianus*; e al numero 29. che l'istesso Vicario *in functionibus, quæ fiunt convenienter communitate SS. Salvatoris, absente, vel impedito Guardiano, præsideat, & præferatur, quodque tum in SS. Sepulcro, tum in aliis Conventibus dictas functiones, quas exerceret Guardianus, si præsens esset, exequatur*, e distinguendo le funzioni, che toccano al Vicario precisamente come Vicario, da quelle, che gli toccano, *absente, vel impedito Guardiano*, come Vicegerente del medesimo Padre Guardiano, dichiariamo dovere il Vicario fare queste ultime funzioni, cioè quelle, che di sua natura apparterrebbono al Guardiano, se fosse presente, nell' istesse maniera, che le farebbe un Presidente interino di Terra Santa, quale non avesse l' uso de Pontificali, e fosse istituito dal Discretorio in occasione di morte del Guardiano, o di partenza del medesimo per un Capitolo Generale.

Terzo, dichiariamo appartenere al Padre Vicario, *celebrante, vel functiones peragente Patre Guardiano*, tutte quelle funzioni, quali in tale caso appartengono al Padre più degno, ed in conseguenza dover egli presentare la Palma al Padre Guardiano la Domenica delle Palme, dover essere ammesso il primo al bacio della mano del Guardiano, ed altre simili cose, quali al Vicario, e non al Presidente del Santissimo Sepolcro toccano.

Quarto, Dichieriamo, che il Padre Vicario, ed il Padre Procuratore nelle Processioni solenni, dove assistono con Piviale, devono andare immediatamente avanti al Padre Guardiano, e dietro a Cantori, e baciare la mano al Padre Guardiano prima de medesimi Cantori; parlando lo statuto al num. 32. delle Processioni ordinarie, alle quali assiste il Vicario senza paramenti Sacri.

Quinto, dovendosi concedere licenza alli Greci, Armeni, o altre Nazioni di celebrare, o fare qualche funzione solita farsi da medesimi ne nostri Santuarj, dichiariamo, che posse continuare il Padre Procuratore a darla, ogni volta sia stato così praticato ne tempi passati. Trattandosi però di dare qualche licenza insolita, o di fare la minima mutazione in quelle, che sono solite concedersi, non possa il medesimo farla senza il parere, e consenso del Discretorio.

Sesto, dichiariamo, che in assenza del Guardiano, e del Vicario dal Convento di S. Salvatore, la Superiorità del medesimo appartiene al Padre Procuratore, però quando è Sacerdote, attesoche la parola *antiquior* posta al numero 71. de statuti vuol dire lo stesso, che *dignior*, conforme si trova più volte già dichierato nelle Constituzioni Generali dell' Ordine, e principalmente in quelle di Toledo dell' anno 1658. dove *Titulo pro utraque Familia num. 5.* si legge: *Quoties in Constitutionibus nostris Pater antiquior vocatur ad præsidendum, illum esse antiquiorem Patrem intelligimus, & declaramus, qui tunc temporis, servata statutorum serie, primum locum tenet, & dignior invenietur*. Si è detto toccare tale Superiorità al Procuratore, ogni volta sia Sacerdote, mentre essendo Laico, il suo posto è sopra tutti i Laici, dopo l' ultimo Sacerdote, conforme si legge nelle Compilazione de statuti fatte l' anno 1709. in Madrid dal Reverendissimo Biezma, dove al cap. 2. §. 4. trattandosi della precedenza si dice: *Et primum, Guardianus Terræ Sanctæ, vel Præsidens interim habeat primum locum in omnibus Conventibus; postea in Conventu Sancti Salvatoris sedebit ejus Vicarius*

carius, in aliis vero post Superiores locales. Post hunc Procurator, si Sacerdos fuerit, si vero non, illi assignetur locus in Refectorio supra omnes Laicos, postea Discreti actuales inter se secundum antiquitatem.

Settimo, dichiariamo non aver mancato, anzi essersi comportato con discretezza religiosa il P. Procuratore di Terra Santa, quando nel Refettorio di S. Salvatore dispensò la lettura, attesoche trovandosi allora la Communità di S. Salvatore a fare le funzioni nel Santo Sepolcro, ed in conseguenza assistendo solamente in detto Refettorio alcuni pochi Religiosi vecchj, quel caso non era compreso nella proibizione, che si legge al numero 80. de nuovi Statuti.

Ottavo, comandiamo si dia nell' avvenire in Sagrestia apparato particolare al Padre Procuratore, non essendo fatta menzione ne novi Statuti, perche fù creduto, attese le gravi occupazioni di detto officio, che già si costumassa darglielo. E quando non fossevi luogo su banchi della Sagrestia, tal' apparaco si ponga sopra un Tavolino particolare, acciò il medesimo Padre Procuratore, avendo occupazioni più d' ogni altro Religioso, possa celebrare senza ritardo.

Queste nostre dichiarazioni, e ordinazioni, vogliamo, e comandiamo siano publicate in piena Communità del nostro Convento di S. Salvatore di Gerusalemme, e consecutivamente siano ragistrate negl' atti della Santa Custodia, e siano inviolabilmente osservate sotto le pene tassate dalle Constituzioni Generali dell' Ordine contro i rubelli, ed inobedienti.

Roma Araceli 30. Decembre 1747.

Fr. Raffaello da Lugagnano
Ministro Generale.

Loco ✠ Sigilli.

D' ordine di Sua Paternità Rma
Fr. Bernardino d' Aversa
Segr. Gen. dell' Ordine.

Litteræ Pontificis ad Ministrum Generalem Ordinis super Operibus Vener. Servæ Dei Mariæ a Jesu de Agreda sub Titulo Mystica Civitas Dei, &c.

BENEDICTVS PAPA XIV.

Dilecto Filio Fr. Raphaeli a Lugagnano Ministro Generali Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

POstulatum studiosissime apud Nos fuit a bonæ memoriæ Trojano Presbytero Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali de Aquaviva nuncupato, tum nomine Carissimorum in Christo Filiorum Nostrorum Hispaniarum Catholici, & utriusque Siciliæ Regum illustrium, quorum negotiis apud Nos, & Apostolicam Sedem agendis præerat, tum etiam pro munere Protectoris Vestri Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, quod ipse gerebat, ut suprema manus imponeretur examini operis, cujus Titulus est: *Mystica Civitas Dei, & miraculum Divinæ Omnipotentiæ*; quod scriptum asseritur a Venerabili Ancilla Dei Sorore MARIA A JESU DE AGREDA: *Chronol. Seraph.* "

cujus nimirum examinis prolatio impedimentum afferebat judicio super ipsius Ancillæ Dei Beatificatione, & Canoniastione jam dudum feliciter instituto; quum & juridicæ Inquisitiones de illius vita, virtutibus, & miraculis in genere, auctoritate ordinaria jam fuissent peractæ, & Commissio Caussæ compluribus ab hinc annis a Romano Pontifice signata, sententia super non cultu jam approbata, & novus etiam Apostolica auctoritate Processus confectus fuisset, in quo examinati fuerant Testes Senio, aut valetudine affecti, de quibus timeri poterat, ne ex hac vita migrarent, antequam integer Processus super ipsius Ancillæ Dei virtutibus, & miraculis in specie, eadem auctoritate Apostolica compleretur.

Acceptis hujusmodi precibus, statim, pro hujus generis negociorum cognitione a Nobis acquisita, dum in ipsis assidue tractandis totos quadraginta septem annos versati sumus, memoriæ Nobis occurrit Decretum de præfato libro a Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis die 26. Junii Anni 1681. editum; novumque ejusdem Libri examen a Venerabilis memoriæ Prædecessore Nostro Innocentio Papa XI. cujus temporibus Decretum illud prodiit, demandatum Congregationi particulari Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ad hunc effectum ab ipso deputatorum, quibus a felicis recordationis Prædecessoribus pariter Nostris Innocentio Papa XII. & Clemente itidem XII. alii subrogati fuerunt, qui ejusmodi examen explerent; tum etiam novissimum ipsius Clementis Decessoris Decretum, quo prædicti operis censuram iterum remisit eidem Sanctæ Inquisitionis Generali Congregationi; absque eo, quod, vel ab ulla ex Congregationibus particularibus, ut supra, deputatis, vel a præfata Generali Congregatione, post Decretum anno 1681. editum, examen hujusmodi nedum absolutum, sed nec inceptum unquam extiterit; nec enim formalis examinis, multoque minus captæ resolutionis nomen meretur quid quid gestum est in particulari Congregatione habita die 11. Januarii 1724. Qua de re statim cogitavimus hujusmodi judicium a Congregatione Sancti Officii avocare, & peculiari Congregationi Sacrorum Rituum, ex aliquibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac nonnullis Sacræ Theologiæ Professoribus a Nobis deputandis conflatæ, & coram Nobismetipsis habendæ, novo Consilio committere. Hujus autem evocationis, novæque Commissionis decernendæ caussa in eo a Nobis statuta fuit, quod animadvertimus, præfati operis examen, tam illud, nempe, quod anno 1681. peractum fuerat, quam illud, quod aut in Congregationibus particularibus a prælaudatis Prædecessoribus deputatis, aut in ipsa Generali Congregatione Sancti Officii, juxta novissimum Clementis Decessoris Decretum, fieri debebat, ad hoc dumtaxat institutum fuisse, ut videretur, an ipsum opus licite, & utiliter a Fidelibus legi, retineri, ac Typis impressum præ manibus haberi posset; at vero instantiæ a præfato Cardinali de Aquaviva, nominibus, quibus diximus, Nobis exhibitæ, eo potissimum tendebant, ut examen operis fieret ejusmodi, quale ad progressum Caussæ Beatificationis, & Canonizationis Ancillæ Dei necessarium esse dignoscitur: quo in casu examen ipsum privative spectat ad Congregationem Sacrorum Rituum, ut colligitur ex Decretis sanctæ memoriæ Urbani Papæ VIII. quæ habent: *Non prius est ad aliquem actum inquisitionis deveniendum, quam tales Libri diligenter in Sacra Congregatione* (loquitur de Sacra Congregatione Sacrorum Rituum) *examinentur*. Hinc est, quod licet Venerabilis Servus Dei Robertus Cardinalis Belarminus præ-

claros suos controversiarum libros, non sine præviis approbationibus, & permissionibus, vivens in lucem emiserit, iidemque libri, post Typographicas editiones, in Congregatione Indicis novo examini subjecti fuerint; cum tamen actum fuerit de promovenda causa Beatificationis, & Canonizationis ejusdem Servi Dei, necesse omnino fuit Postulatoribus eosdem Libros, una cum aliis illius scriptis, iterum exhibere in præfata Congregatione Sacrorum Rituum examinandos; ut ipsi adnotavimus in nostro opere *de Canonizatione Sanctorum lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 2. ad quod opus ideo Nos referimus, propterea quod in eo concinnando, præcipuam diuturni, gravisque laboris operam impendimus in exponenda praxi, quæ ab ipsa Sacrorum Rituum Congregatione in Causis Beatificationis Servorum Dei, & Beatorum Canonizationis provide constituta inconcusse observatur.

Hæc sane Congregatio (quod te latere non arbitramur) prætermissis aliis divisionibus, quæ ad rem præsentem non pertinent, distinguitur in Generalem, & ordinariam. Et Generali quidem intervenit Summus Pontifex, una cum Cardinalibus, quotquot eidem Congregationi adscripti sunt, omnibusque ipsius Congregationis Consultoribus, atque in ea agitur de Servorum Dei virtutibus, Martyrio, aut miraculis recognoscendis, & approbandis. Ordinariam vero constituunt soli Cardinales cum ipsius Congregationis Secretario, cum Protonotario Apostolico, & Promotore Fidei; atque in hac, præter cætera, agitur etiam de revisione operum conscriptorum a Servis Dei, quorum Beatificatio promovetur; quæ revisio sequenti methodo peragitur. Cardinalis Caussæ Relator, seu Ponens, ut vocant, unum, aut plures, pro suo arbitrio, Theologos deputat hujusmodi operum Revisores, qui censuram suam scripto exaratam ad ipsum deferunt; ipse vero illam præfatæ Congregationi Ordinariæ repræsentat. At ubi gravioris momenti difficultates vertantur, ac potissimum ubi Revisorum judicia inter se non conveniant, mos est, ut hujusmodi Revisorum censuræ singulis Cardinalibus expendendæ transmittantur, aliquando etiam in Breviarium accurate redactæ, Postulatoribus Caussæ communicentur, ut ipsi difficultates excitatas cognoscant, iisque per opportunas responsiones satisfacere curent. Ac demum omnibus in Congregatione perpensis, quæcumque capta fuerit resolutio, per ipsius Congregationis Secretarium refertur Summo Pontifici, ad quem pertinet, eam judicio suo comprobare; ut latius videri potest in præcitato Nostro opere *lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 9. *&* 10.

Ad tramitem hujus methodi, & consuetudinis, revisio operis de *Mystica* Civitate Dei præfatæ Congregationi Sacrorum Rituum Ordinariæ committi debuisset. Nos autem, ut majori Judicii celeritati consuleremus, ex eadem Rituum Congregatione, quatuor dumtaxat Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales selegimus, duos nimirum in Canonica facultate apprime versatos, scilicet Venerabilem Fratrem Nostrum Antonium Xaverium Episcopum Prænestinum, *Gentili*, ac dilectum filium Nostrum Albertum, Tituli Sanctæ Mariæ de Pace Presbyterum, *Cavalchini*, duosque alios Sacræ Theologiæ Magistros, Dilectos pariter Filios Nostros Presbyteros, Fortunatum, Tituli Sancti Matthæi in Merulana, *Tamburini*, & Joachimum, Tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem, *Besozzi*, respective nuncupatos; quibus, ut ea impleremus, quæ fieri potuissent a Cardinali Ponente hujus Caussæ, si ea in ordinaria Sacrorum Rituum Congregatione proponeretur, adjunximus dilectos filios Antonium Galli, Abbatem Canonicorum Regularium Sanctissimi Salvatoris, Joannem Franciscum Baldini, Clericum Regularem Congregationis Somaschæ, Thomam Sergium, Presbyterum Congregationis Piorum Operariorum, & Cœlestinum Orlandi, Abbatem Monachorum Congregationis Cœlestinæ, qui ipsius Operis discussioni, & examini incumberent; hujus autem Congregationis particularis Secretarium deputavimus dilectum filium Magistrum Ludovicum de Valentibus Promotorem Fidei, cui mandavimus etiam, ut difficultates omnes in præfato Opere animadversas Postulatoribus in scriptis ederet, ut ita suas responsiones ad singula comparare, atque exhibere possent: quæ omnia a prædictis respective peracta, & juxta mentem nostram expleta fuerunt. Ipsi præterea Nostram universo judicio diligentiam, atque operam præstare, quantumvis innumeris aliis, gravissimisque negotiis oppressi, non detrectavimus, jubentes omnia Nobis legenda, ac perpendenda afferri, nec nisi coram Nobismetipsis Congregationem deputatam cogi debere; quod factum fuit. Nomina vero Theologorum ad præfatum examen deputatorum palam edicere non recusavimus, licet non ignoraremus, apud Congregationem Ordinariam Sacrorum Rituum in more esse, ut similibus in casibus eorum nomina silentio tegat, quo eos ab omni molestia, aut offensionum respectu præstet immunes: ut etiam videre est in citato Operis Nostri *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 10. Eidem autem Congregationi mandavimus, ut ipsum opus, juxta normam ab Urbano VIII. in Decretis traditam, diligenter, accurateque perpenderet; ut habet Decretum a Nobis editum die 3. Augusti anni 1745.

Ex eo die ad diem quintum mensis Decembris proxime elapsi, quo præfata Congregatio particularis coram Nobis habita fuit, licet biennium, & ultra effluxerit, non tamen dici potest inutiliter ductum esse tempus; dum, hoc mensium decursu, prædictus Fidei Promotor varias objectiones adversus Librum Mysticæ Civitatis Dei multimode excitatas, & hinc illuc dispersas, diligenter collegit; Postulatores autem non omiserunt suas Responsiones ad singula Capita fuse, docteque opponere; qui vero consilium Nobis præbere debebant, omnia perlegere, & ponderare non prætermiserunt; ac demum Nos ipsi præteritas autumnales ferias in eo impendimus, ut momenta caussæ coram Nobis discutiendæ plenissime cognita, animo comprehenderemus.

Ut autem ad ea jam veniamus, quæ in Congregatione animadversa, & ponderata fuerunt, quæque tibi, dilecte fili, libenter aperire volumus, ut Ancillæ Dei Caussa ad suum debitum finem recta via dirigatur; illud ante oculos habere opus est, quod superius etiam innuimus, nimirum examen operis, quod nunc instituitur, diversum omnino esse ab eo, quod in Congregatione Sancti Officii factum fuisset. In ista enim, opus ipsum, prout est in se, præcipuam Judicum curam occupasset, qui nequaquam ad se pertinere arbitrarentur, investigare an vere conscriptum fuisset ab eo Auctore, cujus nomen in Titulo præfert: quod adeo verum est, ut in eo Tribunali frequenter examini subjiciantur Libri, & opera, quorum Auctores penitus ignorantur. In Judicio autem, quod fit ex more Congregationis Sacrorum Rituum, primum examinis subjectum est, ut constituatur, quisnam propositi operis scriptor exstiterit. Quod si evidenter non constet ad eum pertinere, cujus Beatificationis, & Canonizationis Caussa agitur; revisio operis prætermittitur*, atque in ipsa Caussa, prout res ferunt, ad ulteriora proceditur; nec ullum examen libri instituitur, nisi manifeste constiterit, illius Auctorem esse ipsum Dei Servum, cujus nomine inscriptum perhibetur. En

ver-

verba Decretorum Urbani VIII. *Præterea illud etiam diligentissime indagandum est, an ille, vel illa, pro cujus Canonizatione instatur, scripserit aliquas Libros, Tractatus, Opuscula, Meditationes, vel quid simile. Nam si scripsisse constiterit, non prius est ad aliquem actum inquisitionis deveniendum, quam tales libri diligenter in Sacra Congregatione examinentur, utrum contineant errores contra Fidem, vel bonos mores, vel doctrinam aliquam novam, vel peregrinam, atque a communi sensu Ecclesiæ, & consuetudine alienum.* Ubi Prædecessor noster dixit: *si scripsisse constiterit*; quibus verbis non probabilitas, sed certitudo requiritur, quemadmodum, attenta etiam inconcussa praxi præfatæ Congregationis, alibi a Nobis assertum fuit; *de Canonizatione Sanctorum lib. 2. cap. 34. num. 4.*

Neque ad evitandum hujusmodi probationis rigorem satis est dicere, quod opus illud, de quo agitur, iterato impressum fuit, constanterque vulgatum sub Nomine Sororis Mariæ a Jesu; hoc enim aliquam vim haberet, ubi opus ipsum, Ancilla Dei vivente in lucem prodiisset, atque ubi constaret, ipsam non ignorasse hujusmodi librum suo nomine circumferri, neque eam contra reclamasse, aut partum abnegasse, nec aliam quemplam extitisse, qui eam crimine plagii accusaret; ex his enim omnibus simul junctis validum exurgeret argumentum pro eodem opere Ancillæ Dei certius tribuendo. At opus, de quo agitur, post ipsius Ven. Sororis mortem Typis excusum fuit: quemadmodum vero, si in aliquo Tabulario inventum fuisset in Codice manu exaratum, ipsi Ancillæ Dei tuto adjudicari non posset, nisi per legitimas probationes doceretur, illius esse stylum, atque scriptionem: ita, dum post ejus mortem, a Typographis descriptum, in manibus Hominum invenitur, ut ei tuto adjudicetur, cujus nomen in fronte gerit, similes omnino probationes requiruntur, easque perfici oportet super ipsius operis Authographo, quod proinde exhiberi necesse est, ut, inhærendo semper receptæ praxi, observavimus, *citato nostro Lib. 2. cap. 26. num. 6.*

Minusque sufficit ad requisitum probationis rigorem declinandum, subjungere, quod omitti possit adeo exquisita discussio, dum Postulatores ipsi admittunt, & asserant opus illud a Venerabili *Maria de Agreda* conscriptum fuisse. Relata enim verba, *si scripsisse constiterit*, non in gratiam Postulatorum, sed in favorem veritatis, in Decreto Urbani VIII posita sunt. Quapropter, si licet Postulatoribus (id quod non semel evenit) sustinere, librum alicui Servo Dei forsan tributum, certis deficientibus argumentis, ad ipsum revera non pertinere; nullo pacto negari potest, jus esse Judici exquirere, an per legitimas probationes, ut par est, manifeste constet, librum alicujus Servi Dei nomine inscriptum, ab eo reipsa compositum fuisse.

Hujus rei exemplum clarissimum datum est in Caussa Sancti Jacobi de Marchia Ordinis vestri. Postquam enim difficultas promota adversus illius doctrinam de Sanguine Christi, prolatis duobus Brevibus Prædecessoris Nostri Pii Papæ II. sublata fuerat; altera excitata fuit adversus doctrinam pariter ab ipso traditam in quodam Dialogo *adversus Fraticellos*, qui asservabatur in Archivo Fratrum Minorum de Observantia apud Sanctum Isidorum de Urbe, quemque Waddingus a Beato Jacobo conscriptum, ac proprio ipsius chirographo exaratum asserebat. Postulatores vero, de Dialogi Auctore, deque Scriptore Codicis minime dubitantes, omnem Operam ponebant in propugn[illegible] Doctrina in eodem asserta. Verum, quum sanctæ memoriæ Prædecessor noster Clemens Papa XI. Codicem ipsum ex Archivo extrahi jussisset, duosque claros Viros antiquorum characterum peritos, Alexandrum Zacagnum, & Justum Fontaninum deputasset, qui dijudicarent, an vera Beati Jacobi scripturam contineret; quumque horum judicia minime inter se convenientia fuissent: idem Prædecessor Nobis tunc in minoribus constitutis, & Promotoris Fidei munus gerentibus, mandavit, ut sententiam Nostram de tota re in scriptis exponeremus. Nostra autem sententia fuit, in ejusmodi judiciorum varietate, ac probationum incertitudine, responderi posse, de Auctore Dialogi *non constare*, atq. ita ad ulteriora in Caussa procedi: cui quidam consilio quum Pontifex benigne annuisset, liberum cursum ipsa Caussa deinde habuit, ac postea sub recolendæ memoriæ Benedicto Papa XIII. Benefactore Nostro, felicem exitum sortita est; quemadmodum in sæpe citato opere nostro *lib. 2. cap. 34. num. 7.* relatum habetur.

Regulis hisce constitutis, ut ad rem nostram propius accedamus, ex actis apparet, quod usque ab anno *1668.* Tirasonensis Episcopus tunc existens, Vir doctus, & Venerabilis *Mariæ* nomine, ac memoriæ devotus, sua Ordinaria utens auctoritate, non modo Processum confecit super fama ipsius virtutum, atque miraculorum, sed etiam quum ei relatum esset, in Cœnobio Monialium de Agreda existere Authographum Operis de Mystica Civitate Dei, mandavit ipsum sibi exhiberi. Quod quum factum esset, is quidem, inspecto Codice, dixit, illius scripturam, exceptis Capitulorum Titulis, esse a Venerabili Sorore *Maria a Jesu* factam, addiditque, se ideo hoc asserere, propterea quod illius characteris forma sibi cognita esset, ex inspectione plurium Epistolarum ab illa scriptarum, ejusque nomine obsignatarum. Procurator autem Caussæ, ut Episcopi dicto ampliorem fidem adstrueret, tres alios Testes produxit, inter quos erat ipsius Caussæ Notarius, qui tamen non singillatim examinati fuerunt, sed, præstito Juramento de veritate dicendo, uno ore dixerunt, ipsum Codicem, exceptis Titulis, ut supra, Ancillæ Dei charactere jam pridem sibi cognito, conscriptum esse. Qua de re idem Episcopus jussit hujusmodi operis exemplum in forma authentica describi, eoque in Processu inserto, prædictum assertum Authographum Monialibus reddi: quæ omnia, ut ipse jusserat, impleta fuerunt.

Porro, si Sanctus Athanasius in humanis ageret, hujusmodi probationis genere forsitan contentus non esset. Quum enim ipse seditiosas quasdam Epistolas scripsisse diceretur, eoque nomine apud Imperatores per calumniam accusaretur, nil minus requirebat, quam ut Epistolæ ipsæ in medium proferrentur, tum aliæ invenirentur ipsius manu conscriptæ, quæ cum illis conferri possent: *Primum quidem literas saltem nostras similes proferant*; Et tamen id satis adhuc non fore asserebat: *At nequaquam tutum illud fuerit &c. Vestras quippe Imperatorum manus sæpe sunt imitati, unde similitudo illa scriptis auctoritatem minime dederit*, ut legitur, *tom. primo ipsius operum Parisiis impress. anno 1688. pag. 298.* Quæ Athanasii verba ideo attulimus, ut ostenderemus huic Sancto Doctori minime persuasum fuisse, ex characteris similitudine tuto evinci posse, librum aliquem revera conscriptum esse ab eo, cui tribuitur a Testibus asserentibus, ideo sibi cognitam esse illius characteris formam, quod alias viderint chartas ab eodem scriptas, suoque nomine obsignatas. Ac de insufficientia probationis scriptæ *per Testes habentes notam manum*, innumeras juris peritorum auctoritates hic colligere in promptu esset. Recep-

Chronol. Seraph.

ptum est enim, ubi de fide Chirographi disputatur, ut requiratur depositio Testium, qui adfuerint, & viderint, dum ab eo scriberetur, cujus manu scriptum asseritur. Attamen cum id, quod ad comprobandam brevioris Scripturæ veritatem omnino requiritur, non æque exigi possit, ubi, ut in casu nostro, de opere agitur satis prolixo, & amplo; hoc saltem requirendum visum est, quod nimiæ severitatis a nemine incusandum putamus, ut nempe allata probatio legitimis adminiculis fulciatur. Siqui enim ex Juris-peritis admittunt probationem characteris, quæ fit per Testes habentes notam manum, hi omnes docent hujusmodi Testibus non aliter deferendum esse, quam si sufficienter adminiculati dignoscantur; quod ipsi jam observavimus *de Canonizat. Sanctor. lib. 2. cap. 52. num. 6.* Si vero hujusmodi adminicula requiruntur, ut fides habeatur Testibus *singillatim* examinatis, quique cum omnibus debitis solemnitatibus, alter seorsim ab altero, Testimonium dixerunt, nonne majori jure requirenda erunt in præsenti casu, in quo adducuntur dumtaxat Testes *turmatim* recepti, quorum modica in Jure habetur auctoritas, ut videre est in præfato *nostro lib. 2. cap. 49. num. 2.* quique post auditam sui Superioris assertionem, coram ipso testificantes, eidem adstipulari quodammodo debebant. Nec audiendi sunt, qui excipiendo ajunt, Processum de quo agitur, non Apostolica, sed Ordinaria auctoritate confectum fuisse. Etenim processus Ordinarii, si non ad normam literarum Remissorialium a Congregatione Sacrorum Rituum expeditarum, at saltem ad juris communis tramites sunt conficiendi; non autem aliunde, quam a jure communi, desumpta sunt quæ hucusque adnotavimus.

Quod si a Nobis ulterius quæratur, quænam putemus esse adminicula ad imperfectam hujusmodi probationem roborandam necessaria; facile respondebimus alia proculdubio existere scripta, præter Mysticam Civitatem Dei, Sororis Mariæ Charactere exarata. Id enim asserit Frater Joseph Ximenius in vita ipsius Ancillæ Dei §. 22. *num.* 120. Præterea fieri non posse, quin alia complura ipsius Chirographa, seu schedulæ inveniantur, quum eadem Agredani Monasterii regimen diu obtinuerit. Vera autem illius characteris forma semel percognita, advocandi sunt Periti, qui comparantes codicem, de quo agitur, cum aliis ipsius scriptis, de identitate characteris, juxta eorum artis regulas, judicium faciant. Tum vero indubia illa characteris exemplaria, ipsumque controversum opus, una cum Peritorum judiciis, Romam transmitti debent, ubi alii deputabuntur Periti, qui omnibus recte perpensis, de hujusmodi characteris identitate, deque transmissis Peritorum judiciis, sententias suas aperiant. Quamvis vero hujusmodi probatio, quæ *per comparationem* appellatur, inter subsidiarias, sive semiplenas probationes numeretur (id quod a Nobis demonstratum est *cit. lib. 2. cap. 51. num. 5. & 6.*) si tamen hæc cum altera conjungatur, quæ antea facta fuit *per Testes habentes notam manum*; haud parum ponderis apud sapientes Judices habere poterit. Neque putes novam hanc esse methodum, quam tibi indicamus; hæc enim constanter fuit consuetudo Congregationis Sacrorum Rituum, quam etiam nuper secuta est in Caussa Beati Joannis Cantii; ut in præfato nostro *lib. 7. cap. 34. num. 8. & seqq.* adnotavimus. Neque Tibi in mentem veniat dubitare de ipsius asserti Authographi, aliorumve scriptorum amissione. Hæc enim, postquam ut oportuit inspecta fuerint, iisdem redduntur, a quibus exhibita fuerunt; ut nos etiam testati sumus *eodem lib. 2. cap. 26. num. 8.* eaque a te ipso restitui poterunt eidem Monasterio de Agreda, in quo fertur, Ancillam Dei ea asservari voluisse, ut legitur in ejus vita *part. 3. Mysticæ Civitatis, Augustæ Vindelicarum impress. pag. 244. ad num. 18.*

At non hic sistunt inquisitiones, quas perfici opus est, ut, ad normam Decretorum Urbani VIII. pronunciari valeat, *constare*, quod Mystica Civitas Dei a Venerabili Maria a Jesu conscripta fuerit. Novum profecto non est, neque difficile intellectu, quod quis propria manu describat Opus, quod vel ab alio integre compositum fuerit, vel cujus magna pars aliena constet inventione, ac doctrina. Quod cum advertissent Caussarum Palatii Apostolici Auditores in Causa Canonizationis Beatæ Theresiæ a Jesu, de ipsius operibus id potissimum sibi comprobandum sumpserunt, quod nempe *ipsa Beata Theresia sua propria manu, & non aliena industria, seu alicujus alterius humano studio, istos libros composuerit*, ut videre est in relatione ab ipsis confecta, sub titulo *de virtutibus artic. 2. §. 1. pag. 269. impressa Viennæ anno salutis* 1628. Porro de Mystica Civitate Dei non id affirmatur, neque pro certo contenditur, quod a Ven. Maria a Jesu composita non fuerit. At negari nequit, quin usque ab initio aliqua de hoc excitata fuerit dubitatio. Etenim ipse Tirasonensis Episcopus, qui, ut supra dictum est, de ejusdem Ancillæ Dei virtutibus, & miraculis anno 1668. Processum Ordinarium construxit; quum præcedenti anno 1667. præfatum opus amplissima sua approbatione commendare voluisset, hoc etiam sibi præstandum censuit, ut eos confutaret, qui hujusmodi scriptionis gloriam Ancillæ Dei abrogabant: ut videri potest *in Summaria præliminari hujus Caussæ pag. 39. lit. D.* quod sane supervacaneum fuisset, nisi jam tunc aliqui extitissent, qui ea de re dubitassent; quemadmodum ab illis etiam ad hæc usque tempora dubitatum fuisse non ignoras.

Hoc igitur dubium è medio tolli oportet, ut tuto pronunciari valeat, Ancillæ Dei opus esse hoc, de quo agitur. Equidem non negabimus, quin in *Responsionibus Præliminaribus pag. 25. num.* 46. magna argumentorum vis collecta fuerit ad ostendendum, non alteri, quam ipsi Ancillæ Dei, nulloque modo potissimum illius Confessario, hoc opus tribuendum esse. At cum, præter Mysticam Civitatem Dei, tot alia extent opera, quæ ab eadem procul dubio confecta perhibentur; quumque ex artis criticæ regulis validissimum argumentum pro dignoscendis librorum Authoribus in comparatione styli, ejusque similitudine, aut difformitate constituatur; cur adhibitæ non fuerunt opportunæ diligentiæ ad comprobandam uniformitatem styli mysticæ Civitatis Dei cum aliis Operibus ab eadem Ancilla Dei indubitanter conscriptis? Quod enim citatus Ximenius in suo Prologo Galeato §. 12. *num.* 95. de hujusmodi styli uniformitate testatur, minime sufficiens reputatur, quousque necessaria Operum comparatio, de qua diximus, instituta non fuerit.

Præterea legitur in Historia Vitæ ejusdem Sororis Mariæ a Jesu, quod quum ipsa scripsisset opus Mysticæ Civitatis Dei, Confessarius quidam illius spiritum non plane noscens, ei præcepit, ut opus illud flammis combureret. Quod quum ab ipsa statim perfectum fuisset, alter deinde Confessarius in rebus Divinis magis expertus, eidem mandavit, ut hujusmodi opus de novo recuderet; licet prioris exemplum apud Catholicum Regem Philippum IV. extaret, ipsius piissimi Regis jussu descriptum, antequam illius authographum combureretur: Evenisse autem, non sine miraculo, ut idem opus brevi tempore

pore

ore ab Ancilla Dei iterum conscriberetur, absque ulla discrepantia ab eo, quod antea combustum usrat, nisi quod parva quædam additamenta, ac nonnullarum rerum elucidationes accesserunt novo Codici, quem asserunt eumdem esse, qui in Agredano Monasterio pro Authographo asservatur, & ex quo Episcopus Tirasonensis describi jussit exemplum in suo Processu, ut supra diximus, insertum. Ita narrat prædictus Joseph Ximenius *in Vita Ven. Sororis Mariæ Jesu* §. 32. *num.* 125. *& seqq.* qui etiam *in Prologo Galeato* §. 12. *num.* 94. de uniformitate Operis jam cremati cum eo, quod nunc visitur, ita testatur: *Dubium tamen non est, idem prorsus fuisse opus, quod postea iterato scribere aggressa est, hodieque in lucem prodit ad literam, absque differentia alia, præter additiones quasdam, & majorem explicationem punctorum aliquorum, prout comprobatur ex transumpto primi illius Authographi, quod Philippus IV. secum habebat, ideoque ab incendio superfuit*. Extabat igitur, quo tempore Ximenius scribebat, exemplum Operis Philippo Regi traditum ante Authographi combustionem; nec enim aliter comparari potuisset cum Opere iterum exarato. Quumque ipse Rex, ejusque Successores, Ancillam Dei tanta veneratione prosequuti fuerint, credibile non est, hujusmodi exemplum, sive in Regia Bibliotheca Sancti Laurentii (in qua condita fuerunt Opera Sanctæ Theresiæ, ut refertur in citata relatione illius Caussæ ab Auditoribus Rotæ confecta pag. 270.) sive alibi, asservatum non esse. Hoc itaque exemplum si exquiratur, id quod omnino necesse est, haud difficile, ut putamus, invenietur.

Eo autem reperto, si hujusmodi comparatio instituetur, qualem Ximenius se perfecisse asserit, judicium fieri poterit de asserta uniformitate. Ac denique, si additamenta, & explicationes, quas idem Ximenius innuit, examinabuntur, complures obscuritates ex his omnibus tolli poterunt, quæ hanc Caussam plus satis involvunt.

At dices, ex ejusmodi operationum serie majorem afferri moram progressui Causæ Beatificationis Ancillæ Dei, cujus expeditio tibi, tuisque Religiosis omnibus in votis est, & pro qua Protector olim vester bonæ memoriæ Cardinalis de Aquaviva, nominibus etiam Hispaniarum Catholici, & utriusque Siciliæ Regum, denuo has Nobis preces obtulerat. Verum animadvertendum hic est, in hujusmodi Caussa nihil aliud huc usque peractum fuisse, nisi quod, post Processum ab Ordinario constructum, admissa est introductio ipsius Caussæ, approbata sententia super non cultu, & peculiaris auctoritate Apostolica Processus confectus, ad excipiendas depositiones Testium, quorum vitæ obitus imminere timebatur, ut supra narravimus. Antequam vero deveniatur ad præcipuum proponendum Dubium super virtutibus, deindeque ad aliud super miraculis, ex quibus nempe potissimum pendet optata Beatificationis conclusio, opus est, non quidem ex nova lege, quæ pro hac Caussa peculiariter statuta fuerit, sed ex veteribus, & generalibus legibus Congregationis Sacrorum Rituum, ut omnia, quæ extant, opera ab Ancilla Dei conscripta, examini subjiciantur; Processus Apostolicus super fama Virtutum, & Miraculorum in genere conficiatur; tum super ejus relevantia pronuncietur; alter deinde Processus Apostolicus in specie super virtutibus, & miraculis construatur; ac tam de Processus Ordinarii, quam de aliorum Apostolicorum validitate judicetur.

Pendente autem Judicio super libro Mysticæ Civitatis Dei, nihil ex præmissis omnibus fieri posset; resistentibus Decretis Urbani VIII. quorum verba superius etiam allata, sic habent: *Nam si scripsisse constiterit, non prius est ad aliquem actum inquisitionis deveniendum, quam tales libri diligenter in sacra Congregatione examinentur*.

Nos tamen, his minime obstantibus, de Apostolicæ auctoritatis, & liberalitatis plenitudine, atque etiam aliquibus Prædecessorum nostrorum exemplis, quæ in citato Opere Nostro *lib.* 2. *cap.* 27. retulimus, quamvis non adeo amplis innixi, ex speciali gratia libenter indulgemus, ut, licet nec de vero hujus libri Auctore, neque de ejus approbatione, quidquam adhuc statutum fuerit, nihilominus, & ad examen aliorum Operum ejusdem Ancillæ Dei procedi valeat; & consequutive ad novum processum Apostolicum, judicium super fama ipsius virtutum, & miraculorum in genere fieri possit, & alter etiam Processus Apostolicus super ipsius virtutibus, & miraculis in specie conficiatur; & tam Processus Ordinarii, quam aliorum Apostolicorum validitas expendatur: animadversiones quoque super virtutibus in specie a Promotore Fidei exponantur, eisque opportunæ Responsiones, si placet, a Postulatoribus comparentur: dummodo tamen ipsum dubium *super virtutibus in specie* in Congregatione Sacrorum Rituum non absolvatur, antequam Judicium de omnibus Ancillæ Dei operibus prolatum fuerit. Persuasum autem tibi esse volumus, Nos, hac concessionis amplitudine, ultra servatos a Prædecessoribus nostris fines longe progressos esse, propter piam affectionem, quam erga Ancillam Dei merito fovemus; teque etiam intelligere, dum præfatum Dubium de illius virtutibus in specie, non nisi post ejusdem Operum approbationem absolvi volumus, magnam a Nobis utilitatem afferri illius Caussæ, quæ scilicet ex ipsis operibus, si approbata fuerint, majorem procul dubio splendorem accipiet.

Quæ vero interim fieri permisimus, dum præfati Operis Revisio absolvitur, ea Nos quidem paucis verbis complexi sumus. Verum, ut eadem ad exitum perducantur, non parum temporis necessarium erit. Cujus temporis decursu si ea simul perficientur, quæ superius facienda judicavimus, ad approbationem Operis de Mystica Civitate Dei attinentia; profecto evidenter agnosces, non modicum compendium ipsi Beatificationis Caussæ obvenisse ex eo, quod a Nobis, ut supra, statutum fuit.

Hoc eodem temporis decursu Nos ipsi omnem diligentiam adhibere non omittemus, ad hoc ut, si aliquando probatum fuerit, Mysticam Civitatem Dei a Venerabili Maria a Jesu vere compositam fuisse, tunc demum, vita comite, Judicium nostrum proferre valeamus, an liber ipse *contineat errores contra Fidem, vel bonos mores, vel doctrinam aliquam novam, vel peregrinam, atque a communi sensu Ecclesiæ, & consuetudine alienam*, juxta relatum superius Urbani Prædecessoris Decretum. Quamobrem mandavimus etiam singulis Cardinalibus, atque Theologis peculiarem Congregationem a Nobis, ut supra, deputatam constituentibus, ut unusquisque suam hac de re sententiam scripto conceptam, suoque Sigillo obsignatam in manus nostras remittant; volentes omnia hujusmodi Judicii capita in antecessum per nosmetipsos debita maturitate, una cum Judiciis Academiarum Salmanticensis, Complutensis, Lovaniensis, ac Tholosanæ, pensare.

Utque nihil Te lateat eorum, quæ ad sternendam hujusmodi judicio viam interim examinare decrevimus, hoc primum tibi notum esse volumus, magnam Nobis semper opinionem fuisse, atque adeo esse de bonæ mem. Cardinali de Aguirre, cujus familiari consuetudine, in juvenili ætate constituti,

olim

olim usi sumus, quemque non minori apud te existimatione esse arbitramur; neque putamus ab Alumnis Vestri Ordinis recusatum iri Judicem in Caussa Mysticæ Civitatis Dei, pro qua is pium studium tantopere declaravit. Eo vivente, anno Domini 1696. prodiit Censura facultatis Sorbonicæ in primam partem hujus Operis, quæ refertur *in Diario Sapientum Tom. 24. pag. 51. & pag. 516.* & inserta est per extensum *in Tom. 3. Collectionis Judiciorum Parisiis editæ anno 1736. pag. 150. & seqq.* Quæ sane censura quum præfato Cardinali magnopere displicuisset, ab eodem impugnata est peculiari scripto, quod exhibitum non fuit. Idemque præterea scripsit Epistolam unam ad Galliarum Regem, & alteram ad Archiepiscopum Parisiensem; in hac vero, quæ data fuit die 4. Augusti anni 1699. fassus est, propositiones in præfato libro a Sorbonica facultate notatas, prout jacent in versione Gallica, qua usi sunt Parisienses Theologi, jure, meritoque damnatas fuisse; verumtamen hujusmodi versionem parum fidelem esse contendit. En verba Epistolæ relatæ in vestro Summario Præliminari §. iv. num. 8. pag. 214.: *Nel di cui Idioma*, de Gallica lingua loquitur, *così tradotte, ancor io concorro in asserire, che siano state giustamente censurate da codesta Università*. Itaque Cardinalis de Aguirra censuram Sorbonæ approbat, versionem Libri non approbat; censuræ subscribit, relate ad versionem Gallicam, eamdemque censuram ideo rejicit, quod versionem illam minus fidelem existimat. Hæc autem versio non alia esse potest, quam quæ ex Hispanico idiomate in Gallicum facta est a Patre Croiset Ordinis vestri Presbytero, quæque impressa fuit Massiliæ eodem anno, quo prodiit in lucem Censura Sorbonicæ facultatis. Atque hæc est illa versio, quæ in Summario Caussæ tam magnis elogiis in Cœlum tollitur. Cardinalis de Aguirre Hispanus Croisetum Gallum reprehendit, tanquam in Hispanico idiomate parum versatum. Si quis vero traductoris Galli partes suscipiens, Cardinalem Hispanum tamquam Gallicæ linguæ minus peritum reprehenderet, totum judicium in ancipiti hærere necesse esset. Quare, ut hujusmodi difficultatum involucra tollantur, nostræ curæ erit aliquem invenire in utroque Idiomate probe, pariterque versatum, cujus diligentia rei veritatem in claro positam tuto dijudicare possimus.

Novimus præterea non tibi ignotum esse Opus *de Revelationibus, & visionibus*, ab Eusebio Amort Canonico Regulari Lateranensi editum anno 1734. in quo præfata quidem Censura Parisiensis facultatis reprobatur, sed aliæ, ac diversæ objectiones fiunt adversus Mysticam Civitatem Dei. Cui novi Censori fuse respondit doctus quidem Ordinis Vestri Professor Frater Didacus Gonsalez Matthæo Hispanus, qui suas responsiones Nobis dicatas Superiori Anno 1747. Matriti edidit, Nobisque transmisit. Harum quoque objectionum, & responsionum examen fieri debet, & a Nobis, Deo adjuvante, fiet, antequam de Mystica Civitate Dei sententiam proferamus, quum nullam in hoc gravissimo Judicio diligentiam supervacaneam fore judicemus.

Hæc erant, quæ tibi innotescere volebamus. Nunc ea, quæ in præfata Congregatione Particulari coram Nobis deliberata fuerunt, in summam colligendo, sequens Decretum, de ejusdem Congregationis consilio, atque unanimi sensu, edicimus, nempe: *Ex hactenus deductis non constare, prout oportet, in casu, & ad effectum, de quo agitur, quod opus Inscriptum, Mistica Citta di Dio, sit opus Venerabilis Servæ Dei Sororis Mariæ a Jesu de Agreda: ex gratia tamen speciali, Postulatoribus indulgeri, ut in causa Beatificationis, & Canonizationis ejusdem ad ulteriora procedatur; ita tamen, ut dubium super virtutibus non absolvatur, nisi prævio iterato novo definitivo Decreto, aut a Nobis, aut a Nostris Successoribus, præmissis, uti supra, respective præmittendis, edendo, in quo, vel statuatur Opus prædictum non esse Servæ Dei, vel, constito esse Opus ejusdem, definiatur, nihil, vel in eo, vel in aliis Operibus ejusdem Servæ Dei, reperiri, quod sit contra Fidem, bonos mores, vel quod sapiat doctrinam aliquam novam, & peregrinam, atque a communi sensu Ecclesiæ, & consuetudine alienam, juxta præscripta in Decretis Urbani VIII.* Tibi dilecte Fili, universoque Ordini tibi commisso, Benevolentiæ Nostræ pignus, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die decimasexta Januarii 1748. Pontificatus Nostri anno octavo.

Statuitur Ordo servandus in Caussis super nullitate Professionis Regularis.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

SI datam Hominibus fidem frangere, conventionesque eas, quæ ab humanis legibus robur accipiunt, abrumpere, ac violare non licet; multo magis necesse est obligatum Deo mentis propositum immutabiliter servari, Nosque præsertim, utpote Sacrarum Legum Custodes a Deo constitutos, oportet earum pactionem, quæ Divino, & Ecclesiastico jure indissolubiles sunt, perpetuam firmitatem, & observantiam afferre. Eam ob rem jam usque ab Anno Incarnationis Dominicæ 1741. Pontificatus Nostri II. Apostolicas Literas dedimus, incipientes: *Dei miseratione*, in Bullario Nostro deinde editas *Tom. 1. n. 33.* quibus certum præscripsimus ordinem in Tribunalibus Ecclesiasticis servandum, quum in ipsis discuti, & definiri deberent Caussæ, in quibus de nullitate alicujus Matrimonii contracti ageretur; non eo quidem consilio, ut si quod forte Matrimonium cum impedimento aliquo dirimente initum fuisset, de illius nullitate judicium postulari, aut fieri prohiberemus; sed, ut in hoc gravissimo judicii genere, in quo de Sacro Connubiorum fœdere agitur, pleniori veritatis elucidationi consuleremus; utque Judices, non sine certissima cognitione omnium, quæ ad rem maxime conducunt, hujusmodi vinculum ex tot rationibus insolubile, sententiis suis, tamquam irritum ab initio, dissolverent. Cujus quidem Constitutionis utilitas, Deo favente, ad hunc diem aperte comprobatur; quum ex eo tempore, neque tot Caussæ super prætensa Matrimoniorum nullitate in Tribunalibus pendeant; nec tam frequenter, ut antea, Nobis exhibeantur preces pro obtinendis dispensationibus super Matrimonio rato, & non consumato: dum scilicet ante omnium oculos propositæ sunt difficultates paulo quidem majores, sed omnino justæ, quæ ex novo ordine a Nobis statuto, cuilibet superandæ se offerent, antequam optatum finem assequatur.

Quemadmodum itaque pro Matrimoniis carnalibus a Nobis provisum fuit, ita nunc de spiritualibus uni-

animarum nexibus, de Religiosis videlicet utriusque sexus Regularium Professionibus, pari ratione statuere decrevimus, nimirum certam normam, ac methodum tradere, quam observare debeant Judices Ecclesiastici, quoties judicia super nullitate Professionum in aliquo Ordine Regulari a Sede Apostolica approbato factarum, coram ipsis agitari contingat; neque id quidem ad hunc finem, ut aditus intercludatur iis, qui justis de causis hujusmodi actiones intentare velint, ac postulent, Professionem a se factam ex capite nullitatis irritam declarari; sed, ut ipsi Judices rerum veritatem in specie dignoscere, suasque sententias indubiis fundamentis innixos proferre valeant; ac ne unquam, ex ignorantia factorum, aliquem decernant solutum vinculo, dum is forte, valida solemnium votorum professione emissa, Religioso Ordini, cui nomen dedit, re ipsa maneat adstrictus. Qua ex methodo a Nobis tradenda hunc fructum similiter obventurum speramus, ut & rariores in posterum in Tribunalibus futuræ sint caussæ super prætensa Professionum nullitate; & qui deinceps hujusmodi nullitatis declarationem in foro externo obtinuerint, & consequenter a Religione discesserint, non amplius anxia, aut male tuta conscientia vivant, ac propterea ad Nos, aut ad Officium Pœnitentiariæ Nostræ Apostolicæ, ut non semel evenisse novimus, confugere cogantur, occultato (ut moris est) in precibus nomine, fatentes sententiam super Professionis nullitate pravis artibus extortam a se fuisse, decepto Judice, vel per mendacia in facti expositione adhibita, vel per corruptos Testes; ideoque flagitantes, ut ex gratia, & dispensatione Apostolica, facultas manendi in sæculo ipsis indulgeatur.

Ut autem ordinate procedamus, distinguendum initio est inter Regulares illos, qui intra quinquennium a die factæ Professionis, de illius nullitate actionem promovent; & eos, qui post elapsum quinquennium reclamant. Quod ad priores attinet, celebre est de illis Decretum Sacræ Tridentinæ Synodi *sess. 25. de Regular. cap. 19.* in hæc verba: *Quicumque Regularis prætendat se per vim, & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicat, ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, velitque habitum dimittere quacumque de Caussa, aut etiam cum habitu discedere, sine licentia Superiorum; non audiatur, nisi intra quinquennium tantum a die Professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore suo, & Ordinario.* In quo sane Decreto, licet in litera Virorum Regularium dumtaxat mentio fiat, nihilominus etiam fœminæ Religionem professæ comprehenduntur; quum, ex Regulis juris, masculinum genus etiam fœmininum includat, ubi una, eademque causa pro fœminis æque, ac pro masculis militat. Quamvis autem Decreti verba satis clara sint, variæ tamen quæstiones circa eorum sensum, ac vim excitatæ fuerunt.

Quum etenim ibi sermo dumtaxat sit de Regulari professo, qui suam Professionem nullam fuisse contendat: *Quicumque Regularis prætendat se per vim, & metum ingressum esse Religionem &c.* nihil vero expresse statuatur de ipsa Religione, cujus aliquando interest alicujus Alumni sui Professionem irritam declarari; ut si quis, exempli causa, comperiatur occultum aliquod impedimentum non revelasse, de quo interrogatus fuerat, adjecta declaratione, quod, eo forsan existente, & non patefacto, ipsius admissio a Religione minime rata habenda foret; hinc dubitatum fuit, an in hujusmodi casu solus Superior Regularis sine Ordinario procedere posset, an vero etiam in hac facti specie discutienda esset Caussa coram Regulari Superiore simul, & Ordinario Loci. Super quo Congregatio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ad ipsius Concilii Tridentini Interpretationem ab Apostolica Sede Deputatorum constanter decrevit, Caussas hujusmodi super nullitate Professionis, tam a Regulari Professo, quam a Religione intra quinquennium in judicium deductas, & a Superiore Regulari, & ab Ordinario Loci simul cognoscendas esse.

Quum item quinquennium, intra quod admittitur reclamatio adversus Professionem, Sancta Synodus computandum voluerit *a die Professionis*; cumque potior, atque communior Caussa, quæ pro nullitate Professionis adduci solet, in metu consistat; metus autem per totum quinquennium, atque etiam ulterius, aliquando perseveret; quæsitum fuit, an, ubi de metu agitur, initium quinquennii desumendum sit ab ipso die Professionis emissæ, an vero a die, quo Professus liberam reclamandi facultatem habere cœpit. Eadem vero Congregatio declaravit, in utroque pariter casu concessum quinquennii tempus a die emissæ Professionis esse computandum.

Ad idem pariter quinquennium pertinet alia agitata quæstio, an scilicet prædicti Ordinarius, & Superior Regularis cognoscere possint causas nullitatis Professionis, etiam post ipsum quinquennium, ubi nempe Professus intra illius decursum reclamaverit, sed judicium prosequi deinde neglexerit, aut nequiverit. Decretum est autem ab eadem Congregatione, coram præfatis Judicibus a Concilio memoratis agendam esse Caussam, etiam post elapsum quinquennium, dummodo satis constet, eam intra præscriptum tempus a reclamante serio intentatam fuisse.

De ipsis autem Judicibus pro hujusmodi Caussarum cognitione a Sancta Synodo designatis, per ea verba, *coram Superiore suo, & Ordinario*, complures similiter motæ sunt quæstiones, quæ majori eorumdem verborum elucidationi Caussam dederunt. Et primo quæsitum fuit, quisnam censendus esset Superior Regularis in casu, & ad effectum, de quo agitur; utrum scilicet Provinciæ Rector, an Generalis Ordinis moderator; Congregatio autem ejusdem Concilii Interpres definivit esse Superiorem localem, nimirum Abbatem, vel Guardianum, sive Priorem, aut alio quocumque nomine nuncupatum Præpositum, seu Rectorem illius Monasterii, aut Cœnobii, in quo reclamans Professionem emisit; cum nempe, qui hujusmodi Monasterii, aut Cœnobii regimen exercet, quo tempore Caussa super nullitate Professionis in judicium deducitur. Quæsitum item fuit, quisnam Monialium proprius Superior dicendus sit, ad effectum judicandi una cum Ordinario de earum Professionis nullitate. Responsum fuit, quod, si agatur de Monialibus Ordinario Loci immediate subjectis, tunc, quum nullus sit earum Superior Regularis, solus Ordinarius judicet de Professione reclamantium intra quinquennium: Si vero Moniales Regularium regimini subsint, tunc hujusmodi Caussæ judicandæ sunt ab Ordinario Loci, simul, & a Superiore Regulari, ab eo nimirum, cui concreditum est universum Monasterii regimen, non autem a Confessario Regulari Monialium. Dubitatum est etiam, utrum Superior Regularis jus suum cedere posse Ordinario Loci, eique permittere, ut in hujusmodi Caussis solus procedat, & judicet: Id autem prædicta Congregatio fieri posse negavit; permisit autem Superiori Regulari, ut si judicium assumere nolit, aut non possit, alium subrogare valeat, vel Regularem, vel etiam Ecclesiasticum Sæcularem juris Canonici peritum, qui una

cum

sum Ordinario Judicis partes exerceat. Denique quæsitum fuit, si forte Ordinarii, & Superioris Regularis judicia inter se discrepantia extiterint, quodnam ex ipsis alteri prævalere debeat. At in hoc casu responsum fuit, Caussam ipsam ad Apostolicæ Sedis judicium devolutum censeri.

Quum vero inter capita nullitatis Professionem Regularem irritantia, unum etiam adnumeretur, si nempe aliquis Professionem emiserit in Cœnobio ad Novitiorum institutionem minime destinato, in iis tamen locis, in quibus rec. mem. Prædecessor Noster Clemens Papa VIII. Decreta de Regularibus a se edita vim habere mandavit; si quis ex hoc capite Professionem a se factam intra quinquennium impugnare voluerit, aut etiam si Religio intra idem quinquennium postulaverit alicujus Professionem ex hujusmodi capite irritam declarari; Decretum extat a fel. rec. Urbano Papa VIII. altero Prædecessore nostro justis, gravibusque de caussis, ac de consilio præfatæ Congregationis Concilii Tridentini Interpretis, editum die v. Januarii anni 1636. incipien. *Ad occurrendum*, quo statutum fuit, hujusmodi Caussas ad eamdem Congregationem privative pertinere. Hæc sunt potiora in hoc genere Decreta ex Regestis prælaudatæ Congregationis excerpta, quæ licet alias a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Apostolica auctoritate non semel approbata fuerint, & confirmata; Nos tamen eadem, præsentium Literarum tenore, atque auctoritate simili, novo approbationis, & confirmationis Nostræ robore communimus, atque ab omnibus, ad quos spectat, seu respective spectabit, in posterum pro regula haberi, ac plenariæ executioni demandari præcipimus. Quibus ita constitutis, firmataque pertinentia Causarum, quæ intra quinquennium a die Professionis emissæ adversus illius validitatem introducuntur; consequens est, ut & ea indicemus, quæ de ordine, ac methodo in hujusmodi judicii servanda, a majoribus sapienter constituta sunt; tum ea proferamus, quæ ipsi opportune addenda censuimus, quæque pari auctoritate, ac præsentium literarum vigore, perpetuis futuris temporibus servari volumus, & mandamus. Jam de ipsa hujusmodi Causarum introductione notum est Decretum ejusdem Concilii Tridentini *cit. sess. 25. cap. 19. de Regular. Ut si quis antea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur, sed ad Monasterium redire cogatur, & tamquam Apostata puniatur; interim vero nullo privilegio suæ Religionis juvetur*. Ex quo sequitur, Regularem postulantem judicium fieri de suæ Professionis nullitate, ab ipso judicii limine repelli, nisi constet eum in Religionis suæ Claustris morari, & habitum Regularem resumpsisse, si ipsum antea deposuerit.

De probationibus vero, licet non ignoremus apud Superiores Regulares, Ordinariosque Locorum usu receptum fuisse, in re tanti momenti, judicia sua fundare in extrajudicialibus attestationibus, quantumvis juramento firmatis, quæ *ad perpetuam* dicuntur; hoc tamen de cætero usurpari prohibemus; volentes, atque districte mandantes, ut ad adstruendas probationes in hujusmodi Causis necessarias, verus, & judicialis Processus omnino conficiatur, in quo & Articuli exhibeantur ex parte illius, qui adversus Professionem agit; & interrogatoria dentur ab ea parte, quæ stat pro ipsius Professionis validitate, & Testes tam super Articulis, quam juxta hujusmodi interrogatoria, examinentur; utque, hac forma non servata, Processus ipse, & sententia dependenter ab eo prolata, insanabili nullitatis vitio corruere censeantur; salva etiam dispositione juris communis, quoad alia nullitatis capita, si quæ forte in ipsa Processus compilatione intervenerint.

Sub eadem pœna nullitatis decernimus, atque statuimus, ut in hoc judicio citari, & audiri debeant tum Defensores Monasterii, seu Cœnobii, in quo professus vota Religiosa suscepit, tum ipsius Professi Consanguinei, sive propinqui, sive alii, quibus bona sua donavit, aut cessit; uno verbo omnes, quorum interest illius Professionem sustineri: in primis autem ii citentur (si superstites fuerint) qui indicati erunt tamquam auctores, aut complices metus eidem incussi, ut votis invitus se obstringeret. Quemadmodum vero in citata Constitutione nostra, quæ incipit *Dei miseratione*, decrevimus, ut in singulis Diœcesibus ab Ordinario deputari deberet aliquis probitate, ac doctrina commendatus, cujus officium esset in Caussis Matrimonialibus in judicio stare pro validitate Matrimonii; ita nunc omnibus, & singulis Locorum Ordinariis committimus, & mandamus, ut personam aliquam similibus qualitatibus præditam in suis respective Diœcesibus eligant, cui *Defensoris Professionum* munus imponant, utque huic omnia demandata, injuncta, & respective applicata esse censeantur quæcumque Nos in præcitatis Literis de Matrimonii Defensore statuimus: Nos enim eadem omnia præsentium tenore, ad hujusmodi Professionum Defensores expresse extendimus, & respective applicamus, & quoad istos pari modo locum habere decernimus. Id solum peculiariter pro Defensore Professionis in præsentibus statuentes, ut, scilicet, quidquid pro ipsius honorario, aut mercede, sive pro expensis in defensione caussæ occurrentibus eidem præstandum esse Judex prudenter arbitratus fuerit, id omne ab illis exsolvi debeat, quibus a Professo renunciata fuerunt bona in Religionis ingressu dimissa; si vero hi non existant, aut si Professus nihil renunciandum habuerit, ipsa Religio, quatenus ex illis sit, quæ temporalia bona possident, ad hujusmodi solutiones teneatur: Si autem nec adsint bona renunciata, nec Ordo Regularis, de quo agitur, quidquam possideat, tunc Defensori Professionis satisfiat ex pecuniis mulctarum illius Tribunalis, in quo Caussa agitata fuerit, sive alterius, prout in aliis prædictis Literis Nostris de Matrimonii Defensore statuimus.

Lata demum sententia a Superiore Regulari, & ab Ordinario Loci, si ea pro validitate Professionis pronunciata fuerit, neque Professus appellationem interponat, Causam finitam esse non dubitatur. Si vero Professus ad Judicem secundæ instantiæ appellaverit, vel etiam ulterius eadem Causa retractanda fuerit; in omnibus hisce Judiciis volumus similiter Defensorem Professionis ex officio deputatum intervenire, eodem prorsus modo, quo in citata Constitutione decrevimus, Defensorem Matrimonii in secunda, & ulteriori instantia, judicio semper adesse. Ac sicuti præterea statuimus, hujusmodi Defensoris partes esse, a Sententia Judicis primæ instantiæ pro Matrimonii nullitate lata ad ulterioris instantiæ Judicem provocare; & formam prosequendi judicium in ulterioribus hujusmodi instantiis præscripsimus: ita porro volumus, ut Defensor Professionis a sententia in prima instantia pro nullitate Professionis edita appellare omnino debeat; atque in secunda, seu ulteriori hujusmodi Caussarum revisione, eadem omnia volumus observari, quæ pro Caussis Matrimonialibus in eadem Constitutione mandavimus.

Quemadmodum denique legitimas pœnas itidem constituimus adversus eos, qui post unicam obtentam sententiam pro prioris Matrimonii nullitate, sive

ve

ve pendente appellationa, sive aa per incuriam, aut fraudem Defensoris non interposita, ausi fuissent nuvas Nuptias contrahera; atque decrevimus nemini licere ad altera vota transire, nisi duæ saltem sententiæ conformes pro nullitata prioris Matrimonii emanaverint; ita, si quis in Ordine Regulari Professus, post unicam sententiam favore nullitatis Professionis pronunciatam, siva pendente, sive omissa culpabilitar appellatione, e Claustris exire, a Religione discedere, quodque magis est, Habitum Ragularem abjicare præsumpserit; volumus, atque statuimus omnibus eum pœnis, atque censuris a Sacris Canonibus, & a Constitutiunibus Apostolicis contra Apostatas latis, atque sancitis, subjacere, & obnoxium asse, decernantes pariter, in hujusmodi causis de Professionis nullitate, liberum Professo non esse a Religione migrare, nisi duas saltem obtinuerit sententias conformes, quibus ab ao emissa Professio nulla, & irrita declarata fuerit.

Et primæ quidem instantiæ Judicea supar validitate Professionum, quæ intra quinquennium judicialiter impugnantur, ut supra dictum est, Superior Regularis, simulque Ordinarius Loci esse dabent. Si varo eædem Caussæ in Secunda, aut ulteriori instantia sint discutiendæ, statuimus, inhærantes antiquis quibusdam sæpedictæ Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum Decretis, (quæ pariter tenore præsentium approbamus, & confirmamus) ut caussæ hujusmodi ad eos Judicea devolvantur, ad quoa de jure aliæ omnes Caussæ Ecclasiasticæ, post Sententiam Ordinarii, in gradu appellationis respective devolvuntur; ita tamen, ut hi quoque Judicea, sicuti Ordinarius in prima instantia una cum Saperiore Regulari processit, sic & ipsi procedere, & judicare debeant una cum Superiore Regulari, non quidam illius Monastarii, in quo reclamana professus est, sed alterius Monasterii ejusdem Ordinis in eorum Civitate, aut Diœcesi existentis; vel, eo non extante, cum Superiore viciniorie Monasterii ejusdem pariter Ordinia, seu cum alia persona Ecclesiastica, cui, juxta præmissa, Superior ille, ad quem pertinet, suas vicea ad hunc effectum delegaverit. Si autem hujusmodi Caussæ in secanda, aut ulteriori instantia ad Sedem Apostolicam devolvantur, & a prædicta Congregatione Concilii, sive ab altera super consultationibus Episcoporum, & Regularium, aut denique ab Auditorio Rotæ, ut respective assolat, discutiendæ fuerint; nullus erit locus ad judicandum Superiori Regulari, qui nequa tunc ad ferandam sententiam admittitur, quum ab eadem Congregatione Concilii, juxta relatum superius Urbani Prædecessoris Decratum, examinanda fuerit, etiam intra quinquennium, validitas Professionis ex eo capita impugnatæ, quod facta fuissa asseratur in Monasterio, aut Cœnobio Raligiosis Tyronibus instituendis minime addicto.

Hactenus de judiciis super nullitata Professionis, quæ intra quinquennium a dia ipsius Professionis emissæ introducuntur, de quibus hoc etiam declarando decernimus, ut quæcumque in superioribus statuta sunt, ea omnia locum habera, & observari debeant etiam in Curia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Nostri, & Romani Pontificis pro tempore in Urbe, ejusque districtu Vicarii in spiritualibus Generalis; quoties hujusmodi Caussaa intra idem quinquennium in ipsius Tribunali ordinario judicandas essa contingat. Jam varo videndam est de ejusdem generis Caussis, quæ post elapsum quinquennium hujusmodi, in judicium adducuntur. Porro quum Sancta Tridentina Synodus, post quinque annos ab emissa Professione transactoa, omnem aditum ad reclamandum Professis interclusum esse sanxisset, per ea aperta verba superius relata: *Non audiatur, nisi intra quinquennium a die Professionis*, adeo inhærendum hujusmodi sanctionis literæ duxerunt majores Nostri, ut sub piæ memoriæ Prædecessore Nostro Gregorio Papa XIII. decretum fuerit, ac veluti pro regula statutum, nullius Caussæ introductionem super nullitate Professionis, elapso quinquennio, admittendam esse; etiamsi Professio per vim, & metum facta diceretur, atque probari vellet, hujusmodi vim, & metum toto quinquennii tempore permansisse. Verba Decrati die v. Martii 1598. editi, quæ habentur *Decretorum Congregationis Concilii Tom. 9. fol. 55.* hæc sunt: *Gregorius XIII. ex sententia Congregationis Concilii declaravit, eos, qui per vim, & metum se Religionem professos prætenderent, nisi intra quinquennium reclamaverint, eo elapso, non esse audiendos, tametsi allegarent, vim, & metum semper durasse.*

At vero procedentibus temporibus, non sine justis, gravibusque Caussis, ut plane persuasum habemus, inductum fuit, ut admitterentur instantiæ pro *restitutione* in *integrum adversus lapsum quinquennii*.

De quibus tamen judicium facere ad Apostolicam Sedem semper privative pertinuit, sive ex parte Religionis instantiæ hujusmodi proponerentur, ac licet ipsa reclamatio, ob impedimentum per totum quinquennium perseverans, dilata fuisse diceretur. Hoc enim remedium restitutionis in integrum extraordinarium in jure vocatur, cujus concedendi facultas Judicibus inferioribus competere nequit, non obstante quacumque contraria consuetudine, etiam immemorabili, aut quolibet asserto privilegio; ut patet ex compluribus in eandem sententiam decretis ejusdem Congregationis Tridentini Concilii Interpretatis, quæ recensita fuerunt in Decreto edito die 24. Septembris anni 1740. in Caussa *Sicula Restitutionis in integrum*, quod a Nobismetipsis die 28. ejusdem mensis, & anni approbatum, & confirmatum fuit, quodque iterum præsentium tenore approbamus, & confirmamus; reservato Nobis, & Successoribus Nostris Romanis Pontificibus jure concedendi Ordinariis, & Superioribus Localibus, in quibusdam peculiaribus casibus, facultatem examinandi etiam Caussas restitutionis in integrum, ac super ipsis pronunciandi, antequam ad sententiam ferendam super Professionis validitate, aut nullitate deveniant; ut non semel ex Apostolicæ Sedis dispensatione factum fuisse non ignoramus.

Hujus autem judicii methodus diversa quondam fuit ab ea, quæ in præsenti observatur. Antiquis enim temporibus, visa probabili ratione, seu fumo, ut ajunt, caussarum restitutionis in integrum, ea ab Apostolica Sede concedebatur; nimirum facultas indulgebatur reclamantibus adversus Professionem, ut licet elapsum esset quinquennium, nihilominus de illius nullitate coram judicibus competentibus actionem promovere possent; pro cujus judicii instructione deinceps a Superiori Regulari, & ab Ordinario Loci legitimus conficiebatur Processus, atque sententia super validitate, aut nullitate ferebatur. Quæ sane methodus, si hoc etiam tempore in usu esset, oporteret Nos eorum præcipua, quæ ad hujusmodi judicium consequentia sunt, rationem habere; ac providere, ne unius tantum sententiæ vigore Professiones Regulares dissolverentur; sed alius hodierno tempore est ordo, qui in præfatis Congregationibus, seu Tribunalibus Urbis, pro concedenda restitutione in integrum adversus lapsum quinquennii, observatur. Nam priusquam super eo quidquam decernatur, committitur Ordinario Loci, & Superiori Regulari, ut Processum conficiant; eoque demum transmisso, proponitur dubium super concessione restitu-

tionis in integrum, idque non minus accurate, ac severe examinatur, ac si dubium propositum esset super ipsa validitate, aut nullitate Professionis. Si autem petita in integrum restitutio concedatur, tunc Ordinario, & Superiori Locali committitur, ut sententiam proferant super controversa Professionis validitate. Sed quamvis in hujusmodi Commissionibus plene ipsis relinquatur facultas judicandi, sive pro validitate, sive pro nullitate Professionis, prout ipsis justum visum fuerit; usu tamen compertum est, quod, quum iidem satis noverint, quam diligenti, & gravi judicio apud Sedem Apostolicam discussæ fuerint Caussæ, propter quas restitutio in integrum concessa fuit; viso dumtaxat hujusmodi concessionis rescripto, nec ulteriori instituto examine, ad ferendam pro nullitate Professionis sententiam, ut plurimum, sine dubitatione procedunt.

Accuratum hujusmodi examen Caussarum restitutionis in integrum apud Romanæ Curiæ Judices in mora positum, non modo non immutare intendimus, verum etiam approbatione nostra singulis, ad quos pertinet, magnopere commendatum, ab ipsis imposterum observari volumus, ac jubemus; hoc tamen addito, ut in commissionibus, quæ diriguntur Superioribus Regularibus, & Ordinariis Locorum pro conficiendis Processibus, iisdem, sub pœna nullitatis actuum, injungatur, ut in omnibus procedere debeant cum interventu Defensoris Professionis, ad quem nimirum pertinebit Interrogatoria dare, juxta quæ examinari debebunt Testes, aliaque ad Officium sibi impositum pertinentia diligentissime præstare. Item volumus, ut in ipsa propositione dubii super concessione restitutionis in integrum, tam in præfatis Cardinalium Congregationibus, Concilii Tridentini interpretationi, & Episcoporum, ac Regularium consultationibus præpositis, quam in Auditorio Rotæ, aut in quacumque Congregatione peculiariter forsan deputata, sub simili nullitatis pœna, Defensor Professionis, ab eo, qui Tribunali caput est, deputatus, expensis eorum, de quibus supra, semper, & in omnibus actibus in judicio stare debeat; neque solum in prima hujusmodi dubii propositione, sed etiam in ulterioribus, quatenus reclamans in prima rejectus, ad novam audientiam admittatur. Denique, ut pro fruendo beneficio restitutionis in integrum, unica favorabilis resolutio nequaquam sufficiat, nisi ac par secundam conformem, iterato Caussæ examine, auditoque semper Defensore Professionis, confirmata fuerit; quemadmodum in altera Constitutione Nostra, præsentis initio allegata, de Caussis super nullitate Matrimonii constituimus. Nos enim præsentium tenore decernimus, ac sub pœnis adversus Apostatas sancitis districte prohibemus, ne quis sub clypeo unicæ resolutionis pro concessione restitutionis in integrum obtentæ, e Religiosis Claustris migrare, multoque minus Habitum Regularem deponere audeat, seu præsumat: quum ad prædictas pœnas declinandas & altera resolutio super restitutione in integrum priori consentanea, & sententia super nullitate Professionis a Superiore Regulari, & ab Ordinario ferenda, expectari omnino debeant; nec nisi per hujusmodi sententiam a prædictis Judicibus, præviis duabus resolutionibus pro concessione restitutionis in integrum, legitime latam, judicium absolutum censeri queat.

Quæ omnia si ita observabuntur, ut a Nobis constituta sunt, atque omnibus, ad quos pertinet, ac pertinebit imposterum, sedulo observanda, & implenda a Nobis præscribuntur, & enixe inculcantur; profecto non dubitamus, quin multo rariores imposterum futuræ sint instantiæ, & contentiones eorum, qui vel intra quinquennium a die Professionis emissæ, vel etiam eo lapso, susceptum Religiosæ vitæ Institutum relinquere adnituntur. Ad hoc autem certius obtinendum magnopere contulerit, si a Superioribus quoque Regularium Ordinum in Novitiorum admissionibus ea observabuntur, quæ & in eorum Constitutionibus, & in Decretis fel. rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris Nostri statuta sunt, quæque omnia ab ipsis planissime observari, & impleri, Nos pariter ipsis præcipimus, ac jubemus; tum etiam, si ipsi minus facile consensum suum præbebunt, ut admittantur ad Professionem Tyrones, sive qui ætatem quidem a Concilio præscriptam compleverint, et non ad eam pertingerint, quæ a Constitutionibus Ordinis statuta est, sive illi, qui licet annum Novitiatus expleverint ad normam Concilii, adhuc tamen ulterius in eo manere deberent, juxta præscriptum suarum peculiarium Constitutionum; multoque magis ii, qui nec per integrum annum, sed per octo, aut sex menses dumtaxat Tyrocinium posuerunt; ac demum si ipsi Superiores haud se interponant, neque curabunt, ut professi ante legitimam ætatem ad Ordines Sacros promoveantur. Quæcumque enim sive in Sacris Canonibus, aut Pontificiis Constitutionibus, sive in peculiaribus Ordinum statutis, circa præmissa provide constituta sunt, non parum habent momenti ad Religiosam vocationem in hominum cordibus stabiliendam, & ad cohibendam versatilem animorum mobilitatem, quæ ut plurimum aut sola, aut potissima caussa est, qua Professi adducuntur, ut vota, quibus obstricti sunt, irrita declarari cupiant. Neque vero Apostolica Sedes ullas unquam dispensationes in præmissis concedere consuevit, nisi prævio assensu, aut etiam accedentibus precibus Superiorum Regularium, quibus nempe æquum, & necessarium est fidem adhiberi in expositione caussarum, quas urgere asserunt, pro concedendis dispensationibus, quæ petuntur. Illud autem nullo modo ferri, aut probari potest, quod tamen apud plerosque invaluisse constat, ut scilicet reclamantibus adversus Professionem, sive intra quinquennium, sive post ejus decursum, Superiores ipsi contradictores se se non exhibeant, aut etiam aperte suffragentur; ex falsa nimirum opinione, quod Religiosorum Virorum societate indignus censendus sit, quicumque ab ea discedere exoptat; quodque ex inutili Monacho, utilis fortassis Clericus Sæcularis existere possit. Nunquam enim licitum est justitiam deserere, aut prodere, quæ jubet omni ratione sustineri actum adeo solemnem, & natura sua irrevocabilem, in quo perficiendo, una cum Professo, ipsa quoque Religio intervenit.

Ad prædictum finem præterea quam maxime proderit, si & Ecclesiastici Præsules, & Judices debitas Officii sui partes explere non prætermittent. Ecclesiarum quidam Præsules, si anathemati subjectos declarabunt omnes, & singulos cujuscumque qualitatis, conditionis, & dignitatis fuerint, qui Virgines, aut Viduas, seu alias quascumque mulieres invitas, præterquam in casibus in jure expressis, coegerint ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum Habitum cujuscumque Religionis, vel ad emittendam Professionem; juxta Sanctionem Sacræ Tridentinæ Synodi *sess. xxv. Cap. 18. de Regular.* ubi etiam pares censuræ statuuntur adversus eos, qui in hujusmodi factis consilium, auxilium, vel favorem dederint; ac si omnes similiter, quot quot ausi fuerint compellere viros ad ingrediendam Religionem, & ad vota profitenda, justis, gravibusque

que pœnis afficient. Judices vero, si, falso ante omnia deposito præjudicio, quo nonnulli arbitrantur latissimam viam, quoad fieri potest, aperiendam esse iis, qui inde migrare cupiunt, ubi invito animo commorantur, ad exactam justitiæ lancem expendent, & numerum, & qualitatem Testium, qui ad comprobandam nullitatem Professionis inducuntur, & vim majorem a minori, metum gravem a levi, debilem a constantiori sexu, interclusam a permissa reclamandi facultate discernent, aliasque omnes circumstantias sedulo animadvertent, quæ in hoc toto rerum genere ab Auctoribus considerari solent.

Itaque prædictis omnibus, & singulis gravissime denunciamus, districteque præcipimus, ut in cunctis, quæ ad eorum officia pertinent, a justitiæ tramite, & a præscriptis sibi legibus ne minimum quidem discedant, ac meminerint, omnium, quæcumque gesserint, severissimam sibi rationem tum apud Divinum Judicem; tum apud homines reddendam fore. Nos vero, si Deo placuerit valetudinem Nobis cum vitâ servare, non parum operæ conferre intendimus, quo planius, atque facilius de Caussis hujus generis ab ipsis imposterum judicari valeat. Siquidem Nobis propositum est, cum consilio selectorum virorum in Theologica, & Canonica facultate præstantium, nonnullas quæstiones accurate examinare, ac dirimere, quæ variis scriptorum opinionibus jactatæ, & varias species induentes, juxta diversas occorrentium casuum circumstantias, ancipites, atque sollicitos detinere solent Judicantium animos, ut Nobismetipsis in minoribus olim constitutis non semel evenisse meminimus, quum pro munere Secretarii præfatæ Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, hujusmodi Caussas ad regulam juris exigendas præ manibus haberemus.

Ejusmodi sunt, exempli caussa, quæstiones; Utrum Professio, quamvis initio nulla fuerit, per subsequentes tamen actus convalidetur? quinam sint actus, ex quibus hujusmodi convalidatio, seu ratificatio inducatur? & quid momenti habeat ad hunc effectum susceptio Sacrorum Ordinum *ad titulum Religiosæ paupertatis*? Præterea, si quis forte ante legitimam ætatem ignorans Professionem emiserit, & in ea ignorantia per plures annos in Religione permanserit, seque valide Professum existimans, ea omnia, quæ Professorum sunt, una cum sociis præstiterit, an hic deinde intelligens, qua ætate vota emiserit, non obstantibus actibus veri Professi a se gestis, adhuc, præfatæ ignorantiæ præsidio, actionem habeat ad reclamandum adversus Professionem a se factam, an vero talis ignorantia nihil eidem suffragetur, quo minus Professionem initio nullam per subsequentes actus ratam habuisse censeatur? Item, an Professus, qui in Professionis actu, impedimentum aliquod, sive defectum, occultavit, de quo interrogatus fuit, addita declaratione ad formam Constitutionum, quod scilicet Religio ipsum cum hujusmodi defectu, aut impedimento forsan occultato admittere non intendebat; an inquam, talis Professus, qui Religioni dolum struxit, ejusmodi commodum ex propria fraude desumere possit, ut validitatem suæ Professionis ex eo capite impugnare valeat? Denique, an ullam vim habere debeat in foro externo ad suadendam Judicii nullitatem Professionis, quod reclamantes Professi asserere sæpe non dubitant, se in proferendis Religiosis votis, mentem servasse alienam a proposito se obligandi? Hæc omnia, aliaque similia in hujusmodi judiciis frequenter occurrentia, & in utramque partem hactenus disputata, tum nostro, tum aliorum, quos ut supra diximus, in consilium advocaturi sumus, diligenti studio, Deo adjuvante, explanare deliberavimus.

Interim præsentes literas cum omnibus, & singulis in ipsis Decretis, atque statutis, firmas, validas, & efficaces existere, ac perpetuo fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime, & inviolabiliter observari volumus, & decernimus. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, prædictasque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationes Generales, & particulares, aliosque ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sanctæ Sedis Nuntios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ubique judicari, & definiri debere; ac nullum, irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus, tam Caussarum forsan ad hunc diem introductarum pendentia, quas quidem caussas, in quibuscumque statibus, & terminis de præsenti reperiantur, juxta superius præscripta, omnino tractari, judicari, & definiri debere expresse decernimus; quam Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, Decretis quoque, & Resolutionibus a præfatis Cardinalium Congregationibus, sive ab Auditorio Rotæ prædicto, aut aliis quibuscumque Judicibus, & Tribunalibus alias forsan, & aliter factis, conditis, & emanatis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, privilegiis, exemptionibus, & Indultis, etiam in corpore juris clausis, & Literis Apostolicis quibusvis Personis, Collegiis, Locis, Ordinibus, etiam Militaribus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, etiam Societatis Jesu, & Sancti Joannis Hierosolymitani, aliisve quibuslibet specifica, & individua mentione digni, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam clausulis, & decretis, etiam derogatoriarum derogatoriis, & irritantibus in genere, vel in specie, etiam motu simili, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & individua mentio, seu quævis alia expressio ad id servanda foret, illorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & exactissime servatis, & specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, & ad præmissorum effectum, plenissime, & amplissime motu pari derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus insuper, & eadem auctoritate prædicta mandamus, ut eædem præsentes, ne in eis ignorantiam prætendere valeant, ipsas præsentes, seu earum transumpta, ad valvas Ecclesiæ Sancti Joannis in Laterano, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Ge-

neralis Innocentianæ in Monte Citatorio, & in Acis Campi Floræ per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, & affigi, sicque publicatas, & affixas, omnes, & singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficere, & arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

Utque earumdem præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, approbationis, voluntatis, mandatorum, statutorum, Decreturum, & Derogationum infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverint incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo septimo, quarto nonas Martii Pontificatus nostri anno octavo.

D. Card. Passioneus.
J. Datarius.
Visa de Curia
I. C. Boschi.
L. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.
Publicata die 16. Martii 1748.

A. R. P. Petrus Ignatius de Gainza Definitor Generalis instituitur.

Foris.

Dilecto filio &c.

Intus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte fili Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Religionis Zelus &c. Cum itaque, sicut dilectus filius Raphael a Lugagnano Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Minister Generalis Nobis nuper exponi fecit, Officium Definitoris Generalis pro Observantibus Provinciis Regnorum Familiæ Ultramontanæ charissimo in Christo filio nostro Ferdinando Hispaniarum Regi Catholico subjectorum, per obitum Antonii Perellò, dum vixit, Fratris expresse professi dicti Ordinis die prima Februarii proxime præteriti secutum, cui a Capitulo Generali dicti Ordinis ultimo loco habito officium Definitoris Generalis hujusmodi canonice demandatum fuerat, vacaverit, & vacet de præsenti, verum inter dictas, aliasque ejusdem Ordinis Provincias nullus de præsenti Professor reperiatur, qui eidem Antonio in officio Definitoratus Generalis hujusmodi subrogari, & jura præfatarum Provinciarum tueri possit, dictus Raphael Minister Generalis Te, qui (ut ipse asserit) Frater expresse professus Ordinis hujusmodi existis, se alias in Pro-Ministrum Provinciæ Sancti Evangelii de Mexico pro futuro Capitulo Generali ejusdem Ordinis, benedicente Domino, celebrando deputatus fuisti, ac munus Secretarii Generalis Ordinis præfati exercere pergis, in Definitorem Generalem, in locum dicti Antonii prædefuncti constitui plurimum desideret: Nos Te, ac dictum Raphaelem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tamen consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus ejusdem Raphaelis Ministri Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de tua fide, prudentia, doctrina, charitate, integritate, vigilantia, & religionis Zelo plurimum in Domino confisi, Te in Definitorem Generalem pro Observantibus Provinciis Familiæ Ultramontanæ Regnorum eidem Ferdinando Regi subjectorum, in locum dicti Antonii defuncti, usque ad celebrationem Capituli Generalis, ad quam ipse Antonius in Officio Definitoris Generalis hujusmodi durare debebat, cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, auctoritate Apostolica tenore præsentium constituimus, & deputamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ omnibus, & singulis præfati Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, cœterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut Te ad demandatum Tibi per præsentes Definitoris Generalis hujusmodi officium, illiusque liberum exercitium, juxta earumdem præsentium tenorem recipiant, & admittant, Teque recognoscant, ac Tibi in omnibus idem officium concernentibus faveant, & assistant. Ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolita, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 8. Aprilis 1748. Pontificatus nostri anno octavo.

D. Cardinalis Passioneus.

Indulgentia Plenaria Perpetua in Ecclesiis Ordinis pro Festo BB. Martyrum Gorgomiensium.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

AD augendam Fidelium Religionem, & Animarum salutem Cœlestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti, Omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœniten. & Confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum Regularium, tam Fratrum, quam Monialium Ordinis Minorum S. Francisci, tam de Observantia, quam Reformatorum, & Recollectorum, hactenus erectis, & imposterum erigendis, die Festo Sanctorum Danielis, Samuelis, Angelini, Domni, Leonis, Nicolai, & Ugolini Martyrum ejusdem Ordinis, a primis Vesperis, usque ad occasum solis diei hujusmodi, singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderit, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, vel Procuratoris Generalis dicti Ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis sub Annulo Piscatoris, die 20. Junii 1748. Pontificatus Nostri anno octavo.

P. D. Cardinali Passionco.
Joannes Florius Substitutus.

Prohibentur in Ordine gratiæ intuitu personarum extra Ordinem, præscribitur Ordo Appellationum, & recursus ad Tribunalia Laica omnino interdicitur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAcrosancti Apostolatus Officium, quod inscrutabilis divinæ Sapientiæ, atque Clementiæ altitudo humilitati nostræ, meritis licet imparibus, committere dignata est, salubriter exequi jugi vigilantia satagentes, in eam præcipue curam sollicitis studiis incumbimus, ut Christifideles Altissimi obsequiis, sub suavi Religionis jugo, mancipati, sublatis iis, quæ Regulari eorum Observantiæ, atque Disciplinæ detrimentum afferre noscuntur, juxta Regularia eorum instituta, prospere dirigantur, illisque firmiter insistentes, multipliciter in dies, benedicente Domino, proficiant incrementis.

Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Raphael a Lugagnano, Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod dudum san. mem. Pius Papa V. per quasdam incipien. *Pastoralis Officii*, 28. Maii 1571. ac rec. mem. Gregorius Papa XIII. incipien. *Consuevit*, 29. Aprilis 1579. Paulus Papa V. 18. Octobris 1619. & Urbanus Papa VIII. Prædecessores nostri, incipien. *Admonemur* 29. Junii respective diebus 1639. suas respective expeditas literas, Constitutionibus ejusdem Ordinis auctoritate Apostolica confirmatis inhærentes, statuerunt, mandarunt, ac præscripserunt, & inhibuerunt, ne Fratres dicti Ordinis ad Sæculares, vel alias Personas extra eumdem Ordinem constitutas, sive pro obtinenda commissorum criminum debitæ eis pœnæ remissione, sive pro assequendis in præfato Ordine gradibus, vel cujuscumque generis gratiis, recurrere auderent, sub nonnullis præscriptis, & præsertim excommunicationis ipso facto incurrendæ, incarcerationis, ac perpetuæ inhabilitationis ad Officia, pœnis, ac insuper memorati Paulus, & Urbanus Prædecessores in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub eadem excommunicationis pœna, præceperunt itidem, & mandarunt supradicti Ordinis Superioribus pro tempore existentibus, ne ad instantiam, & requisitionem quarumcumque personarum, tam Ecclesiasticarum, quam Laicarum cujuscumque qualitatis, extra dictum Ordinem constitutarum, cuivis ejusmodi Ordinis Religioso ullam gratiam concedere, aut pœnam remittere præsumpsissent, & alias, prout in supradictis earumdem Pii, Gregorii, Pauli, & Urbani Prædecessorum literis, quorum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Præterea, quod per alias sæpedicti Ordinis Constitutiones, pluries renovatas, & confirmatas, cautum, præscriptumque reperitur, sub pœna privationis suffragiorum per triennium, & carceris per bimestre, ne Fratres ipsius Ordinis quemcumque recursum, vel appellationem aliquam peragant, nisi gradatim, nempe de Guardiano ad Ministrum Provincialem, de Provinciali ad Commissarium Generalem Familiæ (si de negotio agatur dicti Commissarii Familiam concernente) de Provinciali, seu Commissario prædictis, ad Ministrum Generalem, ac tandem ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationes, vel ad Apostolicam hanc Sanctam Sedem.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Raphael Minister Generalis, qui (ut asserit) præmissis non obstantibus, ac quodam particularis tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatæ Cardinalium Congregationis a fel. record. Sixto Papa V. pariter Prædecessore Nostro deputatæ anno 1587. edito Decreto tenoris sequentis, videlicet: *Quoniam nonnulli Regulares vagandi studio, sive dum imminentem admissorum criminum pœnam ex suis Constitutionibus, aut aliter debitam sibi metuunt, falso, & commentitia gravamina causati, non ad immediate sui Ordinis Superiores, scilicet a gravamine Prioris ad Provincialem, a Provinciali ad Generalem, a Generali ad Protectorem, prout cujusque Religionis Constitutiones disponunt, sed ad hanc Romanam Curiam, absque licentia sæpius fugiunt potius, quam recurrunt, ex quo Ordinum disciplina relaxatur, Prælati contemnuntur, & ipsi in dies audaciores evadunt. Placuit Sacræ Regularium Congregationi ex Ordine Sanctissimi statuere, ut si quis Regularium imposterum temere, levive ex caussa Almam Urbem, seu Curiam, absque Superioris licentia, & supradicta forma prætermissa adire præsumpserit, ad suos eosdem Superiores, severiorique pœna plectendus mittatur.* Compertum habet, quod nonnulli dicti sui Ordinis alumni, Constitutionum præfatarum immemores, illasve exoletas, & antiquatas esse credentes, tum favores personarum extra præfatum Ordinem constitutarum pro obtinendis gratiis, pœnisve fugiendis, sibi procura-

re

ee, tum non servata forma pro recursibus, & appellationibus, sicut præmittitur, præscripta, ad Superiores mediatos, sive Prælatos majores Ordinis prædicti, ac etiam ad eamdem Sedem recurrere, & appellare, tum denique a decretis suorum Superiorum contra Constitutionum Apostolicarum, ac dicti Ordinis, & præinserti decreti tenorem, & dispositionem, ad sæcularia Tribunalia ausu temerario recurrere non prætermittunt, unde Regularis disciplinæ detrimentum, immediatorum Superiorum, eorumque jurisdictionis contemptus, ac non raro impunitas delinquentium, aliaque multiplicia incommoda oriuntur, nec non Almæ Urbis Tribunalia non levibus afficiuntur molestiis, & Seculares, non sine admiratione, & stupore, Religiosos, qui strictam paupertatem, & rigorosam tam suis Superioribus, quam Sedi præfatæ obedientiam in sua professione præstiterunt, litigantes, & inobedientes observant; atque propterea sibi omni ratione obnitendum proposuerit, ut quælibet via præcludatur ambitioni, & debita respective Subditorum erga Prælatos, & Sedem præfatam obedientia, exactaque Regularis observantis in dicto Ordine conserventur, & sic ubi exciderint, restituantur, opportunum glifcentibus malis, & abusibus ejusmodi remedium adhiberi, & alias in præmissis, salubriter a Nobis, ut infra, provideri summopere desideret, prout alias a Nobis pro Ordine Fratrum Sancti Francisci de Paula Minimorum, & a recol. itidem mem. Benedicto Papa XIII. pro Ordine Fratrum Prædicatorum confirmasse, & renovasse supradictum Decretum, & alias Romanorum Pontificum suorum, & Nostrorum Prædecessorum literas, appellationem, accusationem, & recursum, prascripto ordine minime servato, prohibentes, ac pro Ordine Fratrum Eremitarum Sancti Augustini præcepisse, ut recursus, & appellationes gradatim fierent a Superiore Locali ad Provincialem, deinde ad Generalem, & tandem ad Sacram Congregationem, necnon a Clemente Papa XII. Prædecessoribus quoque Nostris pro Ordine Fratrum Minorum Sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum extendisse, ac præcepisse Cardinalium Congregationibus, ne causas, & lites dicti Ordinis reciperent, nisi gradatim a Superioribus definitæ fuissent, ac dictam prohibitionem extendisse, etiam pro memorato Ordine ejusdem Sancti Augustini Excalceatorum nuncupatorum, nec non pro Congregationibus Monachorum Silvestrinorum, & Clericorum Regularium Matris Dei Scholarum Piarum, & Ordine memorati Sancti Francisci Conventualium concessum, extensum, & provisum fuisse memoratur.

Nos, qui aliunde ex diutina rerum experientia probe novimus, quot, & quanta Regularibus Ordinibus ex prædictarum, & similium Ordinationum inobservantia, & infractione evaniant incommoda, ipsius Raphaelis Ministri Generalis piis postulatis, hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, memoratas Pii, Gregorii, Pauli, & Urbani Prædecessorum nostrorum literas, ac præinsertum ejusdem Congregationis Regularium Decretum, cum omnibus, & singulis in eis contentis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, & approbamus, ac innovamus, & quatenus opus sit, omnibus, & singulis dicti Ordinis tam de Observantia, quam Reformatis, Recollectis, & Discalceatis, aut quocumque alio nomine respective nuncupatis Professoribus, nunc, & pro tempore sub obedientia, regimine, & administratione dicti Ministri Generalis existentibus, ne futuris temporibus sub quovis prætextu, causa, ratione, & occasione ad Seculares, vel alias personas extra dictum proprium Ordinem pro obtinenda aliqua intra præfatum Ordinem gratia, vel vitanda pœna, nec non Generalibus, vel Provincialibus, cœterisque Ordinis hujusmodi Superioribus cujusvis status, gradus, & qualitatis nunc, & pro tempore itidem existentibus, ne ipsi ad instantiam, & requisitionem quarumcumque personarum, tam Laicarum, quam Ecclesiasticarum, extra dictum Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque Saculari dignitate, & præeminentia, Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuicumque ipsius Ordinis professori ullam gratiam, ullumque gradum, aut dignitates, vel officia, & administrationes concedere, vel pœnam aliquam remittere, & condonare audeant quovis modo respective, seu præsumant, sub excommunicationis pœna eo ipso, absque alia declaratione incurrenda auctoritate, & tenore præsentis interdicimus, & prohibemus, ac præcipimus quoque, & mandamus.

Præterea in casibus, in quibus Fratribus dicti Ordinis de jure, vel juxta illius constitutiones, appellare, aut recursus habere licet, id non aliter deinceps fieri posse auctoritate, & tenore præsentis statuimus, & ordinamus, ut gradatim, a gravamine scilicet Guardiani ad Provincialem, a Provinciali ad Commissarium Generalem Familiæ (si de negotio, & caussa agatur Familiam dicti Commissarii concerneare, alias immediate ad Generalem) & ab isto ad Generalem Ministrum, itaut caussæ appellationis hujusmodi, antequam ab eodem Ministro Generali cognitæ, & definitæ fuerint, extra dictum Ordinem deferri, & agitari nequeant. Quam quidem legem non solum in appellationibus, sed in quibuscumque recursibus, & querelis, aut causis inter dictos Ordinis hujusmodi Professores quoquomodo agitandis inviolabiliter observari, sub pœnis per memoratas ejusdem Ordinis Constitutiones præscriptis, & in illis contentis ipso facto, absque alia pariter declaratione incurrendis.

Demum, omnibus Romanæ Curiæ Tribunalibus, ac judicibus, & quibusvis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatæ Cardinalium Congregationis, nec non Sedis Apostolicæ Nunciis, nunc, & pro tempore existentibus, ne Fratrum dicti Ordinis recursus, aut appellationes super cujuscumque caussæ cognitione admittant, caussasque ipsas cognoscant, nisi prius eis legitime constiterit illas, juxta præinsertum decretum, per dictos Superiores præscripto ordine servato, cognitas, & definitas fuisse, sub pœna nullitatis actorum inde secutorum, auctoritate, & tenore præsentis, itidem harum serie interdicimus. Ac omnibus, & singulis Ordinis præfati Professoribus sub pœnis in supradictis Gregorii Prædecessoris literis contentis, & contra inobedientes inflictis eo ipso irremissibiliter incurrendis, ne ipsi ad Sæcularia Tribunalia adversus ea, quæ a dicti Ordinis Superioribus, vel ab hac Sancta Sede acta, aut decreta fuerint, sub quovis prætextu appellare, aut quovis modo recurrere audeant quoque, seu præsumant, seu per interpositas personas præmissa peragere curent, & faciant dicta auctoritate prohibemus.

Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosq. plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari.

ri. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis præfatæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Procuratoris Generalis, seu Secretarii Generalis dicti Ordinis subscriptis, & sigillo Ordinis præfati munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 2. Augusti 1748. Pontificatus Nostri anno octavo.

D. Cardinalis Passioneus.

Statuitur dandum esse semel in singulis annis Confessarium extraordinarium Monialibus, qui sit extra Ordinem illorum, sub quorum cura, & jurisdictione ordinaria existunt.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis curæ Nobis impositæ munus hanc, inter alias, sollicitudinem a Nobis exposcit, ut pusillorum animis, in afflictione & angustia constitutis opportuna solatia, ac remedia afferre non negligamus, quorum ope interiorem conscientiæ tranquillitatem recuperare, aut conservare valeant, sine qua impossibile est debitam Omnipotenti Deo servitutem alacri, & prompta affectione exhibere. Hujusmodi angoribus, & afflictionibus confici passim constat Religiosas mulieres in Claustris degentes, quibus certus, & unicus Sacramenti Pœnitentiæ Minister a Monasterii Prælato ad tres ut minimum annos designari solet; cui si aliquando, præ pudore, vel alia quapiam de caussa, non omnes conscientiæ suæ recessus aperiri audeant, atque ideo Confessionis integritati detrahere incipiant, in barathrum perditionis eternæ se ipsas misere conjiciunt. Quod sane haud raro evenire, satis Nobis exploratum, atque compertum est, tum ex iis, quæ in Apostolicæ Pœnitentiariæ Officio tractari vidimus, dum olim in minoribus constituti, plurium annorum spatio munus Doctoris in Decretis in eodem officio sustinuimus; tum etiam ex iis, quæ in Episcopalis Anconitanæ primum, deinde in Metropolitanæ Bononiensis Ecclesiæ regimine, frequenti usu cognovimus; tum demum ex his, quæ sæpius ad Nos in Petri Cathedra octavum jam annum Dei miseratione residentes, deferri contingit, sive ex parte diversarum hujusmodi Monialium, quæ animarum suarum angustias paternis oculis nostris identidem subjicere coguntur; sive ex parte Venerabilium Fratrum Nostrorum Ecclesiarum Antistitum, qui Nobis earumdem Monialium in suis Diœcesibus existentium calamitates, ex præallegata causa ortas, aut viva voce, aut per literas non semel repræsentarunt, ac super ea re Apostolicæ Providentiæ opem postularunt. Hinc est, quod Nos earum spiritualibus indigentiis per hanc nostram perpetuo valituram Constitutionem opportune prospicere volentes, non quidem intendimus consultissimam illam, & veteris disciplinæ auctoritate roboratam Legem tollere, aut abrogare, qua generaliter statutum esse dignoscitur, ut pro singulis Monialium Monasteriis unus dumtaxat Confessarius deputetur, qui Sacramentales Confessiones universæ earum Communitatis excipiat, neque liceat unicuique Moniali peculiarem Confessarium pro libito sibi deligere; sed hoc dumtaxat Nobis propositum est constituere, ut si quando generalis hujusmodi Legis rigor, in peculiaribus casibus, non sine animarum detrimento, aut periculo, servari posse videatur, in promptu sit opportunæ dispensationis, & Indulgentiæ remedis occurrentibus necessitatibus admovere.

Sane jamdudum Sanctus Thomas Aquinas Scholarum Princeps, Ecclesiæque Doctor, *in supplemento tertiæ Partis, quæst. 8, art. 4. ad sextum, sive in quartum sententiarum*, ex quo Commentario desumptum est hujusmodi *supplementum*, hoc Superioribus monitum dedit, ut Subditis suis, quibus certum, & unicum Confessarium designare solent, haud difficulter licentiam concedant confitendi peccata sua alteri Sacerdoti; propterea quod multi infirmi, & imbecilles animo reperiuntur, qui potius eligerent sine Sacramentali expiatione ex hac vita migrare, quam ipsa peccata certo illi ui Sacerdoti a Superiore designato aperire.

Jam vero Sacrosancti Concilii Tridentini Patres hanc legem districte sanxerunt *sess. 25. cap. 10. de Regular.* ut Episcopi, aliique Monasteriorum Prælati, subjectis sibi Monialibus Confessarium extraordinarium, duabus, aut tribus vicibus in singulos annos, exhibere debeant, per hæc verba: *Præter ordinarium autem Confessorem, alius extraordinarius ab Episcopo, aut aliis Superioribus, bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium Confessiones audire debeat*. Quod quidem non alia de Causa præscriptum fuit, quam quia satis constabat nonnullas aliquando Moniales esse, quæ nulla ratione adduci possunt, ut aliquod peccatum suum ordinario Confessario confiteantur; adeo ut necesse omnino sit, alterius Confessarii copiam ipsis suppetere, ut apud hunc de peccatis suis integre, rite, atque utiliter confiteri possint. Id ipsum probe animadvertit magnus Ecclesiæ Dei Sacerdos Sanctus Carolus Borromeus, qui prædicti Concilii Tridentini absolutionem ope sua plurimum juvit, ejusque executionem, & observantiam in sua Mediolanensi Civitate, & Provincia, non sine immensis laboribus, & curis, invexit; Is enim hac de re decrevit: *Præterea Superiores, ex Decreto Sacri Tridentini Concilii, quotannis idoneum Confessorem extraordinarium Monialibus sibi subjectis exhibeant, cui curent, ut universæ confiteantur, ut quæ hujusmodi indigent medicina, propter*

aliquem

aliquem occultum animæ morbum , neque ipsæ eam postulare , aut accipere ab usitato Confessare unquam auderent , liberius mederi suis malis possint , ac Diaboli laqueos evadere , una cum reliquis Confessario novo sua peccata confitendo : uti legere est in Actis Ecclesiæ *Mediolanæ. impress. anno 1599, pag. 53. in editione autem Lugdanensi tom. 1. pag. 49.*

Porro quicumque Conciliaris Decreti sensus penitus introspexerit , non modo salutarem illius providentiam facile agnoscet ; sed & circumspectam ejusdem æquitatem mirari debebit . Superioribus enim tantummodo injungitur , ut duabus , tribusve vicibus infra annum , Confessarium extraordinarium Monialibus exhibeant ; *bis , aut ter in anno offeratur* : Hujusmodi autem Confessarius jubetur earum omnium Confessiones excipere , quotquot eidem confiteri velint : *Qui omnium Confessiones audire debeat* . Neque tamen omnibus , & singulis Monialibus præcipitur , ut peccata sua extraordinario Sacerdoti confiteantur . Nihil aliud enim requiritur ab omnibus in Monasterio degentibus , tam scilicet a Superiorissa , cœterisque Monialibus Professis , atque Novitiis , quam a Sæcularibus , quæ vel educationis caussa , vel alio titulo , in eodem Monasterio cum debitis facultatibus commorantur , nisi ut extraordinario Confessario singulæ se sistant , sive ad Sacramentalem Confessionem , apud ipsum , si placuerit , peragendam , sive ad salutaria monita , etiam extra Sacramentalem Confessionem , ab ipso accipienda . Atque ita prudentissime consultum est , ne , si Moniales aliquæ extraordinarium Confessarium adirent , aliæ autem coram ipso non comparerent , suspiciones, atque oblocutiones excitarentur ; & illæ quidem conferentur necessarias habuisse Causas , ob quas ad extraordinarii opem confugere coactæ essent ; aliæ vero ab hujusmodi necessitatibus , & causis immunes judicarentur . Quam agendi rationem communi Doctorum calculo comprobatam , san. mem. Prædecessor Noster Clemens Papa XI. Edicto suo , (quod est XV. *in secunda parte ipsius Bullarii*) inviolabiliter servari mandavit , eamdemque omnium Diœcesium consuetudo recepit .

Nec aliud Nobis hac in re addendum superest , nisi , ut Venerabiles Fratres Nostros Ecclesiarum Antistites enixe hortemur , ut quamvis Tridentina Synodus de solis Claustralibus Monialibus in præmisso Decreto loquatur , nihilominus eamdem disciplinæ formam observent , tam cum aliis Monialibus , quæ licet Clausuræ legibus minime adstrictæ sint , in communitate tamen vivunt , quam cum aliarum quarumcumque Mulierum , aut Puellarum Cœtibus, seu Conservatoriis , quoties tam illæ , quam istæ unicum Ordinarium Pœnitentiæ Ministrum a Superioribus designatum habeant . Quæcumque enim circa Moniales in rigorosa Clausura viventes cavenda sunt , eadem in aliis quibuscumque Mulieribus , sive Regularibus , sive Sæcularibus , in communitate , aut Collegio degentibus , locum habere possunt; ideoque pari providentia , iisdemque remediis arceri , aut amendari debent . Et nos quidem , quum hanc consuetudinem offerendi Confessarios extraordinarios bis , aut ter in anno singulis tam Monialium non Claustralium Communitatibus , quam piis aliarum Puellarum , & Mulierum Cœtibus , & Communitatibus , in Nostra Civitate , & Diœcesi Bononiensi induxerimus ; (qua de re extat Edictum nostrum num. *LVI.* inter Pastorales Instructiones Italico primum sermone a Nobis vulgatas , deindeque in Latinum conversas) ; omnibus testari possumus, vel potius debemus , uberem spiritualium utilitatum messem Nos inde avidenter collegisse .

Quum vero super relati Conciliaris Textus intelligentia nonnullæ quæstiones alias excitatæ , eædemque jampridem per opportuna Sedis Apostolicæ decreta definitæ fuerint ; operæ pretium ducimus hujusmodi definitiones ab omnibus , ad quos spectat , omnino tenendas , atque servandas , his nostris Apostolicis Literis complecti , & auctoritatis quoque nostræ robore communitas , in prædictorum omnium notitiam deducere . Et primo quæsitum fuit , ad quem Superiorem pertineat extraordinarium Confessorem Monialibus deputare , atque offerre : sed facilis fuit responsio , quam Nos quoque Decreto Nostro ratam habemus ; hujusmodi scilicet deputationem ad eum regulariter spectare , ad quem pertineat Confessarii ordinarii electio , & deputatio ; ideoque Episcopus , sive Ordinarius Loci , qui Monialibus sibi subjectis Confessarium ordinarium dare consuevit , idem Confessarium extraordinarium bis , aut ter in anno , ad normam Tridentinæ Sanctionis, eisdem offerre tenetur . Prælatus vero Regularis, ad quem pertinet ordinarium Confessarium Subditis sibi Monialibus , servata Apostolicarum Constitutionum forma, designare , & constituere ; ipse etiam eisdem extraordinarium Confessarium , in vim præfati decreti , & juxta easdem Constitutiones, duobus, aut tribus per annum temporibus exhibere potest , ac debet .

Quæ tamen ideo *regulariter* obtinere diximus ; quia si Episcopus aliquis (quod Deus avertat) adeo in hac re negligens esset , ut Monialibus suis , bis , terve in anno , extraordinarii Confessarii copiam facere prætermitteret , obtendens , ut moris est , nullam hac de re Monialibus ipsis solicitudinem , aut curam esse ; tunc volumus dilectum filium nostrum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem modernum , & pro tempore existentem Majorem Pœnitentiarium , statim ac pro parte Monialium hujusmodi requisitus fuerit , Ordinarii Pastoris negligentiam supplere debere , earumque Monasterio extraordinarium Confessarium , ex eorum tamen numero , qui ad excipiendas Monialium Confessiones ab ipso Ordinario Loci approbati fuerint , cum omnibus necessariis & opportunis facultatibus concedere , & deputare . Quod si Prælatus Regularis eamdem Concilii legem de Confessore extraordinario bis , aut ter in anno Monialibus sibi subjectis exhibendo , similiter implere neglexerit ; tunc locus fiet Decreto Congregationis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ad ipsius Concilii interpretationem , & exequutionem auctoritate Apostolica deputatorum , quod scilicet eadem Congregatio ad quæstionem ab Episcopo Vercellensi propositam *die 23. Augusti anni* 1631. rescripsit , ut infra : *Episcopus Vercellen. supplicat sibi responderi , an deputatio Confessorii extraordinarii Monialium Regularibus subiectarum spectet ad Ordinarium Loci : Sacra Congregatio censuit : ad Episcopum non pertinere , nisi in casu negligentiæ eorumdem Regularium* : ut videre licet *Decretorum lib. iv. pag.* 493. Nec aliter respondit quæstionibus ab Episcopis Belgii exhibitis *die 6. Aprilis anni* 1647. ut legitur *Decretor. lib. xviii. pag.* 327. Quæ quidem rescripta , & Decreta , Nos etiam præsentium tenore , & Apostolica auctoritate , in omnibus , & per omnia approbamus , & confirmamus .

Quum autem Tridentina Synodus de universa quidem Monialium Communitate, ut supra, decreverit, sed nihil de singulis Monialibus statuerit ; ut patet legenti Textum citati Capitis X, utque etiam jam usque ab anno 1585. judicatum fuit ab ipsa Congregatione Cardinalium Concilii Interpretum , per subse-

subsequens Rescriptum, quod extat *Decret. Lib. IV. pag. 92. Sacra &c. censuit, extraordinarium Confessorem esse dandum non alicui Moniali singulariter, sed omnibus Monialibus universe, ut omnium Confessiones audire debeat; in arbitrio tamen cujusque Monialis esse, an Confessario extraordinario velit confiteri*; Hinc ortum habuit alterum controversiæ, seu dubitationis caput; an scilicet, ubi jam universæ Communitati bis tarve infra annum Confessarii extraordinarii copia facta est, & nihilominus aliqua Monialis Confessarium peculiarem extra ordinem sibi concedi petit, an, inquam, hujusmodi petitioni sit indulgendum. Id autem primo loco quæsitum fuit, proposito casu Monialis graviter ægrotantis, quæ in mortis periculo, pro spirituali consolatione, postulet alium Sacerdotem, qui tunc non sit ordinarius Monasterii Confessor, suprema sibi Ecclesiasticæ pietatis officia, & Pœnitentiæ Sacramentum ministrare. Huic annuendum facile esse, prædicta Congregatio pluries judicavit, ut videre est ipsius *Decretor. lib. xviii. pag. 322. a tergo, sub die 6. Aprilis anni* 1647. & eodem Libro *pag. 586. die 22. Februarii anni* 1649. quæ pariter Decreta a Nobis præsentium tenore approbantur, & confirmantur; ut scilicet Episcopi subjectis sibi Monialibus in gravi infirmitate constitutis, & id expetentibus, peculiarem Confessarium concedere debeant; idemque etiam idipsum præstent erga Moniales Regularibus præfatis subjectas, quum aliqua ex illis a suo Superiore Regulari hujusmodi gratiam impetrare non potuerit. In hoc autem casu nihil statuitur de Cardinali Majori Pœnitentiario, non ideo, quia nequeat is pro singulis Monialibus idem facere, quod supra diximus eumdem pro toto Monasterio facere posse; sed quia tunc, ob temporis angustias, interclusa præsumitur via recurrendi ad ipsius Officium. Quod si nihilominus ipsius adeundi tempus, & modus suppetat; ad eum pertinebit, eadem prorsus ratione, peculiaribus supplicantium necessitatibus providere, qua dictum est superius, universæ Religiosæ Communitati ab ipso consulendum esse.

Actum deinde fuit de peculiaribus quibusdam Monialibus, quæ nec corpore infirmæ, nec morti proximæ, ordinario tamen Ministro confiteri obfirmate recusant. Istarum quoque animi debilitas commiseranda est, & sublevanda; adeoque, ubi earum reluctantia superari nequeat, Confessarius extra Ordinem deputandus est, qui earum Confessiones peculiariter excipiat. Id vero, circa Moniales Episcopo, seu Ordinario Loci subjectas, ab ipso Ordinario præstari debet. Quod autem ad illas pertinet, quæ Regularium regimini subsunt, ad Regularem Prælatum pertinet, servatis servandis, peculiarem ipsis destinare Confessarium ex approbatis ab Ordinario ad Confessiones Monialium; vel si Sacerdos ille, cui ejusmodi Monialis confiteri cupit, pro illis non sit approbatus; cum ipso Ordinario agendum erit, ut pro excipienda saltem illius Monialis confessione, & pro tot vicibus, quot expedire judicabitur, eumdem approbet. Sin autem contingat (neque id adeo rarum est) ut Regularis Superior ad concedendum hujusmodi Confessarium extraordinarium Moniali communem Confessarium recusanti nullo pacto adduci possit: jam huic casui provisum est per Decretum anno 1573. a prædicta Congregatione Concilii editum, & fel. rec. Gregorio Papa XIII. tunc Apostolicum Thronum obtinente approbatum, & confirmatum, quod nunc iterum confirmationis Nostræ auctoritate roboramus. Decreti verba relata *Lib. 1. Decretorum ipsius Congregationis pag. 66. a tergo*, hæc sunt: *Monialis per aliquod tempus noluit confiteri Confessariis Regularibus. Dubitatum fuit, an Episcopus Regitasis posset dare dictæ Moniali Confessorem alterius Ordinis Regularem, vel Sæcularem, cui illa semel, vel pluries confiteatur peccata sua, & a quo absolvi possit. Sanctissimus Dominus Noster, etiam ex sententia Congregationis Concilii, declaravit, dictum caput decimum ita esse intelligendum, ut etiam possit Episcopus concedere Confessarium alterius Ordinis, vel Sæcularem*. Præterea nihil obstat, quo minus ipsa Monialis recursum habeat ad Cardinalem majorem Pœnitentiarium, a quo ipsi providendum erit, ut supra dictum est, per deputationem Confessarii ex approbatis ad Moniales, apud quem illa confiteatur.

* *Chronol. Seraph.*

Quæsitum denique fuit de Monialibus illis, quæ neque ægrotant, neque recusant ordinarium Pœnitentiæ Ministrum a Monasterii Prælato pro universa Communitate deputatum; verum pro majori animi sui quiete, atque ulteriori in via Dei progressu, facultatem petunt confitendi aliquoties Sacerdoti ad excipiendas Monialium Confessiones jam approbato. Qua de re non semel Nobis in minori statu degentibus accidit, ut cum aliquibus Episcopis, aut Regularibus Monialium Superioribus agere debuerimus. Porro in aliquos ex iis incidimus plus nimio severos, qui aspera quadam verborum gravitate respondebant, quod quum Moniali postulanti libera fuisset facultas confitendi extraordinario Sacerdoti, qui universæ Communitati non semel eo anno jam datus fuerat, tunc oportebat eam Conscientiæ suæ consuluisse: quod si oblata commoditate uti noluerat, id sibi imputaret; neque pergeret Superiori molestiam afferre, ut peculiarem Confessarium extra Ordinem ipsi concederet. Nobis autem objicientibus Monialem hujusmodi ad Apostolicæ Pœnitentiariæ Officium facile recursum habituram, ibique haud ægre impetraturam id, quod ab ipsis Superioribus ei denegatum fuisset, iterum constanter respondebant, extraordinarium hujusmodi Confessarium, post impletam ab ipsis erga universum Monasterium Tridentini Concilii legem, ab alio quidem concedi posse, sed a se nunquam concessum iri.

At vero, neque tunc Nobis arridebat, neque profecto nunc Nobis placet rigida isthæc agendi ratio. Persuasum enim habebamus, adeoque habemus, non solum integræ Communitati, sed singulis etiam Monialibus indulgendum esse, in iis rebus, quæ juste, & rationabiliter petuntur, maxime quum illæ ad earum conscientiæ quietem, & securitatem conferre dignoscuntur. Neque sane hujusmodi postulationes, aut temere exaudiri, aut sine Causa rejici debere censemus; sed inquirendum in primis esse de qualitatibus tum Monialis, quæ Confessarium extra Ordinem petit, tum Confessarii, qui ab ea requiritur; ut utrinsque diligenter inspectis, deliberari possit, an illius votis annuendum sit, an non. Si enim Monialis ex una parte nullum det adversæ suspicioni locum, ex altera vero Confessarius non modo legitimam Ordinarii approbationem, sed etiam commune probitatis testimonium pro se habeat, nullo modo probare possumus tam firmum hujusmodi Prælatorum in renuendo propositum, nec intelligimus, cur post Confessarium extraordinarium integræ Communitati, juxta legem Concilii Tridentini, oblatum, nulla omnino Monialibus singulis spes relinquatur obtinendi peculiarem Confessarium, cujus consilio, & opera, justis fortasse de causis, indigere se arbitrentur. Non ita sane hac de re sentiebat sapientissimus ille Animarum Rector Sanctus Franciscus Salesius, cujus Doctrinæ summam ex illius Operibus tum editis, tum manuscriptis, collectam, bon. mem. Joannes Petrus *le Camus* Episcopus Bellicensis justo

volumine complexus est, cui Titulum fecit *Spiritus Sancti Francisci Salesii*: In hujus compendio, quod ex Gallico in Italicum sermonem conversum Venetiis anno 1745. pro quarta vice Typis editum est, *part. XVII. cap. 6.* aperte legitur, quod quum Beatus Episcopus non ita intelligeret præmissum Concilii Tridentini Decretum, ut vetitum existimaret, Confessarium extraordinarium pluribus etiam, quam tribus vicibus in anno Religiosæ communitati offerre; quæ quidem sententia plures habet suffragatores, quos refert *Diana in Editione coordinata Tom. 7. Tract. 1. resol.* 348. non solum solebat suis Monialibus Visitationis Beatæ Mariæ Virginis quater in anno, videlicet in singulis Hebdomadis Quatuor Temporum, Confessarium Extraordinarium deputare; verum etiam earum respectivis Superioribus commendatum reliquit, ut singulis Monialibus, quæ non ex animi levitate, neque ex indiscreta affectionis singularitate, Confessarium extraordinarium peculiariter peterent, haud se difficiles in eo concedendo præberent. Nec aliter se gerere consuevit ven. mem. Gregorius Cardinalis Barbadicus Episcopus Patavinus. Is enim, ut testatur illius quondam Vicarius Generalis Joannes Clericatus in *Tractatu de Pœnitentia, decis.* 41. *num.* 7. & Patrum Tridentinorum decretum quoad omnia Monialium Monasteria in sua Civitate, & Diœcesi existentia quotannis reipsa exequebatur, & nihilominus exorari se patiebatur a Monialibus, quæ aliquando rationabilibus de causis peculiarem pro se Confessarium expeterent. Hujusmodi regulis, & exemplis nostram quoque agendi rationem in spirituali Monialium regimine conformare curavimus; maximumque utilitatis, & quietis fructum Nos inde percepisse cognovimus. Quapropter Venerabiles Fratres Ecclesiarum Antistites, atque dilectos filios quarumcumque Religiosarum Mulierum Rectores hortamur in Domino, & enixe monemus, ut eandem viam, quoad fieri potest, insistere non recusent, & non adeo difficiles se præbeant peculiaribus Monialibus extraordinarium Confessarium aliquando expetentibus; quin potius, nisi aut Monialis postulantis, aut Confessarii requisiti qualitas aliter faciendum suadeant, earum justis precibus obsecundare studeant: illud cogitantes, quod etsi liberum sit cuilibet Moniali Cardinalem majorem Pœnitentiarium adire, cui ea in re facultas cumulativa cum omnibus locorum Ordinariis a Romano Pontifice tribuitur; nihilominus ea est aliquando necessitatis urgentia, ut remedium, quod de longinquo petendum est, non satis tempestive adveniat: Et quamvis etiam quorumlibet negociorum expeditiones, quæ in officio Pœnitentiariæ Apostolicæ fiunt, ab omni vel minima pecuniæ solutione inviolabiliter sint immunes; non omnibus tamen Monialibus facile est invenire qui earum negocia in Urbe procurare velit, & possit.

Jam vero postrema superest quæstio, nimirum de qualitatibus Confessarii extraordinarii, qui vel pro universa Monialium Communitate, vel pro aliqua Moniali peculiariter deputari debeat. Porro nullo unquam tempore dubitatum fuit, an in hujusmodi Sacerdote ætatis maturitas, morum integritas, prudentiæ lumen requiratur; quas quidem dotes in eo, qui ad hujusmodi munus adhibetur, necessarias esse, omnes fatentur. Sicut etiam minime dubitatur, quin idem ab Ordinario Loci specialiter pro Monialibus approbatus esse debeat, quum hujusmodi approbatio, ex Apostolicarum Constitutionum lege, omnino requiratur, non solum in omnibus tam ordinariis, quam extraordinariis Confessariis, qui Monialibus etiam Regularibus subjectis, ab earum respectivis Superioribus deputantur; sed etiam in iis, qui a Cardinali majori Pœnitentiario conceduntur etiam Apostolica Sede vacante, quo nimirum tempore amplioribus is pollet facultatibus; ut videre est in nostra Constitutione super illius facultatibus edita, quæ est XCV. in Tom. 2. Bullarii nostri, ubi §. 54. eidem conceditur, ut vacante Sede, *Monialibus Confessarios extra ordinem valeat deputare, si eos ex aliqua rationabili causa petierint, pro earum libitu inter approbatos ab Ordinario ad audiendas Monialium Confessiones eligendos*. Quamobrem ad id dumtaxat reducta est controversia, an scilicet è Clero Sæculari, an vero è Regulari eligendus sit hujusmodi Confessarius; tum inter Regulares, an assumi possit ex quolibet Ordine aliàs permisso, an vero semper deputari debeat ex ipso Ordine Prælati Regularis, ad quem Monasterii regimen spectat.

Sane pro Monialibus Episcopo immediate subjectis, Regula est, ut ordinarius earum Confessor sit Sacerdos Sæcularis; extraordinarium vero ex Ordinibus Regularibus sæpissime assumi, apud plerosque Episcopos usu receptum esse constat; deficiente forsan per singulas Diœceses Sæcularium Presbyterorum ad id muneris idoneorum copia. Regulares autem Prælati Monialibus sibi subjectis Confessarium ordinarium designant e suo ipsorum Ordine; extraordinarium autem etiam ex alio Ordine Regulari deputare possunt, juxta Decretum a sæpedicta Congregatione Concilii editum *die 26. Septembris anni* 1595. ac relatum in *Lib. III. Decretorum pag.* 149. *a tergo*, ubi sic legitur: Sacra &c. *respondit Superiores Regulares teneri offerre Confessarium extraordinarium ejusdem Ordinis, alterius vero Ordinis posse quidem, sed non teneri*. Nunquam tamen, quod meminerimus, ullum Sacerdotem Sæcularem, aut diversi Ordinis Regularem, vidimus a Regulari Prælato Monialibus sibi subjectis extraordinarium Confessorem deputari. Denique quum aliquando evenire possit, ut in casu negligentiæ Superioris Regularis, ad Episcopum, ut supradictum est, pertineat deputatio Confessarii extraordinarii, etiam pro Monialibus Regularium regimini subjectis, nulla ipse lege tenetur ad hujusmodi Confessarium eligendum ex eo ordine, cujus est Monasterii Prælatus, sed tali casu liberum est illi quemlibet idoneum Presbyterum Sæcularem, aut alterius Ordinis Regularem, ad audiendas earum Monialium Confessiones deputare.

At quum superioribus annis Apostolicæ Sedi expositum fuisset, pluribus de causis, iisque gravissimis, quas hic referre opus non est, non tam opportunum, quam plane necessarium videri, ut Monialium Monasteria Regularium regimini subjecta, semel saltem in anno Confessarium extraordinarium diversi Ordinis Regularem, aut è Sæculari Clero Presbyterum haberent, hujus rei examen, jubente fel. rec. Prædecessore Nostro Innocentio Papa XIII. assumptum fuit a peculiari Congregatione ex quinque tunc existentibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus composita, cui Nos tunc in Minoribus constituti in Secretarii munere operam præstabamus; quæque per annum & ultra, singulis Hebdomadis cogebatur, ad discutienda, & definienda complura Ecclesiasticarum quæstionum capita, quæ deinde insarta sunt in Apostolicis Literis ab eodem Innocentio Prædecessore editis die xiii. Maii anni 1723. quarum initium est: *Apostolici Ministerii*, quæ etiam a san. mem. Prædecessore quoque nostro Benedicto Papa XIII. in forma specifica confirmatæ fuerunt per alias similes Literas datas die 23. Septembris anni 1724.

Cum autem negocia, quæ in ea Congregatione tractabantur, nullius privatas rationes attingerent, sed de restituenda potissimum Tridentini Concilii obser-

servan-

servantia in quibusdam Catholici Orbis Regionibus, ut ferebatur, non parum labefactata, unice agerentur; necessarium minime judicatum fuit aliquem velut in judicium vocare, ad deducenda jura, si quæ sibi adversus illa, quæ decernenda viderentur, competere forsan putaret. Sed Nostra peculiaris cura erat, ad singula proposita capita totidem Dissertationes, unicuique ex præfatis Cardinalibus exhibendas, elucubrare, ad demonstranda videlicet fundamenta illius disciplinæ, quæ in usum revocanda censebatur. Nec aliter se res habuit, quum in eadem Congregatione, ut præfertur, in deliberationem venit, an decernendum foret, ut Regulares Monasteriorum Prælati, una saltem ex tribus vicibus, quibus extraordinarium Confessarium Monialibus sibi subjectis in annos singulos exhibere debent, aliquem Sæcularem, aut alterius Ordinis Regularem Presbyterum ad id deputare tenerentur, atque ipsis hac in re deficientibus, liberum esset Episcopis, Locorum Ordinariis eorum defectum supplere, & emendare.

Verum quum Regularibus innotuisset, a prædicta Congregatione conditum esse Decretum eorum intentioni contrarium, utpote qui minime adstringi volebant ad hujusmodi annuam deputationem Confessorum extraordinariorum è Clero Sæculari, vel ex aliis Ordinibus; nonnullarum Religionum Procuratores Generales petierunt admitti ad deducendas rationes, quæ hujusmodi Decreto obstare putabant.

Cumque id facile impetrassent, ac suam, totiusque cœtus Regularium causam, per eximios illius temporis in Romana Curia Advocatos, defendi curassent; sed nihilominus prædicta Cardinalium Congregatio in priori sententia permansisset; placuit præfato Prædecessori Innocentio, antequam Decretum hujusmodi approbatione sua confirmaret, aliorum Cardinalium sententias audire. Itaque, exclusis illis omnibus, qui ex ipsius Pontificis deputatione, in præcedentibus sessionibus per annum integrum negocia discusserant, aliisque advocatis Cardinalibus, quibus exhiberi secreto fecerat conscriptarum allegationum exempla; Nobis etiam adesse jussis, qui rationum momenta a priori Congregatione præ oculis habita, si opus esset, exponere possemus; novam Cardinalium Congregationem ex improviso coram se convocavit, in qua iterum proposita quæstio diligenter, ac matura discussa fuit; ac demum ipse Pontifex, de ipsius Congregationis consilio, & assensu super hac re decrevit, ut sequitur: *Cumque ex eodem Concilio Tridentino Confessor extraordinarius bis, aut ter in anno offerri Monialibus debeat, qui omnium Confessiones audiat; si in posterum Superiores Regulares, quoad Monasteria ipsis subjecta, taliter prædictum extraordinarium Confessorem deputare neglexerint, vel si etiam ex proprio eodem Ordine semper deputaverint, nec saltem semel in anno ad id munus elegerint Sacerdotem aut Sæcularem, aut Regularem alterius diversi Ordinis professorem, in his casibus Episcopi, pro sui arbitrio & conscientia, deputationem hujusmodi facere possint, nec illa quovis titulo, aut prætextu, a Superioribus Regularibus valeat impediri.*

Perscriptum sane fuit hujusmodi Decretum ea occasione, qua agebatur de restituenda in certis quibusdam Regionibus Ecclesiastica disciplina, ad formam Concilii Tridentini: Verum ipsius Decreti vigor ad eas dumtaxat Regiones minime restrictus fuit; quum & animarum pericula, quæ ex perpetua Confessorum ejusdem Ordinis deputatione timerentur, in omnibus Monasteriis Regularium regimini subjectis locum habere possint; & quæcumque adversus Decretum ipsum adducta fuerunt, ex generalibus Ordinum statutis, & ex Constitutionibus Monialium Regularibus subjectarum, fuerint desumpta. Cumque judicatum fuerit, ea omnia nequaquam obstare, quominus ita decerneretur; sequitur, ut, quamvis eidem decreto causam dederint peculiarium quarumdam Regionum necessitates Apostolicæ Sedi eo tempore expositæ, illud tamen generale sit, & universos per Orbem Regulares Monasteriorum Monialium Prælatos adstringere debeat. Cum vero deinde alter laudatus Prædecessor Benedictus XIII. Innocentii Literas in forma specifica confirmaret, Nobis constat, illius mentem fuisse, ut hujusmodi Decretum universalis, & inviolabilis legis vim obtineret.

Super quo nihilominus, ne ulla apud aliquos supersit dubitatio, Nos ipsi præsentium Literarum vigore, ac motu proprio, & certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ipsum relatum Innocentii Prædecessoris Decretum, statutum, mandatum, atque præceptum, ad omnia per Orbem ubique existentia, & Regularium regimini subjecta Monialium Monasteria, quatenus opus sit, expresse extendentes, & ampliantes, decernimus, atque statuimus, ut singulis annis, incipiendo a proximo millesimo septingentesimo quadragesimo nono a Nativitate Domini decurrendo, Regulares Monasteriorum Prælati teneantur bis, aut ter in anno Confessarium extraordinarium universis Monialibus in iis degentibus offerre; si vero ipsi forsan hujusmodi Confessarii extraordinarii deputationes intra præscripta tempora omiserint, vel semper proprii Ordinis Regularem Sacerdotem ad hunc effectum deputaverint; itaut præfatæ Moniales semel saltem in anno Confessarium extraordinarium è Clero Sæculari, aut ex alio Ordine Regulari non habeant; ad Episcopos Diœcesanos, omni appellatione remota, devolvatur jus supplendi eorumdem Prælatorum defectum (si nempe pensatis rerum circumstantiis, ita expediens esse judicaverint) per deputationem Confessarii extraordinarii, quem tam in uno, quam in altero casu, aut e Clero Sæculari, aut ex alio Regulari Ordine, pro ipsorum arbitrio, deligere possint, & valeant.

Quocirca dilecto Filio Nostro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, moderno nostro, & pro tempore existenti Romani Pontificis in Urbe, ejusque districtu, Vicario in Spiritualibus Generali, earumdem præsentium tenore committimus, & mandamus, ut hæc nostra Decreta, atque statuta, tam in omnibus ejusdem Almæ Urbis Monasteriis, quæ Regularium regimini subsunt, quam in aliis quibusque Regularium, aut Sæcularium Mulierum, aut Puellarum Domibus, seu Collegiis, atque Conservatoriis, quibus unicus ordinarius Confessor a Superioribus deputari solet, in omnibus, & per omnia, juxta earumdem Literarum præscriptum, exactissime observari, & adimpleri faciat; ne forte audiri contingat, quod cum magna animi nostri molestia dictum aliquando esse cognovimus, Apostolicas Constitutiones Romæ quidem ferri, & publicari, sed eas minime in ipsa Urbe ad effectum perduci.

Eamdem porro curam, & solicitudinem injungimus, & demandamus Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis per omnes universi Orbis Ecclesias constitutis, quibus, ut satis perspectum putamus voluntatis nostræ studium, tam in eorum rationabilibus querelis, justisque petitionibus suscipiendis, quam in corruptelis, quas irrepsisse indicaverint, eliminandis: idque non ex ingenio nostro quidquam statuendo, nec peregrinas novitates inducendo; sed veteres ut plurimum leges, & regulas, vigili Prædecessorum nostrorum providentia jampridem constitutas, in pri-

stinum, debitumque vigorem, & usum revocando: Ita eosdem meminisse volumus, proprium zeli Pastoralis officium non in eo situm esse, ut adversus ea, quæ contra leges fiunt, inutiliter deplorando declament; sed ut illa de medio tollere curent, adhibitis opportunis remediis in eum finem jam præstitutis, implorato etiam Apostolicæ Sedis auxilio, ubi impedimentum aliquod eorum auctoritati, & legum executioni, afferri contingat, omnesque diligentias, & curas, quas corrigendis abusibus ipsi fideliter impenderint, in irritum cedere videant.

Quoniam vero tam in superius allegato Clementis XI. Edicto, quam in Synodalibus plurium Episcoporum Constitutionibus statutum esse conspicimus, ut quo tempore extraordinarius Confessor alicui Communitati deputatus Ministerio suo fungitur, ordinarius Confessor nullum ipsi impedimentum afferre audeat, multoque minus præsumat per id temporis alicujus Monialis, sive Superiorissæ, sive Novitiæ, sive Conversæ, neque demum alterius cujuscumque Personæ intra septa Monasterii, aut piæ Domus commorantis, Sacramentalem Confessionem audire; Nos id quoque approbatione nostra roborantes, & confirmantes, statuimus, & mandamus, ut Episcopi quidem, si de Monasteriis, aut Domibus eorum regimini subjectis agatur, Regulares autem Superiores, quod ad illas Communitates attinet, quibus ipsi præsunt, pro hujusmodi Legis implemento advigilent; & contravenientes meritis pœnis coerceant, & afficiant.

Ac demum quibuscumque Confessariis extraordinariis, qui vel alicui Communitati generaliter, vel peculiariter alicui personæ in Monasterio degenti, concessi, ac deputati fuerint, districte inhibemus, sub pœnis adversus accedentes ad Monasteria Monialium, & cum ipsis conversantes, præsertim Regulares, & Prædecessoribus nostris quandocumque statutis (quas etiam præsentium vigore confirmamus, & innovamus) ne, postquam suum officium impleverint, ad idem Monasterium ulterius accedere, aut ullius generis commercium intra ipsum quomodocumque continuare, & fovere, etiam sub spiritualis caussæ, aut necessitatis obtentu, & colore, audeant, aut præsumant.

Decernentes ipsas præsentes literas, atque omnia, & singula in eis statuta, atque præscripta, etiamsi quicumque in iisdem interesse habentes, seu habere prætendentes ad id vocati, & auditi non fuerint, nec præmissis consenserint, aut alterius cujuscumque generis defectus forsan adversus eas objiciatur, semper, & perpetuo valida, & efficacia esse, & fore, & ab omnibus, ad quos spectat, atque in futurum spectabit, inviolabiliter etiam perpetuo observari. Sicque, & non aliter in premissa per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationes ordinarias, aut peculiariter deputatas, aliosque Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Vice-Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, judicari, & definiri debere; sublata eis, & eorum cuilibet, aliter judicandi, definiendi, ac interpretandi facultate, & auctoritate; atque irritum, & inane decernentes, quid quid secus a quocumque scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus quibuscumque, etiam Apostolicis, ac Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non quorumcumque Ecclesiarum, & Ordinum Regularium, seu Congregationum, aut Societatum, & Institutorum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, aliorumque militarium Ordinum, seu Monasteriorum Virorum, aut Monialium, aliarumque piarum Domorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, exemptionibus, & Indultis, etiam in corpore juris clausis, aut Literis Apostolicis, cuilibet præmissorum, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, etiam hic de necessitate exprimendis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam irritantibus in genere, vel in specie, & derogatoriarum derogatoriis, quomodolibet in contrarium concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, hac vice dumtaxat, & ad præmissorum effectum, illis alias in suo robore permansuris, de Apostolicæ potestatis plenitudine derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus demum, ut earumdem præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc nostrarum confirmationis, approbationis, innovationis, voluntatis, mandati, statuti, Decreti, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1748. nonis Augusti Pontificatus Nostri Anno Octavo.

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius

Loco ✠ Plumbi.

VISA DE CURIA
I. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.
Publicata die 16. Augusti 1748.

INDULTUM

Celebrandi tres Missas in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum pro Regnis, & Dominiis Hispaniarum, & Portugalliæ.

BENEDICTUS PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quod expensis omnium rationum momentis, & gravissimis suffragiis virorum dignitate, pietate, ac sapientia insignium concurrentibus, alias a Nobis decretum est, id, ut solemnioribus Apostolicæ auctoritatis nostræ documentis confirmatum, quemadmodum est hoc in more positum, laudabilique Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum instituto commendatum, majori cum observantia debitæ executioni mandetur; novo Apostolicæ confirmationis Nostræ pa-

patrocinio communiri exoptamus. Sane nuper edidimus Decretum tenoris sequentis: BENEDICTUS PAPA XIV. Cum Nobis Carissimus in Christo Filius noster Ferdinandus VI. Hispaniarum Rex Catholicus enixam, piamque petitionem exhibere fecisset, ut quæ disciplina viget in suo Aragoniæ Regno, (cujus appellatione tum ipsa Aragonia, tum etiam Valentiæ, Cataloniæ, & Majoricæ Ditiones comprehenduntur) ut scilicet in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum quilibet Sacerdos Sæcularis duas, Regularis autem tres Missas celebrari possit; eadem ad cætera quoque Regna, & Dominia eidem Ferdinando Regi subjecta auctoritate nostra extenderetur; Cumque eodem fere tempore Carissimus quoque in Christo Filius noster Joannes V. Portugalliæ, & Algarbiorum Rex illustris similem instantiam apud Nos promoveri fecisset, ut nempe in omnibus Regnis, atque Dominiis sibi subjectis, cuilibet Sacerdoti tam Sæculari, quam Regulari, facultas per nos fieret tres Missas præfato die celebrandi; Nos quidem hujusmodi petitionum gravitatem pensantes, ac memores similium postulationum, quæ aliis Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris parum felici exitu exhibitæ fuerunt, necessarium omnino putavimus totam rei summam maturo examini subjicere. Quamvis minime hospites in ea Nos reputare possemus: Siquidem olim ipsius momenta, pro Officio, quod tunc gerebamus, Secretarii Congregationis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini executioni, & interpretationi præpositæ, diligenter Nobis expendenda fuerunt; cumque etiam hac de re plura scripserimus in nostro opere *de Festis Domini part.* 1. *pag.* 247. item in Tractatu *de Sacrificio Missæ sect.* 2. *pag.* 169 juxta editionem Patavinam, & in una ex Institutionibus Pastoralibus pro nostro Bononiensi Clero, Populoque editis, quæ est xxxvi. in Latina versione Romæ impressa *pag.* 185. & 186. ac demum in nostris Literis ad Episcopum Oscensem datis die xvi. Martii anni 1746. quæ jam seorsim Typis vulgatæ, in Bullarii nostri Tomo II. propediem edendo locum habebunt.

Sane quum nos in minoribus constituti, præfatæ Congregationi Concilii, ut supra diximus, a secretis essemus, oblatusque fuisset supplex libellus, in quo ex parte cl. mem. Philippi V. Hispaniarum Regis idipsum studiosissime petebatur, quod nunc a Ferdinando Rege ipsius Filio iterum petitur, Officii Nostri esse putavimus, instantiam hujusmodi majori cum apparatu, quemadmodum Catholici Regis dignitas postulabat, Congregationi repræsentare. Idcirco peculiaris Dissertatio a Nobis elucubrata fuit, quæ inserta est in consueto folio Relationis Causarum, quod a Secretario confici, & singulis Cardinalibus tradi consuevit. In qua primum Dissertatione rem ipsam accuratissime pro viribus exposuimus, neque omisimus originem investigare illius disciplinæ, quam diximus in Aragoniæ Regno vigere, deinde nonnullas in contrarium indicavimus resolutiones, quæ aliæ ad hujusmodi postulata prodierant; tum aliam memoravimus petitionem, quæ olim pro Portugalliæ Regno facta fuerat Prædecessori nostro Clementi Papæ IX. ut trinas liceret Missas in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum celebrare, de qua tamen ob immaturam Pontificis mortem nihil decretum fuit. Quibus omnibus addimus, quod, quum hoc idem ab Hispaniarum quondam Rege Philippo IV. pro omnibus tam Sæcularibus, quam Regularibus Regnorum suorum Sacerdotibus postulatum fuerit, vel saltem postulandum fuisse non ignoraretur; ideoque plura rationum, factorumve monumenta, pro hujusmodi concessione impetranda, collecta tunc fuisse constaret; Nobis datum non fuerat hujusmodi Collectiones ad Causam maxime opportunas reperire: ut videre est in folio pro Congregatione diei 11. Maii anni 1722. a Nobis conscripto, quod nunc in Thesauro Resolutionum præfatæ Congregationis Concilii *Tom. II. pag.* 169. *& seq.* impressum reperitur. Quum autem bon. mem. Ludovicus Cardinalis Belluga Congregationi prædicta die habitæ interfuisset, meminimus ipsum de nostra Dissertatione favorabiliter loquutum, in nostramque quoque sententiam devenisse, ut necessarium putaret allegationes illas tempore Philippi IV. adornatas inspicere, ipsumque in se recepisse, ut ipsas diligentissime conquiri curaret. Quapropter Rescriptum prodiit: *Non proposita*: eoque Rescripto factum est, ut instantia tunc quidem pro rerum circumstantiis minime admissa censeretur, non tamen omnino, & perpetuo rejecta; quin potius relictus fuerit locus ulteriori rationum, atque factorum examini, si quæ aliquando ad ipsam petitionem magis juvandam deducerentur.

Quum itaque nunc a Nobis ipsis in Apostolica Sede, inscrutabili Dei judicio, collocatis præfatæ petitiones jamdudum desertæ, instantibus præfatis charissimis in Christo Filiis nostris delatæ fuerint, omnia, quæ ad plenam rei cognitionem quomodocumque pertinerent, colligi mandavimus, quæque olim desiderata sunt, in lucem proferri. Ut autem nihil sine aliorum prudenti consilio statueremus, peculiarem delectorum Virorum Congregationem ad negotii hujus examen deputavimus, in qua adscriptos voluimus Venerabilem Fratrem nostrum Antonium Xaverium Episcopum Prænestinum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem *Gentili* nuncupatum, prædictæ Congregationis Concilii Præfectum, Dilectosque Filios Nostros ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Presbyteros, Sylvium *Valenti* Congregationis de Propaganda Fide Præfectum, Carolum Albertum *Cavalchini* Præfectum item Congregationis super negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, Fortunatum *Tamburini* Præfectum Congregationis Sacrorum Rituum, & Joachimum *Besozzi* Majorem Pœnitentiarium; ac præterea Venerabilem Fratrem Sylvestrum *Meroni* Episcopum Porphyriensem Apostolici Sacrarii Præfectum, quem peculiaris hujusce Congregationis Secretarium declaravimus; ac dilectos Filios, Magistrum Ludovicum *Valenti* in utraque signatura nostra Referendarium, Protonotarium Apostolicum, & Fidei Promotorem; Fratrem *Michaelem a Sancto Joseph* Priorem Generalem Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, *Cælestinum Orlandi* Procuratorem Generalem Congregationis Monachorum Cœlestinorum, *Joannem Andream Onophri* Ordinis Eremitani Sancti Augustini Procuratorem Generalem, *Thomam Sergium* Presbyterum Congregationis Piorum Operariorum, Sanctæ Inquisitionis Consultorem, & Præfectum studiorum in Collegio Urbano de Propaganda fide, Fratrem *Joachimum Rucci* Ordinis Prædicatorum Magistrum, Episcoporum, & Cleri Romani Examinatorem, *Dominicum Turanum* Societatis Jesu Presbyterum, Apostolicæ Pœnitentiariæ Consultorem Theologum, & *Ægidium Giuli* ejusdem Societatis Presbyterum, alterum Examinatorem Episcoporum, & Sacrorum Canonum Professorem in Collegio Germanico-Ungarico ad Sanctum Apollinarem. His omnibus, & singulis exhiberi mandavimus quæcumque ad causam pertinebant, eaque potissimum, quæ nuper reperta sunt, sed in præcedentibus propositionibus exhibita non fue-

fuerant; quæ omnia justo volumine comprehensa, typis edita sunt Romæ hoc anno 1748. datoque aliquot mensium spatio, quo res accurate perpenderetur, jussimus, ut singuli sententiam suam scripto traditam, ac sigillo obsignatam ad Nos transmitterent; quæ omnia diligentissime sunt peracta.

Denique Nos Ipsi aliorum laboribus laborem Nostrum, privataque studia Nostra eorum studiis adjunximus, & inspectis, libratisque tum novis documentis, tum ipsorum Consultorum suffragiis (ex quibus, quum quatuordecim numero fuerint, duo dumtaxat petitionem rejiciendam esse, reliqui vero duodecim Indultum concedi posse censuerunt) omnibus rite, ac mature pensatis, invocato etiam Divini Luminis adjutorio, piis ac Religiosis precibus dictorum Carissimorum in Christo Filiorum Nostrorum Ferdinandi VI. Hispaniarum Catholici, & Joannis V. Portugalliæ, & Algarbiorum Regum Illustrium libenter annuentes, omnibus, & singulis in eorum Regnis, atque Dominiis actu commorantibus, tam Sæcularibus, quam Regularibus Sacerdotibus nunc existentibus, ac pro tempore futuris, quamdiu in prædictis Regnis, atque Dominiis moram traxerint, & non alias, facultatem perpetuis futuris temporibus duraturam concedimus, & impertimur, ut singulis annis die secunda Novembris, seu die sequenti, juxta Rubricas Missalis Romani, qua nempe commemoratio omnium Fidelium Defunctorum ab Ecclesia Universali recolitur, tres Missas singuli celebrare possint, & valeant, contrariis quibuscumque Constitutionibus, literis, regulis, ritibus, & consuetudinibus minime obstantibus.

Novimus sane, inter scriptores rerum moralium non satis convenire, an Sacerdotibus celebrantibus Missam pro Defunctis, juxta prædictas Rubricas in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, liceat hujusmodi Missæ fructum medium, quem vocant, alicui peculiari Defuncto applicare, an vero pro omnibus omnino Defunctis Fidelibus illum applicare teneantur. Ut cumque autem se res habeat de hac controversia, Nos eos quidem, quibus in Aragoniæ Regno licitum erat ante hoc Nostrum Indultum duas, vel tres respective Missas prædicta die celebrare, hortamur in Domino, ut earum fructum medium omnibus in Christo quiescentibus applicent; His vero, qui in posterum hujus Indulti vi, aut tertiam in eodem Regno Missam, aut secundam, & tertiam in aliis Regionibus, ad quas hoc idem Indultum extenditur, celebraturi sunt, districte jubemus, atque præcipimus, ut earum fructum medium, non quidem alicui peculiari defuncto, sed in suffragium omnium Fidelium Defunctorum omnino applicent; expresse declarantes hanc esse nostram mentem, & voluntatem, neque Nos alias, absque hujusmodi lege, & conditione, hoc ipsum Indultum unquam concessuros fuisse.

Scimus etiam, antiquis, justisque titulis innixum esse usum, quo solent Presbyteri Eleemosynam accipere pro celebrandis, sive pro applicandis Missis juxta offerentium mentem; qua de re late disseruimus in nostra *Institutione Ecclesiastica* 56. fusius autem in opere nuperrime vulgato *de Synodo Diœcesano Libr. 5. cap. 8. & 9.* An vero quum retroactis temporibus in Regno Aragoniæ duæ Missæ a Sacerdotibus Sæcularibus, tres autem a Regularibus in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum celebrarentur, duplex quoque ab illis, seu respective triplex Eleemosyna acciperetur, id ignoramus; sed facile credimus id usitatum fuisse, quum ubique fere receptum sit, ut in solemnitate Nativitatis Domini pro tribus Missis tria recipiantur charitativa stipendia. Ideoque de illis, qui ante hoc tempus in Aragoniæ Regno duas, vel tres respective Missas prædicta die celebrantes, duas vel tres eleemosynas accipiebant, nihil innovandum censemus. Iis vero, qui in posterum in eodem Regno tertiam Missam vigore præsentis Indulti celebrabunt, justis de causis, ac sub pœnis inferius dicendis districte prohibemus, ne pro ipsa Missa ullam eleemosynam accipere præsumant; sicut etiam iis, qui in aliis locis hoc eodem Indulto comprehensis, secundam, tertiamque Missam celebrabunt, simili ratione, ac sub iisdem pœnis præcipimus, atque jubemus, ut non nisi unam accipiant eleemosynam, videlicet pro prima Missa dumtaxat, & in ea tantum quantitate, quæ a Synodalibus Constitutionibus, seu a loci consuetudine regulariter præfinita fuerit.

Decernentes nullam omnino causam, nullumque prætextum, aut obtentum, ad declinandam hujus præcepti nostri observantiam suffragari posse, nec voluntariam quidem Fidelium oblationem: nam nec a sponte dantibus quidquam recipi posse statuimus; nec alium quemcumque colorem, quod nempe eleemosyna detur pro celebratione, non autem pro applicatione Missæ; aut quod applicatio facienda sit pro omnibus Fidelibus Defunctis, sive quod Offerentes cupiant ipso dumtaxat oblationis merito Defunctos juvare; hi enim poterunt per alia pia opera, sive per alias eleemosynas in alios quoscumque, quam in Sacerdotem, eique conjunctos usus, erogandas, Defunctorum Animabus suffragari: Non item gravem indigentiam, aut paupertatem Sacerdotis celebrantis, aut Ecclesiæ, aut Cœnobii; quibus nimirum aliis quibuscumque rationibus subveniendum erit: Nec magnam copiam eleemosynarum, quæ congestæ fuerint pro Missis celebrandis ipsa die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, quibusque aliter satisfieri non possit; quum minime liceat eleemosynas accipere pro Missis, quæ celebrari nequeunt intra tempus ab Offerentibus, aut a legibus præfinitum: Neque porro Missarum onera non adimpleta, pro quibus eleemosynæ jam receptæ, aut attributi reditus jam percepti fuerint. Nos enim nolumus hujusmodi onera impleri per celebrationem Missarum, quæ indulto nostro permittuntur: Neque demum legem fundationis jam factæ, aut in posterum faciendæ, cum augmento eleemosynæ pro secunda, & tertia Missa, quum Nos hujusmodi fundationes sive factas, sive faciendas, etiam ex nunc prout ex tunc, & è contra, hac in parte nullas, & irritas esse, & fore decernamus. In summa volumus, & statuimus hujusmodi Missas de novo concessas omnibus in communi Fidelium Defunctorum Animabus, absque ulla prorsus eleemosynæ perceptione, applicari; contrafacientes autem pœnam suspensionis a Divinis ipso facto incurrere decernimus, ejusque relaxandæ facultatem Nobis, & Successoribus Nostris Romanis Pontificibus expresse reservamus.

Hanc vero facultatem communicamus Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, sive aliis Locorum Ordinariis, ut auctoritate Nostra Apostolica, & tamquam Apostolicæ Sedis Delegatis, ubi sic expedire prudenter in Domino judicaverint, eadem canonice utantur erga quoscumque præcepti hujus Nostri violatores, qui ad ipsos humiliter recursum habuerint, sive Sæculares, sive alio quocumque modo ab eorum jurisdictione exemptos; hac tamen apposita lege, ut incursam hujusmodi suspensionem nunquam relaxare valeant, nisi prius eleemosynas a delinquentibus ratione prædictarum Missarum perceptas ab ipsis reipsa receperint; quas ipsi Ordinarii in alios pios usus (non tamen in subventionem eorum-

dem

dem Sacerdotum, aut personarum ipsis vel sanguine, vel necessitudine conjunctarum, aut in eorumdem Cœnobiorum, Domorum, & Ecclesiarum utilitatem (quantumvis ipsi, aut personæ, Cœnobia, Domus, & Ecclesiæ hujusmodi notoria paupertate laborarant) arbitrio suo erogare debebunt. Sciant tamen, quod facultas hujusmodi, quam ad relaxationem suspensionis an modo incursæ iisdem delegamus, nequaquam extenditur ad dispensationem ab irregularitate, in quam inciderent, qui post suspensionem, ut præfertur, incursam, in Sacro Altari ministrare præsumerent; hujus enim dispensationis concedendæ facultatem Nobis, & Successoribus Nostris Romanis Pontificibus privative, & perpetuo reservamus.

Ad hunc igitur solum, & unicum finem, ut in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, multiplicatis Ecclesiæ Militantis Suffragiis, piorum Animæ in Purgatorio detentæ subleventur, omnibus tam è Seculari, quam è Regulari Clero Sacerdotibus in Regnis, atque Dominiis duorum prædictorum Regum Ditioni subjectis, nunc, & in posterum pro tempore existentibus, concedimus, & indulgemus, ut prædicta die tres Missas singuli celebrare possint, & valeant. In quo sicuti prædictorum Consultorum concordibus fere sententiis, consiliisque adhæsimus, ita a piæ Matris Ecclesiæ spiritu nequaquam discessisse Nos arbitramur. Siquidem animadvertimus minime alienam fuisse Ecclesiam a permittenda Sacerdotibus Missarum iteratione in unico die, ubi de juvandis Defunctorum Animabus ageretur, & quidem, etiam postquam desierat vetus illa disciplina, de qua infra sermo erit, qua scilicet Sacerdotibus licebat plures in die rem divinam peragere, ac post latam legem de unica tantum Missa, præter quam in die Natalis Domini, ab unoquoque Sacerdote celebranda.

Nova hæc disciplina a Prædecessoribus Nostris Innocentio III. & Honorio III. Romanis Pontificibus stabilita fuit, quorum hac de re leges extant in Libris Decretalium Titulo *de celebratione Missarum*; Innocentii quidem in Cap. *Consuluisti*; Honorii vero in Cap. *Te referente*. Quum autem Innocentius in citato Capitulo hæc verba posuisset: *Excepto die Nativitatis Dominicæ, nisi Causa necessitatis suadeat*; non solum Glossa Canonica eidem Capitulo apposita hujusmodi necessitatis Causam tunc fore dicit, quum celebranda sit Missa pro aliquo recens defuncto, ibi: *sed quam dicit necessitatem? Respondeo: si celebravit de die, & postea etiam moriatur aliquis*: verum etiam in Synodo Oxoniensi, post ipsius Innocentii obitum, sedente jam Honorio III. celebrata, Decretum videmus, ut si Defuncti corpus Ecclesiasticæ Sepulturæ mandandum existat, Sacerdos duas Missas eodem die celebret, unam de Officio diei, aliam pro Defunctis, ut videre est in Collectione Conciliorum Angliæ Londini edita anno 1737. *tom.* 1. *pag.* 586. *num.* 7. Idque etiam distinctius in aliis Conciliis traditum invenitur, a quibus præscriptum est, ut Sacerdos in prima Missa Purificationem non sumat, utque solum secunda Missa pro Defunctis ab eodem Sacerdote celebretur, quando Cadaveris præsentia occurrat die Dominico, seu alio die Festo, nec alius adsit Sacerdos, qui hujusmodi secundam Missam celebrare possit, quemadmodum habetur in Constitutionibus Sadorensibus anno 1292. conditis *cap.* 36. in eadem Anglicana Collectione *Tom.* 2. *pag.* 179. itidemque in Concilio Rothomagensi habito anno 1231. *num.* 14. *in Collectione Harduini Tom.* 7. *pag.* 186. *& seqq.* Qua de re Nos ipsi olim egimus in nostra Institutione Ecclesiastica 56. pag. 186. Neque vero hæc in præsenti a Nobis commemorantur, quasi nunc etiam, præsente Cadavere, duæ Missæ ab eodem Sacerdote celebrari possint; quum juxta hodiernam disciplinam liceat Presbytero, relicta Missa de die, Missam pro Defunctis, si præsens sit Corpus, cum cantu celebrare, nisi tanta fuerit diei solemnitas, quæ Missam pro Defunctis omnimode excludat. Sed ideo hæc dicta sunt, ut appareat, quam propensa fuerit Ecclesia ad permittendam Missarum iterationem quantumvis generaliter interdictam, ubi de procurandis Fidelium Defunctorum suffragiis ageretur. Quo nempe spiritu Nos etiam adducti, Missarum Sacrificia in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum a singulis prædictorum Regnorum, atque Ditionum Sacerdotibus ter celebrari posse concessimus.

Sed duæ aliæ præterea caussæ, eæque satis graves, ad id concedendum Nos impulerunt. Prima est, quod quum antiquissima sit in Regno Aragoniæ consuetudo, ut prædicta die tres Missæ a Sacerdotibus Regularibus, duæque a Secularibus celebrentur, eaque non modo nunquam reprobata fuerit, sed etiam a Prædecessore nostro Julio III. aut Paulo III. vivæ vocis oraculo confirmata asseratur (ut jam olim adnotavimus in folio pro Congregatione Concilii a Nobis, ut supra diximus, exarato) utpote quæ nec Divino, nec naturali juri contraria, sed solum a jure communi Ecclesiastico vetita dignoscitur; cumque constet eamdem consuetudinem non solum in Regno Aragoniæ proprie dicto, atque in alio Valentiæ, & in Comitatu Cataloniæ, sed etiam in Regno Majoricæ longius dissito, tamquam ipsius Aragoniæ Regni appendice, viguisse, & vigere; utique nec novam omnino rem, nec in exemplum alibi trahendam Nos fecisse censemus, dum hujusmodi consuetudinem, sive ritum, auctoritate nostra extendimus ad alia Regna, & Dominia eidem Hispaniarum Regi subjecta, atque insuper ad ea, quæ alteri quidem Principi, nimirum Lusitaniæ Regi parent, sed magna ex parte finitima, & proxima sunt prædictis Hispanici Regis Ditionibus. Regula quippe canonica est, ut in Regionibus conterminis, atque inter se proximis Rituum, ac Disciplinæ uniformitas statuatur, atque servetur. Unde etiam Prædecessor noster Sanctus Siricius Pontifex Maximus, quum ad Himerium Episcopum Tarraconensem scripsisset de variis Ecclesiasticæ Disciplinæ capitibus, de quibus ille Sanctum Damasum ipsius decessorem consuluerat, eidem mandavit, ut Apostolica rescripta, non solum cum Provincialibus suis communicaret, sed ea etiam transmitteret *ad Carthaginienses, ac Bæticos, Lusitanos, atque Gallæcos*.

Alteram vero caussam, eamque plurimi apud Nos momenti, cum magno paterni animi nostri gaudio, Nobis suppeditavit nixum duorum Carissimorum in Christo filiorum nostrorum Hispaniæ, & Lusitaniæ Regum, tantis in Ecclesiam promeritis Illustrium, qui unico, & sincero devotionis instinctu acti, nec retardati ob parum felicem exitum similium petitionum, quas a Prædecessoribus suis propositas fuisse noverant, istorum pietatis heredes erga fidelium Animas Purgatorio igne cruciatas se se professi sunt, auctoresque se præstiterunt, ut in earum levamen, recurrente quotannis generali Fidelium Defunctorum Commemoratione, in suis respectivis Regnis, atque Dominiis suffragia multiplicarentur. Quapropter magni Prædecessoris Nostri Sancti Gregorii Papæ verba, quæ is ad Brunichildem Francorum Reginam conscripsit (*Epist.* 50. *lib.* 6. ipsius Operum *Tom. II. pag.* 858.) jure, ac merito ad prædictos Reges transferre Nos posse censemus: *Epistolarum* re-

vestrarum series, quæ Religiosum animum, & piæ mentis studium continebat, non solum voluntatis vestræ seriem Nos laudare propositum, sed etiam libenter invitavit postulata concedere. Tum etiam ea, quæ alter rec. memor. Prædecessor noster Innocentius Papa III. ad Regem Castellæ scripsit (Epist. 154. lib. 14.) *Cum Personam tuam inter Catholicos Reges speciali diligamus in Domino charitate, in his, quæ secundum Deum requiris a Nobis, favorem Tibi Apostolicum libenti animo impertimur*; atque alia, quæ idem (Epistola 24. lib. 15.) scripsit ad Regem Lusitaniæ. *Æquum est autem, ut quos ad Populi regimen, & salutem dispensatio cælestis eligit, Apostolica Sedes sincero prosequatur affectu: & in justis postulationibus studeat efficaciter exaudire.* Eadem sane præsentium Hispaniæ, ac Portugalliæ Regum pietati, ac dignitati mirum in modum congruere videntur. Quorum præterea consimiles postulationes hac de re Nobis exhibitas, & parem pro Religione zelum, eximiumque Christianæ Fidei in remotissimis etiam regionibus propagandæ studium perspicuis argumentis Nobis assidue comprobatum, dum læti suspicimus, hæc etiam utrique simul aptanda censemus, quæ noster quoque Prædecessor S. Leo Magnus ad Theodosium Augustum scribebat *Epistola* 21. *ipsius operum Tom. I. pag.* 238.: *Quantum præsidii Dominus Ecclesiæ suæ in fide Vestræ Clementiæ præpararit, his etiam literis, quas ad me misistis, ostenditur; ut vobis non solum Regium, sed etiam Sacerdotalem animum inesse gaudeamus. Siquidem præter Imperiales, & publicas curas, piissimam sollicitudinem Christianæ Religionis habetis.*

Quamvis vero antehac in Regno Aragoniæ, Sacerdotibus Regularibus prædicta die tres Missas celebrantibus, sæculares Presbyteri duas tantum celebrarent, Nos tamen æquum judicavimus hos illis per omnia exæquare, ut esset inter ipsos Ritus uniformitas: quæ res in caussa fuit, ut in Ecclesia Catholica aliæ quoque diversitates sublatæ fuerint, quantumvis tolerabiliores videri possent. Ita quum in Gallias, regnante Carolo Magno, inductus fuisset, una cum ordine Romano, Ritus celebrandi tres Missas in die Natali Domini Nostri Jesu Christi, quum antea duæ tantum celebrari solerent; novum hunc Ritum soli primum Episcopi adoptarunt, ac sibi, suæque dignitati proprium fecerunt; sed postea ad evitandam difformitatem, hujusmodi facultas ad omnes inferioris quoque Ordinis Sacerdotes extensa fuit, quemadmodum a Nobis demonstratum est in Tractatu *de Festis Domini part.* 1. *pag.* 248.

Applicationem autem Missarum hoc nostro Indulto concessarum, tertiæ nimirum a Sacerdotibus Sæcularibus in Regno Aragoniæ, secundæ vero, ac tertiæ ab omnibus existentibus in aliis Regionibus hoc Decreto comprehensis, jussimus fieri, non quidem pro aliquo peculiari Defuncto, sed pro omnibus Fidelibus Defunctis in genere, tum quia id magis consentaneum visum est piæ, ac religiosæ menti duorum Regni hujusmodi Indultorum expetentium; tum quia Ecclesiæ spiritus id maxime postulabat. Siquidem constat generalem Commemorationem omnium Fidelium Defunctorum secundæ diei mensis Novembris affixam, jam usque a sæculo nono ab Amalario Fortunato propositam, vertente autem sæculo undecimo a Beato Odilone Abbate pro omnibus Monasteriis sibi subjectis receptam, atque ab hinc demum, Prædecessoris Nostri Joannis Papæ XIX. auctoritate, ad universam Ecclesiam propagatam fuisse, ea potissimum de caussa, ut post celebratam præcedenti die festivitatem in honorem Sanctorum omnium cum Christo regnantium, omnium quoque Justorum Animæ in Purgatorio detentæ, ac cælestis gloriæ consortium expectantes, generalibus Ecclesiæ suffragiis adjuventur. De hac re latius disseruimus in opere, quod scripsimus in Acta nonnullorum Sanctorum, quorum Officia celebrantur in nostra Bononiensi Civitate, ac Diœcesi, *in Editione Patavina Cap.* 22. Unde satis patet, quam justa de caussa prædictas missas non aliquibus peculiaribus Defunctis, sed omnibus in communi Fidelibus in Christo dormientibus applicandas esse voluerimus.

Quam vero Nobis semper cordi fuerit, ut juxta Sacrorum Canonum præscriptum, a celebratione Sacrosancti Missæ Sacrificii omnem *avaritiæ* speciem, omnemque sordidi captandi lucri prætextum longissime arceremus, satis compertum esse putamus ex his, quæ tum in Archiepiscopatus Bononiensis, tum in supremi Pontificatus administratione in hunc finem præstitimus. Etenim inter Pastorales Institutiones nostras, præter *quinquagesimam sextam*, in qua plures hac de re Ecclesiasticæ Disciplinæ regulas demonstravimus, & omnino observari præcipimus, adest etiam *nonagesima secunda*, in qua Sanctissimis Apostolicæ hujus Sedis Decretis inhærentes, pravam quamdam damnavimus consuetudinem, qua contendebant nonnulli licitum esse Missas ita celebrare, ut earum fructum medium in antecessum applicarent pro iis, qui postea eleemosynam offerendo, illius applicationem expeterent. Inter nostras vero Apostolicas Constitutiones *in Bullarii nostri Tom.* 1. impressas extant *vigesima secunda*, & *vigesima tertia*, quibus severissime vetitum per Nos est, ne eleemosynæ pro Missarum celebratione colligantur in iis locis, in quibus major est earum Taxa Synodalis, ut deinde Missæ alibi celebrandæ committantur, ubi hujusmodi Taxa in minori quantitate statuta est. In novissimo autem Tractatu nostro *de Synodo Diœcesana lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 9. & 10. alia complura ad hanc rem pertinentia studiose collegimus.

Ab hoc itaque tramite neutiquam recedendum Nobis esse judicantes, decrevimus super, atque statuimus, ut pro celebratione, aut applicatione Missarum hoc nostro Indulto concessarum, nullum prorsus stipendium quocumque prætextu, aut colore accipi valeat: quod ut a Nobis in præsenti casu decerneretur, specialis quædam, & urgens ratio Nos impulit, præter generales hasce, quas paulo ante indicavimus. Perspectum est enim omnibus in Ecclesiastica Historia paulum modo versatis, plures olim fuisse dies polyliturgicos, quibus olmirum singuli Sacerdotes plus quam semel Missarum Sacrificia peragebant, ut erat, præter Natalem Domini, prima dies Mensis Januarii, Feria V. in Cœna Domini, Vigilia Ascensionis, tres dies Jejunii infra Octavam Pentecostes, aliique dies Festi nonnullorum Sanctorum memoriæ dicati, ut Nativitas Sancti Joannis Baptistæ, & Natalitium Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, de quibus Nos ipsi monumenta protulimus in opere *de Festis D. N. Jesu Christi part.* 1. *pag.* 247.

Ut autem hujusmodi consuetudo generaliter tolleretur, & facultas celebrandi plures Missas uno die, ad solum diem Natalis Domini coarctaretur, non alia de caussa factum est, quam ut avaritiæ, & sordidis quæstibus adimeretur occasio, vel saltem oblocutionibus silentium imponeretur; quæ scilicet ex eleemosynis pro Missarum numero multiplicatis, aut ortum habuerant, aut oriri posse videbantur. Hunc esse proprium sensum Canonis *sufficit de Consecr. dist.* 1. jam demonstratum per Nos est in literis ad Venerabilem Fratrem Episcopum Oscensem

sem datis §. *Excepta*, & sequentibus. Ideo autem scripta nostra in hoc Decreto frequentee in medium protulimus, ne quæ jam alibi a Nobis dicta sunt, hic denuo explicare, & quæ alibi demonstravimus, iterum rationibus comprobare cogeremue. Id vero, quod supra posuimus, a duobus preterea scriptoribus in Ecclesiasticis rebus apprime versatis asseritur. Eorum alter est Thomassinus in Opere *de veteri, & nova Ecclesiæ Disciplina part. 3. lib. 1. cap. 74. num. 6.* ubi post allatam Constitutionem Odonis Episcopi Parisiensis, videlicet: *Nullus bis in die Missam audeat celebrare, aut cum duplici Introitu, nisi in magna necessitate*; hæc subdia: *Cum pecunia tunc ut plurimum ad Missam offerretur, hinc avaritiæ species, vel suspicio quædam irrationi Missarum affricabatur*. Altee est Vicecomes in Tractatu *de antiquis Missæ Ritibus lib. 3. cap. 48. circa fin.* ubi postquam antiquam exposuit disciplinam, qua peemittebatur Sacerdoti plures Missas in die celebrare, de ipsius disciplinæ mutatione deinde sic ait: *Abrogationis autem caussam, quantum equidem divinare possum, dedere nundinatores quidam, qui majoris pietatis materiam ad turpe lucrum detorquere non sunt-veriti, & fecerunt, ut libertas prisca saltem hisce Regionibus erepta sit, ac defierit*.

Si igitur multiplicitas Missarum, quæ Sacerdotibus olim pluribus per annum diebus permittebatur, ideo sublata fuit, ut avaritiæ quæstibus, aut obloquentium suspicionibus obviam iretur, jure ac merito Nos Indultum hoc nostrum, quo Sacerdotibus in præfatis Regnis, atque Dominiis commorantibus tres Missas in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum celebrare permisimus, hujusmodi expressa lege, atque districta sanctione communire debuimus, ut ne quis eorum pro Missis de novo concessis ullum stipendii genus, quacumque de causa, & quolibet prætextu, aut colore recipere posset.

His accedit, quod quum petitiones inspexerimus ab aliquibus peculiaribus Episcopis Apostolicæ Sedi olim oblatas pro concessione celebrationis duarum, aut trium Missarum in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum; simulque contraria expenderimus Rescripta tunc respective emanata: agnovimus prædictas petitiones hnic potissimum rationi innixas fuisse, quod scilicet tanta esset eleemosynarum copia, quæ ea die pro Missarum celebratione a piis fidelibus offerebantur, ut aliter illis satisfieri non posse assererent, quam si facultas indulgeretur Sacerdotibus, ut plures Missas ea ipsa die celebrare possent: contra vero in rejiciendis iisdem petitionibus, id maxime spectatum fuisse agnovimus, ne per hujusmodi concessiones Ordo Sacerdotalis apud detractores in aviditatis suspicionem, & infamiam adduceretue. Qua etiam de Caussa Nos hanc concessionem nostram, prædicta lege adjecta, suspicionibus hujusmodi nullum locum præbere posse voluimus.

Hæc sunt, quæ concedenda esse judicavimus, quæque de præmissorum consilio, & Apostolica auctoritate Nostra concessimus; atque hæc sunt, quæ in hujusmodi Indulti concessione præ oculis habuimus; quæque omnia exponenda duximus præsenti Decreto, quod a Nobis conditum, manu nostra subscripsimus hac die xxi. Augusti Anni 1748. Anniversaria Coronationis nostræ, ineunte Pontificatus Nostri anno nono.

BENEDICTUS PAPA XIV.

PORro præinsertum nostrum Decretum, atque in eo omnia, & singula contenta, ac præscripta, quo firmius subsistant, & serventur exactius, atque etiam quatenus opus sit, auctoritate nostra Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique, & omnibus, ac singulis contentis, & præscriptis, Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, atque ita, ut præmittitur, omnino servari mandamus. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, plenissime suffragari, & ab eis respective sub irrogatis pœnis, & censuris inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur iisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 26. Augusti 1748. Pontificatus nostri anno nono.

Cajetanus Amatus.

Supplex Libellus cum Rescripto Sanctissimi, quo conceditur facultas celebrandi Missas in die Commemorationis Defunctorum usque ad duas horas post meridiem.

Foris

A Nuestro Muy Santo Padre

BENITO PAPA XIV.

Monseñor Clemente.

Intus

Beatissimo Padre.

AL tiempo de presentarse à los pies de V. Santidad Monseñor Clemente, dandole las mas humildes; y rendidas gracias por su Decreto de 21. del passado, en que sobre los mas solidos principios de prudencia, y equidad se ha servido, con el lleno de la mayor erudicion, estender la concession para que todos los Sacerdotes, assi seglares, como Regulares de los Dominios de España puedan celebrar tres Missas el dia de la general Commemoracion de todos los Fieles Defuntos: se atreve a representar nuevamente a V. Santidad, que siendo el expressado dia uno de los cortos del año, y en que necessariamente deben dilatarse los Officios Ecclesiasticos, de lo que puede originarse, o que los Sacerdotes se appresuren en la celebracion de las Missas, o que anticipen el tiempo debido, fundados en algunas laxas opiniones: Por tanto suplica a V. Santidad

tidad se digne conceder, que todos los Sacerdotes, assi Seglares, como Regulares, a quienes alcanza la gracia, è Indulto de V. Santidad, puedan licita, y validamente celebrar las expressadas tres Missas dos horas despues de' medio dia. Que de la gracia, &c.

Ex Audientia Sanctissimi die 3. Septembris 1748.

Sanctissimus benigne annuit pro gratia facultatis celebrandi tres Missas die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum, usque ad duas horas post meridiem, cum derogationibus necessariis, & opportunis.

Joseph Levizzani Secretarius.

Concessio unius Altaris privilegiati quotidiani perpetui facta a Sanctissimo Domino Nostro Domino BENEDICTO PAPA XIV. Ecclesiis Fratrum Ministro Generali totius Ordinis Sancti Francisci subjectorum.

Intus

Beatissime Pater.

FRater Raphael a Lugagnano Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Minister Generalis, ad pedes S. V. humillime pervolutus, exponit, quod san. me. Benedictus XIII. sub die 24. Decembris 1725. dignatus fuit omnia Altaris privilegiata quotidiana variis Ecclesiis dicti Ordinis in perpetuum jam concessa approbare, & confirmare; iis ejusdem Ordinis Ecclesiis, quæ tali privilegio quotidiano in perpetuum non gaudebant, concessit illud, sed proportionate ad Missarum numerum, quæ in iis celebrantur; videlicet pro quinque feriis in hebdomada iis Ecclesiis, in quibus 25. Missæ quotidie celebrantur: Pro quatuor Feriis iis, in quibus 20: pro tribus, in quibus 15. & sic gradatim. Cum autem, Beatissime Pater, comprobaverit experientia, hoc minime sufficere ad satisfaciendum Populorum devotioni, & ex alia parte variæ quotidie insurgant difficultates, ex eo, quod non semper idem Missarum numerus in dictis Ecclesiis celebretur, nec celebrari valeat; ideo enixe S. V. supplicat Orator, ut prævia revocatione privilegii Altarium pro determinatis hebdomadæ feriis, ut supra, per san. mem. Benedictum XIII. concessi, dignetur cuilibet Ecclesiæ Fratrum Oratoris jurisdictioni subjectæ, Altari Privilegiato quotidiano perpetuo non decoratæ, unum concedere, ab Ordinariis Locorum semel designandum, & hoc per Rescriptum, seu aliter, ut S. V. benevisum fuerit. Et Deus &c.

Foris

SS. D. N. D. BENEDICTO PAPÆ XIV.

Pro

Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci.

RESCRIPTUM SANCTISSIMI

Ex Audientia Sanctissimi die 27. Decembris 1748.

SAnctissimus benigne annuit pro gratia, juxta petita, pro Missis tamen, quæ a Fratribus Minoribus Sancti Francisci in Altaribus per Ordinarios respective designandis celebrabuntur; & voluit etiam gratiam hujusmodi per hoc præsens Rescriptum perinde valere, ac si per Apostolicas Literas in forma Brevis solitis omnibus muniti Clausulis expedita fuisset.

Loco ✠ Sigilli.

Joseph Levizzani Secretarius.

Confirmatur Decretum Sac. Congr. declarans præcedentiam Fratrum Tertii Ordinis Sæcularis supra omnes alias Confraternitates Laicales.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

EManavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

„ Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, referente Eminentissimo Carafa Ponente, re mature perpensa, censuit rescribendum, prout rescripsit. Consulendum Sanctissimo pro declaratione esse habitum proprium Fratrum Tertii Ordinis de Pœnitentia Sancti Francisci, non solum vestem totalem; sed etiam particularem, scilicet scapulare, & cingulum exterius delatum, eoque Fratres prædictos in Regnis Hispaniarum tantum degentes indutos, sive incedant sub Cruce Fratrum Minorum Sancti Francisci, sive sub propria Cruce, gaudere debere præcedentia super omnes alias Confraternitates Laicales, ad formam Constitutionis Benedicti XIII. quæ incipit, *Ad Nostram auditum*. Romæ xx. Septembris MDCCXXVIII.

In audientia Sanctissimi habita ab infrascripto Domino Secretario sub die 2. Octobris MDCCXLVIII. Sanctitas Sua benigne declaravit, ac decrevit juxta supradictam Sacræ Congregationis resolutionem. Romæ. Visa.

C. A. Cardinalis Cavalchini.

Loco ✠ Sigilli.

Joseph Maria Archiepiscopus Damascenus Secretarius.

CUM autem, sicut dilecti filii Tertiarii Ordinis Sancti Francisci de Pœnitentia nuncupati, Civitatis Gadicensis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen-

quendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertum memoratæ Congregationis Cardinalium Decretum, cum omnibus, & singulis in eo contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium.

Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vii. Januarii MDCCXLIX. Pontificatus Nostri anno nono.

D. Cardinalis Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

Literæ, quibus indicitur Capitulum Generale Romæ celebrandum anno Jubilæi 1750.

FR. RAPHAEL A LUGAGNANO

Lector Emeritus, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu Matritensi pro Immacolata Conceptionis Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, Commissarius Visitator Apostolicus, & in Domino Servus.

Universis in Christo Jesu dilectissimis ejusdem Ordinis Fratribus tam Superioribus, quam Subditis Cismontanæ, ac Ultramontanæ Familiæ salutem, pacem, & a Domino sempiternam benedictionem.

Vix inter Catholicos Principes stabilitam, promulgatamque pacem novimus, ac inde sublata impedimenta, quæ celebrationi obstabant Capituli Generalis Ordinis Nostri, alias per Nos indicti, & per Sanctissimum Dominum Nostrum D. BENEDICTUM XIV usque ad novum fuum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum (ut Vobis annunciavimus) jam suspensi, quod Nos muneris, Officiique Nostri debito moti, eidem Sanctissimo Domino supplicavimus, ut in proximo Jubilæi anno 1750. prædicti Capituli Generalis celebrationem indiceret

Chronol. Seraph. *

dignaretur; Sanctitas autem Sua supplicationibus nostris benigne annuens, sequentes litteras in forma Brevis Nobis expedire dignata est, videlicet.

Foris.

Dilecto filio Raphaeli a Lugagnano Generali Ministro totius Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci tam de Observantia, quam Reformatorum, Excalceatorum, Recollectorum, seu quocumque alio nomine nuncupatorum.

Intus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

„ Pontificia omnium Ecclesiarum sollicitudo Nobis plane immerentibus injuncta efficere non potuit, ut peculiare charitatis studium, quo Seraphicum Ordinem, cui summa cum nominis, & pietatis tuæ laude præes, semper prosecuti fuimus, antequam in hac etiam Sacrosancti Apostolatus specula collocaremur, ullo pacto minueretur, sed potius ita adauxit, ut ad incrementum Religiosæ observantiæ, honoris, ac dignitatis ejusmodi incliti Ordinis nihil cupiamus impensius, quam ut omnem paternæ providentiæ nostræ, supremæque auctoritatis operam, ubicumque opportuna sese offerat occasio, læto, libentique animo conferamus. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod alias Nos, nempe anno 1746. Tibi mandavimus, ut prorogationem Capituli Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, quod juxta illius Constitutiones, seu Statuta, auctoritate Apostolica confirmata, celebrandum erat, ob motus bellicos tunc undique vigentes minime celebrari poterat, ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum omnibus Vocalibus indiceres. Tuque id exequi curasti: de præsenti vero, cum omnia impedimenta tunc existentia ablata remaneant, Capitulum Generale hujusmodi convocandum, celebrandumque esse saluberrimum ducis, ut quæ ad rectum prædicti Ordinis regimen, decus, & utilitatem pertinent, conjunctis omnium, quorum interest, studiis, cognosci, iisque facilius, & validius consuli, adspirante Divini favoris auxilio, ac provideri possint. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut Tibi in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Te specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prorogationem, dilationemque hujusmodi, ut præmittitur, relaxantes, Tibi tenore præsentium committimus, & mandamus, ut Capitulum Generale hujusmodi totius Ordinis Fratrum Minorum tam de Observantia, quam Reformatorum, & Excalceatorum, Recollectorum, aliove quocumque nomine nuncupatorum, in eum locum, & Civitatem, quam secundum præfatas Constitutiones, seu statuta magis aptam, & congruentam, & minus incommodam Fratribus Vo-

 „ cali-

„ calibus futuram esse noveris, in Vigilia Pentecostes Anni 1750. auctoritate nostra Apostolica Indicas, & convoces, indictumque, & convocatum denuncies, ut omnes, & singuli, qui juxta Constitutiones, & morem prædicti Ordinis in Capitulo Generali jus ferendi Votum, sive suffragium habent, eique intervenire tenentur, in virtute Sanctæ Obedientiæ, atque sub pœnis in præfatis Constitutionibus expresse contentis, ad ipsum Capitulum Generale, legitimo cessante impedimento, opportuno tempore accedere curent, & die Sabbati post Festum Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi dicti anni proxime venturi, quo Acta Capitularia inchoabuntur, & non antea, Conventum Capitularem ingrediantur, exceptis Fratribus Definitorii Generalis, quibus aliquot ante, diebus ingredi liceat. Quoad vero Præsidentem ejusdem Capitulo Generali, Nostro, & Apostolicæ Sedis nomine, Nostro pariter, & ejusdem Sedis beneplacito designandum, deputandumque opportuno tempore reservamus. Interea præcipimus, & mandamus in virtute Sanctæ Obedientiæ, ea omnia a denunciatione Convocationis, & Celebrationis prædicti Capituli Generalis, usque ad absolutionem, dimissionemque ejusmodi, serventur, quæ de more, & secundum prædictas Constitutiones dicti Ordinis hactenus servari consueverunt, omnesque ejusdem Ordinis Alumni ad Dominum humiliter recurrant, ipsum deprecantes, ut quæ agenda sunt, ad sui nominis laudem, & honorem, Seraphicæ Religionis incrementum, animarum salutem, totiusque Ecclesiæ militantis utilitatem, præveniendo inspiret, & adjuvando prosequatur. Ea propter in Vigilia Pentecostes memorati anni 1750. proxime venturi omnes peccata sua confiteantur. Sacerdotes Missam celebrent, alii Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum valde mane recipiant, quibus omnibus plenariam Indulgentiam omnium peccatorum suorum, & remissionem, pro ea vice, misericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Decernentes easdem præsentes literas, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, neque ad ea vocati, vel auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quolibet quantumlibet substantiali defectu notari, redargui, & impugnari, vel adversus eas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrare, seu impetrato quempiam in judicio, vel extra illud uti posse. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis ejusdem Ordini, illiusque Superioribus, & Fratribus in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Cœterum quia difficile foret præsentes nostras Literas ad singulas dicti Ordinis Provincias deferri, volumus, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu tua, seu Procuratoris Generalis Ordinis præfati, subscriptis, & memorati Ordinis sigillo munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra ubique Locorum adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 6. Martii 1749. „ Pontificatus Nostri anno nono.

D. Cardinalis Passioneus.

In vim ergo suprarelatarum literarum Sanctitatis Suæ, omnibus, & singulis Religiosis Fratribus, præcipue vero legitimis Vocalibus jurisdictioni nostræ quoquo modo subjectis, indicimus, & palam facimus, quod sub die 16. Maii proxime futuri anni Jubilæi 1750. in hoc nostro Aracœlitano Conventu Almæ Urbis (Superis bene annuentibus) absolventur generalia Comitia.

Proinde, harum serie, ad præfatum tempus, & locum, prædictos omnes utriusque Familiæ Vocales, quo summum hoc negotium ad felicem exitum deducatur, citamus, & convocamus, ac pro citatis, & convocatis habemus Reverendissimos Patres Ultramontanæ Familiæ Commissarium Generalem: Cismontanæ vero ex-Vice-Commissarium Generalem; Indiarum quoque Generalem Commissarium: Reverendos admodum Patres, Ordinis Generalem Procuratorem; Romanæ Curiæ Generalem Commissarium; Generales itidem Procuratores tam Reformatorum, quam Discalceatorum, ac Recollectorum; Definitores Generales; Nostros respective Ordinis Generales Secretarios; Ministros etiam Provinciales, & Custodes omnium, & singularum Provinciarum, atque Custodiarum ab illis independentium utriusque Familiæ tam Primi, quam Tertii Ordinis Pœnitentium, qui nostræ Jurisdictioni subsunt; Terræ Sanctæ Custodem; Magni Conventus Parisiensis Guardianum; illos denique omnes, & singulos, quibus in Comitiis Generalibus competit jus suffragii.

Universis ergo, & eorum cuilibet, cum salutaris Obedientiæ merito, sub pœnis per nostras generales Constitutiones inflictis, injungimus, districteque mandamus, quatenus opportuno tempore a propriis abscedant, ut statuta die 16. Maii supradicti anni 1750. in designandum Capitularem Conventum personaliter omnino compareant, nisi vera, & legitima causa, a Testibus fide dignis recognita, atque Generali Definitorio examinanda, & approbanda, præpediantur; hac tamen conditione, quod prædictam Romæ Civitatem ante nonam diem ipsius Mensis Maii nullus ingredi præsumat, exceptis Reverendissimi Definitorii Generalis Patribus, quibus una cum propriis Sociis aliquot ante diebus, ad præfixum Capituli Conventum liber indulgetur accessus.

Quia vero confusionem omnem, quæ ex nimia Religiosorum affluentia suboriri posset, pro viribus è medio tollere anhelamus; Generalium Statutorum sanctionibus inhærentes, præcipimus sub pœna privationis suffragii, ut cujuscumque Provinciæ Minister, seu Pro-Minister, & Custos, insimul ad Generale Capitulum, unico tantum Religioso Socio utrum-

utrumque comitante, iter aggrediantur; addito tamen, si opus fuerit, Tertiario, qui Sindici Apostolici munere defungatur, ad necessarias expensas in itinere faciendas: quos omnes per Jesu Christi viscera obtestamur, ut euntes, & redeuntes, eam verbo, & exemplo morum gravitatem, vitæ sanctimoniam, & Seraphicæ perfectionis indolem præseferant, quæ veros Religiosos decet, profundæ humilitatis, altissimæ Paupertatis, atque Evangelici Instituti Sectatores.

Ultra præfatos omnes, nisi speciali, & expresse a Nobis obtenta licentia, nullus penitus, sub quovis colore, prætextu, aut causa, ad Comitiorum Generalium Locum, & Civitatem accedere audeat, sub pœna Apostasiæ: cui etiam Vocales illos subjacere volumus, qui vanæ curiositatis, aut negotiorum expediendorum causa, a via recta notabiliter deflecterent, quæ ad hanc Almam Civitatem tendit, ac ducit. Nihil insuper eo temporis intervallo, quo Ministri, & Custodes absentes fuerint, in Provinciis innovetur: quod si secus contigerit, id omne irritum, & inane, nulliusque ponderis, ac momenti ipso facto censeatur.

Porro meminerint Provinciarum Custodes, juxta antiquam, & laudabilem Religionis consuetudinem, Ordinisque Constitutiones, secum deferre, Conventuum, Fratrum, Monialium viventium, & a postremo Generali Capitulo è Vivis sublatorum numerum; Eorum insuper nomina, qui Sanctitatis nota insignes extremum diem clauserunt; Atque illorum, qui inter Infideles, vel ad servitium Terræ Sanctæ actu commorantur; Authentica item documenta rerum notabilium, quæ a proximo elapso Capitulo Generali in propriis respective acciderunt Provinciis; Operum, quæ vel nuper edita fuere, vel typis evulganda parantur. Rursus scripturas publicas, & querelas, si quæ aderunt, contra Superiores, vel Officiales Curiæ Generales; aut testimoniales literas, quibus tales scripturas, seu querelas non adesse legitime demonstretur, ad formam Statutorum generalium *in Compil. Sambuc. cap.* 8. §. 28. *num.* 18. *&* 29. Ac demum sub pœna privationis Officii, omnibus Commissariis Terræ Sanctæ injungimus, ut, ad eorumdem Statutorum præscriptum, eleemosynarum ad Loca Sancta pertinentium Computus, illarumque fidelis administrationis legitimas probationes, & documenta, per eosdem Custodes transmittant.

His itaque encyclicis nostris literis acceptis, & solemniter, prout moris est, in omnibus, & singulis Provinciarum Conventibus, quantocitius promulgatis, preces publicæ, & privatim fiant, signanter vero, a Paschate Dominicæ Resurrectionis ejusdem anni, usque ad electionis diem, qualibet quinta feria solemni Festo non impedita in singulis Conventibus Missa de Spiritu Sancto decantetur, vel saltem legatur, ac de eodem in privatis Missis a cunctis Sacerdotibus Collecta recitetur, in Choro autem expletis Matutinis, & Vesperis Horis, quotidie dicatur Hymnus — *Veni Creator Spiritus &c.* cum Versiculis, & Orationibus de Spiritu Sancto, de Immaculata Virginis Conceptione, & de Beato Patre nostro Francisco. Præterea ab Ascensione Domini, diebus Festivis solemnes per Ecclesias instituantur Processiones, & Litaniæ; ac in ipsa Pentecostes Vigilia omnes peccatorum suorum confessiones emittant, quos Religiosi Confessarii a casibus omnibus, & censuris Nobis reservatis, plenaria nostra auctoritate poterunt absolvere: Sacerdotes celebrent; reliqui omnes Eucharistica Mensa valde mane reficiantur, & quantum humana patitur fragilitas dignos se reddant plenariam suorum peccatorum acquirendi remissionem, & indulgentiam a Sanctissimo Domino Nostro feliciter Regnante in supra relatis Apostolicis Literis Nobis omnibus benigne, & paternaliter concessam: quo etiam tempore Sacrum de Spiritu Sancto solemniter celebretur, & Processio, uti supra, fiat, ut omnes à Regalibus Sedibus subsidium humillime deposcentes, luminum Patrem fervida, ac suppliciter exorent, quo mentes omnium collustret, voluntatem inflammet, corda excitet, atque accendat, quatenus arduum opus, pro cujus felici exitu omnium nostrum desideria tendunt, ac vota, vergat in Domini Nostri gloriam, Religionis incrementum, totiusque Ecclesiæ Sanctæ utilitatem. Valete Fratres charissimi, Nostri etiam in vestris Orationibus memores.

Datum Romæ ex nostro supradicto Aracœlitano Conventu die 12. Martii 1749.

Fr. Raphael a Lugagnano
Minister Generalis.

De Mandato Rmi in Christo Patris.
F. Bernardinus ab Aversa
Secret. Gener. Ordinis.

SENTENTIA DEFINITIVA

Circa præcedentiam servandam inter Prælatos, & Fratres Discalceatos, & Observantes Missionarios Civitatis de Queretaro.

IN nomine Individuæ Trinitatis, ac Beatissimæ Virginis Mariæ. Amen. Christi Jesu Sacrosancto nomine invocato, Nos Fr. Raphael a Lugagnano, totius Ordinis Minorum Minister Generalis, ac Judex Ordinarius, visis, & diligenter consideratis omnibus, & singulis actitatis in causa præcedentiæ vertente inter Guardianum nostræ Observantiæ Missionariorum Collegii S. Crucis Civitatis de Queretaro ex una, & Guardianum nostri pariter Discalceatorum Conventus S. Antonii ejusdem Civitatis, Provinciæ Sancti Didaci de Mexico, ex altera partibus: Viso Decreto Patris Ferdinandi Gonzalez Commissarii Generalis Novæ Hispaniæ, dato in Conventu Sanctæ Mariæ Rotundæ, Civitatis Mexicanæ die 3. Septembris 1733. Visis Patentalibus literis a Reverendissimo P. Matthia de Velasco, Indiarum Commissario Generali, dat. 28. Januarii 1742. Visa appellatione a dictis Decreto, & Literis Patentalibus, ad bon. mem. Reverendissimum Cajetanum a Laurino Prædecessorem nostrum interposita per Ministrum Provincialem, & Diffinitorium dictæ Nostræ Provinciæ Discalceatorum Sancti Didaci in Mexico: Visis Patentalibus literis ab eodem nostro Prædecessore 15. Januarii 1744. datis, quibus, prævia admissione dictæ appellationis in utroque effectu devolutivo, & suspensivo, bon. mem. Patri Joannis Fogueras, tunc temporis novæ Hispaniæ Commissario Generali, commisit, & præcepit, quatenus formiter auditis partibus processum in causa instrueret usque ad sententiam exclusive: Viso Processu ab eodem P. Fogueras die 5. Januarii 1747. incepto, & 26. Augusti ejusdem anni ab eodem terminato: visis rationibus, & juribus, & respective responsionibus, tam pro parte Superioris Collegii, quam pro parte Guardiani Discalceatorum in scriptis adductis, ac repetitis, & in dicto Processu formiter compulsatis: Viso Decreto a memorato Patre Fogueras die 26. Augusti, ut supra, facto, de claudendo

dendo

dendo dicto Processu, & eodem ad nos transmittendo: Visa intimatione ejusdem Decreti a Patre Josepho Torrubia, dicti Patris Roguerae Secretario, partibus interesse habentibus die 2. Octob. ejusdem anni 1745. personaliter facta, ac simul citatione eisdem peracta ad comparendum coram Nostro Tribunali per suos respective Procuratores, pro audienda, & recipienda diffinitiva sententia: Viso insuper voto in scriptis, & audito consilio Admodum RR. PP. Francisci de Yduri Commissarii Generalis istius Romanae Curiae, ac Diffinitorum Generalium Vincentii Antonii de Caprarola, Marci Antonii Gravoix, & Petri Ignatii de Gainza, consultorum de mandato Nostro ad hoc deputatorum: Visis tandem omnibus videndis, & consideratis considerandis, per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam de concordi, & unanimi omnium, & singulorum prædictorum PP. consilio in his scriptis ferimus: Christi Jesu Sacrosancto nomine invocato, ut de ipsius vultu nostrum judicium prodeat, dicimus, declaramus, & pronuntiamus, bene fuisse appellatum, & male per PP. Commissarium Generalem Novæ Hispaniæ, & Commissarium Generalem Indiarum judicatum, & respective mandatum, ac proinde circumscribenda esse, prout per præsentes circumscribimus, & circumscripta declaramus Decreta, & Patentales literas, tam a Patre Ferdinando Gonzalez die 3. Sept. 1733. quam a Reverendissimo Patre Matthia de Velasco 18. Januarii 1740. edita, ac respective data, ac in omnibus functionibus, quibus intersunt Observantes, & Discalceati, Patrem Guardianum, seu Præsidentem Conventus Discalceatorum Civitatis de Queretaro, locum, seu præcedentiam obtinere, & habere semper debere immediate post Guardianum, seu Præsidentem Conventus principalioris Observantium ejusdem Civitatis, ac proinde in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub pœnis in statutis anni 1676. contentis ipso facto incurrendis, Patri Guardiano Nostri Collegii Missionariorum memoratæ Civitatis præcipimus, & mandamus, ut Guardianum, seu Præsidentem Discalceatorum libere, & pacifice dicta præcedentia frui, & gaudere relinquat. Ita decrevimus, statuimus, determinavimus, & pronuntiavimus Nos, qui supra, pro Tribunali sedentes, præsentibus infrascriptis testibus, in Cella nostræ Residentiæ istius Aracœlitani de Urbe Conventus, hac die 29. Maii 1748. Sic pronuntiavi Ego Fr. Raphael a Lugagnano Minister Generalis. Ego Frater Petrus Ignatius de Gainza, Diffinitor Generalis, & Secretarius Ordinis. Ego Fr. Angelus ab Aversa fui testis. Ego Fr. Benedictus ab Urbe fui testis.

Loco ✠ Sigilli.

Prohibetur asserta centum annorum Indulgentia a Gregorio XV. concessa devote dicentibus:
Benedicta sit Sancta, & Immaculata
Conceptio B. M. V.

DECRETO

Fra Giuseppe Agostino Orsi dell' Ordine de' Predicatori, Maestro del Palazzo Apostolico.

Essendo state senza le dovute licenze stampate, e divulgate in questa Città di Roma, e ne suoi distretti alcune carte, ed Immagini, colla espressione d'una Indulgenza di Gregorio XV. della quale non si trova alcuna autentica prova, per l'antecità del nostro Uffizio, e per ordine avutone a voce dalla Santità di Nostro Signore BENEDETTO XIV. proibiamo a ciascuno di ritenerle appresso di se, o di tenerle affisse alle Porte delle Case, o Botteghe, o qualunque altro luogo, sotto le pene contenute ne Decreti Apostolici, e nelle Regole della Sacra Congregazione dell' Indice. Dato nel Palazzo Apostolico il di 13. Settembre 1749.

Qua super re notandum anno 1742. fuisse a Serenissima Parmensium Ducissa Vidua, Reginæ Hispaniarum Matre, supplicatum Sacr. Congregat. Indulgent. & Reliquiis propositæ pro confirmatione prædictæ Indulgentiæ: quod cum Summo Pontifici per Secretarium ejusdem Congregat. expositum fuisset, hic Pontificiam voluntatem sequentibus verbis declaravit — *Sanctissimus non approbavit, immo mentem hoc potius mihi Secretario explicavit, scilicet, quod Sanctitas Sua revocare non intendit Indulgentiam, vel eam de medio tollere, quæ a fel. mem. Gregorio XV. creditur elargita, quatenus a præfato Summo Pontifice revera fuerit concessa — Intendit tamen eamdem de novo non elargiri, hocque non ob remissum animi sui erga Immaculatam Conceptionem beatissimæ Virginis devotionem, sed ob gravem inter opus injunctum, ac ipsam Indulgentiam incongruitatem, mihique deinde super hac re silentium imposuit.*

Commissario Generali novæ Hispaniæ præscribitur modus visitandi, & celebrandi Capitula in Provincia Sancti Didaci Discalceatorum de Mexico.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Joannes de Alcaraz Sacræ Theologiæ Lector, ac Custos, & Dominicus de Sobreira Concionator, & Pro-Minister, Fratres expresse professi, & Procuratores Provinciæ Sancti Didaci in Mexico Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, nomine etiam dilectorum pariter filiorum modernorum Ministri Provincialis, & Difinitorii Provinciæ hujusmodi, quod dilectus quoque Filius Gregorius Lopez Vice-Commissarius novæ Hispaniæ, occasione Visitationis dictæ Provinciæ, & celebrationis illius Capituli Provincialis, plura de facto, & contra jus attentavit contra dictam Provinciam, & Constitutiones tam Apostolicas, quam municipales, quibus gubernari debet, & in specie cum dicta Provincia visitari minime debeat a Commissario, seu Vice-Commissario Generali, nisi versus finem triennii cujuscumque Ministri Provincialis pro tempore existentis, nempe post duos annos, & septem menses ab electione dicti Ministri Provincialis computandos, quippe qui Visitationem ejusmodi Provinciæ anticipaverit per quinque menses, incipiendo illam decem mensibus ante finem triennii, contra tenorem expressum per quamdam Constitutionem fel. recor. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri die xv. Junii 1639. editam, quæ incipit: *Cum ea*: &c. & contra generalem Ordinis præfati specialiter editam constitutionem adversus Vice-Commissarios illarum partium; & insuper novum Visitationis modum, & formam nunquam antea adhibitam tam in dicta, quam in aliis memorati Ordinis Discalceatorum Provinciis invexit; nam ad plures ejusdem Provinciæ Conventus personaliter minime accessit, sed moram trahens in uno Conventu, vocavit ad illum Guardia-

disnos, seu Superiores aliorum Conventunm ab illo molto distantes, aliquos etiam ex dictis Guardianis ultra duas, & tres, ac plures dietas, illis injungens, ut libros Computorum Conventus secum deferrent, ex quo resultavit, quod minime potuit visitare Ecclesiam, & Conventum, neque audire Fratres ibi de Familia commorantes, sed tantummodo Superiores.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes, qui (ut asserunt) visitatio quolibet triennio facienda, instituta reperiatur ad Sindicationem Superiorum, ac etiam in statutis Ordinis, & Provinciæ hujusmodi, uniformiter ad jus canonicum præscribatur forma servanda in Visitationibus, & præcise regulatur accessus Visitatoris ad locum, & Conventum visitandum, ut novitates præfatæ in magnum præjudicium divini cultus, & observantiæ regularis, quam sartam, tectamque cupiunt servare in propria sua Provincia, tendant, opportune in præmissis a Nobis provideri plurimum desiderant: Nos igitur dictos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, ad quos supplicem Libellum Nobis porrectum remisimus, qui relationem dilecti quoque filii Petri Joannetii de Molinu Discalceatorum, & Recollectorum dicti Ordinis Procuratoris Generalis eisdem Cardinalibus factam attenderunt, Consilio, omnibus Commissariis, seu Vice-Commissariis novæ Hispaniæ Generalibus pro tempore existentibus, seu ab illis delegandis, & ipsi occasione Visitationis Provinciæ Mexicanæ supradicti Ordinis Sancti Francisci Discalceatorum, Provinciam hujusmodi, omnesque, & singulos illius Conventus, juxta præscriptum, tam per Constitutiones Generales dicti Ordinis, quam municipales ejusdem Provinciæ, visitare debeant, & teneantur, ac enunciatam Constitutionem Urbani Prædecessoris prædicti serveat, auctoritate Apostolica tenore præsentium præcipimus, & mandamus, ac decernimus, & declaramus, & quidquid contra dicti Ordinis, & prædictæ Provinciæ, ac ejusdem Constitutionis, & præsentium literarum nostrarum dispositionem gestum, & actum fuerit, nullum, & inane, ac nullius roboris, & momenti fore, & esse volumus.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illos, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerabili Fratri moderno, ac pro tempore existenti Archiepiscopo Mexicano, nec non Dilectis Filiis Decano, & Archidiacono Metropolitanæ Ecclesiæ Mexicanæ itidem pro tempore existentibus, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Ministri Provincialis, seu Definitorii dictæ Provinciæ fuerint requisiti, solemniter publicantes, illis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos præmissorum omnium, & singulorum quovis modo, & effectu pacifice frui, & gaudere; non permittentes illos desuper a quoquam quomodolibet indebite molestari; Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis.

Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, & Provinciæ, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 8. Maii 1750. Pontificatus Nostri anno octavo.

Loco ✠ Sigilli.

D. Cardinalis Passioneus.

Præscribitur Ordo servandus in electione Guardianorum Provinciæ Sancti Didaci Discalceatorum de Mexico.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Joannes Michael de Alcaraz Sacræ Theologiæ Lector & Custos, ac Dominicus de Sobreira Concionator, ac Pro-Minister, Procuratores Provinciæ Sancti Didaci Mexican. Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, tam proprio, quam dilectorum etiam Filiorum moderni Ministri Provincialis, & Definitorii, quod alias fel. recor. Innocentius Papa XII. Prædecessor noster per quasdam suas sub plumbo expeditas literas, observantiam, executionemque cujusdam statuti a tunc existentibus Ministro Provinciali, & Definitorio Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ ejusdem Ordinis, quoad modum eligendi Guardianos secundo dictæ Provinciæ, facti, vigore quarumdam literarum itidem sub plumbo expeditarum rec. mem. Urbani PP. VIII. etiam Prædecessoris nostri, quarum initium est -- *Cum ea, quæ juste, & rationabiliter causas &c.* mandavit, tenoris sequentis, videlicet:

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei,

Dilectis Filiis Archidiacono majori, & Cantori, ac Sacristæ Ecclesiæ Valentin. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

EX parte dilecti filii Joannis Montanes Ministri Provincialis, cum toto Definitorio Provinciæ San-

Sancti Joannis Baptistæ Fratrum Minorum Discalceatorum Strictioris Observantiæ Sancti Francisci in Hispaniis Nobis fuit humiliter expositum, quod concessa alias usque de anno Domini 1639. die 15. Junii a san. mem. Urbano Papa VIII. Nostro Prædecessore suis specialibus literis incipientibus: *Cum ea, quæ propter justas, & rationabiles causas &c.* Capitulo Provinciali Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ prædictæ inter cœtera facultate condendi, vel stabiliendi nova statuta, & ordinationes, seu jam condita, & stabilita mutandi, prout Capitulum prædictum pro suo felici, prosperoque gubernio judicaverit expedire, idem Capitulum Provinciale de mense Augusti anni ejusdem, Domini 1766. in prædicta Provincia Sancti Joannis Baptistæ celebratum, vigore facultatis hujusmodi, modum, & formam in electionibus Guardianorum, aliorumque peragendorum in futurum servandam, Definitorio memorato Provinciæ commisit, quod in executionem dictæ commissionis decrevit, ut infra, videlicet: Antequam ad electiones Guardianorum deveniatur fiet inter Electores discussio, sive consultatio super meritis, & qualitatibus promovendorum: Et congregatis PP. Definitorii, quibus Guardianorum electiones ex compromisso Capituli Provincialis competunt, Præsidens, præmisso conventu providendo, interrogabit coram aliis Electoribus primum Patrem, seu Definitorem digniorem, quinam Fratres ex Provincia præficiendi pro Conventu prænominato idonei, & magis utiles sibi esse videantur? qui jussis obtemperans, duos ad minus pro nominato Conventu proponat, similiterque consulatur secundus Pater, seu Definitor, qui alios duos distinctos, vel eosdem a primo nominet, & sic de aliis Electoribus per ordinem.

Præsidi autem liberum erit alios, vel eosdem jam nominatos pro tali Conventu providendo proponere, & ita fiet pro singulis Conventibus providendis. Qua nominatione facta, Præses ab utroque Electorum, & coram aliis PP. Definitorii inquirat, an omnes, & singuli prænominati Fratres meliores, & magis utiles sint secundum veritatem propriæ Conscientiæ, ad Guardianatum præmissi Conventus? Et an habiles sint juxta Apostolicas Sanctiones, & statuta dictæ Provinciæ? Quod si major pars Definitorii fuerit affirmativa, censeantur idonei, & habilitati ad electionem proxime faciendam; si vero fuerit negativa, nullatenus pro electione præmissi Conventus proponantur, sed eorum vice alii substituantur eadem forma, qua primi propositi fuerunt, dummodo judicio majoris partis Definitorii habiles, & magis idonei habeantur, & sic fiet pro aliis Conventibus præficiendis. Quibus peractis, ad electionem deveniatur per vota secreta, & ballottationes, id est per calculos albos, & nigros, proponente Præside pro quolibet Conventu unum successive ex illis, qui in discussione prævia pro tali Conventu a majori parte Electorum meliores, & magis idonei existimati fuerunt, donec electio fiat, quæ in majori suffragiorum parte consistit. Si autem ob Electorum discrepantiam, vel quia vota sunt æqualia, electio aliqua protrahi contingat, statuitur, & declaratur, quod intra spatium viginti quatuor horarum aliæ duæ sessiones ad eligendum habeantur, & in qualibet ipsarum fiat una tantum propositio a Præside eorumdem Fratrum, qui in prima sessione propositi fuerunt, & pro eodem Conventu, non vero pro diverso. Et si adhuc electio non sequatur, ad Præsidem devolvatur. Item: Apostolicis Decretis, & statutis dictæ Provinciæ, & Religionis inhærendo, declaratur, & decernitur, quod nullus Præses electionum hujusmodi privare potest voce passiva, vel ab electione excludere, sine consilio, & consensu majoris partis Definitorii, Religiosum aliquem ejusdem Provinciæ, qui habilis, & idoneus a majori parte Definitorii fuerit judicatus, & approbatus. Et licet, sicut eadem expositio subjungebat, de validitate Decreti per Definitorium, ut præfertur, facti ambigi non possit, neque debeat; attamen cum dubitetur, ne illius executio, seu observantia a nonnullis memorati Ordinis, seu Provinciæ Religiosis forsan impugnetur, quo in eventu dictum Decretum suo frustraretur effectu; ideo Exponens prædictus Nobis humiliter supplicari fecit, quatenus ei in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur unicuique justitiam, ut decet, ministrare cupientes, ipsumque Exponentem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ, attento, quod agitur inter Exemptos, per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, vocatis infrascriptis Religiosis, & aliis, qui fuerint evocandi, ad executionem, & observantiam prædicti Decreti, servata alias illarum forma, & tenore, dummodo judicium super præmissis alibi captum non sit, auctoritate Nostra, prout de jure, procedatis, procedique mandetis, & faciatis. Nos enim vobis, & vestrum cuilibet Religiosos prædictos decreti hujusmodi executionem, & observantiam impugnare prætendentes, omnesque alios, quos opus erit, etiam per edictum publicum, constito de non tuto accessu, illisque, & quibusvis videbitur, sub sententiis, censuris, & pœnis inhibendi, contradictores in illas, servata forma Concilii Tridentini, incidisse declarandi, aggravandi, reaggravandi, & interdicendi, auxiliumque brachii Secularis, si ad hoc opus fuerit, invocandi, aliaque in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, plenam, & liberam eadem Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1699. septimo Kalendas Julii Pontificatus nostri anno octavo.

A. Giorgettus.

Loco ✠ Plumbi.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes, qui (ut asserunt) in Capitulo Provinciali primodictæ Provinciæ ultimo loco celebrato, ipsamet Provincia graves molestias, & vexationes passa fuerit a dilecto quoque filio Vice-Commissario Generali novæ Hispaniæ, qui dicto Capitulo Provinciali præsedit, & contra præscriptum Constitutionum municipalium Ordinis, & primodictæ Provinciæ hujusmodi, voluit nominare, & proponere, in electione Guardianorum Professores minime præditos qualitatibus præscriptis in tractatu Consultorio, sive discussione qualitatum eligendorum, quæ fieri debet a Patribus Definitorii, antequam procedant ad Canonicam electionem Guardianorum, ex quo non levia incommoda, & perturbatio orta fuerunt, hisce incommodis, & malo in futurum consulere, ac providere plurimum desiderent: Nobis propterea Exponentes hujusmodi supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune

tuns providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine qouvis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus, qui relationem dilecti itidem filii moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis eisdem Cardinalibus factam attenderunt, Consilio, supradictum Decretum a Capitulo Provinciali Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ, vigore dictarum literarum Urbani Prædecessoris præfati, sicut præmittitur, factum, & illius executionem, & observantiam a dicto Innocentio Prædecessore, ut præfertur, obligatam, demandatamque, ad primodictam Provinciam Sancti Didaci Mexican. auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus, illudque in omnibus, & per omnia a quocumque, ad quem spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, observari, & exequi debere, perinde, ac si a Capitulo Provinciali hujusmodi Provinciæ Sancti Didaci factum fuisset, & quid quid contra dispositum per dictum Decretum, & præsentes nostras literas, quoad electionem Guardianorum hujusmodi, gestum, actumque fuerit, irritum, & inane, ac nullius roboris, & momenti fore, & esse auctoritate, & tenore præsentis decernimus, & declaramus, ac volumus, & mandamus.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerabili Fratri Archiepiscopo Mexican. nec non dilectis filiis Decano, & Archidiacono Metropolitanæ Ecclesiæ Mexican. modernis, & pro tempore existentibus per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel per alium, seu alios, præsentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Capituli Provincialis prædictæ Provinciæ fuerint requisiti, solemniter publicantes, illis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illud præmissorum omnium, & singulorum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere; non permittentes illud desuper a quoquam quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari; Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis.

Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Ecclesiasticis, ac Ordinis, & Provinciæ hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 8. Maii 1750. Pontificatus Nostri anno decimo.

D. Card. Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

Confirmatur Statutum Provinciæ Immaculatæ Conceptionis in Portugallia, & Decretum Ministri Generalis circa locum celebrationis Capituli ejusdem.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Josephus a Jesu Maria, Minister Provincialis Provinciæ Conceptionis B. M. V. Immaculatæ in Portugallia, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, nomine etiam dilectorum quoque filiorum Definitorii dictæ Provinciæ, quod ipsi bono, & paci ejusdem Provinciæ prospicere cupientes, confirmationem cujusdam Decreti a Capitulo Provinciali memoratæ Provinciæ die 16. Novembris anni Domini 1748. celebrato confecti, a dilecto pariter filio Raphaele a Lugagnano Ministro Generali, & Visitatori Apostolico totius Ordinis Minorum ejusdem Sancti Francisci obtinuerunt, tenoris sequentis, videlicet

Reverendissime Pater.

FRater Joseph à Jesu Maria Minister Provincialis Provinciæ purissimæ Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ in Portugallia, simul cum Patribus Definitorii ejusdem Provinciæ, reverenter exponit P. V. Reverendissimæ, qualiter in ultimo Capitulo Provinciali celebrato die 16. Novembris anni Domini 1748. unanimi consensu Patrum Discretorii confectum fuit decretum tenoris, qui sequitur videlicet -- Decretum confectum a Definitorio, & Discretorio in Provinciali Capitulo novissime celebrato in Conventu Sancti Antonii Oppidi de Vians die 16. Novembris 1748. sancitum fuit, quod cum in pleno Definitorio, & Discretorio, simul, & solemniter congregatis, præsentaretur, & legeretur Decretum motu Reverendissimi Patris Generalis totius nostri Ordinis Fratris Raphaelis a Lugagnano præcipiens in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ omnibus Superioribus, & Vocalibus hujus Provinciæ Immaculatæ Conceptionis, quod in posterum Capitulum Provinciale non celebrent in hac nostra Provincia, nisi in Conventu Sancti Antonii Oppidi de Vians, quod prædictum Decretum insertum est in Sanctorio Brevis Sanctissimi Domini Nostri Benedicti Papæ XIV. quod incipit: *Exponi Nobis nuper &c.* sub die 2. Augusti 1747.

Cumque prædictum Decretum confirmatum sit a Sede Apostolica, ut constat ex præfato Brevi, & cum

cum praeterea emanaverit motu proprio, absque supplicatione nostra, ut videre est in eodem Brevi, & Decreto inserto; cum denique comperiamus praedictum Decretum, & Breve absque instantia nostra emanatum, non esse contrarium reformationi hujus Provinciae: Nos, qui Filii obedientes sumus Decretis Superiorum nostrorum in omnibus, quae nostro reformato instituto non contraveniunt, & strictius eis parere debemus, cum illorum decreta a Sancta Sede Apostolica confirmata, & roborata sunt, unanimiter deliberamus, quod spontaneae recipimus tale Decretum a S. Sede Apostolica confirmatum, & ne forte in futurum turbationes, & lites in nostra Provincia denuo excitentur, supra hoc firmiter statuimus, & mandamus, quod si quilibet Religiosus hujus nostrae Provinciae, sive litigando, sive in dubium revocando, vel alio quovis modo supradicto Decreto contravenerit, si Praelatus fuerit, ipso facto, voce activa, & passiva, & actibus legitimis per annos sex privatus existat; si vero fuerit subditus, voce activa, & passiva, & actibus legitimis per annos novem privatus maneat, & insuper Minister Provincialis eidem injungat quatuor flagellationes, sive disciplinas duabus vicibus in publica Communitate, licet sit Religiosus quavis praeeminentia qualificatus, sine ulla exceptione personae: & nihil amplius continetur in actis praefatae Sessionis registratis in Libro Provinciae fol. 71.

Frater Emmanuel a D. Joseph Definitor.
Frater Antonius a Spiritu Sancto Definitor.
Frater Philippus a D. Joseph Definitor.
Frater Antonius ab Incarnatione Custos.
Frater Joseph a D. Thoma Definitor.

Recognosco signa suprascripta esse propria Fratrum Definitorum, & Custodis hujus Provinciae, & ad fidei firmitatem, & robur P. Minister Provincialis mihi imposuit, ut hanc fidem firmatem tamquam Secretarius ejusdem Provinciae, corroboraremque Sigillo minori Provinciae in hoc Conventu Sancti Antonii Oppidi de Viana die 20. Decembris anni 1748.

Frater Joseph a Jesu Maria
Minister Provincialis.
Loco ✠ Sigilli.

De mandato R. Adm. P.
Frater Antonius a Divo Joseph
Praelaciae Secretarius.

Cumque enuntiati Decreti Capitularis perpetua observantia valde utilis futura praevideatur, pro firmanda pace in dicta Provincia purissimae Conceptionis Beatae Mariae Virginis in Portugallis, idem Provincialis simul cum Patribus Definitorii humillime supplicat P. V. Reverendissimam, quatenus illud gratum habere, & confirmare dignetur, ut sic exactius, & firmius servetur. Et Deus &c.

DECRETUM

Reverendissimi Patris Generalis.

Oratorum precibus annuentes suprascriptum Decretum Definitorii, & Discretorii nostrae Provinciae Immaculatae Conceptionis B. M. V. in Portugallia Discalceatorum, tenore praesentium, auctoritate tum ordinaria, tum etiam Apostolica, qua uti Visitator Apostolicus totius Ordinis fungimur, in omnibus, & per omnia approbamus, & confirmamus, utque pax in eadem Provincia perpetuo firmetur, ab omnibus, & singulis illius Alumnis, tam Superioribus, quam subditis ad unquem servari mandamus sub poenis in eodem Decreto expressis. Datum in hoc Nostro Conventu Sanctae Mariae de Aracoeli Urbis die 10. Februarii 1750.

Fr. Raphael a Lugagnano Minister Generalis
& Visitator Apostolicus.
Loco ✠ Sigilli.
De mandato suae Paternitatis Reverendissimae
Fr. Petrus Ignatius de Gainza Definitor Generalis,
& Secretarius Generalis Ordinis.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Joseph Minister Provincialis, quo Decretum praefatum firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicae Confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desideret: Nos specialem dicto Josepho Ministro Provinciali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus, qui relationem dilecti filii Petri Joannetii de Molina Discalceatorum, & Recollectorum dicti Ordinis Procuratoris Generalis eisdem Cardinalibus factam attenderunt, consilio, praeinsertum Decretum cum omnibus, & singulis in eo contentis auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & sanamus.

Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae praefatae Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Provinciae, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Maii 1750. Pontificatus nostri anno decimo.

D. Card. Passioneus.

CA-





NVMISMA · SSMI · D · N · IMPRESSVM · PRO · CONSVETA · DISTRIBVTIONE · IN · SOLEMNITATE · SS · APOSTOLORVM · PETRI · ET · PAVLI · ANNO · MDCCLI · C O Galliardi sc.

CAPITULUM GENERALE
OCTUAGESIMUM TERTIUM.

Longe omnium hactenus celebratorum per totum Ordinem S. P. N. Francisci unicum, & celeberrimum

Romæ habitum in Templo S. Mariæ de Aracœli, die 16. Maii Anni Jubilæi 1750.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PAPA

BENEDICTO XIV.

PRÆSENTE IN EO, AC PRÆSIDENTE.

Volens Beatissimus Pater Divina Providentia BENEDICTUS PAPA XIV. pro sua in Franciscanum Gregem clementia, avitoque amore, Comitiis nostris interesse, ac præsidere, illud in primis habuit, ut ad id omnia adamussim curarentur, quæ anno 1723. acta fuerant, dum Innocentius XIII. fel. rec. Pontif. iisdem præfuit Comitiis. Nihil propterea omissum, quod vel Aulæ Capitularis pretiositatem apparatus, vel Summi Pontificis, Pontificiæque ejusdem Familiæ dignitatem, ac Majestatem spectaret. Ne igitur eamdem crambem recoquamus, ad ea, quæ supra p. 9. hujus Partis bisce de rebus consignata literis fuerunt, Lectores amandamus, cum ovum, ut ajunt, ovo similius esse non possit. Illud tamen silentio præterire non patimur, quod cum Reverendissimus Pater Generalis alterutras fori Capitolini Ædes Musæo Pontificio adservando destinatas videret, quæ, ut nostro Aracœlitano Cœnobio proximæ, in aliis ejusmodi casibus Fratrum habitationi commode inserviebant; nolens proinde eosdem Fratres in privatis Sæcularium domibus nimis longe a Conventu morari, ac divagari, jussit, Apostolica etiam intercedente auctoritate, Fratres omnes, qui antedictum Cœnobium incolebant, quique nihil cum Capitulo celebrando commune habebant, aut Urbe egredi, aut Franciscanam domum S. Bartholomæi in Insula Tyberina commorari, quam graviores Patres inhabitarent. Ita factum est, ut Vocales, paucis exceptis Hispania, qui in proximo S. Hadriani Cœnobio sunt commorati, in ædibus Aracœlitanis contineri omnes facile potuerint. Ad augendam insuper Fidelium pietatem erga Seraphicum Ordinem, Sanctitas Sua Literas Apostolicas emisit in forma Brevis, quæ publici juris factæ sunt, & quibus concessit omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus, ut plenariam lucrari possent peccatorum Indulgentiam pro animabus in Purgatorio detentis, cum vere pœnitentes, & Sacra Communione refecti, devote adiissent Sanctæ Mariæ de Aracœli, vel aliud ejusdem Ordinis Templum, a festo Ascensionis Dominicæ, usque ad festum Sanctissimæ Trinitatis inclusive, ibique ad Deum preces effudissent. Jam vero dies advenerat, qua Christus Dominus Cœlos adscenderat, & interea temporis Cœnobia Urbi proxima, ac diversoria plena erant Patribus Vocalibus, qui cum frequentissimi essent, & innumeri quoque Peregrini, & Advenæ Romam quotidie accederent Sacrae Anni Jubilæi Indulgentias lucraturi, gravissimis propterea incommodis premebantur. Pietate igitur erga ipsos commotus Reverendissimus Pater Minister Generalis, quem non latebat tum pro iis alendis, cum pro eorum habitatione, necessaria fatis omnia esse composita, benigne illis indulsit, ut ea die ædes capitulares adirent, quas nonnisi die Sabbati, seu die 9. Maii, pro more, ingredi fas erat. Hæc tamen lex minime Patres Reverendissimi Definitorii spectabat, quibus datum erat, ut dies ante aliquot Romam venirent, quemadmodum reipsa venerant, præsertim Reverendissimus Pater Joannes de Turre Commissarius Generalis Ultramontanæ Familiæ, qui nonnullis etiam mensibus præcesserat, ut quas habebat definiendas controversias, ante Capitulum Generale diremptas videret. Quamobrem eadem die cœptum est a PP. Reverendissimi Definitorii Negotiorum Ordinis consultationibus, pro consuetudine, operam dare, & habita fuit

SESSIO PRIMA.

Die 7. Maii.

Cum *Adm. R. P. Alvarus a Purificatione, Definitor Generalis Provinciæ Arrabidarum, ob justas causas ad Capitulum Generale non accesserit, Substitutus fuit Adm. Rev. P. Antonius a Bonosuccessu,* ejus-

ejusdem Provinciæ Minister, in Definitorem Generalem.

Loco Adm. Rev. P. Simonis Josephi Tibesart, Definitoris Generalis Provinciæ Flandriæ Recollectorum, & ejusdem Provinciæ Ministri, ob justas Causas a Capitulo Generali absentis, substitutus fuit Adm. R. P. F. Engelbertus Dembleve ejusdem Provinciæ Pro-Minister.

Loco Adm. R. P. Josephi Macé, Definitoris Generalis Almæ Provinciæ Franciæ absentis a Capitulo Generali ob justas Causas, Substitutus fuit Adm. R. P. Marinus Caille des fontaines, *Doctor Sorbonicus, & ejusdem Provinciæ Pro-Minister.*

Loco Adm. R. P. F. Joannis a Valle, Definitoris Generalis Tertii Ordinis Legionensis, ob justas Causas a Capitulo Generali absentis, Substitutus fuit Adm. R. P. F. Ignatius Gomez de Lossada ejusdem Provinciæ Pro-Minister.

Loco Adm. R. P. F. Joannis Capistrani Jovenski, Definitoris Generalis Subrogati Provinciæ Observantis Poloniæ Majoris, ob justas Causas a Capitulo Generali absentis, Substitutus fuit Adm. R. P. Ramanus Wroblewski Actualis ejusdem Provinciæ Minister.

S E S S I O II.

Die 8. Maii

Auditores Causarum.

Pro Provinciis Observantibus Italiæ.

Pater Minister Provincialis Bononiæ, & Pater Minister Provincialis S. Nicolai.

Pro Reformatis.

P. Minister Provincialis Bononiæ, &
P. Minister Provincialis S. Nicolai.

Pro Ultramarinis.

P. Minister Provincialis Min. Poloniæ Observ. &
P. Minister Provincialis Refor. Prov. Austriæ.

Pro Natione Hispanica.

P. Minister Provincialis Observ. Prov. Im. Concep. &
P. Minister Provincialis Provinciæ Aragoniæ Observ.

Pro Observantibus Galliæ.

P. Custos Provinciæ Sancti Bonoventuræ.

Pro Discalceatis.

P. Minister Provincialis Provinciæ S. Pauli.

Pro Recollectis.

P. Minister Provincialis Provinciæ S. Dionysii.

Pro Lusitanis Excalceatis.

P. Minister Provincialis Prov. S. Antonii in Lusitania.

Pro Germano-Belgicis.

P. Minister Provincialis Germaniæ Inferioris.

Pro Tertiariis.

P. Minister Provincialis Beticæ.

Examinatores Scripturarum ad Terram Sanctam spectantium.

Pro Parte Italiæ.

P. Custos S. Nicolai Observantium, &
P. Minister Provinciæ S. Thomæ Observantium.

Pro Partibus Hispaniarum.

P. Custos Provinciæ S. Jacobi Observantium,
P. Minister Provinciæ Castellæ, &
P. Pro-Minister Provinciæ Cantabriæ.

Pro Parte Galliarum.

P. Pro-Minister Aquitaniæ Recentioris, &
P. Custos Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris.

Pro Parte Lusitaniæ.

P. Custos Provinciæ Portugalliæ, &
P. Custos Provinciæ S. Antonii in Brasilia.

Pro Parte Germaniæ.

P. Minister Provincialis Provinciæ Bavariæ, &
P. Minister Provincialis Provinciæ Tyrolensis.

Ad eosdem pariter spectat examen Status Conventuum, numeri Religiosorum, Manialium, & Terti(ariorum) omnium Provinciarum.

Revisores Scripturarum.

Pro Parte Provinciarum Nationis Germano-Belgicæ.

P. Custos Coloniensis, &
P. Custos Comitatus Flandriæ.

Pro Discalceatis Hispaniæ.

P. Minister Provinciæ S. Joannis Baptistæ, &
P. Custos Provinciæ S. Petri de Alcantara Granatæ.

Pro Recollectis Galliæ.

P. Minister Provincialis S. Andreæ in Belgio, &
P. Custos Sancti Nicolai in Lotharingia.

S E S S I O III.

Die 9. Maii.

Facta protestatione facta a Vocalibus Provinciarum Angelorum, & Majoricensis contra electionem anorum Definitorum Generalium, P. Joannis Carbonell, & Petri Ignotii de Gainza; Omnes Discretorii Generalis Patres utriusque Familiæ, communi omnium sensu, & voto, ac nemine discrepante, decreverunt prædictos Adm. RR. PP. Definitores Generales manutenendos esse in sua possessione.

SES-

SESSIO IV.

Die 10. Maii.

Cum per Ministros Serenissimi Regis Catholici captæ, ac retentæ fuerint infrascriptæ expeditiones Reverendissimi Patris Ministri Generalis, ex suppositione, quod contrariæ essent Constitutionibus Apostolicis, vel Ordinis, aut pacis, & tranquillitatis turbativæ, videlicet;

I. *Patentales Literæ sub die 1. Maii 1746. continentes Breve Sanctissimi Domini Nostri super prorogatione Capituli Generalis, confirmatione omnium Officialium Generalium Ordinis, & electione duorum Definitorum Generalium.*

II. *Decretum sub die 21. Maii 1746. quo, de mandato S. C. Episcoporum, & Regularium, præcipiebatur regressus ad Claustra duobus Fratribus in Domo conductitia commorantibus, in Oppido de Peñerada, titulo dirigendi Tertium Ordinem.*

III. *Epistola sub die 6. Julii 1746. qua Reverendissimum Patrem Commissarium Generalium Ultramontanæ Familiæ certiorabat de Sententia lata in Causa nullitatis Capituli Provinciæ Valentinæ, & præcipiebat eidem Reverendissimo P. Commissario, ut a gubernio dictæ Provinciæ abstineret, usque ad Capitulum post paucos menses in ea celebrandum.*

IV. *Patentales sub die 6. Julii 1746. quibus alium Religiosum nationis Hispaniæ supradictæ Provinciæ Valentinæ Visitatorem instituebat.*

V. *Sententia sub die 6. Julii 1746. lata in Causa nullitatis dicti Capituli Valentinæ Provinciæ, quod Capitulum auctoritate Apostolica sanabat.*

VI. *Patentales Literæ, quibus Adm. R. P. Joannem Carbonell decernebat gaudere debere Privilegiis ex-Secretariis Generalibus per Ordinis Constitutiones debitis.*

Cumque idem Serenissimus Rex Catholicus suo Decreto sub die 10. Martii 1749. decreverit, omnes supradictas expeditiones retinendas esse in suo Consilio, tamquam in deposito, usquequo Capitulum Generale hoc anno celebrandum decernat secundum Leges Ordinis, quid super his servari debeat. Patres Discretorii Generalis utriusque Familiæ, post maturam omnium, & singulorum discussionem, unanimi consensu, & uno tantum discrepante, & protestante, decreverunt: Supplicandum esse Serenissimo Catholico Regi pro omnium illarum restitutione Ordini nostro, & pro earumdem executione, nil invento in ulla ex illis, quod contrarium sit Apostolicis, vel Ordinis Constitutionibus, neque pacis, & tranquillitatis turbativum, quin potius omnes, & singulæ sint Legibus Apostolicis, & Ordinis nostri plane conformes: Salva semper in omnibus, & per omnia authoritate Reverendissimi Patris Ministri Generalis, & insuper salvo honore Reverendissimi Patris Commissarii Generalis Familiæ Ultramontanæ, & salvis juribus partium interesse habentium.

SESSIO V.

Die 12. Maii.

In hoc Sessione actum est de variis ad Ordinem pertinentibus, nihilque speciatim definitum.

SESSIO VI.

Die 20. Maii.

Lecto supplici Libello Patris Fratris Bonaventuræ a Solerio, Seraphicæ Observantis Provinciæ Filii, quo exposuit, se post peractam Sac. Theologiæ Generalis oppositionem, & approbationem, mediantibus Patentalibus Literis Superioris Generalis per aliquod tempus in Generali studio Aracœlitano, loco alterius Lectoris Generalis absentis, sacram Theologiam legisse; petiitque a Capitulo Generali, num tempus, quo, ut supra, legit, computari ex Justitia eidem possit ad Decennium Lecturæ Generalis, ad consequendam Jubilationem? Omnes Discretorii Generalis Patres, nemine discrepante, responderunt affirmative.

Lecto supplici Libello P. F. Everardi de Senis, qui per duodennium Commissarii Terræ Sanctæ munere Liburni functus fuit, postulavitque, num ipsi debeatur prærogativa Patris Provinciæ, & Præcedentia immediate post Patres Jubilatos de numero? Omnes Discretorii Generalis Patres unanimiter, ac nemine discrepante, responderunt affirmative quoad titulum, & præcedentiam tantum.

Lectis, ac mature perpensis Sindicationibus *a Reverendissimi Discretorii Generalis Patribus, nedum nihil inventum est querimoniæ contra Reverendissimum P. Ministrum Generalem, Reverendissimum P. Commissarium Generalem, nec contra aliquem ex Officialibus Curiæ; quin potius Provinciæ omnes gratias innumeras rependunt Reverendissimis prædictis Superioribus pro eorum zelo, dexteritate, ac solertia in regimine adhibitis, ac propterea maxima laude dignos existimant, uti etiam ipsi prædicti Reverendissimi Discretorii Generalis Patres asserunt, atque testantur.*

Hodie omnibus Vocalibus Cismontanæ Familiæ indictum est, ne sequenti die post Vesperas e Cœnobio egrederentur, donec ab Assessore, seu Auditore Sanctissimi vocati sigillatim, mentem suam super electione novi Ministri Generalis eidem aperuissent.

SESSIO VII.

Die 14. Maii.

Ad postulationem Observantis Provinciæ Majoris Poloniæ, attentis specialibus motivis, Studium Thorunense erigitur in Studium Generale secundæ Classis, attentisque eisdem specialibus motivis, ut in eo tres Lectores legere valeant indulgetur.

Hora vigesima prima more Italico Cœnobium nostrum Aracœlitanum adivit Illustrissimus, ac Reverendissimus D. D. Clemens Argenvilliers Auditor Sanctissimi Domini Nostri Papæ, exquisivitque a singulis Vocalibus Cismontanis eorum vota secreto pro eligendo Generali Ordinis Ministro; præceptumque hac eadem die Ultramontanis Suffragatoribus, ne e domo capitulari sequenti die, ut supra, discederent.

SESSIO VIII.

Die 15. Maii.

Proposito dubio, an in tota Ordine, comprehensa etiam Natione Germano-Belgica, ex-Definitoribus Generalibus, esto Ministri Provinciales non extiterint, debeatur præcedentia, non solum supra ex-Ministros futuros, sed etiam præteritos? Responsum fuit unanimiter, affirmative, *juxta Constitutiones Generales,*

les, & juxta praxim Generalem totius Ordinis, & juxta breve Sanctissimi Domini Nostri Innocentii XII. incip. Ex parte Dilecti &c. *sub die 14. Kal. Junii 1696. Non obstantibus Constitutionibus Barcinonensibus per Constitutiones subsequentes in hac parte derogatis.*

Pro parte Provinciæ Observ. Lithuaniæ fuit supplicatum, ut Studium Theologicum Provinciale in Conventu Nesvisiensi erigeretur in studium Generale secundæ Classis cum privilegio, ut in eodem tres Lectores legere valeant: attentis particularibus circumstantiis, fuit responsum pro gratia.

Hac die, hora antedicta, habita est, ut supra, ab Auditore Sanctissimi exploratio PP. Vocalium Ultramontanæ Familiæ pro electione Ministri Generalis. Ut porro cuncta, quæ sequenti die ab omnibus, & singulis Vocalibus coram Pontifice peragenda erant, recto ordine, & ut tanti Pontificis majestatem decebat, adimplerentur, in templum Aracœlitanum convenerunt omnes, ibique cunctæ cæremoniæ semel & iterum repetitæ fuerunt.

Die 16. Maii.

HAc die, Pentecostes Pervigilio, mane circa horam nonam horologii italici, Sacro ad S. Spiritus honorem, & invocationem peracto, Patres omnes Vocales in Templum, seu Aulam Capitularem concesserunt, suisque locis petitis, facta fuit quatuor Disquisitorum Ordinis electio, duorum Cismontanæ, & duorum Ultramontanæ Familiæ, qui Scrutinio, & Schedularum aperitioni interessent, una cum quatuor Eminentissimis, ac Reverendissimis S. R. E. Cardinalibus Disquisitoribus a Sanctitate Sua jam pridem delectis, scilicet F. Joanne Antonio Guadagni Urbis Vicario; Silvio Valenti a Secretis Status, & Apostolicæ Sedis Camerario; Hieronymo Columna totius Minoritici Ordinis Protectore, & Domui Pontificiæ Pro-Præfecto; ac denique Regia Celsitudine Eminentissima Clementis Stuart Ducis Eboracensis.

Circa horam decimam tertiam Summus Pontifex singulari pompa e Palatio Quirinali discessit, & Prælatis, aliisque ex Pontificis familia, ac frequenti Nobilium Laicorum equitantium numero, Helveticorum custodia stipatus, subsequentibus levis armaturæ, ac cataphractis militibus; solito itinere Capitolii Clivum conscendit, obseratis jam Templi januis, ad fores Aracœlitani Cœnobii pervenit, ubi obviam habuit in genua provolutos Ministrum Generalem, Patresque Discretos Ordinis (nam cæteris Vocalibus prohibitum fuerat, ne ex Comitiorum loco egrederentur) ultroque per interiorem Templi januam progressus, obvios habuit antedictos Cardinales, quibus aqua lustrali per Cardinalem Guadagni sibi porrecta benedixit, mox Sacrarium ingressus, & in ejusdem Sacellum penetrans, ad Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quod inibi e Templo translatum asservabatur, preces effudit.

Post cultum Deo persolutum, assumpta faldâ in Sacrario, Templum ingressus, Solium conscendit mozzetta, & stola indutus, caput camalaucio tectus, & exclusis omnibus a Templo, in quod plures convolarant, Patribus Vocalibus sua benedictione surgendi veniam dedit. Exinde Secretarius Generalis Ordinis genibus innixus Pontifici obtulit Catalogum omnium Vocalium, quorum numerus erat trecentorum decem & novem, aliudque ejusdem exemplar manu gerens, singulos appellavit, eorum præsentiam explorans, quorum cum quisque nomen suum audiebat, demissus in genua respondebat, *Adsum*.

Post hæc Solium Pontificium conscendit Minister Generalis, qui culpas in Ordine administrando confessus oratione italica, sigilla Ordinis simplici disco imposita obtulit Pontifici, seque officio abdicavit, qui eum, benedictione impertita, dimisit, ut locum suum repeteret.

His ita peractis Sanctissimus Pater amore non minus, quam zelo flagrans in nostram Seraphicam Familiam, gravitatemque negotii perpendens, sequentem paternam, elegantissimamque allocutionem ad Vocales in genua demissos habuit.

Dilecti Filii.

,, NEque novum, neque inusitatum Nos face-
,, re, quod vestris hisce Comitiis præsides-
,, mus, Annales vestri testantur, in quibus decem Ro-
,, mani Pontifices recensentur, qui simile Nobis exem-
,, plum reliquerunt. Inter illos Nicolaum V. adnume-
,, ratum deprehendimus, qui cum universale Jubi-
,, læum, quod tunc temporis contigerat, solemni-
,, ter celebraret, inter cætera pietatis, ac religio-
,, nis suæ monumenta, illud etiam præstandum cen-
,, suit, ut Comitiis Ordinis vestri Generalibus, quæ
,, tum Romæ cogebantur, ipse præesset (*a*). Quam-
,, quam vero quodlibet ex iis, quæ innuimus,
,, exemplum, ut Comitiis hisce vestris præessemus,
,, satis esse potuisset, tamen dissimulandum non est,
,, illud prædicti Nicolai V. Nos vehementer excitas-
,, se, & quasi impulisse; cum & universale Jubi-
,, læum a Nobis quoque celebretur, & eo cogita-
,, tiones a Nobis intendantur, ut illud rite, & qua
,, par est solemnitate peragatur.

,, Quapropter, dum Generali Conventui vestro
,, præsidemus, singulari afficimur gaudio: quod
,, etiam magis augetur, ob pietatem in Ordinem
,, Sancti Francisci, quam velut hereditariam a Ma-
,, joribus nostris accepimus, & quam perspicue de-
,, claravimus in omni vitæ conditione, in qua,
,, Deo disponente, versati sumus, nihil unquam
,, prætermittentes, quod spirituali utilitati vestræ,
,, quam vobis unice cordi esse non ignoramus,
,, conferre posse videretur.

,, Si privatis Familiarum monumentis, & pecu-
,, liaribus Urbium Annalibus fides præstanda est,
,, compertum habemus (*b*) a Guido Lambertino
,, concessum, ac liberaliter traditum fuisse locum ad
,, extruendam Ecclesiam, & Cœnobium Patriarchæ
,, vestro S. Francisco, cum Bononiæ in honorem
,, Annunciationis Sanctissimæ Virginis Templum ex-
,, citare peroptaret, quod etiam hoc tempore a vo-
,, bis in ea Civitate retinetur: quæ quidem Guidi
,, liberalitas, ac pia voluntas, intercedente eodem
,, S. Francisco, plurima illius Liberis, ac Nepoti-
,, bus a Deo beneficia comparavit. In historiis pa-
,, riter vestri Ordinis (*c*), ac Civitatis nostræ Bo-
,, no-

(a) Wadding. *in Annalibus Minorum ad ann.* 1450. *num.* 10.
(b) Anton. de Anellis *in Genealogia Familiæ Lambertinæ Nobilis Bononiensis* MS. *ann.* 1535.
(c) Artur. *in Martyrol. Franciscan.* ad diem 22. Aprilis. Wadd. *ad ann.* 1531. *num.* 21. *&* *ad ann.* 1455. *num.* 130. *&* 131.

nonienfis (a) plurimum commendatur Beata Joanna Lambertina, quæ Familiæ vestræ nomen dedit. Ipsa namque Sanctæ Catharinæ Bononiensis prius Comes, eidem postea in administrando Monasterio successit, ac tandem hujus mortalis vitæ cursum in Sanctitatis odore consumavit; illiusque Ossa condita sunt ad pedes ejusdem Sanctæ Catharinæ, cujus Corpus post plura secula integrum adhuc, ac sedens publico Christifidelium cultui patet.

„ Nemo vestrum ignorat, inter spiritualia Regularium Ordinum ornamenta illud maxime efferri, quod ipsorum Alumni inter Beatos, ac Sanctos post obitum extollantur; ex quo tum cæteri ad imitanda hujusmodi exempla inflammantur, tum continua quoque in Ecclesia Catholica Sanctitas comprobatur. Illud autem falso a nonnullis adfirmari Nos minime latet, videlicet Ordines Cisterciensium, & Carthusianorum sollicitos semper fuisse, ut Viri Religiosi omni Sanctitate præstarent, dum viverent; nullam vero impendisse curam, ut ipsi post mortem debitum Beatis, ac Sanctis cultum consequerentur. Sed in libris, quos typis emisimus, cum adhuc inter Cardinales versaremur, *de Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum* (b) eam sententiam a veritate prorsus alienam satis ostendimus; & in lucem protulimus, ac enumeravimus Beatos, ac Sanctos eorumdem Ordinum, quibus Sedis Apostolicæ Decreto publicus cultus impenditur.

„ Clemens XI. fel. rec. Nos in juvenili adhuc ætate constitutos inter Advocatos Consistoriales primo cooptavit, & patrocinium Causæ Canonizationis memoratæ S. Catharinæ Civis Nostræ, Ordinisque vestri Filiæ, Nobis demandavit: quod sane ita suscepimus, ut solutis difficultatibus, Deo in primis adjuvante, illam inter Sanctas adscriptam Nobis venerari feliciter contigerit. Post hæc idem Pontifex Fidei Promotoris munus gerendum Nobis impertivit, quod per plures annos exercentes, inter Sanctos, non sine magno labore, conatuque Nostro, adnumerari lætati sumus tres ex Familia vestra, Jacobum Picenum, Franciscum Solanum, & Margaritam Cortonensem; quinque vero inter Beatos referri, videlicet, Joannem de Prado, Salvatorem ab Horta, Liberatum a Lauro, Andream de Comitibus, & Hyacintham Marescotti. Postremo, licet immerentes, ad summum Pontificatum evecti, Nos ipsi Petrum Regalatum solemni ritu Sanctum declaravimus; & Benedictum a Sancto Philadelphio, Pacificum a Ceredano, Coletam, & Joannam Valesiam in Beatorum numerum cooptavimus.

„ Waddingus Annalium vestrorum Scriptor (c) non immerito suum, vestrumque Ordinem magnopere commendat ex eo, quod Fratribus Minoribus a decimo quarto Seculo Divini Salvatoris Nostris Sepulchrum custodiendum traditum fuerit. „ *Non est profecto exigua gloria nostri Sodalitii, at illud solum præ omnibus, inter omnes Ecclesiæ Ordines, tribus integris sæculis, in sua habeat potestate Fidei nostræ præcipua monumenta, & Minoritæ dumtaxat Custodes adhibiti sint locorum, in quibus nostræ salutis Mysteria operatus est Christus, & Sanctum Domini Evangelium de Postibus consonuerut.*

„ Dilectus Filius Raphael a Lugagnano, qui totius Ordinis vestri Generalis Minister „ *nullius inexagruæ voluntati deservivit, sed vita, & moribus decoratus, tanto Ordine dignus inventus est* (d) „ multum laboris impendit, quemadmodum vobis satis exploratum est, ut ea constitueret, quæ pro locis Sanctis pie, religioseque asservandis consentanea magis esse viderentur. Ipse quidem, favente Deo, incolumis hic versetur, vobisque omnibus testari potest voluntatis Nostræ studium, ut gravissimum hoc negotium ad finem suum feliciter perduceretur; vobisque ipsis perspectas esse non dubitamus Apostolicas literas, quas edidimus (e) ut ea confirmaremus, quæ idem Generalis Minister vester prudenter, utiliterque decernenda esse censuit, ad Sanctam eorumdem Sacrorum locorum custodiam.

„ Jam ad finem properat annus decimus Pontificatus Nostri, in quo benevolentiam Nostram in Regulares Ordines semper ita probavimus, ut nulli umquam jus eligendi suos Præsides, interposita sola auctoritate Nostra, suspensum fuerit, sed illud intactum semper omnibus reliquerimus. Quare, si hunc animum in reliquos Ordines habuimus, conjicere facile potestis, Nos idem præstituros esse erga vos quam libentissime. In hunc locum Comitiis vestris adfuturi venimus, ut libertas vestra magis asseratur, vestrisque precibus ad Deum Nostræ pariter jungantur, ut ipse lumen suum vestris mentibus impertiet, ad idoneum Virum totius Ordinis Præsidem eligendum. Itaque verbis utemur Sancti Gregorii Magni Prædecessoris Nostri (f) ad Clerum Mediolanensem, qui ad eligendum novum Archiepiscopum convenerat. „ *Quia antiquæ meæ deliberationis intentio est, ad suscipienda Pastoralis curæ onera, pro nullius unquam misceri persona, Orationibus prosequor electionem vestrum.*

Deinde Summus Pontifex propositum suis precibus finem declarat, & simul virtutes recenset, quibus novum præsulem decet exornari. Nos etiam sententiæ ipsius vota nostra accommodantes, eadem prorsus verba hic repetemus „ *Ut Omnipotens Deus, qui futurorum actuum nostrorum semper est præscius, talem vobis Pastorem præbeat, in cujus lingua, & moribus exhortationis Divinæ pascua valeatis invenire, in cujus mente & humilitas cum rectitudine fulgeat, & severitas cum pietate; qui vobis viam vitæ non solum loquendo, sed etiam vivendo possit ostendere, quatenus exemplis illius discat vestra*

(a) Gabriel Card. Paleottus *Archiepiscop. Bonon. in Catologo Sanctorum & Beatorum.*
Pompejus Vizani *Histor. Bonon. lib. 7. ad an.* 1456.
Gaspar Bombaci *in Bononiensibus Sanctitate illustribus pag.* 111. & 112. *edit. Bononien. anno.* 1640.
Antonius Pauli Masini *Bononien. Perlustrat. pag.* 118. & *pag.* 279. *edit. Bononien. ann.* 1666.
Co. Valerius Zani *in Catalogo Beatorum Bononien. ad an.* 1476.
(b) Lib. 1. cap. 13. num. 17. & 18.
(c) Ad ann. 1340. num. 59.
(d) Sanctus Gregorius Magnus *lib.* 3. *Epist.* 22. ad Antoninum Subdiaconum, *tom.* 2. *edit. Parisien. ann.* 1705. *p.* 639.
(e) *Die* 7. *Januarii, & die* 7. *Februarii ann.* 1749.
(f) *Libro* 3. *indict.* 11. *Epist.* 29. *citato tom.* 2. *pag.* 644.

stra dilectis ad æternæ Patriæ desiderium suspirare.

„ Postremo S. Gregorii ad Electores sermonem „ convertentis exemplo Nos pariter inhærentes, ob„ testamur vobis in visceribus Jesu Christi, ut pri„ vata studia, omnemque terrenam cogitationem „ deponentes, hodierna die, qua gravissimum a vo„ bis negotium pertractatur, ad communem vestri „ Ordinis utilitatem, quæ cum Dei gloria conjun„ cta est, ad conservandam, & magis magisque „ amplificandam Catholicam Fidem, oculos, animum„ que convertatis: Itaque (inquit Sanctus Grego„ rius) „ *Vos, Filii Carissimi, officii nostri censura commoniti, suademus, ut in hac suscipiendi Antistitis causa nullus vestrum, neglecta utilitate communi, suo lucro prospiciat, ne si quisquam propria commoda appetit, frivola æstimatione fallatur, quia nec libera judicio præferendam sibi personam examinat mens, quam cupiditas ligat.*

„ Hæc autem Paterna monita, etsi vobis, dile„ cti Filii, viam perfectionis jam ingressis, superva„ canea videri possunt; tamen consentanea valde „ sunt tum Apostolico ministerio nostro, tum mu„ neri, quod gerimus, præsidendi Comitiis vestris, „ tum denique Pontificiæ quoque, numerisque om„ nibus obstrictæ benevolentiæ, qua universum „ S. Francisci Ordinem complectimur. Semper quip„ pe oculis nostris obversatur admirabile visum In„ nocentii III. Prædecessoris nostri, qui incertus, „ ac suspensus, utrum Seraphici Patris vestri novum „ Institutum auctoritate Apostolica confirmare debe„ ret, omnem prorsus dubitationem deposuit, post„ quam in Somnis palmam inter pedes suos paula„ tim succrescentem, & in arborem pulcherrimam „ sese elevantem conspexit, & ipsum Sanctum Fran„ ciscum, hominem licet pauperculum, modicum, „ & despectum, Lateranensem Basilicam jam ruinæ „ proximam, proprio dorso submisso, ne caderet, „ sustentantem (a).

„ Hæc sunt, dilecti Filii, quæ vobis significanda „ censuimus. Quare Orationem nostram longius pro„ trahendam non judicamus; sed vos ad Sanctam „ electionem auspicandam exhortamur.

Pontificiam allocutionem subsecuta est PP. Vocalium pro more Confessio, receptaque a Pontifice absolutione, cunctis in genua procumbentibus, etiam Sanctitate Sua faldistorio ad Solium delato incumbente, illapsus Spiritus Sancti est imploratus, Hymno *Veni Creator Spiritus* decantato, nonnullisque precibus a Pontifice recitatis, qui deinde camalaucio tectus, iterum consedit. Post hæc ad Solium iterum accessit Minister Generalis, medius inter quatuor Ordinis Disquisitores jam pridem electos, quos Pontifici proponens, inquit: *Beatissime Pater, si Sanctitati Vestræ placuerit, hi sunt Disquisitores electi ad recognoscenda, & ad notanda suffragia:* cumque Pontifex benedicendo comprobasset, Generalis ad locum suum reversus est. Disquisitores vero super Liturgicorum libro manum imponentes, genuflexi in postremo Solii gradu, singuli sese jurejurando ad Secreti custodiam obstrinxerunt hac formula: *Juro me secretum omnimode servaturum*; ac denique ex adverso Disquisitorum Cardinalium sedentium ipsi stantes, ad mensam Scrutinii accesserunt. Antequam autem deferrentur suffragia, Illustrissimus, ac Reverendissimus Præsul D. Clemens Argenvilliæres Auditor Sanctissimi elata voce, ut in Comitiis anni 1723. legit sequens

DECRETUM

Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI XIV.

„ IN præsenti Generali Capitulo, sub præsidentia „ Sanctissimi Domini Nostri, Domini BENEDI„ CTI Papæ XIV. cum mox Scrutinium sit cele„ brandum pro electione Ministri Generalis Ordinis „ Sancti Francisci: Sanctitas Sua, paterno, quo fer„ tur, zelo erga prædilectam hanc Religionem, eni„ xe omnes, & singulos Vocales in Domino horta„ tur, & monet, ut proprii Officii memores, in „ eum conspirent votis suis, quem secundum Deum „ pro tanto munere ferendo summa maturitate co„ gnoverint. Quod si Vocales sibi ipsis indulgentes, „ & partium adhærentium studio distracti, electio„ nem in hoc Scrutinio, juxta Constitutionum teno„ rem, non perfecerint; ne diutius dissonantium „ animorum discordiæ protrahantur, Sanctitas Sua „ Motu proprio monet, atque declarat, electione „ Ministri Generalis in hoc primo Scrutinio non fa„ cta, ipsam electionem sibi ipsi assumere velle, si„ cuti ex plenitudine Apostolicæ Auctoritatis, & „ præsentis Decreti tenore, nunc pro tunc, ad se „ devolutam declarat, atque decernit, ita ut aliud „ secundum Scrutinium amplius replicari, etiam „ præsenti die, non possit, neque debeat. Non ob„ stantibus Ordinis Constitutionibus, etiam speciali„ ter a Sede Apostolica confirmatis, aliisque Ordi„ nationibus Apostolicis, Statutis, & Consuetudini„ bus, ceterisque contrariis quibuscumque. Quod „ Decretum Sanctitas Sua in Actis Capitularibus re„ gistrari mandavit. Hac die 16. Maii 1750.

Clemens Argenvilliæres Sanctitatis Suæ Auditor.

Nihil deerat, quod Scrutinii initium moraretur. Itaque Secretarius Generalis Ordinis eodem, quo primum, & gradu, & habitu Electores evocavit, qui sinistra manu ad pectus plicata, dextera vero Schedulam tenente elevata, ad mensam Scrutinii pervenientes, e regione inferiori, præstita Summo Pontifici, qui ex adverso erat, genuflexione reverentia, sinistram Evangeliorum Codici manum imponebant, Deum Sacramento obtestando se eligere quem secundum Deum judicabant meliorem; dexteram autem manum ad arcam ibi paratam admoventes, in ejus foramen Schedulas electionis singuli immiserunt. Mox vero a dextro mensæ latere ad Solium junctis manibus accedentes, iterum, ac tertio repetita genuflexione, Sanctitatis Suæ pedes exosculabantur, & ex sinistro ejusdem mensæ latere eorum quisque locum suum repetebat.

His omnibus rite, ac decenter completis, Disquisitores tam Cardinales, quam Religiosi Schedulas in unum collectas singuli numerarunt primum, deinde aperuerunt, & suffragia in suis quisque foliis adnotavit: quibus demum inter se collatis, & invicem concordare deprehensis, Eminentissimi Disquisitores Sanctitati Suæ eadem folia sic notata exhibuerunt, retuleruntque quot quisque Candidatorum suffragia obtinuisset.

Cum itaque constitisset in Patrem Fratrem Petrum Joannetium de Molina, Provinciæ Valentinæ S. Joannis Baptistæ filium, Sacræ Theologiæ Lectorem, Concionatorem insignem, & in Romana Curia Pro-

(a) S. Bonaventura *in legenda S. Francisci cap.* 3.

Procuratoram Generalem Discalceatorum, & Recollectorum, Virum doctrina, pietate, & in rebus agendis dexteritate in Urbe clarissimum, majorem Suffragiorum partem, & supra medietatem cessisse, ac propterea juxta Constitutiones Ordinis eum esse Ministrum Generalem totius Seraphicæ Familiæ legitime, ac canonice electum, eamdem electionem Sanctissimus Pontifex ratam habuit, & Schedulis combustis, e suggestu per Secretarium Disquisitorii publicari, omnibusque palam fieri, januis Templi reseratis, mandavit, quemadmodum factum est communi electionum Ordinis Formula, quæ est.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Jubente Sanctissimo Domino Nostro Papa BENEDICTO XIV præsente, & Præsidente in hoc Capitulo Generali totius Ordinis Fratrum Minorum hodie celebrato, assistentibus S. R. E. Cardinalibus Guadagni Episcopo Tusculano, ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Vicario Generali; Valenti Secretario Status; Duce Eboracensi; & Hieronymo Columna Palatii Apostolici Pro-Præfecto, & præfati Ordinis apud Sanctam Sedem Protectore, specialiter a Sanctitate Sua pro Disquisitoribus quoque electis, promulgatur electio Ministri Generalis, ut infra.

Hæc est electio Ministri Generalis totius Ordinis Sancti Francisci canonice celebrata per Fratres Vocales capitulariter, & legitime congregatos in præsenti Conventu Aracælitano Urbis, die decima sexta Mensis Maii Anni Domini millesimi septingentesimi quinquagesimi.

Hic recensentur nomina Candidatorum, & quot singuli reportarint Suffragia, a quibus referendis, ut mos est, supersedemus.

Et ego F. Vincentius Antonius a Caprarola ejusdem Ordinis Definitor Generalis, unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis virtute compromissi in me, & Socios meos limitati, nomine omnium, qui in dicta electione convenerunt, & consenserunt, præfatum Fratrem Petrum Joannetinum a Molina, in quem major pars votorum consensit, Ministrum Generalem canonice electum nomino, & sic electum enuncio. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Ita est F. Emmanuel de la Quadra *Minister Castellæ, & Disquisitor.*

Ita est F. Ludovicus Perner, Minister Bavariæ Disquisitor.

Ita est F. Marcus Antonius Gravois, Definitor Generalis, & Disquisitor.

Ita est F. Vincentius Antonius de Caprarola, Definitor Generalis, Disquisitor, & Scriba.

Facta electionis publicatione, duo Patres Cantores ex Vocalibus in templi medio hic infertas acclamationes, quarum exemplaria typis tradita jampridem Electoribus fuerant distributa, præcinuerunt, cæteris omnibus gravi modulatione alternantibus, prout sequitur:

CANTOR. *Sanctissimæ Trinitati Laus, & Gloria.*
VOCAL. *Laus, & Gloria.*
CANTOR. *Beatissimæ Virgini honor, & benedictio.*
VOCAL. *Honor, & benedictio.*
CANTOR. *Sancto Francisco Patri Nostro decus, & gratulatio.*
VOCAL. *Decus, & gratulatio.*
CANTOR. *Beatissimo Domino Nostro Sanctæ, & Universalis Ecclesiæ Pontifici BENEDICTO XIV. qui dignatus est in hoc Capitulo præsidere, humiles gratiæ, multi anni æterna memoria.*
VOCAL. *Humiles gratiæ, multi anni, æterna memoria.*

Chronol. Seraph.

Quibus decantatis duo Ceremoniarum Magistri noviter electum Ministrum Generalem adierunt, eumque ad Pontificium Solium deduxerunt, ubi ad pedes Sanctitatis Suæ jusjurandum dedit, juxta formam Beat. Memor. Innocentii XI. de non ambienda, aut acceptanda quacumque dignitate Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali, ac de sua in sibi collato onere subeundo insufficientia Pontificem breviter alloquutus, ejusque præsidium, & protectionem humillime deprecatus, Sigilla Ordinis a Sanctissimo accepit, ac demum ad locum suum supra cæteros remeavit.

Jam vero hora tertia cum dimidia elapsa erat, ex quo Sanctitas Sua advenerat, & in Solio majestatis sedens, omnia videns, omniaque contemplans, summa benignitate, & clementia rebus omnibus præsens adfuerat.

Quare adsurgens, preces post electionem fieri consuetas recitavit, solemnem omnibus adstantibus benedictionem impertivit, & iisdem, quibus venerat, comitatu, ac pompa ad Quirinale Palatium reversa est, cæteris Vocalibus in Aula Capitulari interim remanentibus, donec Minister Generalis, & reliqui Definitorii Generalis Patres Pontificem comitati, ei pro tam ingenti, condignoque digno beneficio, & honore Universo Ordini collato humillimas gratias egissent, ad eamdemque aulam rediissent. Quamobrem Ministro Generali in Templum reverso, Cantores Hymnum *Te Deum* præcinuerunt, & facta omnium Fratrum Processione, singuli eorum ad Aram maximam, debitam pro more Reverendissimo Patri manum deosculando, obedientiam, & reverentiam præstitere, innumera Populi spectante multitudine, quæ ad idem Templum confluxerat.

Die 17. Maii.

Mane festo Pentecostes Sacrum solemniter decantavit Reverendissimus Pater Minister Generalis. Eadem autem die, cum juxta celebrem Leonis X. Constitutionem eligendus esset Commissarius Generalis Cismontanæ Familiæ, cumque pro bono pacis, & majori Ordinis utilitate ad hoc munus, licet invitus, concurreret Reverendissimus Pater Raphael a Lugagnano ex-Minister Generalis immediatus, qui ob Clementinam Constitutionem a superiori gradu ad inferiorem, sine interpolatione, descendere non poterat, nisi prius obtenta Apostolica dispensatione, exhibito propterea supplici libello Pontifici, Sanctissimus dignatus est propria manu sequens Rescriptum dare:

Die 17. Maii 1750.

„ Attentis meritis Patris Raphaelis a Lugagnano,
„ quæ nobis perspecta sunt, libentissime annuimus,
„ ut ipse eligi possit in Commissarium Generalem,
„ juxta petita, derogantes Constitutionibus Ordinis,
„ & cæteris omnibus in contrarium facientibus de
„ plenitudine nostræ Potestatis, & Auctoritatis, eidemque Patri Raphaeli in virtute Sanctæ Obedien-
„ tiæ præcipimus, ut quatenus eligatur in Commis-
„ sarium, Commissariatum accepiet; utque de no-
„ stra voluntate dubitari non possit, præsens De-
„ cretum nostra manu scribimus, & subscribimus.

BENEDICTUS PP. XIV.

Die 18. Maii.

Hujus diei mane habita fuit antedicta Commissarii Generalis electio, quæ cessit in Reverendissimum P. Raphaelem a Lugagnano, & publicata fuit, prout sequitur.

In Dei nomine Amen,

HÆc est electio Reverendissimi Patris Commissarii Generalis Ordinis Minorum totius Familiæ Cismontanæ per Patres Vocales in Conventu Sanctæ Mariæ de Aracæli Urbis capitulariter, & legitime congregatos anno 1750. die decima octava Mensis Maii canonice, & rite celebrata, Præsidente in ea Reverendissimo Patre Petro *Joannetio de Molina totius Ordinis Ministro Generali, in qua quidem electione pro Commissario Generali convenerunt CLVI. Vocales.*

Hic recensentur Suffragia, ut mos est, Candidatorum, quæ omittuntur. *Et ego F. Cæsarius a Bononia ejusdem Ordinis Professus, Provinciæ Reformatæ Bononiæ, unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute compromissi in me, & in Socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam canonicam electionem convenerunt, & consenserunt, præfatum Reverendissimum Raphaelem a Lugagnano, in quem major pars Vocum consensit, in Commissarium Generalem totius Familiæ Cismontanæ canonice electum nomino, & sic electum enuncio, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.*

F. Petrus Joannetius de Molina, Minister Generalis.

Ita est F. Columbinus de Senis, Minister Provincialis Provinciæ Tusciæ, & Disquisitor.

Ita est F. Casimirus de Neapoli Minister Provincialis Provinciæ Principatus Observ. & Disquisitor.

Ita est F. Franciscus Maria de Naro Pro-Minister Provinciæ Vallis Mazariæ Reformatorum, & Disquisitor.

Frater Cæsarius a Bononia Secretarius Generalis Reformatorum Disquisitor, & Scriba.

Post Vesperas electi fuerunt Procurator Generalis Ordinis, & alii Officiales generales in Curia Romana, prout sequitur:

Electio Adm. R. P. Procuratoris Generalis Ordinis.

PRoposito per Reverendissimum Patrem Fratrem Petrum Joannetium de Molina Ministrum Generalem totius Ordinis pro Officio Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis Rev. P. F. Antonio Barros Lectore Jubilato, & Ministro Almæ Provinciæ Sancti Jacobi in Hispania, præcedenter ab omnibus Patribus Definitorii Generalis nostræ Ultramontanæ Familiæ ad id munus qualificato, suffragantibus omnibus PP. Vocalibus Regularis Observantiæ dictæ nostræ Ultramontanæ Familiæ...... fuit canonice electus die 18. Maii anni Domini 1750. & in Comitiis Generalibus per dictum Reverendissimum P. N. Ministrum Generalem in hoc officio confirmatus.

Ita est Ego F. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis.

Ita est Ego F. Joannes de la Turre *ex-Commissarius Generalis.*

Ita est Ego F. Matthias de Velasco Commissarius Generalis Indiarum.

Ita est Ego F. Petrus Ignatius de Gaiaza Definitor Generalis, & Secretarius electionis.

Electio Adm. R. P. Commissarii Generalis Curiæ.

Hæc est electio Commissarii Generalis Romanæ Curiæ Observantium.

PRoposito per Reverendissimum Patrem nostrum Petrum Joannetium de Molina Ministrum Generalem PP. *Vocalibus Regularis Observantiæ hujus Cismontanæ Familiæ Adm. R. P. F. Bernardino a Teristia Observantis Provinciæ Sancti Nicolai Lectore Jubilato, ex Definitore Generali, qui pridem pro hujusmodi officio fuerat qualificatus ab A. RR.* PP. *Definitorii Generalis ejusdem Familiæ, fuit canonice electus...... & ab eodem Reverendissimo* P. *Nostro Ministro Generali confirmatus die 18. Maii anni 1750. in Comitiis Generalibus.*

F. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis.

F. Raphael a Lugagnano ex Minister Generalis immediatus, & Commissarius Generalis.

F. Joannes Antonius a Sancta Cruce Lector Jubilatus, & ex Vice-Commissarius Generalis.

Electio Adm. R. P. Procuratoris Generalis Reformatorum.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Hæc est electio Procuratoris Generalis Reformatorum.

PRoposito per Reverendissimum Patrem Nostrum Petrum Joannetium de Molina Ministrum Generalem PP. Vocalibus Reformatis hujus Cismontanæ Familiæ Adm. R. P. F. Josepho Maria de Gallipoli, Reformatæ Provinciæ Sancti Nicolai Lectore Emerito, & Definitore Generali, qui pridem pro hujusmodi officio fuerat qualificatus a PP. Definitorii Generalis ejusdem Reformatæ Familiæ, fuit canonice electus...... & ab eodem Rmo Patre Nostro Generali confirmatus die 18. Maii 1750. in Comitiis Generalibus.

F. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis.

F. Raphael a Lugagnano ex-Minister Generalis immediatus, & Commissarius Generalis.

F. Joannes Antonius a S. Cruce Lector Jubilatus, & ex-Vice-Commissarius Generalis,

Electio Adm. R. P. Procuratoris Generalis Discalceatorum, & Recollectorum.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

HÆc est electio Adm. R. P. *Procuratoris Generalis Discalceatorum, & Recollectorum per* PP. *Vocales in Conventu Sanctæ Mariæ de Ara-Cæli capitulariter, & legitime congregatos anno 1750. die 18. Maii canonice, & rite celebrata, Præsidente in ea Reverendissimo* Patre Petro Joannetio *de* Molina *totius Ordinis Ministro Generali, in qua quidem electione pro Procuratore Generali Discalceatorum, &*

Re-

Recollectorum Adm. R. P. Paulus Beauchamps habuit votum unum, & Adm. R. P. Marcus Antonius Gravoix habuit quinquaginta septem. Et ego F. Paulus Beauchamps ejusdem Ordinis Professus, Provinciæ Recollectorum Sancti Bernardini Custos, unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis virtute compromissi in me, & in Socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam electionem convenerunt, & consenserunt, præfatum Adm. R. P. Marcum Antonium Gravoix, in quem major pars Vocum consentit, in Procuratorem Generalem Discalceatorum, & Recollectorum canonice electum nomino, & sic electum enuncio. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

F. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis.

F. Joseph a Spiritu Sancto Minister Provincialis S. Pauli Disquisitor.

F. Ignatius a Nivibus Custos Provinciæ Sancti Antonii in Brusilia Disquisitor.

F. Paulus Beauchamps Custos Provinciæ Sancti Bernardini Disquisitor, & Disquisitionis Secretarius.

Die 18. Maii.

Peracta est hac die electio Definitorum Generalium utriusque Familiæ.

Electio Definitorum Generalium pro Ultramontana Familia.

ADm. Reverendus Pater Antonius Sauro Minister Provinciæ Observ. Cataloniæ.

Adm. Rev. P. Antonius de Aguirre Pro-Minister Provinciæ Observ. de Chile in Peruano Regno.

Adm. Rev. P. Joannes Conejero Custos Provinciæ Bæticæ Discalceatorum.

Adm. R. P. Joseph Fouiquet Pro-Minister Provinciæ Aquitaniæ recentioris.

Adm. R. P. Sebastianus Philippes Custos Provinciæ Turoniæ Pictaviensis.

Adm. R. P. Tiburtius Barat Minister Provinciæ Sancti Dionysii Recollectorum in Gallia.

Adm. R. P. Hieronymus Vlamiynk Minister Provinciæ S. Josephi in Comitatu Flandriæ.

Adm. R. P. Gaudiosus Mayr Custos Provinciæ Argentinæ.

Adm. R. P. Ignatius a Nivibus Custos Provinciæ Sancti Antonii Discalceatorum in Brasilia.

Adm. R. P. Joachimus a Sancto Joseph Minister Provinciæ Tertii Ordinis Lusitaniæ.

Pro Familia Cismontana.

Adm. R. P. Anacletus a Roma Minister Observantis Provinciæ Romanæ.

Adm. R. P. Clemens a Panormo Minister Observantis Provinciæ Vallis-Mazariæ.

Adm. R. P. Antonius Scutari Minister Observantis Provinciæ Candiæ.

Adm. R. P. Josephus a Valcovurino Custos Observantis Provinciæ Bosnæ Argentinæ.

Adm. R. P. Philippus a Vigone Minister Observantis Provinciæ Sancti Thomæ.

Adm. R. P. Bernardinus ab Aversa Observantis Provinciæ Terræ Laboris, ex-Secretarius Generalis.

Adm. R. P. Cæsarius a Bononia ejusdem Reformatæ Provinciæ ex-Minister, & ex-Secretarius Generalis.

Adm. R. P. Joannes Petrus a Roma Reformatæ Provinciæ Romanæ Custos, & Lector Emeritus.

Adm. R. P. Alexius a Neapoli Custos Reformatæ Provinciæ Terræ Laboris.

A. R. P. Raymundus Tuorkouski Minister Provinciæ Reformatæ Poloniæ minoris.

S E S S I O IX.

Die 20. Maii.

STudium Theologicum Provinciale Provinciæ Bulgariæ erigitur in Studium primæ Classis. Instantiæ vero factæ, quod tempus Lecturæ in dicto Studio Provinciali peractæ computari deinde valeat pro Jubilatione: Responderunt: negative — Residentia de Carasebez dictæ Provinciæ Bulgariæ in Conventum formalem erigitur.

Studium Theologicum Provinciale ad S. Annam Observantis Provinciæ Poloniæ Minoris in studium Generale secundæ Classis erigitur.

Visa petitione Provinciæ Carthaginensis pro deputatione sex Patrum, qui intra limites Provinciæ exercent munus Missionariorum: Decrevit Venerabile Definitorium Generale, Remitti ipsam Reverendissimo Patri Ministro Generali, qui auditis Patribus Collegii, decernat quiquid secundum Deum noverit expedire.

Proposito dubio: An Pater Provincialis Albaniæ, non obstante quod per quinque Menses fuerit in Visitatione Provinciæ Ragusiæ, jussu Reverendissimi Patris Ministri Generalis, gaudere possit de jure privilegiis, & favoribus concessis Provincialibus expleto biennio? Respondet Venerabile Definitorium, gaudere debet Orator prærogativis Patris Provinciæ ex justitia in Casu.

S E S S I O X.

Die 21. Maii.

INtellecto per PP. Definitorii Generalis Ultramontanæ Familiæ, quod occasione Bellorum diversis temporibus, aliqui Superiores Provinciarum potentia sæculari suffulti, occuparunt Conventus aliarum Provinciarum, unde sæpius, atque sæpius querimoniæ hinc inde delatæ sunt ad Capitula Generalia: Iidem Patres supradicti Definitorii Generalis huic malo de remedio providere cupientes, decreverunt præcipere, ac mandare, quemadmodum mandant, & præcipiunt per Sanctam Obedientiam, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, omnibus Fratribus, tam Superioribus, quam Subditis Ultramontanæ Familiæ, ut abstineant ab hujusmodi violentis occupationibus, contra Leges Ordinis, & omnia jura.

Definitorium Generale confirmat divisionem Provinciæ Sancti Nicolai Barensis Observantium, & Sancti Antonii Lyciensis, Silentiumque imponit omnibus Causis super hoc articulo divisionis, ac præcipit, ut divisio peracta omnino servetur, inhærendo etiam Brevi S. M. Clementis XII. ac Decreto de Ordine Sanctissimi D. N. BENEDICTI XIV. lato sub die 20. Septembris 1742. ab Eminentissimo Cardinali Protectore.

Conceditur Provinciæ Recollectorum S. Antonii ab Arthesia licentia dimittendi Sorores Tertii Ordinis, vulgo des Chariottes Civitatis Atrebatensis, quæ votis Clausuræ non adstringantur, nec eam servant.

Definitorium Generale, & Discretorium Generale Ultramontanæ Familiæ, justæ etiam Sanctitatis Suæ intentioni inhærens, decernit, ut in futurum Postulatores Canonizationum, qui complete laudabiliter Sexennio

ule muneris Postulatoris, easdem Causas Canonizationum finaliter terminaverint, gaudeant titulo, & precedentia dumtoxat ex-Provincialium, dummodo prius fuerint Lectores Theologiæ, vel Definitores. Et presenti privilegio gaudere debent P. Joannes de Velasco, qui Causam Sancti Petri de Regalato feliciter, & inudabiliter terminavit.

Instantibus Provinciis Excalceatis Dominio Serenissimi Regis Lusitaniæ subjectis, pro concessione unius Definitoris Generalis, & pro alternatione in officio Procuratoris Generalis Discalceatorum, & Recollectorum -- Definitorium Generale Ultramontanum ad primum respondit: NIHIL INNOVANDUM ESSE. *Ad secundum vero, auditis, & consentientibus partibus interesse habentibus, decrevit, quod in posterum trina debeat esse alternatio dicti officii inter Nationes Franciæ, Hispaniæ, & Lusitaniæ: Cum hoc tamen, quod una natio habeat Procuratorem Generalem, alia Secretarium Generalem Curiæ, alia vero Agentem a præfato Procuratore Generali in omnibus, & per omnia dependentem, qui completo laudabiliter dicto officio, prærogativis ex-Secretariis Generalibus Curiæ concessis gaudere debebit. Et in proximo futuro Capitulo Generali eligi debeat Procurator Generalis ex natione Lusitana, Secretarius Curiæ ex Francia, & Agens ex Hispania, & sic postea successive.*

Hoc Capituli Generalis Decretum confirmatum fuit Literis Apostolicis, quæ infra suo loco referentur.

Visis Rotulis municipalibus præsentatis a Ministro Provinciali Provinciæ Solitudinis Discalceatorum in Regno Lusitano pro ipsa Provincia: Responsum fuit: Confirmantur Statuta, de quibus in precibus; Et confirmatur a Reverendissimo Patre Ministro Generali licentia ea Typis vulgandi, jam concessa a Reverendissimo Patre ex-Commissario Immediato.

SESSIO XI.

Die 22. Maii.

P*Ropositis quatuor dubiis a Cathedraticis, ac Doctoribus Theologicis Universitatis Salmanticæ, quorum primum est: Utrum computandum sit tempus ad jubilationem dictis Doctoribus a die institutionis in Religione, vel assignationis in Universitate? Secundum: Utrum exercitia, quæ in Universitate dictis Patribus competunt, sint sufficientia pro jubilatione assequenda, absque eo quod Theses propugnent, seu præsideant in Conventu? Tertium: An dicti Lectores Universitatis Salmanticæ precedere debeant Lectoribus Theologiæ actualibus? Quartum: An possint post Religionis Jubilationem, secundam assequi, si per sexennium legerint in Universitate? Omnibus responsum fuit -- Remittitur arbitrio, & prudentiæ Reverendissimi Patris Ministri Generalis, qui, auditis Partibus, decernat quid quid secundum Deum viderit expedire.*

Definitorium Generale inhærens voto Generalis Discretorii concedit Capitulis Provinciarum, videlicet Discretorio Capitulari cum approbatione Definitorii, ut Scriptoribus publicis, & præsertim Chronologiæ earumdem Provinciarum, postquam laudabiliter scripta Typis vulgaverint, saltem duobus Tomis in fol. concedant præcedentiam, & privilegia secundum uniuscujusque laborem.

Protestatio Provinciæ Sancti Andreæ in Belgio contra Provinciam Flandriæ, circa Conventus Montensem, Tornacensem, & Binchiensem, admittitur sic, & in quantum. Admittitur pariter protestatio contra Provinciam Sancti Andreæ favore Provinciæ Flandriæ circa quatuor Conventus ab ipsa Provincia Flandriæ ablatos.

Generale Capitulum decernit, quod in Provinciis Reformatis, in quibus vigent privilegia Lectorum Emeritorum, Studia Theologica, ad eadem privilegia obtinenda, debere esse cum sequenti numero Studentium, videlicet: Ubi unus tantum fuerit Lector Theologiæ, ad minus quatuor Studentes; ubi duo Lectores, sex ad minus; ubi vero tres Lectores, decem Studentes, vel ad minus octo esse debeant. Quod si aliqua Provincia Conventus non habeat capaces sustinendi onus talis numeri Studentium, privata declaratur privilegiis Lectorum Emeritorum.

Idem Generale Capitulum decernit interpolationem requisitam ad hoc, ut quis, postquam munus Definitoris Provincialis explevit, iterum in Definitorem eligi valeat, necessario requiri sub nullitate electionis, esse debere sex annorum Capitularium.

Ad instantias Illustrissimorum DD. Vexilliferi, & Priorum Civitatis Assisii, quibus petebatur votum in Capitulo Provinciali pro Præsidente Hospitii Ecclesiæ novæ in præfata Civitate siti, rescriptum fuit: Oratores instent pro erectione, seu commutatione Hospitii in Conventum.

Provinciæ Observantium Russiæ in Polonia supplicavit pro concessione tertii Lectoris in Studio Lublinensi: rescriptum fuit -- Pro Gratia, remanente Studio Generali secundæ Classis.

SESSIO XII.

Die 23. Maii.

A *Provinciæ Observ. S. Hieronymi in Dalmatia supplicatum fuit, ut Studium erectum in Conventu Sanctæ Annæ Justinopolis poneretur in serie Studiorum Generalium primæ Classis, fuit rescriptum - Pro gratia: apponatur in Serie Studiorum Generalium primæ Classis.*

Admittuntur sic, & in quantum protestationes Provinciarum Sancti Jacobi, S. Gabrielis, & S. Pauli, contra Provinciam Conceptionis Discalceatorum noviter erectam, circa votum dandum in electione Vicarii Generalis, vel Vice-Commissarii Generalis, & interim manutenentur Provinciæ Oratrices in suo Possessorio.

Facta supplicatione per Patrem Pro-Ministrum Sancti Ludovici, nomine Patris Commissarii Terræ Sanctæ residentis Massiliæ, ad hoc, ut sicut Itali solvunt omnes expensas suorum Religiosorum euntium ad Terram Sanctam, vel redeuntium, dum Massiliæ commorari tenentur; Ita statuatur pro Hispanis, & Lusitanis, ob magnas expensas, quibus gravatur Hospitium Massiliæ - Responderunt - Remittitur arbitrio Reverendissimi Patris Ministri Generalis, qui verificata expositione provideat.

Ad instantiam Provinciæ Legionensis Tertii Ordinis petentis confirmari in jure benedicendi Habitus, & Saccos, eosque distribuendi pro Fidelibus Defunctis, confirmatur Decretum Generalis Capituli Vallisoletani de anno 1750. super hoc editum; cum hoc tamen, quod Conventus Tertii Ordinis, sicut, & alii Conventus primi Ordinis, se contineant intra limites sibi assignatos, sive per Leges, sive per antiquam consuetudinem, sub pœnis arbitrio Reverendissimi Patris Ministri Generalis infligendis.

Supplicationi pro Custodibus Ultramontanis de assignando sibi Socio beneviso - Responderunt - Serventur Constitutiones Generales.

Decernitur pro Ultramontana Familia non posse eumdem Lectorem intra terminum, & cursum quin-

de-

decim annorum sui Lectoratus, docere Philosophiam bis, cum jure ad Jubilationem.

Proposita per Patres Vocales Provinciæ Sancti Didaci Discalceatorum in Mexico instantia, ut declararetur Statutum Ultramontanæ Familiæ cap. 13. §. 7. num. 2. pro Indis, in ea parte, qua dicit - Ad Ministrum, seu Vicarium Provincialem illius Provinciæ, in qua, vel in cujus territorio mori contingat, pertinet habere Sigilla, convocare, præsidere, & suffragare in electione Vice-Commissarii - Definitorium Generale unanimiter, & nemine discrepante, declarat per illa verba, vel in cujus territorio - intelligi Provinciam illam, quæ habet Conventum proximiorem loco, ubi contigerit decedere Commissarium Generalem; & ita servari mandavit.

Lecta instantia pro parte Provinciæ Regularis Observantiæ Sancti Joannis Evangelistæ de Azores, Definitorium Generale, attenta remissione Sanctissimi Domini Nostri, concedit illi Provinciæ, & Definitorium Provinciale facultatem habeat proponendi Superiori Generali pro tempore tres Viros graves, qui sint, vel fuerint Lectores Jubilati, seu Definitores, vel Custodes ejusdem Provinciæ, aut Custodiæ Sancti Michaelis, ex quibus Superior Generalis unum debeat assumere pro visitanda eadem Provincia, & convocando, atque præsidendo Capitulo, nisi gravem, & urgentem Causam aliquando habuerit ad aliter disponendum.

Conceditur Vocalibus Indiarum Occidentalium jus subrogandi, non solum pro Definitoribus, sed etiam pro Patribus digniori, & immediato, dummodo in ipsorum Provincia non adsint ex-Provinciales, quibus competere possit talis subrogatio.

Vocales Ultramontani Familiæ Ultramontanæ gaudeant privilegiis concessis Vocalibus Indiarum a Generali Capitulo Vallisoletano de anno 1740. tit. pro Familia Cismontana *num 15. cum explicatione facta circa subrogationem favore Vocalium Indiarum Occidentalium.*

SESSIO XIII.

Die 24. Maii.

Cum Clementis XII. felic. recor. Literis Apostolicis sancitum fuisset, ut in casu vacantiæ Officialium Generalium in Curia Romana, deberent eorumdem Successores desumi ex eadem Natione, ex qua fuissent Prædecessores, Reverendissimus Pater Minister Generalis sedulo prospiciens publicæ Ordinis utilitati, & bono, supplicavit Sanctissimo pro hujus legis abrogatione, qui dignatus est eamdem Apostolico rescripto abrogare, pristinamque libertatem hac in re Ordini restituere: quod confirmatum quoque fuit Literis Apostolicis in forma Brevis, ut infra constabit. Itaque a Definitorio Generali

Pro Procuratoratu Ordinis in Casu vacantiæ approbantur sequentes.

R. P. Minister Provinciæ Aragoniæ Obser.
R. P. Minister Provinciæ Immaculatæ Conceptionis in Hispania.
R. P. Pro-Minister Provinciæ Franciæ Marinus des Fontaines.

Pro Commissariatu Curiæ approbantur sequentes.

R. P. Pro-Minister Provinciæ Seraphicæ.
R. P. Minister Provinciæ Principatus.
R. P. Custos Provinciæ Sancti Angeli.

Pro Procuratoratu Reformatorum in Casu vacantiæ approbantur sequentes.

R. Adm. P. Prosper a Brixia, Lector Emeritus, ex-Minister, & ex Definitor Generalis Ordinis.
R. P. Minister Provinciæ Terræ Laboris.
R. P. Joseph a Malgrate ex-Provincialis Provinciæ Mediolanensis.

Pro Procuratoratu Discalceatorum, & Recollectorum approbantur sequentes.

R. P. Valentinus Desmarez Provinciæ Sancti Antonii in Arthesia Recollectorum.
R. P. Paulus Beauchamps Custos Provinciæ Sancti Bernardini Recollectorum.
R. P. Bernardinus Barbazan Custos Sancti Nicolai in Lotharingia Recollectorum.

Institutus, & electus fuit in Guardianum Sacri Montis Syon, & Custodem Terræ Sanctæ

Rev. Adm. P. Prosper a Brixia Lector Emeritus, ex-Minister Provinciæ Brixiæ, & ex-Definitor Generalis Ordinis.

Cum Custodia Sabaudiæ petierit reuniri cum Provincia Sancti Bonaventuræ, & ejusdem Provinciæ consensum jam ad hunc finem obtinuerit: Respondit Definitorium Generale utriusque Familiæ, quod reuniatur, servatis quæ de jure, & prudenter servanda sunt.

Relata coram Definitorio Generali utriusque Familiæ instantia Patris Pro Motoris Fiscalis Ordinis contra duo Scripta Typis vulgata, quorum unius titulus est - CARTA RESPUESTA - videlicet Epistola responsiva *sub nomine P. Augustini* de Puchol: *& ulterius titulus - RESPUESTAS DE LA VERDAD: nempe* Responsiones Veritatis, *sub nomine P. Hyacinthi* Palatios, *& comperto, quod respersa sunt propositionibus, & doctrinis destruentibus unitatem Ordinis, & jurisdictionem Ministri Generalis lædentibus: Omnes Patres Definitorii Generalis utriusque Familiæ unanimiter ea reprobant, & damnant; eorumque Lecturam universis Ordinis Fratribus prohibent, declaranda, & profitenda, Jurisdictionem Ministri Generalis pro tempore esse supremam in toto Ordine, seque extendere ad utramque Familiam, ad præscriptum Seraphicæ Regulæ, Constitutionum Apostolicarum, & Ordinis: Et committitur eidem Reverendissimo Patri Ministro Generali, ut inquirat, & procedat contra Auctores, prout de jure.*

Committitur, & mandatur Patribus Adm. Reverendis Officialibus Curiæ Ultramontanæ Familiæ, ut assistant efficaciter Patribus Missionariis Provinciæ Angliæ in Causa, quam habent coram Sanctissimo, & Congregatione de Propaganda Fide, eumque promoveant, & adjuvent, utpote conservationem ejusdem Fidei concernentem.

Hac

Hac die, Sanctissimæ Trinitatis festo, Beatissimus Pontifex uberiora desiderans sui amoris, & pietatis erga pauperculam Familiam nostram pignora dare, iterum ad Aracœlitanum Templum post Vesperas se contulit, ac debita Eucharistiæ Sacramento precibus exhibita veneratione, dum a Musicis Antiphona *Ecce Sacerdos magnus* canebatur, ad Solium progressus, quod e latere Evangelii extra Aram Principem erat erectum, Fratres omnes ad osculum pedis admisit, variis interim pulsatis harmonicis instrumentis, Fratribus autem omnibus clementissime ad osculum pedis admissis, concessit singulis 40. plenarias Indulgentias pro eorum arbitrio aliis distribuendas, præter eas pro iisdem Fratribus, eorumque consanguineis, usque ad tertium gradum; ac insuper Altare privilegiatum semel in quacumque hebdomada omnibus Vocalibus, eorumque Sociis Sacerdotibus, est elargitus.

Ut autem pro tam singularibus in nos collatis a Sanctitate Sua beneficiis, aliquod saltem grati animi nostri monumentum superesset, Reverendissimus Pater Minister Generalis decretum condidit, quod unanimi omnium consensu fuit a Definitorio Generali probatum, quo sancitæ sunt preces ab universo Ordine recitandæ, aut peragendæ pro illius incolumitate, ac sospitate, donec in vivis degat; & pro ejus animæ requie in perpetuum, cum ex hac vita pro humanæ carnis conditione decesserit: quod serius, quam fieri possit, evenire magnopere exoptamus. Decretum vero antedictum Pontificio diplomate fuit confirmatum, quod cum eodem inserto Decreto subinde referetur.

SESSIO XIV.

Die 25. Maii.

Lecto supplici Libello PP. Provincialis, & Discretorum Almæ Provinciæ Seraphicæ Regularis Observantiæ Sancti P. N. Francisci, quo supplicarunt, ut aliquod præmium decernatur pro Pœnitentiariis Sacrosanctæ Basilicæ Sanctæ Mariæ Angelorum de Portiuncula. Decreverunt omnes Patres utriusque Familiæ, ut expleto laudabiliter Decennio continuo hujusmodi exercitii Pœnitentiariorum in dicta Basilica, gaudeant prærogativis ex-Definitorum, immediate post eos, qui Definitores extiterunt in sua Provincia, vel erunt in posterum; & præcipitur Patribus Ministro, & Guardiano dicti Conventus, ut charitative tractent dictos Pœnitentiarios, eisque omnia necessaria, tum quoad victum, quam quoad vestitum subministrent, ac si essent Filii ejusdem Provinciæ, etsi sint alterius Familiæ, aut Provinciæ.

Provincia Sancti Ladislai Lectorum Jubilatorum postulatum exponit, qui jubilationis titulo omnibus Definitoriis adesse, & ad actus Definitoriales jus habere pretendunt, atque simul definitivam hac super re sententiam exposcit. Responsum fuit, hoc Jubilatis privilegium minime competere.

Eadem Provincia supplici instat Libello, ut P. F. Bernardinus Major, ob nonnulla crimina, quorum extrajudicialiter tantum insimulatur, Lectura Generali privetur, necnon ambo Studia Generalia Zagabriæ, & Quinque-Ecclesiense revocentur, ac tollantur. Responsum fuit, sufficientia non esse contra P. F. Bernardinum Major objecta ad hunc Lectura Generali privandum; Studiorum vero præmemoratorum Generalium suppressionem arbitrio, & prudentiæ Reverendissimi Patris Ministri Generalis esse relinquendam.

Præfatus Lector P. F. Bernardinus Major restitutionem petit in integrum, ut omni, quibus Sacram Theologiam non legit, quia a Patribus Provinciæ impeditus, ipsi ad Jubilationis Lauream consequendam computetur; adeoque Patentales Jubilationes Literas petit, esto non nisi quinque annorum spatio Sacram Theologiam legerit. Responsum fuit præfatum Lectorem jus ad jubilationem non acquisiturum, nisi expleto in hoc munere integro, ac non interrupto Decennio.

Minister Observantis Provinciæ Tusciæ cum suo Definitorio Hospitium Sancti Fabiani in Pratensi Urbe situm, ubi viginti Fratres degunt, denominatione, ac Privilegiis Conventus donari postulat; idemque cupit Minister Observantis Provinciæ Sancti Angeli, quoad Hospitium sub Sancti Honuphrii titulo in Oppido Petræ situm. Responsum fuit, utrique Hospitio denominationem, ac privilegia Conventus in posterum donari, dummodo reliquæ facultates non desint.

Guardianus, & Discreti Conventus Dominæ Liburni Observantis Provinciæ Tusciæ, ob Religiosorum Hospitum frequentiam, & maxime illorum, qui ad Sacra Terræ Sanctæ Loca pergunt, vel ab iis redeunt, subsidium aliquod a Sindico Terræ Sanctæ præstandum pro tali gravamine humillime postulant. Responsum fuit Sindicum Terræ Sanctæ Sindico Conventus solvere debere quotidie pro Laicis Terræ Sanctæ addictis asses (vulgo bajocchi) *duodecim; pro Sacerdotibus vero, si Sacrum celebrent, duos; secus, æque ac pro Laicis, duodecim.*

P. F. Benedictus de Salmona Observantis Provinciæ Sancti Bernardini, cum quatuor annis, totidemque mensibus, Theologiam in Studio Sexennalis legerit, pro Sexennii complemento computari sibi poscit tres annos, quibus Moralem Theologiam juxta Ordinis Constitutiones alibi legit. Responsum fuit. negative.

P. F. Bernardinus a Montefeeco, sexennali Theologiæ peracto cursu, suo successori loco jam dudum concesso, triam publicorum Concertationum muneri se utiquam satisfecisse postea cognovit, & idcirco facultatem pro hoc adimplendo debito, etsi itinere effluxerit, efflagitat. Responsum fuit denegandam esse ipsi hujusmodi facultatem.

Nonnullarum Provinciarum sexennales Lectores præter præmium ipsis a Statutis Ordinis concessum, aliud exoptant, qui statim ac Sexennium expleverint, inter Definitores habituales cooptentur. Responsum fuit, nihil hac super re esse innovandum, solumque ipsis postremum inter Definitores habituales locum competere, quando inter Aggregatos de numero in qualibet Provincia statutos, ac determinatus occensebuntur. Dum autem legunt, præcedentiam super omnes, qui Custodes, vel Definitores fuerint, obtinere debent.

P. F. Paulus Franciscus a Portaferrajo cum Sacræ Theologiæ sexennium expleverit mense Aprilis anno 1739. *ac mense Julii ejusdem anni Magistri Novitiorum cursum absolverit P. F. Hieronymus de Floriano, ante hunc aggregationis Lauream prætendit, eo quod in Comitiis Generalibus anno* 1740. *Vallisoleti celebratis sexennalis Theologiæ manus ad pristinum sex annorum tempus redactum fuerit. Responsum fuit. Oratorem aggregationem suam ab anno* 1740. *auspicari debere; Patrem vero Hieronymum de Floriano remanere in suo jure aggregationis obtentæ anno* 1739.

Provincia Hungariæ Marianæ facultatem petit acceptandi Legatum perpetuum Missarum 300. *quotannis celebrandorum a Provinciæ Sacerdotibus, uniusque Missæ semel in Hebdomada a Sacerdotibus in Infirmaria Posoniensi degentibus, cum eleemosyna eidem Infirmariæ elargienda decem mille Florenorum pro una*

vice

vice tantum. Pręterea, ut Studium Generale ad S. Jacobum Tyrnavię declaretur primę Classis; Studia vero Javarini ad Sanctum Stephanum Prothomartyrem, & Posonii ad Annunciatam, pro Generalibus habeantur secundæ Classis. Responsum fuit quoad primum, incapaces esse Ordinis Minorum Fratres acceptandi prefatum onus in forma expressa, ac solummodo noe posse Missas annuatim celebrare annuę congruę eleemosinę respondentes. Quoad secundum vero, gratiam concedi posse, prout conceditur.

Constito in Definitorio Generali, quod Excellentissimus Marchio de Fuente, & Sol per legitimam successionem possidet Marchionatum de Cañete, cui annexus est Patronatus Ordinis pro Capitulis Generalibus Cismontanę Familię, & Congregationibus Generalibus Ultramontanę, omnes Patres unanimi consensu acceptarunt, & cognoverunt dictum Excell. Dominum Marchionem de Fuente, & Sol de Cañete, & Successoree ejus in hac secunda Marchionatu, in Patronum Ordinis, ut supra dictum est. Comperto tamen, quod gravamina Ordini resultantia ex instrumento Patronatus longe superant eleemosinam assignatam in subsidium Religionis, iidem Patres Definitorii Generalis commiserunt, & in Domino hortati fuere Reverendissimum Patrem Ministrum Generalem, quatenus cum dicto Excellentissimo Domino seria agat, ut attentis supradictis, contentus sit accrescere eleemosinam congruentem.

Agnito, quod in impressione Statutorum Vallisoletanorum 1740. tit. pro Cismontana Familia num. 7. irrepserit aliquis error, sic concludatur dictus septimus numerus, prout in Originalibus: videlicet „Tertio Magnus Conventus Parisiensis ponatur immediate „post Provinciam Sancti Jacobi de Xalisco, prout us„que nunc fuerat. Quarta sub num. 72. Familiæ „Cismontanę ponatur Provincia S. Josephi in Comitatu „Flandrię, non autem in Gallia, sicuti positum fuit. „Tandem Provincia Sancti Francisci Lugdunensis po„natur post Provinciam Sanctę Marię Magdalenę.

Quoniam plures alię instantię promotę sunt coram Definitorio Generali, quarum discussio exigit longum tempus, & summe in tempore legali dissolvendi Capitulum; PP. Definitorii Generalis remiserunt eas Reverendissimo Ministro, & Commissario Generalibus respective.

Sequuntur subscriptiones factæ propriis manu a Patribus Reverendissimi Definitorii Generalis, & Actis originalibus horum Comitiorum adpositæ, quæ Acta, ut a reliquis, quoad fieri poterat, distinguerentur, impressa fuerunt typis, quos vocant, italicis.

Frater Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis.

Frater Raphael a Lugagnano ex-Minister Generalis immediatus, & Commissarius Generalis.

Frater Joannes *de la Torre* ex-Commissarius Generalis immediatus.

Frater Joannes Antonius a Sancta Cruce Discretus perpetuus Familiæ.

Frater Matthias de Velasco Commissarius Generalis Indiarum.

Frater Antonis Barros Procurator Generalis Ordinis.

Frater Bernardinus a Teclitio Commissarius Generalis Curiæ.

Frater Joseph Maria a Gallipoli Procurator Generalis Reformatorum,

Frater Marcus Antonius Gravoix Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum.

Frater Joseph Maria de Fano ex-Procurator Generalis Ordinis immediatus.

Frater Joannes Franciscus Yduri ex-Commissarius Generalis Curiæ.

Frater Alexius a Roma ex-Procurator Generalis Reformatorum immediatus.

Frater Antonius Saura Definitor Generalis.

Frater Joseph Fouiquet Definitor Generalis.

Frater Joannes Conejero Definitor Generalis.

Frater Hieronymus Ulamiynck Definitor Generalis.

Frater Joachimus a Sancto Joseph Definitor Generalis.

Frater Tiburtius Barat Definitor Generalis.

Frater Ignatius a Nivibus Definitor Generalis.

Frater Sebastianus Philippes Definitor Generalis.

Frater Gaudiosus Mayi Definitor Generalis.

Frater Antonius Scutari Definitor Generalis.

Frater Philippus de Vigone Definitor Generalis.

Frater Bernardinus ab Aversa Definitor Generalis.

Frater Raimundus Tuorkouski Definitor Generalis.

Frater Anacletus de Roma Definitor Generalis.

Frater Joannes Petrus a Roma Definitor Generalis.

Frater Clemens a Panormo Definitor Generalis.

Frater Cæsarius a Bononia Definitor Generalis.

Frater Josephus a Valcovarino Definitor Generalis.

Frater Alexius a Neapoli Definitor Generalis.

Frater Antonius Aguiere Definitor Generalis, & Secretarius Generalis Definitorii Generalis.

Confirmatur Decretum Definitorii Generalis circa Legatum perpetuum, quod in perenne grati animi monumentum condidit Ordo pro ingentibus sibi collatis beneficiis a BENEDICTO XIV. P. O. M. feliciter regnante.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis, necnon Definitores Generales utriusque Familiæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, & Reformatorum nuncupatorum, quod ipsi, absoluto Capitulo Generali ejusdem Ordinis, ediderunt Decretum tenoris sequentis, videlicet.

„Cum Sanctissimus Dominus Noster BENEDI„CTUS Divina Providentia Papa XIV. egregiam in „pusillum nostrum Gregem voluntatem a Majori„bus suis jure quodam hæreditario acceptam, non „modo dum in minoribus esset, pluribus benefi„centiæ, atque amoris argumentis testatam dede„rit, sed cumulatissime etiam comprobaverit ad „supremum Christiani Orbis clavum regendum eve„ctus, præsertim cum universæ Familiæ nostræ Co„mitiis, plurium Prædecessorum suorum exempla, „& præcipue Nicolai V. imitatus, hoc anno Jubi„læi xvii. Kal. Junii in Æde Sanctæ Mariæ de „Aracœli habitis, dignatus sit interesse, ac præsi„dere: ne tam illustris facti memoria ullis umquam „temporis injuria, aut diuturnitate intercidat, Ca„pitulum Generale gratum, ut par est, animum, „& ut Franciscanam licet paupertatem, declarare „cupiens, Proponente Reverendissimo Patre Ministro „Generali, constisque Definitorii Patribus plauden„tibus, statuit, ac decernit, ut faustus ille dies, „qui tanta, ac tam insigni Clementissimi Principis „dignatione est honestatus, inter festivos, & toti „Ordinis Sacros perpetuis futuris temporibus ha„beatur, singulisque annis, eodem ipso recurren„te die, in omnibus utriusque Familiæ Cœnobiis „pro longæva prosperitate Sanctitatis Suæ, atque

„In-

„ Inclitæ, nobilissimæque suæ Domus incolumitate, „ ac sospitate Sacrum solemne peragatur, atque ab „ omnibus universi Ordinis utriusque Sexus Fratribus, & Sororibus, eadem pro re, crebræ ad Deum, „ & enixæ preces fundantur. Ne autem hoc grati „ animi testimonium una cum vita Sanctitatis Suæ, „ quam Deus Optimus Maximus ad Christianæ Reipublicæ felicitatem, & Nostri Ordinis incrementum, diu, multumque servare dignetur, finem „ aspiciat, idem Capitulum Generale, proponente „ eodem Reverendissimo Patre Ministro Generali, „ & probantibus iisdem Definitorii Patribus, jubet, „ ac mandat, ut cum Sanctitas Sua viam universæ „ carnis ingressa mortales hasce exuvias reliquerit, „ pro ejus Animæ requie omnes, & singuli universi „ Ordinis Sacerdotes tres Missas celebrent, & in „ singulis Conventibus solemnis Missa cum integro „ Defunctorum Officio decantetur, Clerici vero, Laici, & Moniales, ac respective singuli, & singulæ „ tres, ut ajunt, Coronas Beatæ Mariæ Virginis, & „ duas Stationes recitent; atque insuper, ut monumento numquam interituro tanti Pontificis memoria consignetur, in omnibus universi Ordinis „ Conventibus perpetuo pro Anima ejus fiat Anniversarium. Id autem in omnes tabulas Ordinis inscribi, „ ac inferri, & per universum Franciscanum Orbem „ promulgari idem Capitulum Generale sanxit, ac decrevit. In Comitiis Generalibus Aracœlitanis hac „ die xxiv. Mensis Maii Anno Jubilœi 1750.

F. Petrus Joannetius de Molina
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De Mandato Rmi in Christo Patris
F. Antonius Aguirre Definitor Generalis, &
Secretarius Definitorii Generalis.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Exponentes præfati præinsertum Decretum, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum cum omnibus, & singulis in eo contentis, & expressis, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & sanamus. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xxix. Maii 1750. Pontificatus nostri anno X.

D. Cardinalis Passioneus,

Ne Vocales Ultramontani iis frustrarentur gratiis, & prærogativis, quibus illi decorati fuerunt, qui in Comitiis Innocentianis anni 1723. sunt suffragati, Reverendissimus Pater Minister Generalis supplicem Libellum Sanctissimo exhibuit tenoris sequentis.

BEATISSIME PATER.

F*R. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum, considerans, quod Generale Capitulum de anno 1723. celebratum, præsidente san. mem. Innocentio XIII. in reverentiam illius Summi Pontificis decrevit, quod omnes, & singuli Vocales, qui in illo suffragium tulere, gauderent prærogativis per Statuta Ordinis præscriptis pro Vocalibus Capituli Generalis, etiamsi aliquibus eorum deficerent requisita expressa in eisdem Statutis: Et cupiens ne aliqua prætermittatur significatio gratitudinis erga Sanctitatem Vestram ex illa, quæ tunc dictum Capitulum demonstravit erga præfatum Innocentium XIII.*

Propterea supplicat humillime S. V. quatenus, non obstante Brevi ejusdem S. V. incipien. Apostolica a Pastorum Principe, *in cujus debitum obedientiam recens Generale Capitulum non potuit quidquam hac super re decernere, dignetur concedere, quod omnes, & singuli Vocales, qui huic Generali Capitulo coram S. V. celebrato intervenerunt, & votum dederunt, sive sint de Observantia, sive Reformati, Discalceati, aut Recollecti, sive Tertii Ordinis, tametsi aliqui, sive aliquibus eorum deficiant aliqua requisita ex præscriptis in Statutis, gaudeant prærogativis taxatis in iisdem Statutis pro Vocalibus, qui votum dederunt in Capitulo Generali.*

Quamobrem emanavit sequens Rescriptum — *Ex Audientia Sanctissimi die 2. Junii 1750. — Sanctissimus benigne annuit pro Gratia, Arbitrio ejusdem Ministri Generalis Oratoris, cum facultatibus necessariis, & opportunis.*

Loco ✠ Sigilli.

Joseph Livizzani Secretarius.

Numerus Defunctorum ab ultimo Capitulo Generali anni 1740. usque ad præsens.

EX Familia Ultramontana obierunt in Domino Fratres 12086. Sanctimoniales vero 5628. Ex Familia autem Cismontana Fratres 8175. & Sanctimoniales 1222. Summa omnium Fratrum Defunctorum 20261. & Sanctimonialium 6850. quorum animæ omnium vestrum orationibus commendantur.

Sequuntur Suffragia.

PRo Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO XIV, ejusque ad multos annos incolumitate, & sospitate, ultra preces ab Ordine statutas, & ab eo

dem

dem Apostolicis Literis confirmatas, singuli Sacerdotes tres Missas legant.

Pro omnibus Principibus Christianis Ordinem nostrum in Ditionibus suis tuentibus, & prumoventibus, singuli Sacerdotes itidem tres Missae legant.

Pro Eminentissimo, & Reverendissimo Domino D. Hieronymo Columna apud Sanctam Sedem Ordinis Protectore amantissimo, quisque Sacerdos unam Missam recitet.

Pro Excellentissimo Domino D. Marchione *de Fuente, & Sol de Cañete*, cujus beneficentia expensæ aliquæ pro Capitulo Generali factæ fuerunt, Sacerdotes omnes celebrent unam Missam.

Pro pace, & concordia inter Principes Christianos, extirpatione heresum, Fidei propagatione, victoria contra Infideles, & Ecclesiastici Ordinis prosperitate, duæ Missæ legantur a quolibet Sacerdote.

LITERÆ ENCYCLICÆ

Rmi P. Ministri Generalis, quibus universo Ordini suam significat electionem, ac nonnullorum de mandato Sanctissimi Domini Papæ observantiam magnopere commendat.

FR. PETRUS JOANNETIUS

DE MOLINA,

Sacræ Theologiæ Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu Matritensi pro Immaculata Virginis Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum Minister Generalis & Servus.

Dilectis Nobis plurimum in Christo universis Patribus, Fratribus, & Sororibus, tam Superioribus, quam Subditis totius dicti Nostri Ordinis salutem, & Seraphicam Benedictionem.

AD Supremam totius Ordinis Fratrum Minorum Præfecturam, nullis meritis nostris, sed inscrutabili Divinæ Sapientiæ consilio evecti in Generalibus Comitiis, coram Sanctissimo, ac Sapientissimo Pontifice BENEDICTO XIV. Romæ in Aracœlitano Templo celebratis in Vigilia Pentecostes præsentis Anni, illud in primis onus, & cura Nobis incumbit, Fratres, & Filii in Domino Charissimi, ut vos ea de re hisce literis certiores reddamus, atque tenuitatem nostram tanto oneri imparem, ut orationibus vestris adjuvare velitis, a vobis omnibus deprecemur. Equidem Nos cum muneris Nobis commissi gravitatem cogitamus, *eorum instar, (a) qui ad repentinos sonitus metu percelluntur, rationem tenere non possumus, & magna non affici timore, & contremiscere: quia omnium vestrum, (b) quos regendos suscepimus, rationem a Nobis animadvertimus esse reddendam*. Nec vero fieri potest, ut non magnopere commoveamur, cum onus Nobis impositum reputamus, a quo sustinendo Viros olim Sapientia, &

Chronol. Seraph. *

Religione præstantes ipsa rei difficultas deterruisset. Quam enim grave est, ac laboriosum *attendere sibi, & universo Gregi*, (c) hoc est *omnium virtutum ad imitandum exemplar fieri?* (d) Quantum vero est Nobis Dei vivi judicium pertimescendum, qui pœnam Pastoribus animarum minatur sempiternam, si vel minimum negligant *consolidare quod est infirmum, aut sanare quod Ægrotum, confractumque est* (e), *aut quod est abjectum reducere?* Scilicet *Rector*, Gregorio Magno testante (f) *quot Subditis præest, tot solus Animas habet: neque solum pro suis arguitur delictis*; (g) *sed & pro populi peccatis rogitur*. *Totum namque id*, ut est præclare dictum ab Augustino (h) *quod facit Populus, Rectori tribuitur*. *Quod si tantum debet actionem Populi trascendere actio Præsulis* (i), *quantum distat a Grege vita Pastoris*: quam egregia virtute sit ornatus oportet, qui fieri debeat omnibus omnia, & in quem alii, tamquam in exemplar omni ex parte perfectum, intuentes, possint componere mores suos? Hæc Nobiscum reputantes, & his tamquam fluctibus variis cogitationum huc illuc jactati, vix tandem Nos collegimus, ut ad vos scriberemus, Fratres dilectissimi, hoc primum studii erga vos nostri testimonium daturi. Sed in his animi angustiis nonnulla sunt, quæ Nos recreant, atque sustentant. Primum: quod tenuitatem nostram ad munus Præfecti minus aptam perspicientes, non modo illud non expetivimus, sed an oblatum susciperemus, ancipites fuimus; eoque tandem consilio dedimus manus, ne laborem defugere existimaremur. Cujus Nos consilii Auctorem habuimus Sapientissimum D. Bernardum (k), qui ad Brunonem scribens egregium Virum, propter animi angorem ? & acerrimos scrupulos Colonienses Infulas detrectantem, nihil, ait, hominis Christiani tam esse proprium, *quam Deo relinquere sui, quod ignoramus, secretum consilii, ipsumque supplici devotione precari, ut in Nobis, & de Nobis operetur quod & se decent, & Nobis expediat*. Quapropter haud temere confidimus Divinæ Gratiæ præsidium, quod consuletur, & adjuvet infirmitatem nostram, minime Nobis defuturum. Subit præterea nostrorum temporum eximia conditio, in quibus gerit Pontificem Maximum Sanctissimus Dominus Noster BENEDICTUS XIV. quem Nobis Deus Pastorum Principem dedit; qui cum singulas Oves Orbis Terrarum assidue *pascit admirabili Scientia, & doctrina*, (l) tum eos maxime, qui Apostolicæ in partem solicitudinis sunt vocati, virtutum omnium, quæ Pastori conveniunt, illustrat splendore, & exemplis inflammat. Enim vero vires auget inopiæ nostræ, atque reficit pietas tanti Pontificis erga Ordinem Minorum, *quam acuti hæreditariam a Majoribus suis acceptam, cum perspicue declaravit in omni vitæ suæ conditione, in qua, Deo disponente, ad communis Christianæ Reipublicæ bonum, versatus est, nihil umquam prætermittens, quod spirituali utilitati nostræ conferre posse videretur* (m): tum maxime insigni argumento testatam voluit in hisce Comitiis Generalibus, quibus præsidere non est dedignatus; atque cum summa Clementia tantam Religiosorum nostrorum multitudinem ad osculum Sanctissimorum pedum admisit, tum nobis omnibus, ut Jubilœum commodius lucraremur, singulari benignitate indulsit, & ad commune omnium sola-

Kkk tium,

(a) *S. Greg. Naz. Orat. Apolog. pro fuga sua.* (b) *S. Chrysost. hom. 24. in Epist. ad Hebr.*
(c) *Cap. 8. Ver. 28. Act. Apost.* (d) *S. Bern. de Consid. ad Eug. lib. 4.* (e) *Ezech. 34.*
(f) *Lib. 24. Mor. Cap. ult.* (g) *Orig. in cap. 15. Numer.* (h) *Quæst. 146. in Exod.*
(i) *S. Greg. Mag. in Pastoral. lib. 2.* (k) *Epist. 8.* (l) *Jerem. Cap. 3. Ver. 15.*
(m) *Sanctiss. Pont. BENEDICTUS XIV. in allocut. habita in Comit. Gener.*

tium, & salutem Animarum Cœlestem nobis Indulgentiarum Thesaurum largitus est. Quæ *Pontificiæ in nos omnes benevolentiæ* (a), & egregiæ voluntatis argumenta clarius ex ea cura, & solicitudine confirmantur, quæ Pontificem Maximum, ac Sapientissimum exercet, in Familiæ nostræ decore, regulari disciplina, ac commodis augendis, & amplificandis. Etenim Nobis incredibili, maximoque zelo imperavit, ut vos omnes, Fratres, & Filii charissimi, in his, quas primum vobis damus, literis nostris tria hæc, eaque gravissima, commonefaceremus.

„ Ac primum, quod caput est cæterorum: ut curam & solicitudinem omnem habeant Superiores, ea, quam professi sunt, Sanctissima Regula ut a Religiosis omnibus integre observetur, & si contingat minus observantes inveniri, severe corrigant illos, præsertim qui contra Sanctam Paupertatem peccant, denarios, vel pecuniam contrectando; aut in aliquo ex vigintiquatuor præceptis, quibus tenentur, deficiunt; & ne Subditi lamentandi occasionem habeant, sedulo incumbant, ut in omnibus Cœnobiis sint pannorum, aliarumque rerum necessariarum Communitates, Deique cultus die, ac nocte, ut decet, peragatur, in omnium memoriam revocando maledictionem, quam S. P. N. contra Inobservantes pronunciat.

„ Cum vero ab initio usque Ordinis in usu fuerit, ut Fratres secederent in loca quædam, Oratoria dicta, in quibus majori fervore Spiritus Orationi operam darent, & quibus nostra ætate Conventus dicti *Recessus*, fuerunt substituti, ubi majori diligentia, Silentio, Orationi, & mortificationi indulgent, studeant proinde Superiores, ut in amplioribus Provinciis sint duo, vel plura *Recessuum* Cœnobia, aut saltem unum in iis, quæ paucioribus componuntur Conventibus; nec permittatur, ut in similibus *Recessuum* locis collocetur aliquis de Familia invitus, sed curent, ut Religiosi omnes ibi commorantes, ibidem ex propria voluntate maneant; itaut si contingat aliquem ex ipsis *Recessuum* rigorem ferre non posse, liberum ei sit discedere, neque sine rationabili causa impediatur qui petit in iis Conventibus permanere, quando adsit locus, ut ejusmodi Cœnobia efficiant tot veluti proborum Religiosorum Seminaria, qui per Provincias dispersi aliis sint exemplo. Sed hoc ipsum nullum erit effectum habiturum, nisi Superiores Majores fortiter, & efficaciter pro illius executione incumbant.

„ Cum denique in Capitulo Generali Romano, habito anno 1688. decretum sit, ut in omnibus Conventibus Sanctum *Viæ Crucis* exercitium instituatur, *quia animabus utile, & præ aliis devotionibus Deo pergratum speramus*, ut Patres illi congregati ajebant; summa cura proinde studeant Superiores, ut in omnibus Conventibus *Viæ Crucis* exercitium sæpe habeatur, & saltem semel in mense publice fiat, hortando itidem Concionatores, ut illud Quadragesimæ, & Adventus tempore faciendum promoveant in illis Parœciis, in quibus concionantur, curando, ut in singulis observentur quæ decernuntur in Brevibus Pontificiis, præsertim in illo D. N. BENEDICTI XIV. Pontificis feliciter regnantis, in quibus confirmantur decreta hac super re Sac. Congregationis; & pro certo habeant, quod si evenerit, ut in omnibus locis instituatur hoc Sanctum Exercitium, magna inde Deo gloria, magnus Animabus fructus, & decor Seraphico Ordini obveniet, ut hactenus experientia demonstravit, & amplius deinceps apparebit, si Superiores in re tanti momenti omnem operam collocaverint.

Quæ Pontificis Sanctissimi in iis jubendis voluntas, quo magis Ordini universo honorifica est, eo vehementius movere nos debet, ut eam integre, & alacriter exequamur. *Hæc est enim voluntas illius, Sanctificatio nostra* (b). Atque Nos, qui rem nullam vehementius optamus, quam universi Ordinis decus, Provinciarum tranquillitatem, ac Religiosorum omnium commoda, & salutem, boni Pastoris exemplo, errantes oves ut revocemus ad ovile, omnes Apostatas, & Profugos nostris hisce vocibus amoris, & benevolentiæ plenis obsecramus, ut redeant ad Pastorem suum. Paternis namque misericordiæ visceribus singulos amplecti desideramus, iisque omnibus condonamus pœnas omnes ex præscripto legum infligendas, qui intra hujus anni Sancti 1750. spatium ad quodcumque Ordinis nostri Cœnobium sponte sua redierint. Declaramus tamen, eos minime comprehendi, qui spe condonationis hujus consequendæ, eadem crimina patrabunt.

Quare Provincialibus, Guardianis, aliisque omnibus Superioribus, & Fratribus universi Ordinis districte præcipimus, ut summa diligentia se gerant in Apostatarum & Profugorum licentia coercenda, iisque, si qui fugere tentent, capiendis, atque ad proprias Provincias, juxta præscriptum Statutorum Ordinis caute, & nulla mora interposita reducendis. Sciant vero ii, qui nostrum hoc Mandatum integre, & omni ex parte servare neglexerint, hanc eorum socordiam Nos severe, ac rigide punituros. Non enim possumus sine lacrymis, acerboque animi dolore advertere, quam luctuosa in Animas filiorum nostrorum damna, atque in Ordinem universum dedecora ex hac una Superiorum negligentia proficiscantur.

Præcipimus etiam, ut intra spatium quindecim dierum ab harum literarum promulgatione, Religiosi omnes, qui in alienis Provinciis commorantur, ad proprias redeant. Quamobrem facultates omnes a Prædecessoribus Nostris, & præcipue a Superioribus subalternis concessas, vigore præsentium, revocamus, eosque solum excipimus, qui facultate Sedis Apostolicæ muniti sunt.

Præcipimus insuper Provincialibus Familiæ Ultramontanæ, ut tum de executione hujus nostri mandati, tum etiam, quot aliarum Provinciarum Religiosi, quo motivo, quave facultate, in suis Provinciis reperiantur, Nos Epistolis suis certiores reddant. Ministri vero Provinciarum Familiæ Cismontanæ de hisce rebus statim admonebunt modernum Reverendissimum P. Commissarium Generalem, qui per Epistolam Nobis ea omnia distincte narrabit.

Atque expresse volumus, & efficacius præcipimus, ut Superiores hoc ipsum mandatum nostrum in eos Religiosos exactius exequantur, qui quacumque de causa, & licentia extra Conventus nostros vitam degunt.

Demum eos omnes, quibus adolescentum nostrorum, qua moribus, qua literis educandorum cura commissa est, ac potissimum Philosophiæ, & Theologiæ Lectores, majori, qua possumus, auctoritate hortamur, atque præcipimus, ut toto conatu, modisque omnibus studiosos Adolescentes doceant, atque ad excolenda studia literarum inflamment. Curent vero Superiores, ad quos spectat, ne quidquam illu-

(a) *Idem Sanctiss. in allocut.*

(b) 1. *Thessalon. Cap. 4. vers. 3.*

studiosis Adolescentibus, atque Lectoribus d.sit, quod ad eorum honesta, & religiosa commoda spectat, ut Franciscana paupertas rite ab illis servetur, ipsique ad literarum studia facilius, utiliusque incumbant. Neque illud efficiant, ut vacent a Lectionibus, atque ad alias res obeundas studiorum tempore destinentur.

Contra vero sedulo invigilent Superiores Locales, ne Studentes quotidie extra Conventum vagentur, sed plenissime hac super re Constitutiones Ordinis attendantur: quemadmodum & illud serio monemus, quod alias a Nostris Prædecessoribus factum animadvertimus, ut nimirum Studentes statis temporibus coram tota Communitate specimina edant artis, qua pollent, in concionanda, cui potissimum debet Seraphicus Ordo splendorem, & ornamentum, quo olim in Ecclesia Catholica præfulgebat. Super quorum observantia attente curabimus, ut omnes, & singuli Superiores gravem, ac severam Nobis reddant rationem.

Interea commonere vos, & obsecrare cum Apostolo Nos maxime decet, *ut nulla sint in vobis Schismata, sed sitis perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia, & supportantes invicem in Charitate, solliciti sitis servare unionem in vinculo pacis*. Atque illud præsertim cogitate, *cujus, nempe, capitis, & cujus corporis sitis membrum* (a) respicite *ad Patrem vestrum, & ad Petram unde excisi estis*, Franciscum, nempe, Sanctissimum, hominemque Divinum, qui *licet pauperculus, modicus, & despectus Lateranensem Basilicam jam ruinæ proximam, propria dorsi submissione, ne caderet, sustentavit* (b) Nos etsi multis infirmitatibus Nos ipsos circumdatos sentiamus, nullaque re cum Sanctissimis Familiæ nostræ Viris comparandos, confidimus tamen, ab eo, qui *infirma Mundi eligit, ut fortia quæque confundat*, (c) *vulnera & contritiones nostras alligatum iri*. Vos autem, Fratres, & Filii dilectissimi, id pro certo habetote, Nos concedere nemini pio erga vos studio, & voluntate. *Ego enim libentissime impendam, & superimpendar pro animabus vestris* (d) modo vos ad veram justitiam, æternamque salutem perducere possim. Ac vos præsertim, Fratres Charissimi, qui estis Provinciarum, & Conventuum Rectores, & Præfecti, oro, obtestorque, *ut bona provideatis, non solum coram Deo, sed etiam universo populo* (e) ac Fratribus vestræ curæ commissis, quos debetis potissimum ad amorem virtutis, non verbis modo, sed exemplis sanctissimis incitare. Vocati enim estis in partem sollicitudinis nostræ, vosque operis nostri adjutores, & comites vestra estis dignitate constituti. Cogitate, vos *Pastores esse, non percussores; atque oportere vos subditis ita præesse, ut tamquam filios, & Fratres diligatis, ac potissimum elaboretis, ut eos hortando, & monendo, deterreatis ab illicitis, ac ubi deliquerint, debitis eos pœnis coercere conamini: quos tamen si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est a vobis servanda præceptio, ut illos arguatis, obsecretis, & increpetis in omni bonitate, & sapientia, cum sæpe plus erga corrigendos agat benevolentia, quam severitas; plus exhortatio, quam commixatio, plus Charitas, quam potestas* (f) Vos vero, qui subditi estis, *obedite Præpositis vestris, & subjacete eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes* (g).

Chronol. Seraph.

Denique rogamus vos omnes, & exhortamur, ut sine intermissione oretis pro Fidei Catholicæ exaltatione, pro pace Christianorum Principum, atque eorum salute, & incolumitate, quorum beneficiis summopere universa Familia Minorum adstricta est. In primis autem continuas preces, atque humillimas Deo effundite pro diutina conservatione, & sospitate Supremi Universalis Ecclesiæ Pastoris, Sanctissimi D. N. BENEDICTI XIV. Pontificis Maximi, ac Sapientissimi, cui potissimum Ordo Minorum universus se devictum quam maxime agnoscit, ob ingentia ab eo accepta beneficia, ejusque singolarem, vereque paternam erga nos omnes dilectionem. Precor interea D. O. M. ut fausta vobis, & prospera velit omnia procedere; nihilque magis desidero, quam clariora vobis argumenta præbere paterni studii erga vos nostri, & voluntatis. Nihil itaque reliquum est, nisi ut vos omnes Fratres, Filiosque nostros *per venturum Judicem exorem, per multorum millium Angelorum frequentiam, per Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in Cœlis, Me ut adjuvetis orationis vestræ intercessione, sub hoc curæ pastoralis onere labescentem; ne suscepta Me pondera ultra vires premant* (h) vobisque omnibus Seraphicam impertimur benedictionem, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Dat. ex hoc nostro Conventu S. M. ad Aram Cœli Urbis hac die 4. Junij 1750.

Fr. Petrus Joannetius de Molina
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De Mandato Rmi in Christo Patris.
Fr. Franciscus Antonius Mariani de Corbara
Secretarius Generalis Ordinis.

Literæ Reverendissimi Patris Ministri Generalis, quibus Cœnobium SS. Quadraginta de Urbe aggregatur Provinciæ S. Joannis Baptistæ Valentiæ.

FRATER PETRUS JOANNETIUS

DE MOLINA &c.

Dilecto Nobis in Christo R. P. Ministro nostræ Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ Discalceatorum, aliisque Patribus, & Fratribus in nostro Regio Conventu Sancti Paschalis Baylon, & SS. Quadraginta Martyrum Urbis degentibus salutem, & Seraphicam Benedictionem.

AD universi Ordinis Seraphici regimen, divina disponente clementia, nullis nostris meritis assumpti, inter multiplices curas, quibus nostra imbecillitas premitur, intentionem mentis nostræ, & voluntatis affectum a præfato nostro Regio Conventu Romano avocare non possumus, neque volumus. Etenim labor, D. O. M. auctore, pro illo erigendo, atque provehendo, spatio quatuordecim, & ultra an-

 no-

(a) S. Leo Serm. 1. de Nativ. Dom.
(b) Sen. Pont. BENED. XIV. ibid. in allocut.
(c) Ad Corin. Cap. 12. vers. 15.
(d) 2. ad Corin. Cap. 12. vers. 15.
(e) Ad Rom. Cap. 12. vers. 17.
(f) Concil. Trident. Cap. 1. de reform.
(g) Apost. Paul. ad Hebr. Cap. 13. v. 17.
(h) S. Greg. Magn. lib. 1. Epist. 1.

aorum, impensus nostrum amortm non imminuit, sed ita accrevit, ut vere valeemus affirmare, quod (a) Gen. c. 9. ℣. 20. *Videbantur Nobis pauci dies præ amoris magnitudine.*

Cum itaque vigiliis nostris, conatibus, & sudoribus, quibus non leves pressuræ, & animi angustiæ admiscebantur, benedicente Domino, eo deducta res sit, ut præter Ecclesiam, & Sacristiam, Claustrum etiam, & Dormitorium fabricata jam sint, cum competenti numero Cellarum, adjunctis etiam sufficientibus hortis pro recreatione Fratrum, & pro fructibus, atque hortelitiis habendis, considerationem nostram convertere duximus ad constabiliendum salubre gubernium dicti nostri Regii Conventus Romeni, quo mediante in temporalibus perfici, & in spiritualibus suum complementum, ad majorem Dei gloriam, Ordinis nostri decorem; & Romanæ Curiæ, almæque Civitatis (cui Nos magnopere obstrictos agnoscimus, & confitemur) ædificationem, consequi posset, & valeret. Quæ animi nostri sensa cum omnibus Patribus Vocalibus, qui ex nostris Provinciis Discalceatorum Hispaniæ convenerunt ad Generale Capitulum mox in Alma Urbe celebratum significaverimus, concordi omnium sensu decretum per eos conditum fuit, & concordatum, tenoris, qui sequitur, videlicet;

Die 20. *Maii anni* 1750.

„ CUM celebreretur Gepitolum Generele in hoc Conventu Areecœli congregeti sumus omnes Vocales Provinciarum Discalceatorum in Cella nostri Rmi P. Ministri Generalis F. Petri Joannetii de Molina, qui nobis proposuit commune bonum, quod nostræ Seraphicæ Discalceatorum congeriei oriebatur, habendo in hac Alma Urbe Conventum Sancti Paschalis, & Sanctorum Quadraginta Martyrum, proptereaque debere Nos omni cum maturitate reflectere, et deliberare ea, quæ melius conducunt ad majus bonum, & stabilitatem præfati Conventus.

„ Cumque ad ejusmodi stabilitatem, firmitatemque procurandam, medium efficacius sit bonum, & pacificum regimen Communitatis, proinde dixit sibi videri, nullatenus convenire, quod eadem Communitas a Religiosis diversarum Provinciarum integretur; aliter enim proculdubio animorum scissura procedet, cum scandalo Romanorum Civium, & cum aliis pessimis inconvenientibus, quæ secum trahit discordia. Quare rationi magis consonum, & justitiæ consentaneum esset, Conventum præfatum uni tantum Provinciæ adjudicare, quæ curam habeat in perpetuum collocandi in eo Religiosos virtute, integritate, aliisque animi dotibus ad hunc finem convenientibus præditos. Petiitque subinde ab omnibus, & singulis Vocalibus congregatis, quid eis super hoc libere in Domino videretur. Nos vero infrascripti unanimi, & conformi studio resolvimus, nullatenus congruum existimare, quod Communitas dicti Conventus a Religiosis diversarum Provinciarum integretur, quodque si ea uni tantum Provinciæ vinculanda sit, ex nunc in perpetuum eam adjudicamus, & vinculamus Almæ Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ Regni Valentini, renunciando propterea omni juri, quod singulis aliis Provinciis in dicto Conventu competeret: Hic tamen sub conditionibus. Prima nimirum, quod sit onus dictæ Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ complere Communitatem numero Religiosorum, & pro eorum ad Urbem conductione expensas subire. Secunda, quod obligare se debeat ad satisfacienda debita ex fabrica Conventus causata, congruosque reditus necessarios assignare, donec in sua ultima perfectione fuerit constitutus. Tertia, quod Provincia, & Conventus præfati teneantur gratis alere, & hospitio recipere Hospites cæterarum Provinciarum, qui vel pro causis personalibus ad Urbem accederint, vel a Provinciis missi fuerint pro earum respective prætensionibus, & negotiis. Quarta, quod pariter debeat necessaria quoad victum, & vestitum suppeditare novo P. Procuratori Generali, aut Secretario Hispaniæ pro tempore futuris, nec non etiam eorum Sociis a Procura ipsa dependentibus, firma tamen remanente obligatione omnium Provinciarum contribuendi annuum subsidium pro expensis eorum respective officio necessariis. Dummodo igitur dicta Provincia Sancti Joannis se obliget pro observentia harum conditionum, omnes Vocales infrascripti ei cedimus pro jure suo, usu, & regimine præfatum Conventum Sancti Paschalis in Urbe. In quorum fidem his Nos subscripsimus, in dicto Conventu Aracœli die 21. Maii 1750.

F. Joannes Conejero Definitor Generalis, Custos Provinciæ Sancti Didaci in Bætica.

F. Emmanuel a Jesu Maria ex-Definitor Generalis.

Frater Andreas a Jesu Minister Provincialis Provinciæ Sancti Gabrielis.

Frater Joseph a Matrito Minister Provincialis Provinciæ Sancti Josephi.

Frater Joannes Sanches de Sancto Hieronymo Minister Provincialis Provinciæ Sancti Didaci in Bætica.

Frater Michael Lanzis Pro-Minister Provinciæ Sancti Petri de Alcantara Granatensis.

Frater Jochimus de Alvalate Minister Provincialis Conceptionis.

Frater Joseph a Spiritu Sancto Minister Provincialis Sancti Pauli.

Frater Antonius Joannes de Molina Minister Provincialis Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ.

Frater Dominicus Sobreira Pro-Minister Provinciæ Sancti Didaci Mexicanæ.

Frater Joseph de Pinto Custos Provinciæ Sancti Pauli.

Frater Petrus Lozano Pro-Custos Provincialis Custodiæ Sancti Paschalis Baylon.

Frater Paschalis Fabregat Custos Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ.

Frater Matthæus *del Almadce* Custos Provinciæ Conceptionis.

Frater Balthassar a Cruce, & Pedroso Custos Provinciæ Sancti Gabrielis.

Frater Joannes Ramos Peter, & Custos Provinciæ Sancti Petri de Alcantara.

Frater Joannes Michael de Alcaraz, Custos Provinciæ Sancti Didaci Mexicanæ.

Frater Franciscus a Conceptione, Custos Provinciæ Sancti Pauli.

Nos vero infrascripti nomine universæ Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ acceptamus dictum Conventum Sancti Paschalis, & Sanctorum Quadraginta Martyrum cum omnibus conditionibus supra expressis; utque de eo constet ubicumque opus fuerit, manu nostra subscripsimus apud Aracœli de Urbe die ee. Maii anni 1750.

Frater Antonius Joannes de Molina Minister Provincialis Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ.

Frater Paschalis Fabregat Custos Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ.

Ego infrefcriptus in Romana Curia Interpres approbatus fidem facio, ac testor, me fideliter, & lega-

legaliter præsens documentum tradexisse ex Hispanico in Latinum sermonem.

Romæ hac die 5. Junii 1750.

Pro D. Antonio Fagores Interprete, ut supra,
Joseph Fegers de mandato.

Quod quidem anncordatum, & decretum, utpote factum a Vocalibus Capituli Generalis earum Provinciarum (Nationis videlicet Hispaniæ) ad quas dictus Conventus pertinabat, juxta tenoram Brevis fan. mem. Clementis XII. incipien. *Exponi Nobis &c.* de die 2. Junii 1737. tenore præsentium auctoritate Apostolica Nobis benigne concessa a Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO Papa XIV. falicitet regnante per Breve incipien. *In specula &c.* dat. die 29. Maii currentis anni in omnibus, & per omnia confirmamus, & approbamus, illisque perpetuæ firmitatis robur adjicimus, omnesque tam juris, quam facti defectus, si qui quomodolibet intatvenerint, supplemus, & sanamus.

Atque in consequentiam eadam auctoritate Apostolica Nobis benigne concessa, earumdem præsentium tenore, præfatum nostrum Conventum Sancti Paschalis Baylon, & Sanctorum Quadraginta Martyrum Urbis perpetuo aggregamus, unimus, & incorporamus nostræ Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ Discalceatorum in Hispania, & perpetuo aggregatum, unitum, & incorporatum declaramus, quemadmodum illi uniti, & incorporati existunt cœteri Conventus, quibus constituitur, eodem prorsus modo, & absque ulla differentia; & proinde ex nunc, & in perpetuum ragi, & gubernari debere a Ministro Provinciali, & respective Definitorio præfatæ nostræ Provinciæ, ut reliqui Conventus illius gubernantur.

Mature taman considerantes distantiam præfati nostri Romani Conventus ab aliis è cantro dictæ nostræ Provinciæ, in quibus ordinarie residat Ministar Provincialis, ne hac de Caussa in casibus promptam providentiam exigentibus præfatus Conventus absque opportuno regimine manaat, & patiatur datrimentum, earumdem præsentium tenore opportunas, & necessarias facultates, & auctoritatem concedimus moderno, & pro tempore axistenti Procuratori Generali Discalceatorum, & Recollectorum in Romana Curia existenti, ut in relatis casibus providere possit, & valeat eodem modo, ac possat Minister Provincialis si præsens adesset: Salva semper nativa, & ordinaria jurisdictione officii nostri, & respective Commissarii Generalis Ultramontanæ Familiæ, & Ministri Provincialis prædictæ nostræ Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ, quibus nullo modo præjudicium inferri volumus.

Hortamur vero Vos omnes, cœterosque, ad quos pro tempore spectabit, & serio præcipiendo mandamus, ut in eodem Conventu regularem disciplinam, & observantiam Seraphicæ Regulæ, & Constitutiones dictæ Provinciæ studiosissime promoveatis, & Dei cultum, & proximorum ædificationem continuo præ oculis habeatis, pensantes quanta, eaque gravissima damna ex minus probata vita Fratrum in Urbe degentium sodalitio nostro proventura sint, de quibus exactissimam rationem coram supremo Judice vobis erit reddenda.

Datum in hoc nostro Conventu Sanctæ Mariæ de Aracœli Urbis hac die 16. Junii anni Domini 1750.

F. Petrus Joannetinus de Molina
Ministar Generalis, & Commiss. Visitator Apostolicus.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato suæ Paternitatis Reverendissimæ
Fr. Franciscus Antonius Mariani de Corbara
Secretarius Generalis Ordinis.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI PP. XIV.

INSTRUCTIO PASTORALIS SECUNDA

Super nonnullis Dubiis circa Cophtorum Ritum ad P. Jacobum a Cremisir Ordinis S. Francisci Strictioris Observantiæ Præfectum Missionis Apostolicæ in Ægypto, cæterasque Missionis Cophtæ Missionarios.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam benedictionem.

ANNO vertente reparatæ salutis millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, Pontificatus autem Nostri quinto, tum ut partes Apostolici Nostri Ministerii impleremus, tum etiam, ut praeclaram significationem paterni animi nostri, ac dilectionis, qua semper complexi sumus, complectimur, semperque complectemur inclytam Nationem Cophtam, præberemus, auditis gravium, ac prudentum hominum sententiis, nostris quoque laboribus, ac privato studio adjunctis, Pastoralem Instructionem super quibusdam, de quibus ambigebatur, ad eorum ritus, & mores spectantibus edidimus.

Ea vero in Instructione, quæ typis impressa fuit, nostroque Bullario insarta, actum est de Ritu Cophtorum, quo Sacramentum Confirmationis a simplici Sacerdote statim post Baptismum confertur; agitur etiam de more, ac consuetudine eorumdem conferendi Ordinem Diaconatus pueris adhuc in infantili ætate existentibus. Quibus de rebus ea, quæ consentanea erant, & opportuna, constituta sunt: Nonnulla autem indefinita remanserunt; quia, priusquam de illis responsum a Nobis daretur, necessarium visum fuit, plura, quæ haud satis nota, & perspecta erant, exquirere, ut in eadem Instructione videre licet. Interea vero omnes curas, ac diligentias adhibere non prætermisimus, ut eorum, quæ adhuc deerant, cognitionem assequeremur. Collectis proinde omnibus, quoad fieri potuit, quæ necessaria videbantur, *die 12. Martii Anni currentis* 1750. nonnullos S. R. E. Cardinales, alios in Sacræ Theologiæ facultate Magistros, alios autem in jure Canonico peritos, coram Nobis, rimatis antea per Nos omnibus, & perpensis, congregari jussimus. In hac autem Congregatione, dubia, quæ proponebantur, in duas Classes dispertita fuerunt: una eorum fuit, quibus neque adhuc ullum responsum præberi poterat; altera vero eorum, quibus & nunc responderi poterat, & quæ opportuna videbantur, decerni.

Inter dubia, quæ indefinita remanserunt in nostra Pastorali Instructione *Anni* 1745. unum illud fuit: *An spes ulla affulgeat proximi reditus alicujus Episcopi ad sinceram cum Catholica Ecclesia unitatem*: Alterum vero: *An, & quomodo tolli possit, & radicitus extirpari abusus conferendi Ordines ante legitimum tempus, & induci, quoad ætatem Ordinandorum, observantia decretorum Concilii Tridentini, quam in casu simili ad Catholicæ Fidei præsidium, & disciplinæ Ecclesiasticæ augmentum Gregorius XIII. plurimum commendavit Patriarchæ Maronitarum.* Hæc autem duo dubia in prædicta ultima Congregatione

sepo-

reposita fuerunt in eorum Classe, quibus neque adhuc responderi poterat, cum ex iis, quæ novissime Nobis relata fuerunt, nullæ proxima spes affulgeat, ut aliquis ex ejusdem Nationis Episcopis, ejuratis schismatis, ac hæresum erroribus, ad Catholicæ Ecclesiæ sinum revertatur.

Similiter inter dubia, quæ indefinita relicta fuerunt in superius laudata instructione, reperitur illud: *An rebus in eo, in quo hodie sunt, statu manentibus, expediat tribui uni, vel pluribus Presbyteris facultatem extraordinariam administrandi Sacramentum Confirmationis; cui, vel quibus dicta facultas tutò delegari possit, ut Sacro Chrismate præcipue liniantur filii orti a Parentibus Catholicis post hæresim ejuratam, & abluti Sacro baptismate saltem a Sacerdote Latino.* Et illud quoque: *An in casu concessionis hujusmodi facultatis expediat monere Sacerdotes, ne ea utantur administrando Confirmationem infantibus immediate post Baptismum (nisi in casu necessitatis) sed in ea tantum ætate, qua Confirmandus virtutem Sacramenti valeat mente percipere.* Hæc autem postrema duo dubia in ultima Congregatione posita fuerunt in Classe eorum, quibus responsum præberi nunc potest.

Itaque eorum examine assumpto, auditisque Congregatorum sententiis, Decretum fieri placuit in hunc modum: *Sanctissimus consentaneum judicavit delegare Præfecto Missionum Ægypti facultatem extraordinariam conferendi, Chrismate tamen ab Episcopo benedicto, Sacramentum Confirmationis illis, qui a Sacerdotibus Latinis baptismum acceperunt: Caveat autem Præfectus hujusmodi sacramentum illis conferre, qui septimum ætatis annum nondum attigerint, nisi forte periculum mortis immineret, ne, ingravescente morbo, sine hoc Sacramento decedant. Denique Sanctitas Sua facultatem elargiri solum intelligit, donec necessitas id postulaverit, videlicet, donec aliquis Catholicus Episcopus in Ægypto habeatur.*

Hujusmodi Decretum etiam in præsenti a Nobis confirmatur: cum in omnibus, ac per omnia conveniens, ac consentaneum sit tum iis, quæ exposita fuerunt in præcedenti nostra Instructione *Anni* 1745. *§. quod attinet ad primam*; tum etiam iis, quæ fuse a Nobis tractata sunt in nostro Opere *de Synodo Diœcesana* impresso *Anno* 1748. *lib.* 7. *ubi cap.* 7. actum est de consuetudine Presbyterorum Græcorum impertiendi Sacramentum Confirmationis statim post Baptismum, & de Episcopo, qui est Minister ordinarius hujus Sacramenti: *& cap.* 8. de necessitate, quam habet Sacerdos Latinus si a Summo Pontifice constituatur Minister extra ordinem Sacramenti Confirmationis, utendi Chrismate ab Episcopo benedicto, *& cap.* 9. resumpta integre materia exponitur, quousque se proferat tolerantia Apostolicæ Sedis, & in quibus Græcorum Regionibus locum habere valeat vetus consuetudo, qua eorum Sacerdotes Fidelibus statim, ubi Sacro Lavacro abluti sunt, Sacramentum Confirmationis conferunt: adeo ut non aliud hic addere opus sit, quam Præfecto Missionum Ægypti eamdem a Nobis concedi facultatem, quæ data est Guardiano Sancti Sepulchri, qui ex beneficentia, & gratia Sedis Apostolicæ durante ejus Officio, ubi Episcopi Latini in suis Diœcesibus residentes non adsunt, in Terræ Sanctæ Locis Sacramentum confert Confirmationis, facultatem videlicet conferendi Sacramentum hujusmodi, Oleo, & Chrismate etiam antiquis, si nova haberi non possint, & Catholicum Antistitem gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentem benedictis, quemadmodum quisque legere poterit in Nostra Constitutione, quæ decima est in Tomo primo nostri Bullarii.

Etenim etsi juxta ea, quæ in Pontificali Romano præscripta sunt, singulis Annis feria quinta in Cœna Domini Sacrum Chrisma renovari debeat, neque liceat uti Chrismate Anno præcedenti consecrato; id tamen locum non habet, si aut Chrisma recipi nequeat, nisi ab Episcopo, qui a Communione Apostolicæ Sedis separatus sit, aut etiam si aliquis Episcopus adsit in Communione Ecclesiæ Catholicæ degens, ea tamen sit locorum distantia, vel aliud intercedat impedimentum, ut ab eo novum Chrisma accipi nequeat; tunc quippe licere censetur uti vetere Chrismate ab Episcopo Catholico annis præcedentibus benedicto, sicut a Nobis late demonstratum est in Nostra Notificatione 14. *Tom.* 4. *Bononien. editionis*, cum in ea Urbe degentes Archiepiscopi munere fungeremur. Quod autem pertinet ad ætatem, qua Sacramentum Confirmationis dari debet, aut conferri permittitur etiam iis, qui adhuc per ætatem capaces non sunt probe, ac bene percipiendi vim, ac valorem Sacramenti, id, quod responsum est, apprime concordat cum iis, quæ a Nobis collecta, & fuse exposita sunt in laudato Nostro Tractato *de Synodo Diœcesana lib.* 7. *cap.* 10.

Prosequendo examen dubiorum, quæ in Classe collocata sunt eorum, quibus nunc responderi poterat, illud ordine succedit: *An si Diaconi ordinati in ætate puerili ministrent adulti in Ordine suscepto, & in statu cœlibi, inferri possit, eos ante nuptias ratam Ordinationem habere, cum compertum sit teste P. Benoît, eos a puero functionibus Ecclesiasticis assuescere, & in magno numero ordinari, ne aliquando desint, qui Ecclesiæ ministeriis operam navent.* Cum igitur examen præscripti Dubii aggredi placuerit, post latum a quolibet ex Congregatis suffragium, pronunciatum est a Nobis Decretum in hæc verba: *Diaconi in ætate puerili ordinati, licet ante decimum sextum ætatis annum ministraverint in Ordine suscepto, & in statu cœlibi, tamen non censeatur ante nuptias Ordinationem ratam habuisse, ea quod nihili facienda sint illa acta, quae in ætate puerili, & ante decimumsextum ætatis annum exercuerint.* Quod Decretum nunc pariter a Nobis confirmatur.

Ut vero ea, quæ decreta sunt, plenius intelligantur, opus est aliquantum digredi; hac enim ratione procedendo via munietur, ut ad propositum finem perveniamus.

Nemo est, qui ignoret, duobus modis religiosam Professionem fieri, vel, ut melius dicamus, duplicem esse Professionem religiosam, unam expressam, alteram vero tacitam. Expressa fit, cum, debitis servatis solemnitatibus, tria vota Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ conceptis verbis emittuntur, quæ in Constitutionibus Ordinis, in quo quis se velle vivere profitetur, præscripta sunt; Tacita autem in eo posita est, cum quis ea exercet, & operetur, ex quibus arguitur, ad vivendum in aliqua religione se obligare voluisse, etsi solemniter, & expresse eam professus non fuerit.

Tacita Professio a Sacro Tridentino Concilio juxta communiorem sententiam sublata non est, ut late testantur Navarrus, Azorius, Sanchez, Fagnanus (a). Sed cum in eodem Concilio decretum fue-

(a) *Consil.* 35. *de Regular. num.* 5. *Instit. part. primo lib.* 12. *cap.* 4. *quæst.* 6. *De Matrim. lib.* 7. *disp.* 37. *num.* 2. *In cap.* Perlectum de iis, quæ vi &c. *num.* 46.

fuerit, nullas ac irritas esse Professiones, quæ in quacumque Religione fiunt ante annum decimumsextum ætatis profitentis, & antequam integer annus probationis expletus fuerit, hinc recte deducitur, etiamsi a Concilio tacita professio sublata non sit, eam tamen locum non habere, si actus, ex quibus illa inducitur, peracti non fuerint post annum decimumsextum ætatis profitentis, & postquam annus probationis completus est; ita ut a Concilio Tridentino magna ex parte temperata sit dispositio Epistolæ Decretalis: *Is, qui de Regularibus in sexto*, & Clementinæ secundæ sub eodem titulo *de Regularibus*.

Ad instar Conciliaris Dispositionis a Nobis constitutum est, ut Diaconi Cophti in infantili ætate ordinati, ubi ad annum decimum sextum ætatis suæ pervenerint, a Præfecto Missionum interrogentur, num velint, nec ne, perseverare in Ordine suscepto, & obligationes omnes Ordini annexas implere, ut inde statui possit, quid in futurum in reliqua eorum vita ab ipsis servandum sit, sicut quisque videre potest in pluries laudata Instructione Nostra *anni* 1745. Itaque quemadmodum stabilita per Concilium ætate anni decimisexti ad Professionem Regularem emittendam, Tacita locum non habet, etiamsi ante prædictam ætatem actus illi expleantur, ex quibus secundum Canonicas dispositiones tacita Professio inducitur; sed omnes illi nullo in numero; & pro nihilo habentur ad tacitam Professionem Regularem inducendam, nisi expleti fuerint post annum ætatis decimumsextum, & postquam anno probationis evoluto expressa Professio emissa non est; Ita constituto a Nobis anno ætatis decimosextu, quo, ut dictum ast, Præfectus Missionum Diaconos in puerili ætate ordinatos interrogare debet, velint ne, an secus, perseverare in Ordine suscepto, & obligationibus Ordini conjunctis satisfacere, ex Ordinis exercitio ante annum decimumsextum eorum ætatis peracto nulla tacita ratihabitio argui debet: cum ad summum hujusmodi actus tacitam ratihabitionem importare possint, si gesti fuerint post annum decimumsextum, eo casu, quo Præfectus Missionum anno decimosexto eorum ætatis ipsos interrogare, quemadmodum ab illo fieri debere, sæpius monitum est, neglexerit.

Remanet ultimum ex iis, quæ Responso Nostro definiri posse diximus; illud autem ast hujusmodi: *An plus commodi, & utilitatis, vel potius scandali, & detrimenti allatura sit rei Catholicæ dispensatio super Matrimonia inita post Ordines sacros, librata in utramque partem omnium rationum, & circumstantiarum momento*. Præmissa in præcedenti Instructione Ecclesiæ Orientalis consuetudine retinendi cum Ordine sacro uxorem, quæ tamen ante Ordinis susceptionem accepta sit, atque indicata etiam controversia, an Matrimonium ab Orientalibus initum post Ordinem Sacrum irritum sit, an potius dumtaxat illicitum, transitus factus est ad aliam quæstionem; an rectum, probe factum, ac utile videretur, an potius scandalo esse posset, aliquem dispensare, qui uxorem post Ordinem Sacrum duxerit, ut eam retinere, ac simul Sacro Ordine perfungi, & sacra munia exercere possit, quia hujusmodi dispensationes interdum a Sede Apostolica concessæ fuerunt. Cum autem, quæ ad quæstionem definiendam necessaria videbantur, non satis nota, ac perspecta essent, placuit rem differre, & interim exquirere, quæ opus erant, ut plenius de re tota instrueremur. Cum autem ad nostram cognitionem, quæ expectabamus, relata sunt, auditis Congregatorum suffragiis, in ea fuimus sententia, ut nemini facultas dispensandi concederetur, sed Sedi Apostolicæ reservaretur, ut, cum casus contigerit, & dispensatio postuletur, mature expendantur quæ necesse sit considerare, ut, vel concedatur, vel denegetur dispensatio, cum de re gravissima, ac magni momenti agatur. Decretum autem conditum est in hæc verba: *Recurrant ad Apostolicam Sedem in casibus particularibus, in quibus, si ob graves causas Dispensatio super Matrimonia inito post Ordines Sacros concedenda videbitur, tunc nullum verbum fiat de renovatione consensus*. Haud ignotum est, quanta difficultas occurrat, quoties super Matrimonio ex impedimento dirimenti nullo dispensatio conceditur, solita conditione, ut inter Conjuges consensus renovetur: cum accidere possit, & nonnunquam contigerit, ut mulier haud contenta viro, vel vir uxorem fastidiens, ut se in libertatem vindicet, eorum alter, vel uterque novum consensum præbere renuat. In Decreto mox relato haud mens nostra fuit, renovationem consensus excludere, cum Matrimonium extra dubitationem nullum est; sed, cum gravis illa controversia, ut dictum est, adhuc vigeat, an Matrimonium in Ecclesia Orientali post Ordinem Sacrum contractum, perinde nullum sit, ac in Ecclesia Occidentali, an potius sit solummodo illicitum; Et cum hujusmodi controversia (exceptis Italo-Græcis, quorum Matrimonia post Ordinem Sacrum inita, statutum est, nulla, & irrita esse, ut in nostra Constitutione, quæ incipit: *Etsi Pastoralis* §. 7. *num.* 28. quæ est quinquagesima septima in ordine Bullarii Nostri *tom.* 1.) quoad ceteros Orientales Græcos nullo adhuc Decreto Apostolico definita fuerit, licet Tribunalia hujus almæ Urbis opinioni eorum adhæreant, qui hæc Matrimonia nulla existimant; nihilominus satius visum est, ut adveniente casu concedendi dispensationem, conditio renovationis consensus non exprimatur. Decretum autem, de quo agitur, nunc etiam a Nobis solemniter confirmatur.

Hæc autem sunt, quæ a Nobis constituta fuerunt, quæque pro recta Cophtorum disciplina, dirigendisque moribus opportunum esse duximus, ut huic nostræ secundæ Instructioni insererentur. Hinc autem inclyta illa natio, quæ etiam antiquis temporibus suæ unionis cum Apostolica Sede, quæ centrum est unitatis, illustria præbuit argumenta, facile intelligere poterit, quam eximio charitatis affectu eam in Domino prosequamur; eique interea veluti dilectionis Nostræ pignus Apostolicam Benedictionem impertimur. Datum ex Arce Castri Gandulphi, die xix. Junii MDCCL. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

Breve, quo stabilitur trina alternativa pro Procuratoratu Generali Discalceatorum, & Recollectorum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum Filiorum Superiorum, & Fratrum Provinciarum in Regnis, ditionibusque Carissimo in Christo Filio Nostro Joanni Portugalliæ, & Algarbiorum Regi Fidelissimo subjectis existentium, Ordinis Minorum Sancti Francisci Excalceatorum nuncupatorum, Nobis expositum fuit, quod a Definitorio Generali Ultramontano, ratione Comitiorum Generalium Ordinis ejusdem Sancti Francisci in Alma Urbe Nostra transactis diebus habitorum, in unum congregato, emanavit

navit Decretum tenoris sequentis, videlicet.

„ Extractum ex actibus Capituli Generalis Ordinis Sancti Francisci. Sessio x. die xxi. Maii 1750. Instantibus Provinciis Excalceatis Dominio Regis Serenissimi Lusitaniæ subjectis, pro concessione unius Definitoris Generalis, & pro alternativa in officio Procuratoris Generalis Discalceatorum, & Recollectorum, Definitorium Generale Ultramontanum, ad primum respondit: *Nihil innovandum esse*: ad secundum vero, auditis, & consentientibus Partibus interesse habentibus, decrevit, quod imposterum trina debeat esse alternativa dicti officii inter Nationes Franciæ, Hispaniæ, & Lusitaniæ; cum hoc tamen, quod una Natio habeat Procuratorem Generalem, alia Secretarium Generalem Curiæ, alia vero Agentem a præfato Procuratore Generali in omnibus, & per omnia dependentem, qui completo laudabiliter dicto Officio, prærogativis ex-Secretariis Generalibus Curiæ concessis gaudere debebit, & in proximo futuro Capitulo Generali eligi debeat Procurator Generalis ex Natione Lusitana, Secretarius Curiæ ex Francis, & Agens ex Hispanis; & sic postea successive. Ita reperitur in Actibus dicti Capituli. In quorum fidem &c. ex Ara-cœli die 22. Maii 1750.

F. Petrus Joannetius de Molina
Minister Generalis.

Locus ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris:
F. Antonius Aguirre Definitor Generalis,
& Secretarius Definitorii Generalis.

Cum autem, sicut dicti Exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent; Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & sanamus.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die xxx. Junii 1750, Pontificatus nostri anno x.

D. Cardinalis Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

Pro Cappella S. Antonii
F. Carcanius Collector.

Confirmatur declaratio Capituli Generalis circa electionem Vice-Commissarii Generalis Indiarum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Dominicus de Sobreira Concionator, & Pro-Minister, nec non Joannes Michael de Alcaraz Sacræ Theologiæ Lector, ac Custos, Procuratores Provinciæ Sancti Didaci Mexican. Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, quod ipsi nomine dictæ Provinciæ supplicem Libellum in Capitulo Generali mense Majo proxime præterito in Alma Urbe Nostra habito porrigi curarunt, petentes, quod ad evitandas lites, & dissensiones inter dictam, & Sancti Evangelii Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum respective Provincias, quæ oriri solent in electione Vice-Commissarii Generalis novæ Hispaniæ, causa mortis Commissarii Generalis hujusmodi, Definitorium Generale dignaretur explicare statutum Ultramontanæ Familiæ cap. 13. §. 7. numer. 2. pro Indiis tenoris sequentis, videlicet:

„ Ad Ministrum, seu Vicarium Provincialem illius Provinciæ, in qua, vel in cujus Territorio mori contingat, pertinet habere sigilla, convocare, præsidere, & suffragari in electione Vice-Commissarii Generalis: quo viso, Definitorium Generale Decretum edidit tenoris sequentis, nempe:

S E S S I O XII.

Die 23. Maii.

„ PRoposita per Patres Vocales Provinciæ Sancti Didaci Discalceatorum in Mexico instantia, ut declaretur statutum Ultramontanæ Familiæ cap. 13. §. 7. num. 2. pro Indiis in ea parte, quæ dicit -- Ad Ministrum, seu Vicarium Provincialem illius Provinciæ, in qua, vel in cujus territorio mori contingat, pertinet habere sigilla, convocare, præsidere, & suffragari in electione Vice-Commissarii -- Definitorium Generale unanimiter, & nemine discrepante declarat per illa verba -- *vel in cujus territorio*, intelligi Provinciam illam, quæ habet Conventum proximiorem loco, ubi contigerit decedere Commissarium Generalem. Et ita servari mandavit. Ex Aracœli hac die xi. Augusti 1750. Supradictam copiam cum suo originali omnino concordare testor Ego infrascriptus

„ Frater

Frater Franciscus Antonius a Mutiliana Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, & Secretarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Exponentes prædicti, quo decretum hujusmodi firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum Decretum a Definitorio Generali in Capitulo Generali hujusmodi legitime congregato, ut præfertur, factum, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, ac facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & sanamus.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 26. Augusti 1750. Pontificatus Nostri anno undecimo.

D. Cardinalis Passioneus.

DUBIA, ET RESOLUTIONES

S. C. C. ad Ordinem nostrum, vel ad Regulares in communi spectantia ab anno 1741. ad usque 1750.

PAMPILONEN. JURIS QUÆSTUANDI:

Die 6. Maii 1741.

I. *AN Sindico Ven. Conventus Sancti Francisci Minor. Observant. Civitatis Estellæ liceat quæstuare eleemosynas, & oblationes etiam pecuniarias pro Defunctis, cum retentione Disci in Ecclesia Parochiali Sancti Joannis dictæ Civitatis?* & quatenus affirmative.

II. *An id competat privative, etiam quoad Administratores Seculares dictæ Parochialis Ecclesiæ in casu &c?*

Res. *Ad primum* negative.

Ad secundum Provisum in primo, & amplius.

Et quidem jure, ac merito, non obstante usu inveterato, trium circiter Sæculorum decursu comprobato, & amplissima facultate Fratribus concessa, & a pluribus Episcopis confirmata, relatas quæstuationes in antedicta Ecclesia peragendi, & favorabili sententia obtenta in partibus usque ab anno 1533. quia ejusmodi quæstuationes, juxta Apostolicas, & Ordinis constitutiones, FF. Minores nec per se, nec per Sindicum, ex vi Regulæ, facere possunt, ac propterea nullo etiam longissimo temporis usu permissæ, aut licitæ evadunt.

FULGINATEN. JURISDICTIONIS.

2. Julii 1741.

I. *AN facultas data Canonico Goga tamquam Judici Conservatori procedendi per unam Dictam ultra Confinia Diœcesis Perusiæ sustineatur in casu &c.?* & quatenus negative

II. *An Breve confirmatorium deputationis comprehendat hujusmodi facultatem*, & quatenus negative

III. *An sit locus relaxationi Censurarum in casu &c?*

Res. *Ad primum, & secundum* negativa.

Ad Tertium. Ad mentem, & amplius.

Et sane notissima est Gregorii XV. Constitutio incipien. *Sanctissimus &c.* qua facultas Conservatoribus Regularium concessa a Bonifacio VIII. *in Cap. Consflit. 15. de offic. & potest. Judic. delegat. in 6.* procedendi ultra unam dictam, & a Gregorio XIII. ampliata ad tres dietas extra Diœcesim, in qua sunt deputati, restringitur ad unam dumtaxat ejusmodi Diœcesim; Nec Clementis XII. Breve confirmans literas Patentales Ministri Provincialis Observantium, quibus Canonicus Goga constituebatur Judex Conservator in Diœcesi Perusina, ampliores ei facultates concedebat, quam quæ a jure communi ipsi debebantur.

FIRMANA. CONCIONATORIS.

21. *Aprilis* 1742.

I. *AN Concionatores Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, qui per Turnum eliguntur a Communitate in Castro Sancti Angeli in Pontano, ultra benedictionem, teneantur etiam petere approbationem a Reverendissimo Archiepiscopo?* & quatenus affirmative

II. *An dicti Concionatores teneantur se præsentare eorum Vicario Foraneo locali, & docere tam de dicta approbatione, quam de benedictione?*

III. *An de quibus eleemosynis, quæ recipiuntur occasione Concionum Adventus, & Quadragesimæ, idem Vicarius Foraneus valeat exigere rationem in casu &c?*

Res. *Ad primum*, affirmative in casu, de quo agitur.

Ad secundum, affirmative.

Ad tertium, *Vicarium Foraneum certiorem fieri debere de eleemosynis, quæ colliguntur pro subsidio Ter-*

ræ Sanctæ, Redemptionis Captivorum, Hospitali, & suffragio Animorum purgantium tantum.

Difficultas erat de Concionibus tempore Quadragesimæ, quæ per turnum fieri solent in Castro relato a Patribus Augustinianis, & Conventualibus in eorum Ecclesiis.

FERETRANA. JURIS SEPELIENDI.

Sub iisdem die, Mense, & Anno.

I. A*N Ven. Monasterio Monialium Sanctæ Claræ Terræ Macratæ Feltriæ liceat sepelire in ejus Ecclesia Cadavera Puellarum educationis caussa ibidem commorantium, & in eodem Monasterio decedentiam?* & quatenus negative.

II. *An sit restituendum Parocho ejusdem Terræ Cadaver Annæ Bartoli educationis caussa in dicto Monasterio degentis, ibique defunctæ, & sepultæ, sive saltem facienda sit declaratio de ea retinenda nomine Parochiæ?*

III. *An eidem Parocho restituenda sint, una cum cera, integra emolumenta Funeris ejusdem Annæ Bartoli in casu &c?*

Res. *Ad primam affirmative*; constito de electione Sepulturæ.

Ad secundum, negative.

Ad Tertium, deberi quartam funeralem tantum.

Cum vero iterum proposita fuisset eadem Caussa die primo Septembris ejusdem anni sub hoc dubio: *An, & in quibus &c.* Responsum fuit: *Ad primum, prævio recessu a decisis, affirmative, attentis circumstantiis: ad secundum, & tertium in decisis in omnibus, & amplius.*

LICIEN. CLAUSURÆ.

Die 22. Septembris 1742.

I. A*N Episcopus visitans* Clausuram Monialium *Regularibus subjectarum ingredi possit cum pluviali, & stola?*

II. *An Episcopo visitare volenti Clausuram dictorum Monasteriorum, Moniales teneantur erigere in Ecclesia exteriori, vel interiori Sedem cum Baldachino, vel solummodo sufficiat illi stratum præparare in utraque Ecclesia?*

III. *An Episcopum dictorum* Monasteriorum Clausuram *visitare volentem teneantur Moniales omnes excipere processionaliter cum Cruce, & cantico Benedictus?*

IV. An *Prior Provincialis possit ad formam* Constitutionis Alexandri VII. *Clausuram interiorem visitare, septa Monasteriorum Monialium suæ curæ subjectarum ingrediendo, absque ulla licentia Episcopi?* & quatenus affirmative

V. An Episcopus saltem debeat certiorari de die, & hora talis visitationis, & a quo?

VI. *An Prior Provincialis pro Visitatione clausuræ interioris possit in Convisitatorem assumere Patrem Vicarium earumdem Monialium, vel quemlibet alium Fratrem sui Ordinis maturæ ætatis, absque licentia Episcopi, vel ejus certioratione?*

VII. *An idem Prior Provincialis Visitationem personalem Monialium Monasteriorum exemptorum sui Ordinis valeat facere ad crates tantum?*

VIII. *An idem Prior Provincialis ab Episcopo impeditus, ne talem Visitationem ad Crates faciat, eamdem facere possit ad Confessionale, vel ad Fenestellam Sanctissimæ Communionis?*

IX. *An eamdem Visitationem alibi faciens, veluti ad Confessionale, vel ad Fenestellam Sanctissimæ Communionis incidat in pœnas Constitut. Alexandri VII?*

X. *An Episcopus directe, aut indirecte impediens talem visitationem incidat in pœnas Constitutionis Clementinæ de statut. Monachorum?*

XI. *An Prior Conventus Sancti Joannis de Aymo Ordinis Prædicatorum Civitatis Liciæ, & Vicarius ordinarius dictorum Monasteriorum absque licentia Episcopi Locutorium ingredi possint, ibique cum suis Monialibus alloqui; an vero solummodo quando sic exigat exacta administratio sui officii?*

XII. *An idem P. Vicarius absque licentia Episcopi Loquutorium ingredi possit ad visitandas Crates, ac Moniales absque debita licentia clandestine Seculares, & Regulares alloquantur?*

XIII. *An Prior Provincialis, vel ejus P. Vicarius dictorum Monasteriorum, aut alius quicumque Religiosus, absque licentia Episcopi, possit in Confessionario extraordinario sedere, ibique Monialium Confessiones excipere?*

XIV. *An in Confessionario ordinario, vel extraordinario possit easdem Moniales exhortari, & audire?*

XV. *An Superior Regularis vestibus Sacris indutus, associando Puellam habitu Ordinis initiandam, absque licentia Episcopi possit in atrium Clausuræ (quod omnibus patet) ingredi, ibique Puellæ benedictionem dare, an vero sistere debeat in via publica ante januam Clausuræ exterioris?* & quatenus affirmative ad primam partem

XVI. *An hoc idem in habitu Ordinis agere possit in ingressu, & egressu Puellæ tam educandæ, quam Ancillæ?*

XVII. *An salvo jure Episcopi, una simul cum Superiore Regulari revidendi computa dictorum Monasteriorum possit Superior Regularis absque licentia Episcopi, Loquutorio interesse tempore, quo a Factore, qui Procurator nuncupatur, coram Monialibus deputatis mensatim recitantur computa in libro majori reportanda?*

XVIII. *An in quibuscumque contractibus tam activis, quam passivis per Notarium in Loquutorio rogandis (salvo jure Episcopi tribuendi licentiam pro rogatione eorumdem) possit Superior Regularis interesse eisdem contractibus absque licentia Episcopi?*

XIX. *An in absentia Superioris Regularis Confessarius remaneat Vicarius dictorum Monasteriorum?*

Res. *Ad I. negative quoad Pluviale, & affirmative quoad Stolam.*

Ad II. Sufficere præparationem Strati.

Ad III. Teneri Moniales excipere Episcopum sine Processione, Cruce, & cantu.

Ad IV. Affirmative, semel tantum in anno, ad formam ejusdem Constitutionis.

Ad V. Episcopum certiorandum esse per Custodem Clausuræ.

Ad VI. Affirmative, servata forma prædictæ Constitutionis.

Ad *VII. Affirmative, & ab Episcopo non esse impediendum.*

Ad *VIII. Provisum in septimo.*

Ad IX. Affirmative.

Ad X. Recurrant in casibus particularibus.

Ad XI. Affirmative, in casu tantum, quo ita postulet exacta administratio Officii.

Ad XII. Affirmative.

Ad XIII., & XIV. Negative.

Ad XV. Affirmative ad primam partem, & negative ad secundam.

Ad

Ad XVI. ut ad XIV.
Ad XVII. XVIII. & XIX. Affirmative, & amplius in omnibus.

PAPIEN.

Die 26. Martii 1743.

I. AN *liceat Abbatibus Sanctissimi Salvatoris, & Sanctorum Spiritus, & Galli Ordinis Casinensis admitti facere Puellas in Capitulo Monialium Monasteriorum* SS. *Mariæ, & Aureliani, & S. Mariæ Theodatæ pro acceptatione ad habitum, antequam exploretur ab Episcopo illarum voluntas in casu &c?*

II. *An Abbates prædicti admittere possint easdem Puellas in præfatis Monasteriis ad finem vestitionis, & ut in eis morentur in habitu Seculari per mensem, vel ad aliud tempus, etiam pro probanda illarum vero vocatione, vel pro quacumque alia caussa, absque licentia Sedis Apostolicæ in casu &c?*

III. An Abbatibus prædictis *liceat, absque particulari licentia Episcopi in scriptis, concedere licentias ingrediendi Clausuram dictorum Monasteriorum cuivis Personæ, etiam necessario admittendæ, in casu &c?*

IV. *Quot, & quas Personas iidem Abbates secum assumere debeant, occasione eorum ingressus intra septa dictorum Monasteriorum, pro expienda locali Visitatione?*

V. An *dicti* Abbates *extra casum dictæ localis Visitationis possint ingredi septa Monasteriorum?* & quatenus affirmative

VI. *Quot, & quas Personas assumere teneantur in socios?*

VII. A *quo, vel quibus Personis associatus esse debeat Confessarius dd. Monialium in casibus administrandi Sacramenta Monialibus infirmis, & commendandi Animas in casu &c?*

VIII. An *exceptis dd. casibus administrationis Sacramentorum, & commendationis* Animarum, *possit dictus Confessarius ingredi intra septa dd. Monasteriorum in casu &c?*

IX. An *Episcopus possit a Monialibus prædictis exquirere redditiones rationum in casu &c?*

X. An *eisdem Monialibus liceat, absque licentia Episcopi, exponere solemniter in eorum Ecclesiis Sanctissimum Sacramentum in casu &c?*

XI. An Abbatissæ *utriusque Monasterii recipere teneantur a Ministris Curiæ Episcopalis Edicta, sive mandata, quorum executio a Sancta Sede specialiter delegatur Episcopo in casu &c?*

XII. *An* Abbates *prædicti, inconsulto Episcopo, possint concedere licentias tam Sæcularibus, quam Regularibus ipsis benevisis, etiamsi sint propriæ Congregationis, accedendi Locutoria Monialium dd. Monasteriorum?* & quatenus affirmative

XIII. *In quibus tantum casibus concedere possint dictas licentias?*

XIV. *An Episcopus valeat supradictas licentias, in casu transgressionis, vel abusus, revocare, & transgressores quoscumque coercere, & quibus pœnis in casu &c?*

Res. Ad I. *Negative.*

Ad II. *Quoad admissionem causa educationis non posse absque licentia Sedis Apostolicæ; quoad reliquos vero casus non posse absque licentia Episcopi.*

Ad III. *Negative.*

Ad IV. V. VI. VII. & VIII. *Servandam esse omnino in omnibus Constitutionem Alexandri VII. incip.* Felici.

Chronol. Sraph.

Ad IX. *Affirmative.*
Ad X. *Negative.*
Ad XI. *Affirmative.*
Ad XII. *Negative.*
Ad XIII. Provisum *in præcedenti.*
Ad XIV. *Affirmative, juxta Constitutiones Gregorii XV. & Alexandri VII. & amplius in omnibus.*

Quod de Abbatibus hoc in loco decernitur, id quoque de nostris Ministris Provincialibus velim intelliges.

VIGLEVANEN. FUNERUM.

Die 28. Maii 1743.

I. AN *constet de electione Sepulturæ, itaut sit locus exhumationi cadaveris, & transportationi ejusdem ad Ecclesiam Sancti Bernardini in casu &c?*

II. *Quæ emolumenta debeantur Præposito accedenti tam cum Clero, quam sine Clero pro associatione Cadaverum ad dictam Ecclesiam Sancti Bernardini occasione electionis Sepulturæ in eadem Ecclesia?*

III. *An occasione associationis dictorum Cadaverum ad dictam Ecclesiam Sancti Bernardini, liceat Præposito accedenti tam cum Clero, quam sine Clero, ingredi ejusdem januam cum Stola, Pluviali, & Cruce elevata in casu &c?*

Res. Ad I. *Negative.* Ad II. *Dilata, & proponatur auditis Parochianis.* Ad III. *Dilata, & coadjuvcantur probationes super consuetudine.*

ALEXANEN. FUNERUM.

Die 3. Augusti 1743.

I. AN *electio Sepulturæ facta a Fratribus Pisano pro eorum familia in Ecclesia Fratrum Prædicatorum Terræ Tricasii sustineatur; ita ut omnia Cadavera ejusdem Familiæ, nulla alia facta electione sepulturæ, tumulanda sint in dicta Ecclesia, soluta Parocho portione canonica de jure debita in casu &c?*

II. An *constet de electione Sepulturæ Leonardi Pisano in Ecclesia Parochiali dictæ terræ in casu &c.?* & quatenus negative

III. An *illius Cadaver cum emolumentis funerum, soluta Parocho dicta portione canonica,* restituendum sit Ecclesiæ *Fratrum Prædicatorum in casu &c?*

IV. *An electio Sepulturæ in dicta Ecclesia Prædicatorum facta a Jacobo Minerva pro filio impubere sustineatur; ita ut Cadavera dictorum impuberum sepulta in relata Ecclesia cum emolumentis funerum restituenda sint Ecclesiæ Parochiali?*

V. *An electio sepulturæ facta ab* Angelo *Lezzi pro filia impubere in eadem Ecclesia Prædicatorum sustineatur; itaut illius Cadaver sepultum in Ecclesia Parochiali sit restituendum dictæ Ecclesiæ Prædicatorum?*

VI. *An electio sepulturæ per actum publicum expleta die 23. Octobris 1729. in Ecclesia Fratrum Prædicatorum per sodales Oratorii Sanctissimi Rosarii in eodem actu contentos, illa ante obitum non revocata, sustineatur?*

VII. *An electio sepulturæ facta in eadem Ecclesia per publicum Instrumentum, seu alium actum ab aliis sodalibus dicti Oratorii in ipsorum respectiva receptione, & ante obitum non revocata, sustineatur in casu &c?*

Res. Ad I. *Negative.*

Ad II. *Affirmative.*

Ad III. *Satis provisum in antecedentibus.*

Ad IV. *Negative, citra tamen exhumationem cadaverum.*

Ad V. *Negative.*

Ad VI. *Negative.*

Ad VII. *Negative, & amplius in omnibus præterquam quoad VI.*

Nullæ namque sunt electiones sepulturæ extra propriam Parœciam, si fiant ad suggestionem Clericorum, sive Regularium, sive Sæcularium, ut contendebatur in casu &c. Nec Pater pro filio impubere potest sepulturam eligere, ubi non viget ejusmodi consuetudo. Ad acquirendum jus Sepulcri, quod aliquis sibi, aut suis etiam construi fecit, requiritur consensus Ordinarii: Si autem Sepulcrum sit jam constructum, non potest uni cedi, privative quoad alios quoscumque, sine beneplacito Apostolico.

CUm autem iterum proposita fuisset eadem Caussa sub die 27. Junii 1744. sub his dubiis.

I. AN *sit standum, vel recedendum a decisis quoad electionem sepulturæ, & exhumationem cadaveris in casu &c?*

II. *Quæ emolumenta debeantur Præposito accedenti tam cum Clero, quam sine Clero pro associatione Cadaverum ad Ecclesiam Sancti Bernardini, occasione electionis sepulturæ in eadem Ecclesia?*

III. *An occasione associationis dictorum Cadaverum ad dictam Ecclesiam Sancti Bernardini liceat Præposito accedenti tam cum Clero, quam sine Clero ingredi ejusdem Januam cum Stola, Pluviali, & Cruce elevata in casu &c?*

Resolutum fuit Ad I. *in decisis, & amplius.* Ad II. *deberi juxta solitum, excepto emolumento Pluvialis.* Ad III. *Affirmative.*

Talis enim erat constans, & invariata illius loci consuetudo.

HORTANA. FUNERUM,

Die 3. Aprilis 1745.

AN *Parochi Sæculares Terræ Suriani prætendere possint ab heredibus Defunctorum majus emolumentum, quando Cadavera sepeliuntur in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Podio RR. PP. Reformatorum, quam accipiant, quando tumulantur in Ecclesiis Sæcularibus dictæ Terræ in casu &c?*

Res. *Negative, & amplius.*

LARINEN.

Die 14. Maii 1746.

COEnobium cum Ecclesia Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo in Oppido Collis Torti Diœcesis Larinensis, constructum olim impensis Marchionis Rota Domini Oppidi, & celebri Innocentii X. Constitutione suppressum, ac Clero donatum, fuit ab eodem Clero anno 1741. traditum PP. Reformatis, nonnullis pactis conventis. Successu temporis obortæ sunt aliquæ controversiæ, quæ occasionem dederunt infrascriptis dubiis, & resolutionibus.

I. *An, & cui competat jus celebrandi Festivitatem Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo cum solemniori cultu die 16. Julii, nec non Festivitates SS. Antonii Abbatis, Antonii Patavini, Januarii, & Francisci Xaverii, & in qua Ecclesia in casu &c?*

II. *An constet de legitima erectione Tertii Ordinis de Pœnitentia in Ecclesia Ven. Conventus Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo Oppidi Collis Torti in casu &c?* & quatenus negative.

III. *An dictus tertius Ordo sit abolendus? seu quomodo sit providendum in casu &c?* & quatenus affirmative ad secundam

IV. *An Confratres dicti Tertii Ordinis de Pœnitentia in publicis Processionibus, & associationibus cadaverum incedere possint sub Cruce Reformatorum, vel etiam sub propria Cruce in casu &c?*

V. *An cadavera Defunctorum sepelienda in Ecclesia dicti Conventus debeant ad illam recto tramite deferri, seu potius sint prius asportanda ad Ecclesiam Parochialem, & eorum ibi fieri debeant Exequiæ in casu &c?*

VI. *An Religiosi dicti Conventus teneantur singulis annis in perpetuum præsentare Archipresbytero Parochiali dicti Oppidi manipulum florum in Festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ, vel eadem die recitare Orationem Panegyricam in honorem dicti Sancti in casu &c?*

VII. *An constet de prætensis excessibus P. Antonii a Sancto Bartholomæo, & F. Lucæ a Vulturara, occasione Processionis Sancti Marci, & quomodo sit providendum in casu &c?*

Res. Ad I. *Servetur pactum ad formam conventionis, & amplius.*

Ad II. *Affirmative, servatis Decretis Sacrarum Congregationum quoad receptionem mulierum.*

Ad III. *Provisum in secundo.*

Ad IV. *Affirmative, sub Cruce PP. Reformatorum in publicis Processionibus tantum.*

Ad V. *Negative ad primam partem, & affirm. ad secundam.*

Ad VI. *Affirmative juxta conventionem, & amplius.*

Ad VII. *Ad mentem. Et mens est, quod removeantur a Conventu.*

Iterum vero eadem Caussa in parte fuit proposita sub die 9. Julii ejusdem Anni hoc dubio.

An sit standum, vel recedendum a decisis quoad II. III. IV. V. & VII. dubium in casu? & resolutum fuit Ad II. III. & IV. *in decisis, addita quoad IV. clausula, dummodo non utantur sacco, vel alio particulari habitu, & amplius.* Ad V. & VII. *in decisis, & amplius.*

WORMATIEN. JURISDICTIONIS.

Die 9. Julii 1746.

I. AN *Eminentissimus Ordinarius Wormatiensis, seu ejusdem Vicarius, possit inhibere Regularibus Abbatiæ Eberbacensis Ordinis Cisterciensis, ne sine prævia ejus approbatione excipiant Confessiones Monialium Monasterii Marien-Munster ejusdem Ordinis?*

II. *An Eminentissimo Ordinario competat jus interessendi, & præsidendi electionibus Abbatissarum dicti Monasterii?*

III. *An liceat eidem Eminentissimo Ordinario petere rationes Administrationis bonorum ipsiusmet Monasterii?*

IV. *An eidem Eminentissimo Ordinario competat jus explorandi voluntatem Puellarum admittendarum tam ad Habitum, quam ad Professionem in dicto Monasterio?* Et quatenus affirmative

V. *An occasione dictæ interessentiæ Redditionis Rationis, & explorationis, teneatur Monasterium ad aliquam expensam pro Ministris Curiæ Episcopalis Wormatiæ, sive ex quocumque alio titulo?*

VI. *An præfati Regulares, & Moniales cogi possint per mulctas pecuniarias in Casibus prædictis?*

VII. *An licita fuerit exactio centum Imperialium facta a Reverendissimo Vicario Wormatiensi, seu po-*

potius teneatur dictam summam Monasterio Marien-Munster restituere, & omnia damna reficere in Casu &c?

Res. Ad I. II. III. & IV. Affirmative. Ad V. Negative. Ad VI. Affirmative. Ad VII. Affirmative ad primam partem, & negative ad secundam.

Quæ caussa disputata quoque fuit die 17. Septembris ejusdem anni sub his dubiis, & decisionibus.

I. An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 9. Julii anni currentis 1746? & quatenus affirmative ad primam partem

II. An posita facultate per Constitutionem Gregorianam Episcopis concessa intereffendi, & præsidendi electionibus Abatissarum per se, vel per alium, liceat Eminentissimo Ordinario Wormatiensi interesse, & præsidere per plures Commissarios ab ipso deputatos?

III. An ad actum electionis conscribendum admitti etiam debeat Notarius, vel Cancellarius Curiæ Episcopalis Wormatien. seu potius P. Secretarius Abbatis Regularis tantum?

IV. An completa Canonica electione liceat eidem Eminentissimo Ordinario, vel ejus Vicesgerenti neoelectam installare, eique possessionem dignitatis, & officii Abbatialis tradere?

V. An ipsi Eminentissimo Ordinario competat jus Abbatissas electas confirmandi?

VI. An eidem Eminentissimo Ordinario jus competat denunciandi, & determinandi diem electionis faciendæ, seu potius Reverendissimo Abbati Eberbacensi? & quatenus negative quoad primam, & affirmative quoad secundam partem

VII. An elapsa die præfinita, & nemine ex parte Eminentissimi Ordinarii comparente, liceat Reverendissimo Abbati Eberbacensi ad electionem procedere in casu &c?

VIII. An post mortem Abbatissæ liceat Reverendissimo Ordinario claudere, propriisque sigillo obsignare cubicula Abbatialia, atque de substantia Monasterii Inventarium conficere in casu &c?

Res. Ad I. II. III. IV. V. in decisis, & amplius. Ad VI. & VII. ad mentem. Ad II. negative.

Ad III. negative, quoad primam partem, Affirmative ad secundam.

Ad IV. & V. Negative.

Ad VI. negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.

Ad VII. Affirmative. Ad VIII. Negative.

UXENTINA. CELEBRATIONIS MISSARUM

Die 13. Januarii 1748.

I. AN celebratio Missarum relictarum a Josepho Russo, Archidiacono Gaballo, & Joanne Dattilo in Altari Sanctissimæ Trinitatis, & Beatissimæ Virginis erecto in Ecclesia PP. de Observantia Sancti Francisci Civitatis Uxenti, privative spectet ad dictos Patres; vel potius sit in arbitrio Annæ Mariæ Gaballo alios deputare Sacerdotes? Et quatenus negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam

II. An dicti Regulares teneantur patientiam præstare, ut in eorum Ecclesia Sacerdotes Sæculares Missas relictas celebrent? Et quatenus negative

III. An onera earumdem Missarum sint transferenda ad aliam Ecclesiam?

Res. Ad primum affirmative ad primam partem, Negative ad secundam, in actu, de quo agitur, excepto legato Archidiaconi Gaballo.

Ad II. teneri quoad Legatum Archidiaconi Gaballo, stantis attentibus, & non attenta reductione. In reliquis provisum in primo.

Ad III. Negative.

UXENTINA LEGATI

Sub iisdem die, mense, & anno.

I. AN Maria Gaballo teneatur celebrare facere Missas, de quibus agitur, pro anima Victoriæ de Montibus? Et quatenus affirmative

II. An sit in Arbitrio dictæ Mariæ committere illarum celebrationem Sacerdoti Sæculari sibi beneviso in casu &c?

Res. Ad I. Affirmative. Ad II. Negative.

CUm vero utraque fuisset iterum proposita sub die 27. Aprilis 1748. unicuique rescriptum fuit: In decisis, & amplius.

ARIMINEN.

Die 27. Januarii 1748.

I. AN Episcopo Ariminen. non obstante asserto Brevi san. memor. Innocentii VIII. competat jus visitandi Monasterium, & Moniales Sancti Sebastiani quoad Clausuram, & explendi alia, de quibus in Constitutione INSCRUTABILI sanctæ memor. Gregorii XV. in casu &c? Et quatenus affirmative

II. An Episcopus Ariminen. visitaturus Clausuram RR. Monialium Monasterii Sancti Sebastiani Civitatis Arimini Canonicis Regularibus subjecti possit ipsas cogere ad subeundum onus Visitationis personalis ad crates Collocutorii circa ea, quæ pertinent ad Clausuram in casu &c?

III. An Episcopus in concernentibus clausuræ custodiam possit visitare nedum crates, & muros exteriora Monasterii prædictarum Monialium, sed etiam Chorum interiorem, Dormitoria, Cellas omnes inferiores, & superiores, aliaque Loca in casu &c?

IV. An, & quando puniendæ sint Moniales, vel alii resistentes dictæ visitationi, aut eam impedientes in casu &c?

V. An Episcopus ejusdem Monasterii clausuram visitaturus possit ingredi stola indutus?

VI. An teneantur Episcopo, ut supra, visitanti stratum cum pulvinari parare in Ecclesia interiori, & exteriori in casu &c?

VII. An, & a quibus Episcopo accedenti pro eadem visitatione debeatur in ingressu, & egressu ab Ecclesia honorificentia, & præeminentia actus reverentialis, & associatio in casu &c?

VIII. An Episcopus possit solus cum suis Convisitatoribus ingredi, & visitare clausuram dictarum Monialium, absque interventu P. Abbatis, & Confessarii earumdem, sive aliorum Regularium ejusdem Ordinis in casu &c?

IX. An idem Episcopus possit exigere rationem administrationis Bonorum prædictarum Monialium, ad formam Bullæ Sanctæ memoriæ Gregorii XV. incipien. Inscrutabili, non obstante prætenso ejus non usu: & an pro hujusmodi effectu debeant asportari Libri administrationis, aliæque scripturæ pro rationum redditione necessariæ ad ejus Palatium Episcopale, vel potius computa revideri debeant ad crates Monasterii in casu &c? Et quatenus affirmative

X. An in eodem redditione rationis intervenire debeant Abbas dicti Monasterii, aliique Regulares ejus Or-

Ordinis in casu &c?

XI. *An prædictis Canonicis Regularibus in illorum Comitiis, aut Capitulis liceat, ultra Confessarium ordinarium, deputare alium Vice-Confessarium ad annum, vel ad aliud certum tempus, pro administrando Pœnitentiæ Sacramento eisdem Monialibus, quoties ob absentiam, vel infirmitatem Confessarii ordinarii, vel aliam justam caussam ita expedire videatur in casu &c?*

XII. *An hujusmodi Vice-Confessarius debeat pro qualibet vice intra tempus suæ deputationis occurrente approbari ob Episcopo, vel potius sufficiat eum semel ab initio approbari in casu &c?*

XIII. *Ad idem Vice-Confessarius possit etiam ab Abbate, aut ab eorumdem Canonicorum Regularium Capitulis deputari in Confessarium extraordinarium prædictarum Monialium ad formam Sac. Conc. Tridentini sess. 25. cap. 10. de Regularibus?*

XIV. *An pro exercendo munere Confessarii extraordinarii sufficiat pariter quempiam idoneum a Superioribus Regularibus deputari, & ab Episcopo approbari semel per annum, vel potius requiratur approbatio Episcopi pro qualibet vice infra annum occurrente in casu &c?*

Res. Ad I. & II. *Affirmative, & amplius.*

Ad III. *Affirmative.*

Ad IV. Affirmative, congruis juris remediis.

Ad V. & VI. Affirmative.

Ad VII. Affirmative quoad Confessarium, Officiales, aliosque Ministros Monasterii.

Ad VIII. Affirmative.

Ad IX. Affirmative ad primam, & secundam partem, negative ad tertiam.

Ad X. Affirmative, & quatenus Abbas opportune monitus non compareuerit, sive per se, sive per alium Regularem, remotionem fieri posse a solo Episcopo.

Ad XI. & XII. Affirmative cum approbatione Episcopi, ac certiorato Episcopo in casu impedimenti, & cum ejusdem licentia.

Ad XIII. Negative.

Ad XIV. Negative ad primam partem, & affirmative ad secundam, & amplius in omnibus.

Quæ resolutiones quadrant etiam similibus casibus, qui in Monasteriis Ordini subjectis contingere possunt.

BURGI SANCTI SEPULCHRI. REDUCTIONIS ONERUM MISSARUM

Die 10. Februarii 1748.

COsmus Rigius Cappellam fundavit in Ecclesia PP. Observantium Burgi Sancti Sepulchri, eamque dotavit scutis 105. injuncto hæredibus onere solvendi scut. 12. 60. singulis annis pro sacris nonnullis peragendis a PP. Auctum fuit onus ab Alexandro, & Antonio Rigiis Cosmi hæredibus, illudque impositum FF. quibus cesserunt hortum cum ædicula pro sacrario construendo, solveruntque certam pecuniæ quantitatem, qua Organum fuit constructum. PP. publico instrumento sese variis oneribus, contra Franciscani instituti præscriptum, obstrinxerunt, data etiam fide de nunquam procuranda reductione. Conventis stetere FF. ad annum usque 1724. quo Benedicti XIII. indulto, & Ministri Generalis præcepto, factæ fuerunt in universo Ordine reductiones, præsertim onerum illorum, quæ nostræ altissimæ paupertati adversabantur; atque annua Sacra ad rationem manualis, quam dicunt, eleemosynæ redacta fuerunt. Hac de caussa Dominicus Rigius recursum habuit ad S. C. C. & proposito dubio

An reductio &c. de qua agitur, sustineatur in casu? Resolutum fuit *Affirmative.*

MEXICANA. ERECTIONIS CAPPELLANIARUM.

Die 25. Januarii 1749.

I. AN *Beneficia, & Cappellaniæ Ecclesiasticæ sub ea lege per pios Testatores ordinatæ, ut ad eas primo admittantur Clerici Sæculares ad titulum Cappellaniarum hujusmodi ad Sacros Ordines promovendi, & deinde succedant Regulares, sic ad easdem Regulares transire debeant, ut Cappellanis primo nominatis decedentibus, vel alia quacumque caussa Cappellanias hujusmodi non consequentibus, possint per se ipsos, non autem per Sacerdotes Sæculares ab eis præsentandos, & a Locorum Ordinariis instituendos, Missas celebrare, aliaque onera adimplere, administrare illarum bona, omnesque fructus percipere, proindeque standum sit in decisis in Mexicana 16. Maii 1699. & 8. Julii 1713. in casu &c?*

II. *An Piis Testatoribus mandantibus erectiones Beneficiorum, Cappellaniarum, sub præexpressis conditionibus, quod nimirum prima sint Clericorum, & Sacerdotum Sæcularium, & deinde Regularium, Archiepiscopi, Episcopi, aliique locorum Ordinarii, & Judices Visitationis Testamentorum piarum dispositionum, ad quos quomodocumque spectat jus approbationis, teneantur omnino approbare hujusmodi erectiones, itaut impedire nequeant, quominus Regulares per se ipsos Missas celebrent, suppleant onera, bona administrent, fructusque percipiant in casu &c?*

III. *An Cappellania relicta a quon. Sebastiano de Ariburu Arechega erigenda sit cum conditione, quod post obitum Antonii de Horbegoza primi Cappellani nominati, transeat ad Fratres Hospitii Eremitarum Sancti Augustini Sancti Thomæ de Villanova, qui nulla facta præsentatione Præsbyteri Sæcularis, possint per seipsos Missas celebrare, aliaque implere onera, administrare bona, & fructus percipere ad formam testamentariæ dispositionis dicti Sebastiani de Ariburu in casu &c?*

Res. *Affirmative in omnibus.*

JANUEN.

Die 26. Aprilis 1749.

AN *Puellæ Tertii Ordinis S. Dominici Civitatis Januæ nuncupatæ* Tertiariæ *subjectæ sint jurisditioni Parochi in casu &c?*

Res. *Affirmative.*

Agebatur hic de Tertiariis collegialiter viventibus, quæ nec *vota solemnia* emittunt, nec *Clausuram* servant. Cum porro eadem Caussa iterum proposita fuisset sub die 14. Martii 1750. sub hoc dubio: *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c?* Responsum fuit: *Dilata, & scribatur Archiepiscopo juxta instructionem, & interim per Parochum nil innovetur.* Consule quæ diximus supra in hac II. Par. pag. 136. & sequentibus in *LUNIN. SARZANEN.* quoniam occasione hujus Caussæ *JANUEN.* Animadversiones illæ peractæ a nobis fuerunt.

XLI-

MELPHIEN. SEU RAPOLLEN. QUARTÆ FUNERALIS

Die 13. Maij 1749.

A*N Patres Minores Observantes Reformati, vigore conventionis oppositæ in limine fundationis eorum Conventus, & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Angelorum Terræ Atellæ, sint exempti a solutione quartæ Funeralis pro Cadaveribus sepeliendis in dicta Ecclesia, seu potius teneantur illam persolvere in casu &c?*

Res. *Affirmative ad primam partem, & Negative ad secundam.*

Iterum autem proposita eadem Caussa sub die 5. Julii ejusdem anni, responsum fuit: *In decisis, & amplius.*

ALBINGANEN. PROCESSIONIS, ET NULLITATIS INTERDICTI.

Die 11. Julii 1750.

I. **A***N Patres Dominicani, & Patres Capuccini Tabiæ teneantur intervenire ad Processionem fieri solitam occasione primi ingressus Episcopi?* Et quatenus affirmative

II. *An Interdictum sustineatur in casu &c?*

Res. Ad I. *Affirmative, prævia intimatione facienda nomine Episcopi.*

Ad II. *Negative, & amplius in omnibus.*

Ubi nota nec veterem consuetudinem, nec loci distantiam excusasse prædictos ab onere adeundi laudatam Processionem primi ingressus Episcopi: cum tamen nec moniti, nec interpellati fuissent, Interdicto propterea subjici non poterant.

TRANEN. JURIS FUNERANDI, ET PROCESSIONIS.

Die 21 Novembris 1750.

I. **A***N Patres Carmelitæ Civitatis Trani, occasione associationis Cadaverum Defunctorum sepeliendorum in eorum Ecclesia, teneantur ire ad levandum Archipresbyterum Curatum ab Ecclesia Cathedrali unica Parochiali in casu &c?* & quatenus affirmative

II. *An liceat nonnullis ex iisdem Patribus non intervenientibus una cum aliis in Ecclesia Cathedrali, se immiscere per viam, aut in domo Defuncti, una cum aliis Regularibus jam processionaliter incedentibus?*

III. *An post indictam ab Archipresbytero horam pro levandis cadaveribus ab eorum respective domibus, elapsa hora expectationis in dicta Ecclesia Cathedrali, liceat Patribus levare Cadavera, illaque deferre ad eorum Ecclesiam tumulantem, absque interventu Archipresbyteri in casu &c?*

IV. *An Archipresbyter associando Cadavera Defunctorum sepeliendorum in Ecclesia Patrum, iisque intervenientibus, teneatur incedere sub Cruce eorum, seu potius dicti Regulares teneantur incedere sub Cruce Ecclesiæ Cathedralis unicæ Parochialis in casu &c?* & quatenus affirmative quoad secundam partem

V. *An Archipresbyter ingredi possit Ecclesiam Patrum cum Cruce, & Stola, & super Cadaveribus, ibidem tumulandis officium peragere in casu &c?*

VI. *An dum ducitur Processio funebris per viam, una cum Cadavere ad Ecclesiam tumulantem dictorum Regularium, præter præintonationem Antiphonæ, fieri etiam debeat præintonatio Psalmorum ab Archipresbytero Curato, seu potius a dictis Regularibus in casu &c?*

VII. *An Capitulum dictæ Ecclesiæ Cathedralis unicæ Parochialis invitatum ad associationem Cadaverum sepeliendorum in Ecclesia dictorum Regularium possit illam ingredi cum Cruce propria, & Stola, ibique Officia, aliasque funebres functiones super Cadaveribus absolvere in casu &c?*

VIII. *An, & de quibus Intorticiis, & Candelis, aliisque juribus, & oblationibus funeralibus debeatur Ecclesiæ Cathedrali unicæ Parochiali, vel Archipresbytero, quarta funeralis occasione tumulationis cadaverum in dicta Ecclesia Regularium in casu &c?*

IX. *An iisdem Patribus liceat extra proprium Claustrum, & districtum, per loca consueta Civitatis, facere solemnem Processionem Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, cum ejusdem simulacro, in die ejus Festivitatis, petita licentia ab Archiepiscopo, aut Archipresbytero Curato, etiam non obtenta in casu &c?* & quatenus affirmative

X. *An sit servandum Edictum Reverendissimi Archiepiscopi diei 10. Julii 1749. seu potius liceat dictis Patribus invitare ad eamdem Processionem Confraternitates laicales degentes extra septa Monasterii legitime institutas, nec non devotos sæculares processionaliter incedentes cum cereis accensis sub Cruce eorumdem Patrum in casu &c?*

XI. *An Patres Carmelitæ contravenerint eidem Edicto emanato de anno 1749.* & quatenus affirmative, *quibus pœnis sint puniendi in casu &c?*

Res. Ad I. *Affirmative, & amplius.*

Ad II. *Negative, & amplius.*

Ad III. *Affirmative, & amplius.*

Ad IV. *& V. Videatur particulariter.*

Ad VI. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam, & amplius.*

Ad VII. *Affirmative, & amplius.*

Ad VIII. *Deberi de omnibus Cereis pertinentibus ad Ecclesiam tumulantem, & amplius.*

Ad IX. *Licentiam esse petendam ab Archiepiscopo, cui scribatur juxta mentem, & amplius.*

Ad X. *Ad mentem, & scribatur Archiepiscopo juxta Instructionem.*

Ad XI. *Patres Paganum, & Pennellam teneri ad petendam veniam ab Archiepiscopo.*

Occasione funerum mota controversia octo dumtaxat dubia fuerant constituta; sed ob eadem Clerus, & Archiepiscopus in FF. indignati, hic consuetam Processionis Beatæ Virginis de Monte Carmelo fieri, juxta veterem morem, prohibuit. Fratres confugerant ad S. C. C. quæ scribi jussit ad Archiepiscopum ne quidquam innovaret; at is parere renuit. Itaque Processio ducitur fere sine pompa; cum vero hæc pervenit ad locum jurisdictionis Canonicorum, hi clamant, ut retrocedat; fit conflictus, magno cum scandalo, quæ omnia postremis dubiis caussam dedere.

CO-

COMEN. FUNERUM, ET FUNCTIONUM CONVENTUALIUM.

Die 19. Decembris 1750.

I. *AN Archipresbyter, & omnes Presbyteri Capituli Cleri Sæcularis Dungi, associando Cadavera ad Ecclesiam PP. Reformatorum teneantur incedere sub illorum Cruce, seu potius iidem Reformati sub Cruce dicti Cleri, vel ambo valeant propriam Crucem elevare?*

II. *An in eadem associatione liceat dictis Archipresbytero, & Presbyteris Cleri Sæcularis ingredi dictam Ecclesiam PP. Reformatorum cum Stola, & Cruce elevata, seu potius teneantur ad ejusdem Ecclesiæ fores sistere, ibique ultimum vale defuncto dare?*

III. *An eidem associationi debeant invitari tot Presbyteri Sæculares, quot vocantur Regulares, vel potius invitata tantum Parocha actuali, debeat in reliquis ipsorum funerum pompa ab Hæredum arbitrio pendere?*

IV. *An quotiescumque promiscue invitantur Presbyteri Sæculares, & Regulares, candela, quæ manualiter gestatur, danda Presbyteris Sæcularibus debeat esse major illa, quæ datur Regularibus, vel potius æqualis ponderis, & arbitrio hæredum?*

V. *An Patres Reformati eidem associationi invitati teneantur accedere ad secundum Parochum ab Ecclesia Parochiali, seu potius debeant dictus Parochus pro hujusmodi effectu se conferre privatim ad domum defuncti, juxta prætensam consuetudinem?*

VI. *An Cadavera eligentium sepeliri cum Habitu Sancti Francisci Patrum Reformatorum debeant patenter discoperta ad Ecclesiam, & locum sepulturæ deferri, vel potius super iisdem Cadaveribus imponendum sit solitum Pallium, & Tegumentum Mortuarum?*

VII. *An sit solvenda quarta funeralis sepeliendorum in Ecclesia Patrum Reformatorum, & de quibus Candelis?*

VIII. *An Archipresbyter, & Presbyteri Cleri Sæcularis Dungi prohibere possint Patribus Reformatis celebrare Missas, aliasque Conventuales Functiones, etiam cum præventiva campanarum sonitu, peragere ante, vel in actu celebrationis Missæ Parochialis in casu &c.?*

Res. Ad I. *Negative ad primam, & tertiam partem: Affirmative ad secundam, interveniente Capitulo.*

Ad II. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam, & amplius.*

Ad III. *& IV. Arbitrio hæredum, & amplius.*

Ad V. Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.

Ad VI. Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.

Ad VII. *Affirmative, ad formam Constitutionis Benedictinæ, & amplius.*

Ad VIII. *Negative.*

Statuitur, ut pro casu vacantiæ alicujus ex Officialibus Generalibus Curiæ Romanæ, tres Religiosi nominandi assumi possint ex quocumque Natione, dummodo concurrant reliquæ conditiones.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod alias fel. rec. Clementi Papæ XII. Prædecessori Nostri, pro parte tunc existentis Ministri Generalis Ordinis præfati, exposito, quod inter alias Ordinationes communi totius Ordinis præfati consensu editas in Capitulo Generali tunc temporis Mediolani habito, decretum, sancitumque fuerat, supplicandum esse Sedi Apostolicæ pro reductione in antiquum statum deputationis Officialium Curiæ dicti Ordinis, in locum eorum, qui durante tempore ejusmodi Officiorum, illis cessissent, vel ab humanis decessissent, idem Minister Generalis eidem Clementi Prædecessori supplicaverat, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaretur; idem Clemens Prædecessor hujusmodi supplicationibus inclinatus, audito prius super præmissis voto Congregationis Generalis memorati Ordinis, per quasdam suas in simili forma Brevis die x. Aprilis 1733. expeditas litteras, præcepit, & mandavit, ut deinceps infrascriptus modus in deputatione dictorum Officialium Curiæ cedentium, vel decedentium, post tunc proxime futurum Capitulum Generale dicti Ordinis, servaretur, nempe, quod secuta electione Officialium Curiæ præfatæ, pro tempore existens Minister Generalis sæpedicti Ordinis Fratribus Definitorii Generalis sex saltem Religiosos debitis qualitatibus præditos illius Nationis, ex qua fuerit Officialis electus, proponere deberet, & ex eis tres ab ipso Definitorio seligerentur, e quibus, in eventum vacationis ejus Officii, idem Minister Generalis unum ad sui libitum deputare teneretur; & si contigisset alterum ex tribus sic a Definitorio selectis decedere, aut inhabilem fore, facultas Ministri Generalis deputandi dictum Officialem ad duos reliquos; quatenus vero duo mortui, aut inhabiles fuissent, ad unicum superstitem limitata esset, ac esse intelligeretur; si autem omnes tres obiissent, aut inhabiles reperirentur, tunc deputaretur Religiosus dignior illius Nationis, de qua erat Officialis electus in Capitulo Generali, demandato, in casu absentiæ Religiosi ita deputati, exercitio Officii Secretario Officialis cedentis, vel decedentis, quodque delectus trium Religiosorum præscriptorum pro Fratribus de Observantia, Reformatis, Excalceatis, & Recollectis Francis nuncupatis dicti Ordinis, ab eorum respective Definitorio Generali perficeretur, & alias, prout in eisdem Clementis Prædecessoris præfati litteris, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Petrus Joannetius Minister Generalis, considerans dicta Officia non ad Nationes restringi, sed indifferenter ad integram respective Familiam pertinere, Nobis supplicari fecit, ut imposterum tres illi, ut præfertur, seligendi Religiosi, assumi possint, & valeant, non quidem ex sola Natione, ex qua assum-

ſumptus fuit quilibet Officialis Curiæ, ſed ex omnibus indifferenter Provinciis, ex quibus ipſemet Officialis Curiæ in ipſo Capitulo Generali aſſumi poterat. Nos ſupplici libello Nobis porrecto die xxi. Maii 1750. proxime elapſi, manu noſtra inſcripſimus, *Pro gratia juxta petita, idque in perpetuum ſervetur*; idem vero reſcriptum in nupero Capitulo Generali Ordinis præfati in Alma Urbe Noſtra Nobis præſidentibus debitæ executioni demandatum fuit. Ut autem id futuris temporibus ſervetur exactius, ipſe Petrus Joannetius Miniſter Generalis literas in forma Brevis ſibi a Nobis concedi plurimum deſiderat. Nos dictum Petrum Joannetium Miniſtrum Generalem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, memoratas Clementis Prædeceſſoris præfati literas ſuper præmiſſis expeditas, ut præfertur, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium caſſamus, & annullamus, ac irritas, nullas, caſſas, & nullius eſſe roboris, ac momenti decernimus; ac inſuper volumus, & declaramus, ut perpetuis futuris temporibus tres illi ſeligendi Religioſi aſſumantur, & aſſumi debeant, non quidem ex ſola natione, ex qua aſſumptus fuerit quilibet Officialis Curiæ, ſed ex omnibus iis Provinciis, ex quibus ipſemet Officialis Curiæ in ipſo Capitulo Generali aſſumptus fuerit, & aſſumi potuerit.

Decernentes ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, ac obtinere, & illis, ad quos ſpectat, ac pro tempore quandocumque ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cœteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die v. Februarii 1752. Pontificatus Noſtri Anno xi.

D. Cardinalis Paſſioneus.

Conceditur Epiſcopo Limano in Indiis Occidentalibus facultas deputandi unum, vel alterum Presbyterum Sæcularem, vel Regularem, qui valeat conferre Sacramentum CONFIRMATIONIS in ſtato loco ob Epiſcoporum defectum.

Venerabili Fratri Epiſcopo Limano.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUM, ſicut accepimus, Chriſtifideles loci *dei Zerro de la Sal* in Indiis Occidentalibus exiſten. in quo dilecti Filii Fratres Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum ſacris Miſſionibus peragendis operam dare pergunt, ob Epiſcoporum deficientiam, & ingentem diſtantiam, Sacramento Confirmationis privati exiſtant: Nos ſpirituali Populorum hujuſmodi, & illorum animarum noſtræ curæ commiſſarum conſolationi, quantum Nobis ex alto conceditur, conſulere cupientes, & illorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, Fraternitati Tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut ad decennium proximum dumtaxat, a die, quo præſentes noſtræ literæ Tibi exhibitæ fuerint computandum, unum Presbyterum Sæcularem, ſeu cujuſvis Ordinis, vel Congregationis, aut inſtituti ab Apoſtolica hac S. Sede approbati, Regularem Tibi beneviſum, moribus gravem, ac pietatis, & Religionis Zelo præditum, qui in loco prædicto, donec interea temporis nullus Epiſcopus inibi reſideat, Sacramentum Confirmationis hujuſmodi, receptis Oleo, & Chriſmate etiam antiquis, ſi nova commode haberi non poſſint, per Catholicum Antiſtitem gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habentem, benedictis, adminiſtrare poſſit, & valeat, auctoritate noſtra Apoſtolica de ſpeciali gratia delegas, & deputes, ac eligas.

Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in univerſalibus Conciliis editis Generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, cœteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 12. Februarii 1751. Pontificatus Noſtri anno undecimo.

D. Cardinalis Paſſioneus.

Loco ✠ Sigilli.

Decernuntur vere Indulgentie, quibus frui possunt Fratres, & Sorores Tertii Ordinis de Pœnitentia S. P. N. Francisci.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

AD Romanum Pontificem inexhausti Ecclesiæ thesauri dispensatorem pertinet Indulgentiarum a Prædecessoribus suis diversis temporibus, atque rationibus concessarum incertitudinem, ac dubia, & controversias super iis excitatas, atque vigentes, indeque ortas Fidelium animarum perturbationes, suprema sua auctoritate, juxta probatam Apostolicæ Sedis consuetudinem, & Sacri Tridentini Concilii mentem per opportunas declarationes, certasque concessiones tollere, ac removere, ut Ecclesiasticæ Pacis firmitati, simulque animarum saluti, & profectui, ac providæ earumdem Indulgentiarum distributioni consulatur.

Olim siquidrm Romani Pontifices Prædecessores nostri Tertium Ordinem Secularem de Pœnitentia nuncupatum, Beati Francisci Assisiensis Institutione sub Regulis ab ipso præscriptis feliciter coalescentem, Apostolica benignitate compleri, ejusdemque Fratres, atque Sorores specialibus favoribus, & spiritualibus gratiis ditare volentes, ut uberiora Religionis, & pietatis incrementa susciperent, præter alias Indulgentias, ac peccatorum remissiones ipsis directe concessas, etiam generali communicatione in quibuslibet gratiis, Privilegiis, & Indulgentiis omnibus, & singulis tam Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinibus Regularibus, eorumque personis quomodocumque a Sede Apostolica indultis, eorumque omnium, & singulorum ad prædictos Fratres, atque Sorores extensione, cumularunt.

Quamquam vero felicis recordationis Prædecessor noster Paulus Papa V. opus reformationis, & moderationis Indulgentiarum a recolenda quoque memoriæ Clemente Papa VIII. altero Prædecessore nostro, tunc suo, feliciter inchoatum, pari cum diligentia, & studio prosequutus, Apostolicis literis, quarum initium est *Romanus Pontifex*, die 23. Maii Anni 1606. in forma Brevis editis omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones præfatis Regularibus Ordinibus, eorumque Personis, quocumque modo antea concessas, abrogaverit, & revocaverit, easque, novis ex integro in ipsorum favorem indultis, ad modum, & terminos in earumdem literarum tenore expressos reduxerit; cum tamen præcedentibus annis a Congregatione tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præposita, declaratio quædam sequentis tenoris emanaverit, videlicet:

In generali revocatione Indulgentiarum, quæ in Brevi *Romanus Pontifex* Pauli V. habetur, non comprehendi Personas, quæ substantialia Religionis vota non emittunt intra, vel extra Claustra degentes; Eaque specialibus literis in simili forma Brevis a Venerabilis memoriæ Innocentio Papa XI. Prædecessore quoque Nostro die decima Octobris anni 1686. confirmata fuerit: cumque etiam aliæ prodierint Romanorum Pontificum Constitutiones, quibus Indulgentiæ, & gratiæ speciales tam præfato Tertio Ordini directe concessæ, quam per communicationem cum Ordinibus Mendicantium, & non Mendicantium ad eumdem extensæ, confirmari videbantur; hinc factum est, ut super subsistentia Indulgentiarum, & Gratiarum hujusmodi, quæ in duabus literarum Apostolicarum Collectionibus Bullariis nuncupatis per Rodericum, & per Confectium vulgatis, juxta antiquam earum Intelligentiam descriptæ leguntur; plures diversis in locis quæstiones, & controversiæ inter Fratres ejusdem Ordinis agitari ceperint, atque etiam in judicium adduci, prout earumdem concussam firmitatem, vel respective abrogationem, aut etiam in pristinum statum redintegrationem, acrius sustineri, aut ex contraria parte in dubium contigit revocari.

Et quidrm prædicta Bullaria pro eo, quod pertinet ad communicationem omnium Indulgentiarum singulis Ordinibus indultam, nequaquam attendenda esse, dictumque Tertium Ordinem ea tuto sequi non posse, jam in acerrimo partium conflictu decretum, & definitum extitit a prædicta Cardinalium Congregatione Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præposita, die quinta Februarii anni 1734. quæ etiam anno sequenti in ejusdem controversiæ progressu sub die quinta Octobris declaravit, per revocationem Pauli V. sublatas dici debere Indulgentias illas, quæ Regularibus personis, ac præfato Tertio Ordini communes erant, seu promiscue antea concessæ fuerunt; nec non eas, quibus ejusdem Tertii Ordinis Fratres per viam communicationis, ante ipsam revocationem, fruebantur. De iis autem, quæ ipsis, tam antea, quam post, directe concessæ asserebantur, itemque de iis, quas post supradictam revocationem, per viam communicationis cum Ordinibus Regularibus, sive per extensionem se obtinuisse contendebant; tam multa adhuc examinanda supererant, ut nonnisi post maturam discussionem singularum literarum, & concessionum hujusmodi judicari posse visum fuerit, an, & quæ veræ, legitimæ, ac subsistentes, an vero aliquæ revocatæ, aut etiam falso præsumptæ, vel per subreptionem, & obreptionem obtentæ dici deberent.

Cumque proinde multiplices adhuc incertitudines, & confusiones hac in re adesse dignoscantur; novissima vero ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam Pravitatem Generalium Inquisitorum delata fuerint nonnulla folia, & Summaria Indulgentiarum ejusdem Tertii Ordinis, Typis impressa, ac late vulgata, in quibus complures referuntur Indulgentiæ, quarum concessiones apocriphas esse, aut revocatas, aut incertas, & contra mentem Sedis Apostolicæ perperam interpretatas agnitum fuit; ideoque eadem Cardinalium Inquisitorum Congregatio Nobis proposuerit, valde expedire pro præfatorum Fratrum, & Sororum securitate, ac Beneficio, & ad confusiones, ac deordinationes ejusmodi penitus tollendas, ut juxta id, quod laudatus Prædecessor Paulus V. pro omnibus Ordinibus Regularibus provide, ac opportune præstitit, Nos etiam omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones prædicto Tertio Ordini Sæculari Sancti Francisci, sive directe, sive per communicationem, sive alio quovis modo hactenus concessas annullaremus, & revocaremus, & alias particulares eidem concederemus.

Nos matura super hoc consultatione præhabita, ac Fratribus, & Sororibus præfati Tertii Ordinis Sæcularis de pœnitentia sub cujuscumque Ordinis Regularis Sancti Francisci directione, ac regimine, tam in cujuslibet hujusmodi Ordinis Conventibus, sive alias

alias Collegialiter, quam etiam in domibus privatis seorsum viventibus, spirituale solatium ac juvamen afferre cupientes, motu proprio, & certa scientia, ac de Apostolicæ Potestatis plenitudine, infrascriptas Indulgentias, & peccatorum remissiones de novo duximus concedendas.

Omnibus igitur utriusque sexus Christifidelibus, qui dictum Ordinem Sæcularem Sancti Francisci de Pœnitentia nuncupatum imposterum ingredientur, die primo eorum, vel earum ingressus, si vere pœnitentes, & confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, *Plenariam*.

Nec non eisdem nunc, & pro tempore existentibus Fratribus, & Sororibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui in festis Sancti Francisci Assisiensis Confessoris die 4. Octobris, & Sanctæ Claræ Virginis, necnon Sancti Tutularis eorum Ecclesiæ, sive Oratorii, aut Cappellæ, & in die dedicationis Sanctæ Mariæ Angelorum secunda Augusti a primis Vesperis usque ad occasum Solis, suam Ecclesiam, vel Oratorium, aut Cappellam hujusmodi devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, singulis diebus, quibus id egerint, etiam *Plenariam*.

In cujuslibet vero mortis articulo, si pariter vere pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti Sanctissimum Jesu nomen ore si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, PLENARIAM similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & impertimur.

Item eisdem Fratribus, & Sororibus, qui suam Ecclesiam, vel Oratorium, vel Cappellam, diebus Stationum in Missali Romano descriptis devote visitaverint, & ut præfertur, oraverint, ut easdem indulgentias consequantur, quas præfatis diebus visitantes Ecclesias Urbis, & extra eam consequuntur, perinde ac si ipsas Urbis Ecclesias personaliter visitarent, concedimus pariter, & indulgemus.

Eisdem quoque vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, in festis impressionis Sacrorum Stigmatum ejusdem Sancti Francisci, nec non Sancti Ludovici Galliarum Regis, & Sanctæ Elisabeth Reginæ Portugalliæ, & Sanctæ Elisabeth Ungariæ pariter Reginæ, nec non Sanctæ Margaritæ de Cortona, atque in duodecim aliis anni feriatis, vel Dominicis diebus per ipsosmet eligendis, ac a Superioribus Ordinis approbandis, ut supra visitantibus, & ut præfertur orantibus, quo die præfatorum id egerint, septem annos, & totidem quadragenas.

Quoties vero Missis, & aliis divinis Officiis in Ecclesia, seu Oratorio, vel Cappella hujusmodi pro tempore celebrandis, & recitandis, seu Congregationibus publicis, vel privatis ejusdem Tertii Ordinis ubivis faciendis interfuerint, ac pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, vel etiam qui corpora defunctorum tam Fratrum, & Sororum hujusmodi, quam aliorum, ad Sepulturam associaverint, aut quascumque processiones de licentia Ordinarii faciendas, Sanctissimumque Eucharistiæ Sacramentum, tam in processionibus, quam cum ad infirmos, seu alias quocumque, & quandocumque pro tempore deferretur, comitati fuerint, vel impediti, campanæ ad id signo dato, semel orationem, & salutationem eamdem pro necessitatibus Sanctæ Matris Ecclesiæ, sive pro animabus defunctorum Fratrum, & Sororum hujusmodi recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, & ignorantes præcepta Dei, & quæ ad salutem sunt docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum exercitio centum dies de injunctis, seu alios quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Cæterum omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, Fratribus, & Sororibus Tertii Ordinis Sancti Francisci de Pœnitentia, sub directione, & regimine cujuslibet Ordinis Regularis ejusdem Sancti Francisci, tam in cujuslibet dicti Ordinis Conventibus, sive alias collegialiter, quam in domibus privatis seorsim viventibus, tam directe, & immediate, quam promiscue, & æque principaliter, sive alio quocumq. modo, per communicationem cum omnibus, & singulis Ordinibus Regularibus Mendicantium, & non mendicantium, tam vigore privilegiorum, & literarum Apostolicarum, quam vivæ vocis oraculo, aut alias quovis modo per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Nos, & Apostolicam Sedem hactenus concessas, confirmatas, approbatas, & innovatas prædictis motu, scientia, auctoritate, & tenore revocamus, cassamus, annullamus, & abrogamus, & ad præsentium nostrarum literarum præscriptum reducimus, & moderamur.

Præsentes autem literas, & tam revocationem hujusmodi, quam concessiones superius expressas, etiamsi dicti Tertii Ordinis Fratres, & Sorores, seu alii qui cumque in præmissis interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, eisdem non consenserint, nec ad ea vocati, aut auditi fuerint, nullo unquam tempore impugnari, seu de voluntatis nostræ defectu, aut subreptionis, vel obreptionis, aliove quolibet vitio notari, vel adversus eas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve juris, vel facti remedium impetrari posse, sed semper, & perpetuo firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere, & ab iisdem Fratribus, atque Sororibus, aliisque, ad quos pertinet, in omnibus, & per omnia observari; sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præpositos, aliosque etiam de latere legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios de præmissis judicari, interpretari, ac definiri debere decernimus, atque irritum, & inane si secus a quoquam cujuslibet auctoritatis præsidio scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Venerabilibus Fratribus Ecclesiarum Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, nec non prædictis Apostolicæ Sedis Nuntiis, & Sancti Officii Inquisitoribus harum serie, & dicta auctoritate committimus, & mandamus, ut nullas alias Indulgentias, seu peccatorum remissiones, præter præmissas, per eosdem Fratres, atque Sorores, seu alios quoscumq. tamquam prædicto Tertio Ordini Sæculari specialiter, & intuitu eorum instituti competentes, vulgari, nunciari, aut proponi permittant; sed ipsarum præsentium tenorem per ipsos fideliter, ut par est, observari faciant, contumaces, atque Rebelles, si qui forte adversus eas venire præsumpserint, omnibus juris remediis, appellatione postposita, compescendo.

Non obstantibus prædictis Pauli V. & Innocentii XI. aliisque quibuslibet Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis; necnon de jure quæsito non tollendo, aliisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, ac ejusdem Tertii Ordinis Sæcularis, etiam

confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis præfato Tertio Ordini, ejuſque Domibus, Collegiis, Superioribus, & perſonis, atque etiam cuilibet Ordini Regulari Sancti Franciſci, ejuſque Superioribus in contrarium præmiſſorum quomodolibet, etiam poſt prædictam Pauli V. revocationem, conceſſis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, pro præmiſſorum effectu dumtaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides habeatur, quæ præſentibus ipſis literis originalibus haberetur, ſi forent oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Noſtram conceſſionis, impertitionis, indulti, relaxationis, revocationis, moderationis, Decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1751. Idibus Martii, Pontificatus Noſtri anno undecimo.

D. Card. Paſſioneus.
J. Datarius.

Loco ✠ Plumbi.

VISA DE CURIA
I. C. Boſchi.
I. B. Eugenius.

LITERÆ APOSTOLICÆ

Quibus providetur optimo regimini, & tranquillitati Conventuum RECESSUS *Fratrum Minorum de Obſervantia Reformatorum nuncupatorum Provinciæ Romanæ.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

QUAS Apoſtolicæ noſtræ ſollicitudinis, auctoritatiſque curas, & partes, ad retinendam, propagandamque regularem diſciplinam, omnibus Religioſorum Virorum Ordinibus, & Inſtitutis libenter conferimus, decet Nos tanto libentius, & alacrius pro dilectis Filiis Fratribus Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Reformatorum nuncupatorum adhibere, quanto lætiori animo in Domino gratulamur, propriis oculis intuentes ejuſdem Ordinis Alumnos in hoc maxime conſilia, ſtudia, & labores ſuos collocare, ut in unaquaque Provincia Cœnobia habere valeant, in quæ, tamquam ſeverioris Obſervantiæ Domicilia, RECESSUS nuncupata, ſeſe recipiant Fratres illi, qui in ardua Religiosæ auſteritatis, ac perfectionis palæſtra ſeſe magis exercere exoptant.

Inter cæteros autem hujuſmodi Receſſus ubique inſtitutos, & commendatos, ii certe, qui in hac Provincia, Romana dicta, excitati, erectique reperiuntur, magna cum laude celebrantur; quippe quorum religioſi Fratres, & ad perfectam ſui inſtituti rationem, & ad æternam Chriſtifidelium ſalutem procurandam, iis tam præclaris Chriſtianæ pietatis, induſtriæ, caritatis, zelique argumentis incumbunt, ut jure a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris proficua eorumdem Receſſuum inſtitutio non ſolum comprobari, & confirmari, ſed etiam commendari meruerit. Alexander enim PP. VII. fel. rec. Prædeceſſor Noſter per ſuas in ſimili forma Brevis Literas die trigeſima menſis Auguſti anno 1662. datas, quædam præcipua Statuta pro Receſſu ſub invocatione Sanctæ Mariæ Gratiarum *de Fanticella* confirmavit, atque inſimul alios ejuſmodi Receſſus fundandi facultatem tribuit. *Vide ſupra Par. I. pag. 291. & ſeqq.* Quæ quidem Statuta per alias in pari forma Brevis Literas die vigeſima menſis Aprilis anno 1682. itidem datas ven. me. Innocentius PP. XI. Prædeceſſor ſimiliter Noſter, ad Receſſus ſub invocatione S. Bonaventuræ hujus Almæ Urbis, S. Angeli in Montorio, & SS. Martyrum Coſmæ, & Damiani *de Vicovaro*, ſub iiſdem modo, & forma omnino ſervanda, extendere voluit; addiditque facultatem, ut Adoleſcentes quoque Novitios admittere, & veſtire poſſent. *Vide loc. cit. pag. 293.* Porro harum Apoſtolicarum literarum vigore factum fuit, ut novæ Conſtitutiones, ſeu nova Statuta conderentur, quæ primum a quondam Petro Marino Generali totius Ordinis Minorum Miniſtro die ſeptima menſis Februarii anno 1685. deinde conſequenter die octava menſis Junii ejuſdem anni a clar. mem. Alderano, dum in humanis ageret, S. R. E. Cardinali Cybo nuncupato Epiſcopo Portuenſi, & dicti Ordinis apud Apoſtolicam Sedem Protectore approbata fuerunt. *Vid. ibid. pag. 304.* Præterea fel. rec. Innocentius PP. XII. itidem Prædeceſſor Noſter per alias in ſimili forma Brevis literas die duodecima menſis Septembris anno 1695. expeditas, Apoſtolica auctoritate approbavit, confirmavitque methodum, Regulamque, juxta quam omnino, & non aliter, deinceps tam Superiores pro tempore eligi, quam Familiæ, ut dicitur, uniuſcujuſque Conventus formari deberent. Inſuper fel. rec. Clemens PP. XI. Noſter itidem Prædeceſſor, tum Conventum ſub invocatione S. Petri *de Peſi*, tum Conventum Sanctæ Mariæ in *Vallecorſa*, *Receſſibus* Provinciæ Romanæ hujuſmodi, per plures alias ſuas in ſimili forma Brevis literas, univit, & incorporavit.

Nos autem, qui laudabile inſtitutum memoratorum *Receſſuum* ſemper plurimi fecimus, magnoque in pretio habemus, ejuſque ſpiritualem, præſertim dicti Conventus S. Bonaventuræ de Urbe, progreſſum, utilitatem, & commodum augere, & provehere ex animo cupimus, Noſtra etiam ſupremæ poteſtatis, & providentiæ documenta hac in parte deſiderari non patimur. Ea propter, poſtquam omnia, & ſingula, quæ tam in enunciatis Apoſtolicis Literis, quam in memoratis Conſtitutionibus, & Statutis dicti *Receſſus* continentur, ſerio expendimus, conſiliumque, & ſuffragium dilecti filii Fratris Raphaelis de Lugagnano ejuſdem Ordinis Minorum Generalis apud Sanctam Sedem Commiſſarii requiſivimus, in eam ſententiam devenimus, ut nonnulla ad majorem Divini honoris cultum, dictique *Receſſus* tranquillitatem, & incrementum profutura, per haſce Noſtras in forma Brevis Literas perpetuo valituras, decernere

re, statuere, & præcipere satageremus, quemadmodum tenore earumdem præsentium Apostolica auctoritate decernimus, statuimus, atque præcipimus.

Primum itaque, tenore, & auctoritate paribus, prædictas quidem Apostolicas in forma Brevis Literas, & *Recessus* Constitutiones, ac Statuta, in iis omnibus, & singulis, quæ a Nobis infra decernendis, statuendis, & præcipiendis non adversantur, iterum, quatenus opus sit, confirmamus, & inviolabili Apostolicæ firmitatis robore munimus.

Deinde vero decernimus, volumus, & mandamus, ut Discretorium Conventus, sive *Recessus* S. Bonaventuræ de Urbe, juxta illud, quod in Capite VII. earumdem Constitutionum, & Statutorum continetur, deinceps constare debeat ex quinque Fratribus Discretis, scilicet Guardiano, Vicario, & aliis tribus Discretis. Porro Guardianus dicti Conventus S. Bonaventuræ, quippe qui Dictator est omnium, & singulorum Conventuum *Recessus* ejusmodi, non eligatur, nisi Religiosus Frater, qui pietate, prudentia, ac zelo insignis, saltem munere Guardiani in uno ex aliis *Recessus* Conventibus semel laudabiliter functus fuerit. Vicarius itidem ia eligi dumtaxat possit, qui Discreti officium in quolibet *Recessus* Conventu exercuerit: Cœterum reliqui tres Discreti sint Fratres ejusdem S. Bonaventuræ Conventus antiquiores, dummodo ea idoneitate præditi reperiantur, quæ juxta Decreta Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ die secunda mensis Maii, & die vigesima septima mensis Septembris anno MDCCXXVII. edita, in ipsis Fratribus requiritur. Idoneus vero Frater ille semper censendus, & reputandus est, qui nullis corporis assiduis incommodis laborans, alias in quovis Conventu *Recessus* vel Guardiani, vel Discreti ministerium obiverit. Ne autem Discreti hujusmodi in suo quisque officio perpetui permaneant, Nos Decretum dictæ Congregationis Cardinalium, quoad hanc quoque partem, confirmantes, Triennalem tamen ab unoquoque Officio vacationem, sive immunitatem in eodem Congregationis Decreto præscriptam, ad unius dumtaxat anni spatium reducimus, & statuimus; cum experientia apertissime constet, non levem, propter triennalem vacationem, & immunitatem hujusmodi, habita paucioris Fratrum unamquamque Familiam *Recessus* componentium numeri ratione, interdum inordinationem, confusionemque oboriri. Quod si vero Discreti officium, sive per legitimum cessum, sive decessum, sive per quamcumque rationabilem, justamque causam, vacare contigerit, ad illud obeundum, adimplendumque substituatur Frater quilibet antiquior, & idoneus, quemadmodum supra de idoneitate decrevimus.

Quoniam autem ita comparatum esse novimus, omnia, & singula provido, sapientique consilio ordinata, statuta, & præscripta, nunquam pro votis ad regularis disciplinæ observantiam, nunquam ad mutuam fraternæ charitatis vicissitudinem, nunquam ad debitam Superioribus obedientiam fore redundatura, nisi Fratres ipsi, qui, Secularibus curis, negotiis, & desideriis contemtis, Religionem, ut Deo vocanti ex animo obedire, & famulari valeant, ingressi fuerunt, pro viribus vocationi, qua vocati sunt, correspondere contendant; & Christianæ perfectioni, quam unam in Religiosis *Recessibus* facilius consequi posse existimarunt, omnem operam, studiumque impendant: Ea propter omnes, & singulos *Recessus* Fratres tam præsentes, quam futuros, Paterna Charitate, & Pontificia auctoritate monemus, & hortamur, ut suscepti propositi, conditionisque suæ memores, per præscriptam unicuique voluntatis propriæ demissionem, abnegationemque, semper ad majorem Divini honoris cultum, æternamque animarum suarum salutem, atque Ordinis Sui decus, & incrementum, meliora charismata æmulari adnitantur. Nec a Spiritu Sathanæ malo adduci patiantur, ut munera, dignitates, & honores quærant, quorum causa opportunam ad seditiones excitandas, inordinationes inducendas, odia conflanda, & dissidia commovenda, etiam sub zeli obtentu, & colore, occasionem interdum nonnulli nanciscuntur: Sed potius omnes invicem humilitatem insinuantes, & induentes, sicut Electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, humilitatem, modestiam, patientiam, super omnia hæc, caritatem, quod est vinculum perfectionis, Statuta, & Constitutiones Ordinis sui integerrime servare studeant. Etsi autem, pro spectatis *Recessuum* hujusmodi religiosis virtutibus, facile Nobis persuademus, eorumdem *Recessuum* Fratres nullis egere stimulis, ut idem sapientes, pacem invicem habeant, & Deus pacis sit cum ipsis; tamen moderno, & pro tempore existenti Guardiano, & Discretorio sæpedicti *Recessus* S. Bonaventuræ districte injungimus, & mandamus, ut assidue, & diligenter advigilare non omittant, quo omnes, & singuli quorumvis Conventuum *Recessus* Fratres, quocumque gradu, vel prærogativa præcipui, ad exactam suarum Constitutionum, & Statutorum observantiam rite, sancteque adimplendam incumbant.

Verum, cum aliquando fieri possit (quod dolentes dicimus), ut inter tot Religiosos Fratres Christianæ pietatis, & regularis perfectionis splendore insignes, aliqui fortasse reperiantur spiritu ambitionis pleni, indociles, & perfectioni Seraphici Instituti parum sese accommodantes; volumus, & mandamus, ut Guardianus, & Discretorium pro tempore existens *Recessus* S. Bonaventuræ, post salutaris fraternæ caritatis exhibita argumenta, sæpius addita monita, justasque pœnas sumtas, animadvertens illos adhuc desperatæ emendationis esse, ad eorum Provincialem remittant. Quod si habitum, professionemque regularem in aliquo Conventu *Recessus* emiserint, ad Provincialem Romanæ Provinciæ amandent, qui sine obstaculo illos admittere, & in aliquo Provinciæ Conventu collocare debeat. Si tamen Provincialis in hoc minime acquieverit, Guardianus, & Discretorium *Recessus* S. Bonaventuræ ad Ministrum, sive Commissarium pro tempore Generalem totius Ordinis Minorum recurrat, ut facta dimissio suum sortiatur effectum. Porro Fratre quolibet *Recessus* quomodolibet per Guardianum, & Discretorium dimisso de sua dimissione conquerente, & reclamante, Provincialis Provinciæ Romanæ, ad quem remissus fuerit, causam dimissionis cognoscat, quam si justam agnoverit, suo etiam suffragio confirmet; Si vero secus senserit, Guardianus, & Discretorium S. Bonaventuræ ad Ministrum, vel Commissarium pro tempore Generalem dicti Ordinis recursum habeat, a cujus definitiva Sententia, sine strepitu, & forma judicii secundum Deum ferenda, lis, & controversia decidatur, neque ab eadem Sententia reclamandi locus Partibus amplius relinquatur.

Cœterum antedicta omnia, & singula Apostolicæ providentiæ, caritatis, auctoritatisque præcepta, pro majori *Recessuum* hujusmodi utilitate, tranquillitate, pace, concordia, incremento edita, quo firmius subsistant, & serventur exactius, atque in oblivionem eant, neque a quocumque Fratre *Recessuum* hujusmodi, sive Presbytero, sive Laico, ignorentur,

rentur, volumus, & mandamus, ut eadem in Italicam Linguam versa, & Constitutionibus, sive Statutis, sive Regulis *Recessus* adjectis, sub iisdem modo, & forma, ac tempore, quibus Constitutiones, & Statuta, ac Regulæ legi solent, omnino legantur.

Decernentes easdem præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque, semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; & illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque, & non aliter, in præmissis, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam per laudati Ordinis Minorum apud eamdem Sanctam Sedem Protectorem, & quascumque eorumdem Cardinalium Congregationes, & alios quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac præsertim enunciatis Alexandri, utriusque Innocentii, & Clementis Prædecessorum præfatorum Literis, necnon Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictorumque *Recessuum*, & Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu, & sigillo Guardiani pro tempore existentis sæpe memorati *Recessus* S. Bonaventuræ de Urbe munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ iisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xxiv. Martii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Cajetanus Amatus.

Confirmantur Literæ Apostolicæ Clementis VII. pluraque alia Decreta edita in favorem privilegiorum, quibus gaudent Sindici Apostolici Nostri Ordinis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Sindici, seu Procuratores Provinciæ S. Didaci in Mexico Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Excalceatorum nuncupatorum, quod alias felic. record. Clemens PP. VII. Prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis expeditas literas nonnulla Privilegia, gratias, & exemptiones Sindicis Apostolicis Ordinis pro tempore existentibus concessit, prout continetur in eisdem literis tenoris sequentis, videlicet:

CLEMENS PAPA VII.

Dilecti filii Salutem, & Apostolicam benedictionem.

„ DUM consideramus assiduos labores, & vigilias, quas dilecti filii Sindici, & Procuratores Domorum, & Monasteriorum FF. Minorum Sancti Francisci Regularis Observantiæ, & Monialium S. Claræ, Conceptionis, & Annunciationis Ordinum, & Sororum Tertiæ Regulæ S. Francisci sustinere non cessant, merito nos obligant, ut animarum suarum saluti consulamus, ipsosque a quibusvis molestiis, & injuriis sibi pro tempore illatis, quantum cum Deo possumus, relevemus. Idcirco uni Sindico, & Procuratori hujusmodi cum illius uxore, & liberis, præsenti, & futuro, singulæ domui, & Monasterio prædictis pro tempore servientibus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, ipsi, & eorum quilibet omnibus, & singulis indulgentiis, & peccatorum remissionibus, favoribus, & gratiis, quibus Fratres Ordinis Observantiæ prædicti utuntur, potiuntur, & gaudent, seu uti, potiri, & gaudere possint, & valeant; & insuper in quibusvis causis, & rebus ipsos Sindicum, & Procuratorem concernentibus, Civilibus, Criminalibus, & mixtis, nonnisi coram Judicibus Conservatoribus Domorum illarum, quarum ipse Sindicus, & Procurator fuerit, de justitia respondere teneatur, auctoritate Apostolica concedimus, & indulgemus, inhibendo sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, universis, & singulis Judicibus, Commissariis Ecclesiasticis, & Sæcularibus, quacumque auctoritate fungentibus, ne de causis contra dictos Sindicos, & Procuratores motis, & movendis directe, vel indirecte, quovis quæsito colore, seu prætextu se intromittere quomodolibet de cætero audeant, vel præsumant.

„ Decernentes quoscumque Processus contra dictos Sindicos, & Procuratores per alios, quam dictos Conservatores, in Causis dumtaxat contra eos motis, & movendis, habendos, & sententias ferendas, nullas, & invalidas, nulliusque roboris, vel momenti fuisse, & esse, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium transumptis manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus Episcopi, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur si præsentes originales literæ essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xvi. Aprilis 1526. Pontificatus Nostri anno tertio.

Subinde vero in diversis temporibus a Congregatione existentium S. R. E. Cardinalium Immunitati Ecclesiasticæ, & controversiis jurisdictionalibus, ac negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, quam plurima Decreta, quoad manutentionem privilegiorum, & exemptionum

num eisdem Sindicis concessarum ediderunt , tenoris , qui sequitur, videlicet --

Ita reperitur in regesto authographo Decretorum Sacræ Congregationis super Immunitate Ecclesiastica , & controversiis jurisdictionalibus sub die x. Maii 1639. FANEN. -- Provincialis Fratrum Minorum Observantiæ S. FRANCISCI -- Sacra Congregatio censuit respondendum Episcopo, ut quo ad exemptionem Sindici Fratrum Minorum Observantium luci de Cartoceto, observare faciat Bullam Clementis VII. si in eo concurrant requisita ejusdem Bullæ --

Item reperitur in Regesto authographo Decretorum dictæ Sacræ Congregationis sub die xvii. Novembris 1642. PERUSINA -- „ Fratres S. Francisci Minor. Obser. -- Sacra Congregatio censuit servandam esse Clementis VII. Constitutionem circa Privilegium fori, & exemptionis Sindicorum , & Procuratorum dicti Ordinis --

Item reperitur in regesto authographo Decretorum dictæ Sacræ Congregationis sub die 23. Maii 1645. ROMANA „ Fratres Minores Observ. S. Francisci -- Sacra Congregatio respondit Sindicos Conventuum dicti Ordinis , ex Bulla fel. record. Clementis VII. gaudere privilegio fori tam in Causis civilibus , quam in Criminalibus, & mixtis , etiam motis ante eorum deputationem , seu institutionem ad officium Sindicatus „ --

Item reperitur in Regesto authographo Decretorum dictæ Sacræ Congregationis sub die 4. Augusti 1654. FANEN. -- „ Sigismundus Augustinus Sindicus Minor. Observ. -- Sacra Congregatio censuit Oratorem Sindicum gaudere privilegio fori , juxta Constitutionem Clementis VII. „ --

Item reperitur in Regesto authographo Decretorum dictæ Sacræ Congregationis sub die 7. Februarii 1656. RECANATEN. -- „ Moniales S. Claræ -- Sacra Congregatio censuit Sindicum Monialium S. Claræ gaudere privilegio fori,prout gaudentSindici Fratrum.

Item reperitur in Regesto authographo Decretorum dictæ Sacræ Congregationis sub die x. Maii 1657. SABINEN. „ Antonius Ferronius Procurator , & Sindicus Conventus FF. Minor. Strict. Observ. S. Mariæ de Ponticelli -- Detur Decretum , dummodo sit unicus illius loci , videlicet -- Sacra Congregatio inhærendo declarationibus alias factis , censuit Oratorem ex Bulla fel. record. Clementis VII. gaudere debere privilegio fori , tam in causis civilibus , quam in Criminalibus , ac mixtis , & insuper non posse compelli ad exercenda munia publica Communitatis , nec a quoquam posse molestari , nisi coram legitimo Conservatore; in quorum fidem &c. Datum Romæ hac die v. Mensis Maii 1751. -- Loco ✠ Sigilli -- A. Alberonus Sec.

Die 28. Martii 1686. -- Osservanti -- Il Procuratore Generale -- „ Sacra Congregatio Eminentissimorum , & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis , & consultationibus Episcoporum , & Regularium præposita , attenta semissione libelli per Sanctissimum Dominum nostrum facta , referente Eminentissimo Nortfolch , censuit danda esse Oratori Decreta alias edita , nempe super præmissis servandam esse præfatam Constitutionem S. M. Clementis VII. proot præsentis Decreti tenore omnino servari mandat , & præcipit . Romæ &c. „ *Ita reperitur in Regesto authographo Decretorum ejusdem Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, quæ asservantur in Secretaria.* „ In fidem &c. Romæ xxvii. Aprilis 1751. Loco ✠ Sigilli -- Joseph Maria Achiepiscopus Damascen. Secretarius.

Cum autem , sicut eadem expositio subjungebat , dicti Exponentes præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius , Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent , Nos ipsos Exponenentes specialibus favoribus , & gratiis prosequi volentes , & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis , suspensionis , & interdicti , aliisque Ecclesiasticis sententiis , censoris , & pœnis a jure , vel ab homine quavis occasione , vel causa latis , si quibus quomodolibet innodatæ existunt , ad effectum præsentium dumtaxat consequendum , harum serie absolventes , & absolutas fore censentes , supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati , de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis , & Consultationibus Episcoporum , & Regularium Præpositorum consilio, præinsertas Clementis Prædecessoris præfati literas , nec non præmissa Decreta alias ea de caussa a prædictis Congregationibus edita , auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus , & confirmamus , illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus , & quatenus opus sit, ad Exponentes præfatos, aliosque pro tempore existentes Provinciæ hujusmodi Sindicos extendimus , & ampliamus , seu de novo concedimus ; salva tamen semper in præmissis auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium .

Decernentes easdem præsentes literas firmas , validas , & efficaces existere , & fore , suosque plenarios , & integros effectus sortiri , & obtinere , ac illis , ad quos spectat , & pro tempore quandocumque spectabit , plenissime suffragari , & ab eis respective inviolabiliter observari , sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios , & delegatos , etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores , judicari , & definiri debere , ac irritum , & inane , si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter , vel ignoranter contigerit attentari : quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus .

Datum Romæ apod Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 25. Maii 1751. Pontificatus nostri anno xi. (a)

D. Cardinalis Passioneus .

Confirmatur divisio Provinciæ Reformatæ Poloniæ Majoris , & erectio novæ Provinciæ Prussiæ B. M. V. Assumptæ in Cælum .

BENEDICTVS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam .

QUæcumque ad majorem Regularis Disciplinæ observantiam , & Religiosorum Ordinum commodum , & incrementum in Domino prospicimus profutura , eadem , quo salubrius promoveantur , & promota felicius statuantur , ac statota perennius persistant , supremas Apostolicæ procurationis Nostræ partes , grato , libentique animo interponere non dedignamur . Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Innocentius Leski Minister Provincialis Provinciæ Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ Prussiæ in Polonia Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum , quod dilectus etiam Filius Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis Ordinis præfati , vigore facultatis sibi a Nobis per alias in simili forma Brevis expeditas literas sibi attributæ, a Provincia Majori Polona nun-

(a) *Earumdem ferè omnium Decretorum confirmationem olim factam a Ven. memor. Innocent. XI. Vide Par. I. pag. 260.* --

nuncupata dicti Ordinis quamplurimos Fratres, & Conventus dismembravit, & separavit, & ex Fratribus, & Conventibus sic dismembratis, & separatis supradictam novam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ Prussianam Provinciam erexit, & constituit, & alias, prout in ejusdem Petri Joannetii Patentibus literis continetur; dictus vero Innocentius Minister Provincialis Provinciæ sic de novo erectæ, de consensu utriusque Provinciæ Definitorii, quoddam compromissum iniit, & quædam pacta sancivit, & firmavit, tenoris sequentis, videlicet.

FR. PETRUS JOANNETIUS DE MOLINA

Sacræ Theologiæ Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu Matritensi pro Immaculata Conceptione Theologus, ac Totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, ac Visitator Apostolicus.

CUM pro parte Diffinitorii, ac Graviorum Nostræ Reformatæ Provinciæ Majoris Poloniæ Patrum, Nobis repræsentatum, & supplicatum fuerit, ad majorem Dei gloriam, & felicius præfatæ Provinciæ Gubernium summopere conducturum iri, si ex eadem ampla, & vasta nimis Provincia, nonnullos pro nova erigenda Provincia Conventus (prout infra) dismembraremus, ac separaremus; quam quidem separationem, novæque Provinciæ erectionem, se pluries, tum ab Antecessoribus Nostris, tum in Capitulis Generalibus humiliter, & instantissime petiisse in eorum supplici libello Nobis porrecto, quamquam sub x. Augusti MDCCXLIX. exarato, & ab omnibus Diffinitorii, & Provinciæ Patribus subscripto, sigilloque majori Provinciæ munito, asserunt, pro ratione adducentes, latissimam præfatæ Provinciæ extensionem, quæ ad mille, & quingenta milliaria Italica circiter ascendit, tantoque labore a Ministris Provincialibus peragratur, ut sæpe sæpius e vita decedant, officio vix expleto. Nos igitur felici Provinciarum Nobis concreditarum guberoio, quantum in Domino possumus, attendere volentes, mature examinato, & discusso negotio, auditis super eodem quorundam Patrum Discretorii Nostri Generalis in Urbe commorantium votis, Auctoritate Apostolica a Sanctissimo Domino Nostro per Breve incipiens: *In specula supremæ Dignitatis*, sub die 29. Maii 1750. Nobis concessa utentes, bis centum Religiosos, & Conventus *Neoforensem* ad Prata Mariana sub titulo B. V. M. in Cœlum Assumptæ, Culmensis Diœcesis; *Uladislaviensem* sub titulo Omnium Sanctorum, Diœcesis Uladislaviensis; *Theruno-Podgoriensem* sub titulo Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, Diœcesis Uladislaviensis; *Veyheropoliensem*, sub titulo S. Annæ, Diœcesis Uladislavæ; *Pultoviensem* sub titulo S. Josephi, Plocensis Diœcesis; *Gedanensem*, sub titulo S. Antonii Patavini, Uladislaviensis Diœcesis; *Biatensem* sub titulo B. V. M. de Portiuncula, Luceoriensis Diœcesis; *Christburgensem* sub titulo S. Spiritus, Culmensis Diœcesis; *Lockoviensem*, sub titulo S. Josephi, Luceoriensis Diœcesis; & *Vegroviensem* sub titulo S. Petri de Alcantara, Luceoriensis Diœcesis; ac Residentias, seu novas Fundationes, *Graudentinensem*, Culmensis Diœcesis; & *Siennicensem*, Posnaniensis Diœcesis, a Reformata memorata Nostra Provincia Majoris Poloniæ dismembramus, ac separamus, & ex præfatis decem Conventibus, duabus residentiis, ac bis centum Religiosis, novam Provinciam sub titulo B. V. M. in Cœlum Assumptæ in Prussia erigimus, ac constituimus, erectamque, & constitutam declaramus cum omnibus, & singulis privilegiis prærogativis, & honoribus, quibus aliæ Ordinis Nostri Provinciæ de jure, consuetudine, & alias quomodulibet gaudent, & gaudere solent. Præterea in Ministrum Provinciæ sic de novo erectæ pro hac vice R. P. Innocentium Lexi; in Custodem Patrem Hyacinthum Szalviecki; in Diffinitores PP. Athanasium Dunin, Valerianum BorkoWuski, Petrum GloWienski, & Samuelem Nrtzki, eligimus, & nominamus, eosque sic electos, & nominatos ejusdem novæ Provinciæ Religiosis, aliisque Nostris subditis, ad quos pertinet, aut pertinere poterit, recognosci præcipimus, & mandamus, cum omnibus pariter, & singulis privilegiis, prærogativis, honoribus, indultis, gratiis, & oneribus, hujusmodi Patribus Provinciali, Custodi, & Diffinitoribus respective competentibus. Ut autem pax, & concordia inter Matrem, & Filiam Provincias firmior subsistat, novæ Provinciæ Religiosis tam Superioribus, quam subditis in numero, ut supra, biscentum; districte prohibemus, ne in futurum quocumque tempore, & quovis titulo, aut motivo, alios Conventus ad Provinciam Matrem spectantes petere, aut prætendere audeant; imo eisdem præcipimus, & mandamus, ut statim, ac Nostræ præsentes literæ publicatæ fuerint, in scriptis, & forma authentica memoratæ Provinciæ Matri promittant, se nunquam talem prætentionem habituros, ac se se decem supra descriptis Conventibus, & duabus Residentiis contentos declarent; Nosque de tali declaratione per authenticum Documentum certiores reddant: nullusque Religiosus de Matre in Filiam, & è contra, transitum petere, & obtinere queat (elapso tamen deliberationis anno a die secutæ separationis computando, quod tempus pro hac prima vice concedimus) nisi servatis legibus pro transitu de una ad aliam Provinciam in Constitutionibus Ordinis contentis, & expressis. Tandem ne res tam necessaria, & utilis, tantisque petita instantiis, ob unius, vel alterius forsan dissensum superventurum, in longum protrahatur, omnibus Religiosis Superioribus, & Subditis præfatæ Nostræ Reformatæ Provinciæ Majoris Poloniæ, cæterisque, ad quos spectare poterit, per Sanctam Obedientiam, & sub pœnis contra inobedientes latis, præcipimus, & mandamus, ut præsentibus Nostris literis in omnibus, & per omnia obediant, & pareant; quibuscumque in contrarium non obstantibus. Datum Romæ in hoc nostro Aracœlitano Conventu, die v. Julii MDCCL.

Fr. Petrus Joannetius de Molina
Minister Generalis, & Visitator Apostolicus.

De Mandato Rmi in Christo Patris.
Fr. Franciscus Antonius de Curbara
Secretarius Generalis Ordinis.

De pleno consensu, ac mente utriusque Diffinitorii, tam antiqui Majoris Poloniæ, quam Neo-creaci Prussiæ Provinciarum, mutuæ compositionis emanavit compromissum sequentibus Punctis stabilitum, & firmatum.

I. Ut inter has duas Provincias conservetur Philadelphica charitas, pax, & concordia in perpetuum.

II. Ut tam Mater Provincia a Filia, quam Filia a Matre non prætendat Conventus plures, præter jam exdivisos in Decreto Reverendissimi Patris Ministri Generalis.

III. Ut suffragia consueta pro illis Patribus, & Fratribus utriusque Provinciæ, qui ante peractam en-

exdivisionem sunt Professi, mutuo ab utraque Provincia exsolvantur; Utque Patres Locorum Superiores utriusque Provinciæ immediate significent de obitu cujusvis Fratris, per omnes, & singulos Conventus utriusque Provinciæ. Pro illis vero Patribus, & Fratribus, qui emiserunt Professionem ab anno, & die Dismembrationis, ut fiant suffragia in illis tantum Provinciis, in quibus sunt professi.

IV. Ut in quovis Conventu utriusque Provinciæ asservetur Cathalogus omnium vivorum Patrum, & Fratrum Professorum ante diem exdivisionis exclusive; illius vero Fratres, qui fuerint mortui post præfatam exdivisionem factam, inserantur in librum mortuorum, qui legitur ad mensam, ne suis quoque post mortem priventur suffragiis in utraque Provincia.

V. Ut suffragia pro Benefactoribus Nostris acceptata ab hac Provincia Majoris Poloniæ ante sui exdivisionem, ab utraque persolvantur Provincia. Et si alicubi sit deposita pro iisdem suffragiis eleemosyna, distribuatur per omnes, & singulos utriusque Provinciæ Conventus.

VI. Ut omnium Conventuum utriusque Provinciæ veri, & legitimi Fundatores gaudeant iisdem consuetis suffragiis in utraque Provincia acceptatis ante exdivisionem.

VII. Ut Patres, & Fratres quæstuarii non rixent inter se de transgressione suæ respective quæstuæ. Nihilominus tamen ultra tria milliaria approximari Conventui alterius Provinciæ non audeant, sub pœnis Apostasiæ.

VIII. Ut Patres Superiores Conventuum pro omni futuro tempore transeuntibus per eorum Conventuum Patribus, & Fratribus utriusque Provinciæ, ad invicem exhibeant omnimodam charitatem, & humanitatem.

IX. Ut ex Archivio Provinciæ Matris extradantur originales fundationes Conventuum, & munimenta quævis Provinciam Filiam concernentia.

X. Ut si quis tempore Anni deliberationis, Decreto Reverendissimi Indulti voluerit transirede una Provincia ad aliam, recurrat hoc in passu ad utrumque A. R. Patrem Ministrum Provincialem tam majoris Poloniæ, quam Provinciæ Prussiæ.

Et hic decalogus in ipsius Seraphicæ charitatis operibus fundatus, non lapideis tabulis frangi, & conteri queuntibus, sed ferreo, ac æviterne duraturo stylo, tabulis cordium utriusque Provinciæ insculpendus.

Ita est F. Valerianus Borkouski Diffinitor Provincialis, Sacræ Theologiæ Lector, manu propria.
F. Petrus Glowinski Diffinitor Provincialis manu propria.
F. Samuel Netzki Diffinitor Provincialis manu propria.
F. Athanasius Dunin Diffinitor Provincialis, Sacræ Theologiæ Lector, manu propria.
F. Hyacinthus Szalviecki Custos Provinciæ manu propria.
F. Remigius Zawadzki Ex-Custos Vocalis, Pater Provinciæ, Sacræ Theologiæ Lector, manu propria.
F. Innocentius Leski Minister Provincialis Noo-erectæ Provinciæ Prussiæ manu propria.
F. Antonius Wodziankievick Diffinitor Provincialis, Sacræ Theologiæ Lector, manu propria.
F. Benedictus Sokolnicki Diffinitor Provinciæ, Sacræ Theologiæ Lector, manu propria.
F. Aloysius Plachecki Diffinitor Provinciæ manu propria.
Fr. Alexius Leski Diffinitor Provinciæ manu propria.

F. Angelus Michalewicz Custos Provinciæ, Sacræ Theologiæ Lector, manu propria.
F. Antonius Kovinski Minister Provincialis Provinciæ majoris Poloniæ, Sacræ Theologiæ Lector, manu propria.

Quoniam autem dictus Innocentius Minister Provincialis præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderat: Nos piis ejusdem Innocentii Ministri Provincialis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, separationem, dismembrationemque Fratrum, & Conventuum a memorata Provincia majoris Poloniæ, ac erectionem novæ Provinciæ hujusmodi a memorato Petro Joannetio Ministro Generali, ut præfertur, factas, illiusque præinsertas patentes literas, nec non Conventiones, & pacta inter utriusque Provinciæ Diffinitoria inita, sancita, & firmata, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti, etiam substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & sanamus.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Julii 1751. Pontificatus Nostri anno undecimo.

D. Cardinalis Passioneus.

Cui divisioni, seu novæ Provinciæ erectioni accessit quoque Placitum *Regis Serenissimi, quod est ut sequitur.*

AUGUSTUS TERTIUS

DEI GRATIA

REX POLONIÆ,

MAGNUS DUX LITHUANIÆ, RUSSIÆ, PRUSSIÆ MASOVIÆ, SAMOGITIÆ, KIJOVIÆ, VOLHYNIÆ, PODOLIÆ, PODLACHIÆ, LIVONIÆ, SMOLENSCIÆ, SEVERIÆ, CZERNIECHOVIÆQUE; NECNON HÆREDITARIUS DUX SAXONIÆ, ET PRINCEPS ELECTOR.

UNiversis, & singulis, quorum interest, præsentium notitiam habituris notum, testatumque facimus: Quia Nos singulari animi nostri propensione prosequendo universam Reformationem Seraphico-Franciscanam a prima in Regnum Nostrum introductione in Majori Polonia Nostra, & Provinciis illi annexis, Lithuania, Prussia, Masovia, Podlachia, in suis institutis summopere florentem, sperantes, & optantes majora in dies ejusdem Reformationis incrementa, accepimus cum insigni cordis nostri lætitia, intercessisse nuper Romæ immediate post Capitulum Generale, sub auspiciis, & Præsidentia ipsius Summi Pontificis Beatissimi Patris BENEDICTI XIV. die 16. Maii anno proxime elapso celebratum, autoritate Neo-electi Ministri Generalis Venerabilis in Christo Patris Petri Joannetii de Molina, qua Commissarii Apostolici, Decretum, quod incipit: *Cum pro parte Definitorii &c.* emanatum pro exdivisione Provinciæ Majoris Poloniæ in duas, ipsam, videlicet, sub antiquo nomine, & novam aliam PRUSSIÆ nuncupatam, sub titulo *Beatissimæ Virginis Mariæ in Cœlum Assumptæ* erectam, ejusdem Ordinis Strictioris Observantiæ Reformatorum in Regno Nostro, quo facilius eædem Provinciæ, & commodius per suos Superiores distinctim electos, sive erigendos, visitari possint, & valeant, adjunctisque cuilibet Provinciæ certis in numero, & specie Conventibus, scilicet, Majoris Poloniæ Provinciæ Conventu Regio *Varsaviensi*, *Gorcensi*, *Osiecnensi*, *Chocensi*, *Labischinensi*, *Erzezinensi*, *Vielunensi*, *Coninensi*, *Callissiensi*, *Pacostensi*, *Lutomiriensi*, *Fosecniensi*, *Vezwicensi*, *Szeravinensi*, *Miedniewicensi*, *Szamotselicensi*, & *Ravicensi*. Provinciæ vero Prussiæ Conventu *Neoforensi ad Praca Mariano*, *Thoruno-Padgoriensi*, *Vladislaviensi*, *Vyberopolensi*, *Fultoviensi*, *Gedanensi*, *Liatensi*, *Vegroviensi*, *Christburgensi*, *Bleckeviensi*, & duabus Residentiis, *Grandentinensi*, & *Siennicensi*: Quod felix, faustumque sit, & in majorem Dei Omnipotentis laudem, & gloriam vergat. Proinde cum opus hoc a sæculo desideratum per multos retroactos annos improspere, tantum sub felici Regimine, & pro voto Nostro, ac ejusdem Ordinis Strictioris Observantiæ finaliter est conclusum, deductumque ad præoptatum finem: Nos idcirco, pro Paterna cura, & solicitudine Decretum præallegatum Romæ, subsecutæ jam exdivisionis Provinciarum dicti Ordinis in Regno Nostro, provide, circumspecte, & dictamine Spiritus Sancti concinnatum, juxta ejus tenorem in toto respective ad dictas Provincias Majoris Poloniæ, & Prussiæ in Regno nostro, salvum fieri debere judicamus, & sic, non aliter, pro grato habere volumus, declarando, quod nullam prædictæ exdivisionis violentiam, infractionem, & convulsionem a Personis cujuslibet status, & conditionis, clam, vel palam, directe, vel indirecte fieri, & attentati patiemur; daturi operam, ut deinceps hic Ordo Seraphicus Strictioris Observantiæ Reformatorum in suis juribus, & institutis, signanter quoad prædictam exdivisionem, nostra singulari gaudeat protectione. In cujus rei fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus;

Datum Dresdæ iv. mens. Novembris anno Domini 1751. Regni vero nostri XIX. anno.

AUGUSTUS REX

Loco ✠ Sigilli.

Jacobus Kossowski Canonicus Cathedralis Posnaniens S. R. Majestatis Sigilli Regni Secretarius m. pp.

Reverendissimus P. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis instituitur Commissarius Visitator Apostolicus totius Ordinis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

IN specula supremæ dignitatis, divina dispositione, meritis licet insufficientibus, constituti, inter multiplices rerum, negociorumque, quibus obruimur, curas, ad ea etiam, ex debito Pastoralis officii nobis commissi, solicite advigilare debemus, per quæ religiosa loca, illarumque Personæ divinis mancipatæ obsequiis in pacis, & quietis tranquillitate, ac regularis vitæ, ecclesiasticæque disciplinæ norma, coadjuvante Domino, perenniter conservari valeant, & quæ his contraria esse noscuntur, per nostræ Providentiæ studium penitus evellantur, prout personarum, rerum, & locorum qualitate pensata, conspicimus in Domino salubriter expedire.

Cum, sicut accepimus, Tu ad demandatum tibi a Capitulo Generali Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Ministri Generalis munus rite, Sancteque obeundum, iter instituere paratus sis, ac Provincias dicti Ordinis tam de Observantia, quam Reformatorum, & Excalceatorum Fratrum per te ipsum visitare intendas: Hinc est, quod Nos, ut majora nostræ Apostolicæ charitatis erga dictum Ordinem, & te ipsum argumenta declaremus, atque omnia hac in visitatione, vel extra eam, opportune salubriterque peragenda tibi fortasse necessaria Apostolicæ autoritatis documenta præstemus, ac de tua fide, prudentia, integritate, dexteritate, vigilantia, doctrina, rerumque agendarum peritia, ac religionis zelo, plurimum in Domino confisi, teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, te Commissarium Apostolicum, ac Visitatorem, Reformatoremque totius Ordinis creamus, facimus, constituimus, deputamus, & delegamus, ac tibi præter, & ultra facultates solitas, & consuetas, ac ratione muneris

Mini-

Ministri Generalia prædicti tibi competentei, concedimus, & impertimur, ut in visitatione Provinciarum, & Conventuum dicti Ordinis per te, seu Commissarios visitatorea a te deputandos, peragenda, seu illa peracta, ac etiam extra visitatinnem præfatam, quofcumque Conventus cujufcumque Provinciæ pro studiis generalibus præfcriptas, & assignatas, juxta datam tibi a Domino prudentiam, & ut res postulaverit, de alio iu alium Conventum tibi opportuniorem visum, studia generalia hujufmodi permutes, transferas, statuas, & præfcribas, novafque in iis Provinciis, in quibus Conventus studiorum hujufmodi nondum assignati, & fundati fuerint, tuo arbitrio assignes, fundes, & deputes; ac facultatem Novitios fupranumerarios in Provinciis, in quibus necessitas id exegerit, recipiendi, & admittendi concedas, nec non quæcumque Capitula Provincialia, quæ forsan contra Constitutiones Ordinis hujufmodi autoritate apostolica confirmatas, peractas fuisse compereris, confirmes, atque convalides, omuefque, & fingulos juris, & facti defectus, si qui de fuper intervenerint, suppleas, & sanes, ac quamcumque Provinciam vigore cujufcumque facultatis inter fe divisam, & feparatam de novo unias, & incorporea, aliafque dividas, ac fepares; ac Guardianos haud habiles, quavis autoritate electos, amoveas, & alios de novo eligas, & ultra triennium difpenfare possis, ac confirmes, aliaque similia, utilitatem, bonumque regimen, & gubernium Provinciarum, ac Conventuum præfatorum concernentia, quæ per constitutiones Ordinis, & Apostolicas præfcripta, & per te ipsum peragenda prohibita, vetitaque funt, libere, ac licite peragere possis, & valeas.

Decernentes easdem præfentes literas, & in eis contenta quæcumque firma, & valida, ac efficacia existere, & fore, fuofque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia pleniffime fuffragari, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter obfervari; ficque in præmissis, per quofcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caufarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, fublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si fecus fuper his a quoquam quavis autoritate fcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus fit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, Provinciarum, & Conventuum præfatorum, etiam juramento, & confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & confuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & fingulis illorum tenores præfentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum infertis habentes, illis alias in fuo robore permanfuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterifque contrariis quibufcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem fub annulo Piscatoris die XXIX. Maii 1750. Pontificatus nostri anno decimo.

D. Cardinalis Passioneus.

Eidem Rmo P. Ministro Generali conceditur facultas eligendi ante Comitia Provincialia Superiores, quos pro fervanda Franciscana Disciplina noverit in illis esse defignandos.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUM, ficut Nobis nuper expositum fecisti, in Capitulis Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, cujus tu Minister Generalis existis, quando Ministrorum Provincialium, & Definitorum fit electio, interdum eveniat, ut dum Præses Capituli bono Provinciæ regimini, & reformationi maxime invigilat, indigni, feu minus idonei, & minus digni, & ad reformationem omnino inepti, a vocem, five fuffragium habentibus, malitia temporum fic ferente, eligantur, ac confirmandi proponantur: Nos præmissis obviam ire, ac felici, profperoque Provinciarum ejufdem Ordinis statui, atque regimini, quantum Nobis ex alto conceditur, providere, Teque specialibus favoribus, & gratiis profequi volentes, & a quibufvis excommunicationis, fuspenfionis, & interdicti, aliifque Ecclesiasticis fententiis, cenfuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel caufa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præfentium dumtaxat confequendum, harum ferie absolventes, & absolutum fore cenfentes, fupplicationibus tuo nomine Nobis fuper hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi, de cujus fide, prudentia, integritate, ac religionis Zelo plurimum in Domino confidimus, ut in eifdem Capitulis Provincialibus, quando necessitas, bonumque dictarum Provinciarum regimen, five utilitas id exegerit, Tu folus, juxta datam Tibi a Domino prudentiam, Ministros Provinciales, Definitores, aliofque Officiales una vice in qualibet Provincia, in qua Capitulum Provinciale habendum, celebrandumve erit, ante celebrationem Capituli Generalis Ordinis præfati eligere, nominare, & deputare libere, & licite possis, & valeas, auctoritate Apostolica tenore præfentium concedimus, & indulgemus: quam etiam facultatem tuo arbitrio, vel augendam, vel minuendam tuis Commissariis Visitatoribus delegandis, juxta rerum, & locorum exigentiam, in iis Provinciis, ad quas accedere nequiveris, tribuere, & fubdelegare possis dicta auctoritate impertimur.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus fit, Ordinis, & Provinciarum hujufmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & confuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & fingulis illorum tenores præfentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum infertis habentes, illis alias in fuo robore permanfuris, ad præmissum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterifque in contrarium quibufcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem fub Annulo Piscatoris, die xxix. Maii 1750. Pontificatus nostri anno decimo.

D. Cardinalis Passioneus.

Literæ Ministri Generalis, quibus autoritate Apostolica, qua fungitur, erigitur Provincia Alsatiæ *divisa ab illa* Argentinæ.

FR. PETRUS JOANNETIUS DE MOLINA

Sacræ Theologiæ Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum Minister Generalis, Commissarius Visitator Apostolicus, & in Domino Servus.

Dilecto nobis in Christo Patri Fratri Eliæ Furler nostræ Provinciæ Recollect. Argentinæ Guardiano Emerito, & ex-Diffinitori Salutem, & Seraphicam Benedictionem.

PRo parte Fratrum Minorum Recollectorum Conventuum, & Hospitiorum nostrorum in Alsatia existentium expositum nobis nuper fuit, quod ab octuaginta circiter annis experientia fuerit comprobatum, dictos Conventus, & Fratres vix posse a sua Argentinæ Provinciæ Superioribus regi, & gubernari, tum ob diversitatem nationum, tum ob excessivam ejusdem Provinciæ extensionem, tum denique ob difficultatem, quam sæpe sæpius, attentis variis temporum vicissitudinibus, habent ipsimet Provinciales dictos Conventus, ac Fratres visitandi, ac proinde Nos enixe supplicarent, ut à dicta nostra Argentina Provincia memoratos Conventus cum Hospitiis, seu residentiis ibidem existentibus separemus, ac dismemòremus; & ex eisdem sic separatis, ac dismembratis unam novam Provinciam erigamus; sic enim per proprium Connationalem Ministrum Provincialem facilius, ac melius gubernari poterunt, non sine magno divini cultus, ac regularis Observantiæ incrementis. Nos vero mature perpensis expositis, audito super iis Patre Godefrido Segers in Curia Romana Nationis Germano-Belgicæ Agente generali, & attento consensu tam ejusdem, quam R. P. Provincialis, aliorumque PP. gravium Argentinæ nostræ Provinciæ, ac agnita super hoc pia Christianissimi Regis intentione ab Excellentissimo Nivernensi Duce, ejusdem Majestatis Regiæ apud S. Sedem Oratore Nobis notificata (ut plane constat tum ex ejusdem Excellentissimi Ducis Epistola, tum ex supplici libello omnium Superiorum, & graviorum Patrum Alsatiæ; tum denique ex voto præfati P. Segers, quæ omnia originalia documenta apud Nos extant, & asservantur:) Considerantes, quod alias S. Petri de Alcantara Granatensis cum novem Conventibus a S. memoriæ Alexandro VII. fuit erecta, & alia ejusdem S. Petri de Alcantara Neapolis cum octo a fel. recor. Clemente X. declarata fuit Provincia, & similiter a SS. Dño Nostro feliciter regnante Provincia S. Paschalis Baylon Lyciensis cum numero pariter octo Conventuum fuit constituta; majorem Dei gloriam præ oculis habentes, & observantiam Regularem, ac strictiorem instituti Recollectorum Nostrorum promovere cupientes, authoritate Apostolica Nobis ad hoc specialiter ab eodem SS. Dño Nostro BENEDICTO XIV. sub die 19. Maii currentis Anni 1750. concessa, infrascriptos Conventus, videlicet Argentinensem, Rubeacensem, Tabernensem, Cæsaremontanum, Hermolohemiensem, Selestadiensem, Lupacensem, & Ellensem, cum Hospitiis, seu residentiis Schawenbergensi, Episcopiensi, Neovillana, & arcis Argentinæ; nec non Monasterio Hagenoæ existente, a præfata nostra Argentina Provincia dismembramus, & perpetuo separamus, & ex ipsis sic dismembratis, & perpetuo separatis novam Provinciam S. Petri de Alcantara in Alsatia Fratrum Minorum Recollectorum appellandam erigimus, & constituimus, ipsique novæ Provinciæ sic per nos erectæ, & constitutæ eosdem octo Conventus cum memoratis residentiis, seu Hospitiis, & Monasterio, perpetuo unimus, & incorporamus, dictamque novam Provinciam per Nos a præfata Argentina Provincia extractam, dismembratam, separatam, erectam, & constitutam gubernari volumus, & decernimus per suum Ministrum Provincialem, & quatuor Diffinitores, & unum Custodem, pro hac vice tantum per Nos, ut infra, deputandos, & instituendos, ac deinceps perpetuis futuris temporibus in Capitulo Provinciali canonice eligendos, sub iisdem legibus, & constitutionibus, quibus reguntur aliæ nostræ Recollectorum Galliæ Provinciæ. Insuper eadem, qua fungimur, Authoritate Apostolica, præsentium tenore nominamus, instituimus, & eligimus in primum Ministrum Provincialem dictæ Provinciæ novæ Recollectorum S. Petri de Alcantara in Alsatia, P. F. Brunonem Fortin Lectorem Emeritum: in Custodem vero P. Arnoldum Klein ex-Commissarium Provincialem: & in diffinitores PP. FF. Ursicinum Dröling Lectorem Jubilatum: Onuphrium Klopp Concionatorem Emeritum: Jacobum Roesch Lectorem Emeritum, & ex-Diffinitorem: Perfectum Weingand Guardianum Emeritum, & ex-Commissarium Provincialem in Alsatia: dictosque P. Fr. Brunonem Fortin in Ministrum Provincialem, P. Fr. Arnoldum Klein in Custodem, & PP. FF. Ursicinum Dröling, Onuphrium Klopp, Jacobum Roësch, & Perfectum Weingand in Diffinitores legitime, & canonice institutos ad triennium, a die publicationis præsentium computandum, declaramus, cum omnibus facultatibus, præeminentiis, & prærogativis hujusmodi Provincialibus, Custodibus, & Diffinitoribus tam de jure, quam consuetudine, vel alias quomodolibet in Provinciis Recollectorum respective competentibus, & concedi solitis. Item statim ac hæ nostræ patentes litteræ executioni mandatæ fuerint, memoratas domos in Alsatia existentes, non solum ab Argentinæ Provinciæ dependentia, & subjectione omnimode eximimus, sed etiam novam Alsatiæ Provinciam ex eis nunc constitutam a Provinciis Germano-Belgicis (prout a nobis pro parte Commissarii Nationalis, & præcipuorum dictæ nationis Patrum petitum fuit) absolute, & in perpetuum segregamus, eamque Recollectorum Galliæ Provinciis aggregamus, decernimusque ut in posterum dicta nostra Provincia inter Provincias Recollectorum Galliæ annumeretur, & ad instar ipsarum immediatæ jurisdictioni nostræ, ac successorum nostrorum dumtaxat subjaceat, singulisque, & omnibus privilegiis, prærogativis, juribus, & honoribus fruatur, & gaudeat, quibus dictæ Galliarum Provinciæ fruuntur, & gaudent, ac in posterum fruentur, & gaudebunt. Insuper declaramus antiquam Argentinæ Provinciam dictum suum titulum, & nomen, suamque inter Ordinis nostri Provincias præcedentiam, prout usque nunc ea habuit, conservare debere, novamque Provinciam locum inter dictas Ordinis Provincias a die suæ erectionis habere, & antiquam tanquam Matrem respicere, & venerari debere: utque hæ nostræ litteræ patentes debitum sortiantur effectum, te R. P. Eliam Furler Commissarium nostrum instituimus, & institutum declaramus, etiam authoritate Apostolica, qua fungimur, tibique vices nostras concedimus cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis pro executione harum nostrarum litterarum, & omnium in

ipsis

ipsa contentorum, cum facultate etiam præsidendi cum voto Congregationi definitoriali dictæ novæ Provinciæ, quæ celebrari debebit spatio unius mensis a die publicationis præsentium, pro electionibus Guardianorum, Lectorum, & aliorum Officialium, atque etiam pro aliis disponendis circa studia tam Philosophiæ, quam Theologiæ, Novitiatus, & cætera concernentia utilitatem, & salubrius dictæ novæ Provinciæ guberniam. Quod si ob aliquod impedimentum, qualecumque sit, præfatum munus a Nobis tibi commissum exequi non poteris, R. P. Gradum Holder Lectorem emeritum eadem pariter authoritate, cum iisdem omnino facultatibus, tuo loco Commissarium nostrum, ut supra, instituimus, & deputamus, ac institutum, & deputatum declaramus. Si autem ante publicationem harum nostrarum litterarum, earumque executionem contingeret aliquem, vel aliquos ex institutis per Nos in Ministrum, Custodem, & Diffinitores, vel viam universæ carnis ingressos fuisse, vel officium sibi assignatum acceptare nolle, aut ob aliquod impedimentum non posse, earundem præsentium tenore facultatem tibi, cæterisque a Nobis, ut supra, nominatis, qui officium suum respective acceptassent, concedimus, & impertimur, ut ad electionem alterius, vel aliorum devenire possitis, & valeatis. Tandem præcipimus per Sanctam Obedientiam, & sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ, aliisque contra inobedientes de jure taxatis omnibus tam Superioribus, quam subditis jurisdictioni nostræ subjectis, ne ullo modo sub quovis prætextu, aut quocumque motivo impedire, aut retardare audeant harum nostrarum litterarum, omniumque in iis contentorum executionem, sed potius mandatis nostris prompte pareant, & obediant, prout eorum quemlibet dicta nostra decreta concernent, & concernere poterunt. Non obstantibus &c.

Dat. Cæsaraugustæ ex nostro Conventu S. Francisci die 15. Septembris 1750.

Fr. Petrus Joannetius de Molina
Minister Generalis, & Commissarius Visitator Apostolicus.

Loco ✠ Sigilli.

De Mandato Rmi in Christo Patris

F. Franciscus Antonius Mariani
Sec. Gen. Ord.

Concordare cum Originali, propriæ manus subscriptione, & consueti sigilli appositione testor
Fr. Bruno Fortis Minister Provincialis Provinciæ S. Petri de Alcantara in Alsatia manu propria.

Confirmantur sententia Ministri Generalis, & Decretum S. C. Episcoporum, & Regularium super præcedentia inter Guardianum Observantem Collegii S. Crucis de Queretaro, & Guardianum Excalceatum Cœnobii S. Antonii ejusdem Civitatis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joachimus Excuder Vice-Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Excalceatorum nuncupatorum, nomine itidem omnium Provinciarum dicti Ordinis, quod cum alias quædam controversia inter tunc existentem Guardianum Conventus S. Antonii dicti Ordinis ex una, ac tunc itidem existentem Guardianum Collegii S. Crucis Ordinis Fratrum Minorum ejusdem S. Francisci de Observantia nuncupatorum, in Civitate de Queretaro in Indiis erectorum ex altera partibus, irrepserit, an occasione publicarum functionum, & processionum in ipsa Civitate, de Ordinarii licentia peragendarum, Guardianus pro tempore existens dicti Conventus S. Antonii præcedentiam, sive primum locum, non solum Guardiano principalioris Conventus ejusdem Ordinis Fratrum Minorum de Observantia in ipsa Civitate sub invocatione ejusdem Sancti Francisci itidem erecti; verum etiam dicto Guardiano Collegii S. Crucis hujusmodi concederet, non obstante, quod per Constitutiones Ordinis, auctoritate Apostolica forsan confirmatas, cautum, præscriptumque reperiatur, quod in ejusmodi casibus unus dumtaxat Guardianus Ordinis Fratrum de Observantia præcedentiam habere, ac immediate Guardianus Fratrum Excalceatorum præcedere debeat, post nonnulla Decreta a tunc existentibus Commissariis Generalibus Indiarum in partibus peracta, & publicata, demum caussa hujusmodi a dilecto itidem filio Raphaele a Lugagnano tunc temporis Ordinis prædicti Ministro Generali per suam latam sententiam decisa remansit: tenor autem dictæ sententiæ est qui sequitur, videlicet - *In Nomine Individuæ Trinitatis &c. Visis, & diligenter &c.* reliqua vide supra pag. 421.

Præmissis non obstantibus Fratres de Observantia præfati pluries apud dilectum Filium Petrum Joannetium de Molina moderanum dicti Ordinis Ministrum Generalem institerunt pro nova audientia, qui appellationem dumtaxat in devolutivo in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum sibi concedi obtinuerunt. Proposita subinde in ipsa Cardinalium Congregatione caussa hujusmodi remansit, super qua ipsa Cardinalium Congregatio suum edidit Decretum tenoris sequentis, videlicet -- *In Caussa Mexicana præcedentiæ vertente inter Patrem Guardianum, ac Patres Discalceatos Conventus S. Antonii Civitatis Queretari ex una, & Patrem Guardianum, ac Patres Observantes Collegii Missionum ejusdem Civitatis ex altera partibus, propositum fuit infrascriptum dubium, videlicet:* „ An in Civitate Queretari, ubi „ duæ Communitates Observantium, & altera Di„ scalceatorum existant, competat, juxta legem ge„ neralem, præcedentia uni; seu potius utrique „ Guardiano de Observantia, quoad Guardianum „ Discalceatorum, occasione, qua in publicis functio-

nibus

„ nibus permixtim incedunt in casu ? &c. *Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, referente Eminentissimo Columna de Sciarra Ponente, Partibus auditis, ac re mature perpensa, ad suprascriptum dubium sequentem in modum respondit, nempe -- AFFIRMATIVE ad primam partem, NEGATIVE ad secundam, & amplius caussam hujusmodi non proponi mandavit. Romæ xxi. Januarii 1752.*

C. A. Cardinalis Cavalchini.

Loco ✠ Sigilli.

Joseph Maria Archiepiscopus Damascenus Secretarius.

Quoniam autem dictus Joachimus Vice-Procurator Generalis, ad auferendas omnes litium, & contentionum occasiones, & ad dissentionum hujusmodi, quæ regularem observantiam conturbare solent, ansam præcidendam, sententiam, & Decretum hujusmodi, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderat: Nos igitur ipsum Joachimum Vice-Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, memoratam dicti Raphaelis tunc existentis Ministri Generalis dicti Ordinis sententiam, ac ejusdem Cardinalium Congregationis Decretum præinserta, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper in sententia lata hujusmodi intervenerint, supplemus, & sanamus; Salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, plenissime suffragari, & ab eis inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac præfatorum Ordinis, & Conventuum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xxviii. Februarii 1752. Pontificatus nostri anno duodecimo.

D. Cardinalis Passioneus.

Supplex Libellus Procuratoris Generalis Ordinis una cum rescripto Sanctissimi super facultate perficiendi in singulis Monasteriis, & Cœnobiis reductiones Missarum in universo Ordine.

Intus. Beatissime Pater.

PRocurator Generalis totius Ordinis S. Francisci de Observantia ad pedes SANCTITATIS VESTRÆ humiliter provolutus exponit: jamdudum a san. mem. Benedicto XIII. sub 15. Julii anno 1724. Ordini præfato fuisse concessam facultatem reducendi numerum Missarum, quæ in unaquaque Provincia, & singulis Provinciarum Cœnobiis ex relictis, & Legatis piis consueverant celebrari. Quæ tamen reductio, certis sub legibus ad præscriptam formam facienda erat, veluti constat ex duplici Decreto: altero nimirum pro Fratribus, & Monialibus ejusdem Ordinis nihil possidentibus; & alter pro Fratribus Tertii Ordinis, & Monialibus bona possidentibus, ejusdemque Ordinis regimini subjectis: quæ his precibus adjecta exhibentur.

Inter leges autem pro reductione prædicta facienda præscriptas, altera fuit, ut Minister Generalis de Consilio Definitorii Generalis binos, aut plures ex unaquaque Provincia Religiosos eligeret, qui in singulis Provinciæ sibi creditæ Cœnobiis, onera Missarum tam solemnium, quam lectarum, necnon quantitatem emolumentorum, quæ per modum puræ eleemosynæ Fratres recipiunt, diligenter perquirere, & describere deberent, & ad P. Generalem, ejusque Definitorium deferrent, ut ab eodem reductio fieri posset. Altera vero, ut in Cœnobiis in Italia, & Insulis adjacentibus existentibus, intra spatium trium annorum; in Cœnobiis autem extra Italiam, intra spatium sex annorum reductio facienda esset, prout latius in eisdem Decretis.

Verum, tum ob Provinciarum maximam distantiam a loco residentiæ Ministri Generalis, & Definitorii; cum etiam quia selecti Revisores non ita facile intra tam breve temporis spatium Instrumenta, aliaque vetera documenta invenire potuerunt, ut diligentem, atque exactam onerum singulorum Cœnobiorum rationem redderent Ministro Generali, ejusque Diffinitorio, in plerisque Provinciis concessio isthæc effectum suum sortiri non potuit. Quo fit, ut etiam nunc pleraque Cœnobia indebitis oneribus premantur, eisdemque incommodis subsint, quæ san. mem. Benedicto XIII. exposita fuerunt.

Hinc obsequentissimus Orator enixis precibus summam SANCTITATIS VESTRÆ benignitatem exorat, ut gratiam a san. mem. Benedicto XIII. concessam præfato Ordini sub eisdem legibus, conditionibus, modo, prout in præfatis Decretis continetur, de novo concedere, sive prorogare dignetur per aliud simile temporis spatium ibidem expressum. Ne vero hæc nova concessio ob easdem Causas suo fraudetur effectu, postulat, ut reductionis negocium secundum leges Decretorum implendum, directe demandetur Ministris Provincialibus, & Diffinitorio pleno cujuslibet respective Provinciæ; hac tamen conditione, ut reductionem facere debeant ad formam aliarum, quæ in quibusdam Provinciis a Ministro, & Diffinitorio Generali factæ jam fuerunt, ex vi concessionis san. mem. Benedicti XIII. atque ut facta reductio ad Ministrum Generalem, ejusque Diffi-

Diffinitorium postea sit pro approbatione dirigenda; ita enim facili negocio, brevique tempore tot incommodis consultum erit, & nullus reliquus erit errandi locus.

Quare &c.

Foris

Ex Audientia SANCTISSIMI *die* 2. *Aprilis* 1751. SANCTISSIMUS, attentis expositis, benigne annuit pro Gratia, ut petitur, servatis servandis, juxta leges Decretorum, atque indulta a s. m. Benedicto XIII. alias ad hujusmodi effectum elargita.

Joseph Livizzani Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

NOtandum hoc in loco venit, quod ob easdem caussas, & alias etiam in Supplici Libello P. Generalis expositas, & olim San. Memor. Benedicto XIII. exhibitas, concessa fuit Commissario Generali Familiæ Ultramontanæ ab eodem Pontifice facultas reducendi onera Missarum in omnibus Conventibus, & Monasteriis sibi subjectis, de consilio PP. Definitorum Generalium, qui sibi essent obvii, aut aliorum sex Patrum, qui ad id essent idonei, quin oporteret pro approbatione recurrere ad Ministrum Generalem, ejusque Definitorium. *Vide supra pag. 70. B. & seq.*

DECRETUM

S. C. Indulgentiar. &c. quo declarantur exceptæ a Clausula apponi solita Indulgentiarum Brevibus illæ, quæ dantur pro Feriis sextis Martii, seu Quadragesimæ.

EDitum jam fuit a Sacra Congregatione Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præposita Decretum tenoris, qui sequitur — *Ne contra veterem, & probatam in Ecclesia consuetudinem, Indulgentiarum numero nimis aucto, Ecclesiastica disciplina enervetur, sæpius in Brevibus apponi consuevit Clausula illa — Volumus autem, ut si alias Christifidelibus dictam Ecclesiam quolibet anni die visitantibus aliqua alia Indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duratura, concessa fuerit, præsentes Literæ nullæ sint — Cum alias autem pro ejusdem Clausulæ explicatione supplicatum fuerit, Sacra Congregatio Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præposita declaravit — Ea nullatenus comprehendi Altaria Privilegiata pro Defunctis, neque Indulgentias aut certo Personarum generi concessas, ut Confraternitatibus, Regularibus, & Capitulo; aut certum pium opus in ipsa Ecclesia peragentibus, ut Litanias, aliasque hujusmodi recitantibus; ac iis, qui Christiana Doctrina erudiuntur, vel alios erudiunt; & qui Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti Expositioni cum Oratione quadraginta horarum intersunt; neque Stationum Urbis, & septem Altarium Indulgentias ad instar septem Altarium Basilicæ Vaticanæ concessas; neque demum, quæ pro unica vice conceduntur. Cæterum, si alia Indulgentia sive plenaria, sive non plenaria in perpetuum, vel ad tempus, tum ab eodem, tum ab alio Romano Pontifice generaliter Christifidelibus Ecclesiam, vel aliquod ejus Altare, seu Cappellam visitantibus eodem anni die, vel diversa concessa fuerit, de qua non fiat in Literis Apostolicis mentio, has Literas ob dictam Clausulam esse prorsus irritas, ac nullas* — ut expresse habetur in Decreto ab eadem Sacra Congregatione desuper edito die 23. Junii 1696. Postea tamen eidem Sacræ Congregationi delatum fuit, non paucos esse, qui prædictum Decretum non recte intelligentes, sibi suadeant, quod si in aliqua Ecclesia jam concessæ reperiantur Indulgentiæ, quæ pro Feriis sextis mensis Martii dari solent, & postea in eadem Ecclesia alia Indulgentia concedatur cum appositione in Brevi supramemoratæ Clausulæ — *Volumus autem* — Indulgentia, quæ postremo loco data est, valida sit. Quapropter, ut omnis in posterum erroris occasio auferatur, eadem Sacra Congregatio habita die 18. Aprilis 1716. declaravit, Indulgentiam ultimo loco concessam, ob sæpedictam Clausulam — *Volumus autem* — Literis Apostolicis insertam, esse nullam. Datum die xi. Septembris 1716. *Ludovicus Card. Picus Præfect.* — *Raphael Cosmus de Hieronymis Secretarius* — *Loco ✠ Sigilli*. Cum vero ex frequenti concessione Indulgentiarum pro ipsis Feriis sextis Martii, seu Quadragesimæ frequens pariter sequatur nullitas reliquorum Brevium, quæ de stylo cum restrictivis postea expediuntur; idcirco eadem Sacra Congregatio, re maturius perpensa, ad tollendas quascumque dubietates, ac Brevium nullitates, quibus Christifideles quandoque decipi possent, die 9. Februarii 1745. censuit, *hujusmodi Indulgentias Feriarum sextarum mensis Martii, seu Quadragesimæ excipiendas esse, itaut alias quaslibet impedire nequeant, ac propterea præfato Elencho Indulgentiarum exceptarum die 23. Junii 1676. ab eadem Sacra Congregatione edito, addendas esse*. De quibus facta per me infrascriptum Secretarium die 13. ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sacræ Congregationis approbando benigne annuit.

C. Card. de Hieronymis Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

A. M. Erba Proton. Apost. Secr.

DECRETUM

S. C. Indulgentiar. quo declaratur Brevia Altaris privilegiati, aut Indulgentiarum pro omnibus Ecclesiis cujuscumque Ordinis &c. concessa comprehendere dumtaxat Ecclesias Monasteriorum &c. & non alias quomodocumque ab ipsis dependentes.

IN Brevibus, quæ pro Altaris privilegio alicui Ordini, sive Congregationi concesso, expediuntur, cum de stylo soleant apponi sequentia verba — *Volentes igitur omnes & singulas Ecclesias tam erectas, quam erigendas Monachorum Congregationis &c. vel Fratrum Ordinis, aut Clericorum Regularium &c. & in qualibet ex dictis Ecclesiis Altare &c.* — Sicuti etiam in Brevibus Indulgentiarum pro eisdem Ordinibus, & Congregationibus legantur hujusmodi verba — *Universis &c. qui aliquam Ecclesiam talis Congregationis, vel Ordinis &c. in die, vel festo &c. singulis annis devote visitaverint &c. ibique &c. Indulgentiam plenariam concedimus &c.* Verentes nonnulli ex nimia generalitate verborum, tam privilegia Altaris, quam Indulgentias plus æquo extendi, præter Summorum Pontificum illa concedentium intentionem, ac Christifideles decipi, tam pro Indulgentiarum consequutione, quam in offerendis eleemosynis pro Missis in privilegiato Altari dicendis; Idcirco, ut clare dignosci possit, quasnam Personas, & Ecclesias comprehendant præfatorum Brevium verba, propositum fuit in Sacra Congregatione Indulgen-

gentiarum, & Sacrarum Reliquiarum Dubium -- *An Brevia tam Altaris privilegiati, quam Indulgentiarum pro omnibus Ecclesiis alicujus Ordinis, vel Congregationis, aut Instituti Regularis generaliter obtenta, respectivas Ecclesias tantummodo Monasteriorum & Conventuum talis Ordinis, Congregationis, vel Instituti comprehendant, aut etiam alias quascumque tam Parochiales, quam non Parochiales ab hujusmodi Ordine &c. sive a Monachis, aut Fratribus, vel Religiosis dependentes, vel respective administrari solitas?* Et Sacra eadem Congregatio die 30. Julii 1748. censuit rescribendum esse -- *Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam.* De quibus facta per me infrascriptum ipsius Sacræ Congregationis Pro-Secretarium die 3. Augusti ejusdem anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sacræ Congregationis benigne approbavit.

Fr. J. Card. Portocarrero Præf.

Loco ✠ Sigilli.

A. E. Vicecomes Sec. Congr. Indulg. Pro-Secr.

DECRETUM

Ejusdem, quo nonnullis dubiis respondetur circa Aggregationes fieri solitas a Patriarchalibus, Basilicis, aliisque Ecclesiis, & Archiconfraternitatibus &c.

UT pietatis opera in Christiana Republica augeantur, simulque Charitatis vincula Fideles ipsos magis, magisque obstringant, jamdiu mos invaluit, Privilegia, Indulgentias, aliasque spirituales Gratias, quibus Patriarchales, Basilicæ, aliæque Ecclesiæ, Nosocomia, Archiconfraternitates, & alia hujus generis pia Instituta gaudent, aliis per aggregationes communicandi; Verum cum super hujusmodi aggregationibus plura quotidie emergant dubia, & præsertim, num qui aggregandi facultatem habent, privilegia sibi competentia ampliare, sive limitare in aggregatione queant; pariterque, an pro sui arbitrio ipsas aggregationes ad tempus, vel in perpetuum concedere possint; tum etiam utrum privilegium Altaris, quo aggregans fruitur, communicari possit, & revera sub nomine Privilegiorum, & Indulgentiarum, quæ aggregatis conceduntur, comprehendantur; ut consulatur Indulgentiarum indemnitati, neve Christifideles in re tanti momenti decipiantur, decidenda in Sacra Congregatione Indulgentiarum, & Sacrarum Reliquiarum proposita fuerunt sequentia Dubia.

I. *An Patriarchales, Basilicæ, aliæque Ecclesiæ, necnon Nosocomia, Archiconfraternitates, Superiores cujuscumque Ordinis, sive Instituti, cæterique habentes facultatem communicandi privilegia, possint Privilegia, & Indulgentias ampliare, & limitare pro sui arbitrio in aggregationibus?*

II. *An aggregationes faciendæ sint ad tempus, vel perpetuo?*

III. *An privilegium Altaris sit communicabile?*

Et Sacra eadem Congregatio die 5. Februarii 1748. declarandum esse censuit.

Ad primum, Negative, nisi aliter in Indultis Apostolicis provideatur.

Ad secundum, Aggregationes faciendas esse in perpetuum.

Ad tertium, Negative.

De quibus facta per me infrascriptum ipsius Sacræ Congregationis Secretarium die 2. mensis Martii ejusdem anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas sua votum Sacræ Congregationis benigne approbavit.

Fr. J. Card. Portocarrero Præf.

Loco ✠ Sigilli.

A. M. Erba Protonotarius Apost. Secr.

VIENNEN. IN AUSTRIA.

DECRETUM

Ejusdem, quo declaratur Ecclesias Monialium Tert. Ordinis, quæ Ordinariorum jurisdictioni subduntur, nec Officium Ordinis recitant, sed tantum B. M. V. gaudere Indulgentia Portiunculæ eo modo, quo gaudent Ecclesiæ FF. Minorum.

NUper emanatum fuit Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet -- Cum pluribus non obstantibus Decretis, quibus Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita declaravit, & signanter die 20. *Aprilis* 1711. Monasteria omnia Sanctimonialium, quæ a cura, & gubernio Fratrum suorum Ordinum sub immediatam Episcoporum jurisdictionem translata sunt, seu in posterum transferri aliqua ratione contigerit, non ideo Privilegia, & Indulgentias, quibus antea gaudebant, amisisse, seu amissura fore, sed eodem modo cunctis prædictis Privilegiis, & indulgentiis uti, & frui debere, ac si sub gubernio Fratrum suorum Ordinum actu existerent: Die vero 3. *Decembris* 1736. Monasteria Monialium Elisabethinarum, licet sub cura, & gubernio Ordinariorum existant, gaudere Indulgentiis earum Ordini generaliter concessis: Ac die 23. *Septembris* 1741. Sanctissimus Dominus Noster, audito prius voto ejusdem Sacræ Congregationis die 19. *ejusdem Mensis*, declaraverit, & quatenus opus sit, concesserit, Ecclesias Monialium Clarissarum Ordinis S. Francisci Assisinatis gaudere Indulgentia, Portiunculæ nuncupata, die *Secunda mensis Augusti* pro omnibus Christifidelibus, eo modo, quo gaudent Ecclesiæ Fratrum Minorum universi ejusdem Ordinis S. Francisci: Et demum 18. *Maii* 1744. Sanctimoniales quascumque Ordinario Locorum subjectas gaudere Indulgentiis suorum respective Ordinum, aut Congregationum, quorum ritum in officio recitando sequuntur, ac simul Institutum profitentur: His, inquam, non obstantibus, pro parte Monialium Tertii Ordinis S. Francisci Congregationis Elisabethinarum nuncupatarum Civitatis Viennen. in Austria Sacræ Congregationi expositum fuerit, nonnullos credidisse, sive excogitasse, ipsarum Ecclesiam, & alias ejusmodi Congregationis, & Ordinis, utpote Ordinario subjectas, Privilegiis, & Indulgentiis in Ecclesiis earum Ordinis, & signanter pro die Secunda Augusti concessis, minime gaudere, sed præfata Decreta pro personis dumtaxat Monialium, non vero pro omnibus Christifidelium illarum Ecclesiae visitantibus intelligenda fore. Quare proposito hic desuper Dubio.

An Indulgentiæ generaliter concessæ Ecclesiis Fratrum, pariter & Monialium, tum in diebus festivis Sanctorum Ordinis, tum in aliis hujusmodi solemnitatibus, cunctæ, & singulæ æque lucrari queant a Christifidelibus visitantibus Ecclesias Monialium, quæ Ordinariorum gubernio, & jurisdictioni subsunt?

Sa-

Sacra eadem Congregatio die 19. *Augusti* 1747. ad formam alterius Decreti diei 27. *Februarii* 1673. respondit, ac declaravit, *Gaudere*. De quibus facta per me infrascriptum ejusdem Sacræ Congregationis Secretarium die 26. *ejusdem Mensis* Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sacræ Congregationis benigne approbavit.

Fr. J. Card. Portocarrero Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

A. M. Erba Protonotarius Apostolicus Secret.

Cum vero pro parte Monialium Elisabethinarum præfatatum dubitatum fuerit — *An ipsæ, earumque Ecclesiæ in præinserto favorabili Decreto comprehendantur, ex eo, quod licet consueta Voto substantialia Instituti, & Ordinis S. Francisci profiteantur, attamen non Divinum, vigore præællegati Decreti 18. Maii 1744. sed B. M. V. Officium tantummodo recitant?* Eadem Sacra Congregatio die 5. *Februarii* 1748. ejusmodi proposito Dubio rescribendum esse censuit: *Consulendum Sanctissimo pro benigna declaratione*. De quibus facta per me infrascriptum ejusdem Sacræ Congregationis Secretarium die 2. *Mensis Martii* prædicti anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sacræ Congregationis approbandu benigne annuit, ac ejusmodi declarationem, seu concessionem quibuscumque etiam reliquis Monialibus Instituti, aut Ordinis S. Francisci Affiliatis, earumque Ecclesiis suffragari voluit.

Fr. J. Card. Portocarrero Præf.

Loco ✠ Sigilli.

A. M. Erba Protonotarius Apost. Secr.

Die v. Martii.
In Festo Beati ROGERII Confess.
Duplex minus. Omnia de Comm. Conf. non Pontif. primo loco. Lectiones primi Nocti. extra Quadrag. erunt de Scriptura occur.
Die xvi. Novembris.
In Festo Sanctæ AGNETIS Virg. Assis.
Germanæ sororis S. Claræ. Duplex majus. Omnia de Communi Virginum primo loco.

Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia.

PORrectis Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO Papæ XIV. humillimis precibus per Patrem Fratrem Bernardinum a Terlitio Commissarium Generalem Curiæ Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, pro extensione ad omnes Religiosos utriusque sexus Ministro Generali totius Ordinis subjectos, Officiorum, & Missarum, in memoriam scilicet Beati Rogerii Confessoris, de Communi non Pontificum, qui inter primos Sancti Francisci Discipulos numeratur, pro die quinta Martii sub ritu duplicis minoris; Necnon Sanctæ Agnetis, germanæ sororis Sanctæ Claræ, de Communi Virginum, sub ritu duplicis majoris, pro die decimasexta Novembris; Sanctitas Sua, attentis peculiaribus circumstantiis, petitis benigne annuit. Die 15. Aprilis 1752.

D. F. Card. Tamburinus Præf.

Loco ✠ Sigilli.

M. Marefuscus Sac. Rituum Congreg. Secr.
Chronol. Seraph.

Confirmatur divisio Provinciæ Poloniæ Minoris Reformatorum, & erectio Custodiæ eorumdem sub titulo B. M. V. Dolorosæ Russiæ.

BENEDICTUS PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

QUæcumque ad majorem Divini cultus honorem, regularis disciplinæ observantiam, & Religiosorum Ordinum commodum, decus, & incrementum in Domino prospicimus profutura, eadem, quo salubrius promoveantur, & promota felicius statuantur, ac statuta perennius persistant, Supremæ Apostolicæ procurationis nostræ partes grato, libentique animo interponere non dedignamur. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Hyacinthus Laskawski Frater expresse professus, ac Minister Provincialis Provinciæ Minoris Poloniæ Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, quod alias dilectus etiam filius Raphael à Lugagnano tunc temporis Minister Generalis Ordinis Minorum ejusdem Sancti Francisci, pro felici, prosperoque dictæ Provinciæ Regimine, & gubernio, per suas patentes litteras ab ipsa Provincia aliquot Conventus dismembravit, ac disjunxit, & Conventus sic ab illa dismembratos, & disjunctos in novam Custodiam Russiæ sub titulo Beatæ Mariæ Virginis Dolorosæ ejusdem Ordinis erexit, prout in ipsius Raphaelis Ministri Generalis patentibus litteris continetur, tenoris sequentis, videlicet:

FR. RAPHAEL A LUGAGNANO

Lector Emeritus, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu Matritensi pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. F. Minister Generalis, Commissarius, Visitator Apostolicus, & in Domino Servus.

CUm pro parte Diffinitorii, ac Reformatæ Nostræ Provinciæ Minoris Poloniæ graviorum Patrum pluries nobis repræsentatum sit, ad majorem Dei gloriam, & felicius præfatæ Provinciæ gubernium summopere conducturum, si ex eadem ampla jam, & vasta nimis, aliquos pro nova erigenda Custodia, prout infra, dismembraremus, & separaremus Conventus, qui ad præsens a Ministro Provinciali dilatatæ adeo Provinciæ vix gubernari, & visitari possunt, in posterum vero a proprio Custode facilius juxta Ordinis Constitutiones regi valerent: Nos felici Provinciarum nobis concreditarum gubernio, quantum in Domino possumus, attendere volentes, mature examinato ac discusso negotio, ac auditis super eodem quorumdam Patrum Discretorii nostri Generalis in Urbe commorantium votis, authoritate Apostolica a SSmo Domino Nostro per Breve incip. *In Specula &c. sub die 16. Julii Anni* 1744. nobis concessa utentes, Conventus Leopoliensem ad S. Casimirum in Archidiœcesi Leopoliensi; Visuensem ad Beatissimam V. Mariam Assumptam in Diœcesi Premisliensi; Raveusem ad S. Michaelem Archangelum; & Chelmensem ad S. Andream Apostolum, utrumq. in Diœcesi Chelmensi, omnes vero in Ducatu Russiæ existentes; necnon & duas Fundationes, seu Residentias Cremenecensem, videlicet, & Vladimiriensem, in Palatinatu Vulhyniæ, & Diœcesi Luceoriensi sitas, a memorata Reformata Mi-

noris Poloniæ Provincia nostra dismembramus, ac separamus, & ex præfatis sex Conventibus, & respective Residentiis sic dismembratis ac separatis, novam Custodiam sub titulo Beatissimæ Virginis Mariæ Dolorosæ in Russia erigimus, & constituimus, erectamque, & constitutam declaramus, cum omnibus, & singulis Privilegiis, prærogativis, & honoribus, quibus aliæ Ordinis nostri Custodiæ, de Jure, consuetudine, & alias quomodolibet gaudent, & gaudere solent. Præterea in Custodem præfatæ Custodiæ de novo sic erectæ pro hac vice Patrem Fratrem Florianum Jaroszewicz eligimus, & nominamus; in Diffinitores vero Patres Fratres Raphaelem Wodzianleiewicz, Josephum Witting, Columbanum Hanczewski, Christinum Wolski, eosque sic electos, & nominatos in Custodem, & Diffinitores respective ab omnibus ejusdem novæ Custodiæ Religiosis, aliisque nostris Subditis, ad quos pertinet, aut pertinere poterit, recognosci præcipimus cum omnibus, & singulis Privilegiis, prærogativis, honoribus, indultis, gratiis, & oneribus, hujusmodi Custodibus, & Diffinitoribus respective competentibus. Ut autem pax, & concordia inter Matrem Provinciam, & novam Custodiam firmior subsistat, novæ Custodiæ Religiosis districte prohibemus, ne in futurum quocumque tempore, & quovis titulo, aut motivo alios Conventus ad Provinciam Matrem spectantes petere, aut prætendere valeant; imo iisdem præcipimus, ut statim ac præsentes nostræ literæ publicatæ fuerint, in scriptis, & authentice memoratæ Provinciæ promittant se numquam talem prætensionem habituros, ac se se Residentiarum, ac Conventuum ut supra concessorum contentos declarent. Deinde omnibus, & singulis Fratribus antiquæ indivisæ Provinciæ, qui de præsenti sive in Provincia, sive in Custodia de novo reparata, divisa, & erecta undecumque nativi reperiantur, intra unius Anni ab executione dictæ divisionis, & erectionis Provinciæ, & Custodiæ respective computandi spatium, liberae eligendi sibi Provinciam, vel Custodiam, eidemque Provinciæ, vel Custodiæ libuerint se se aggregandi facultatem concedimus, & impertimur. Declarantes, quod facta semel tali electione, quam omnes, & singuli intra annum, ut supra, facere tenebuntur, ad Provinciam, vel Custodiam, conformiter ad electionem factam, in perpetuum pertinebunt, nec de una ad aliam amplius transitum facere poterunt, nisi servatis Legibus pro transitu de una ad aliam Provinciam in Constitutionibus nostris stabilitis, & expressis. Tandem omnibus Religiosis tam præfatæ Provinciæ, quam Custodiæ noviter erectæ, cæterisque, ad quos spectare poterit, per Sanctam Obedientiam, & sub pœnis contra inobedientes latis mandamus, ut præsentibus nostris literis in omnibus, & per omnia pareant, & obediant; quibuscumque in contrarium non obstantibus. Datum Romæ ex hoc nostro Aracœlitano Conventu, die 27. Maii 1746.

Fr. Raphael a Lugagnano
Minister Generalis Ordinis.

De Mandato Rmi in Christo Patris.

Fr. Sylvius ab Arce Priore
Secret. Generalis Ordinis.

Concordata utriusque Venerabilis Diffinitorii.

NOs infrascripti canonice, & legitime ab Adm. Reverendo Patre Sigismundo Miczykowski Ministro Provinciali in Conventu Nostræ Provinciæ Stopnicensi die 30. Julii Anni currentis congregati, in ordine ad exequenda præscripta a Reverendissima Paternitate Vestra in Decreto Dismembrationis Provinciæ Minoris Poloniæ in Custodiam Russiæ, libratis, qua par est, cura, & maturitate omnibus motivis, & rationibus, videlicet quia præinserta Provincia Minoris Poloniæ non potest pluribus, & pluribus augeri Conventibus, prout varii Principes, & Magnates desiderant, & novas Fundationes Nobis offerunt, & hoc propterea quia præfata Provincia ex separatione aliquorum Conventuum, quorum aliqui distant inter se viginti miliaribus germanicis multum vasta est. Unde nullo modo potest perdeliter visitari bis in anno a Ministro Provinciali, vixque Superiores Locales in negotiis Conventuum suorum ad Provinciales recurrentes, possunt habere intra quatuor, vel sex septimanas resolutiones. His itaque, & aliis bene perspectis rationibus, & ad augendum Divinum Cultum, Religionis sacræ propagationem, ac pro majori Populorum devotione, nam in Palatinatibus Volhyniæ, Podoliæ, & aliis, in quibus offeruntur nobis Fundationes, vix intra quinque, vel sex milliaria Germanica inveniuntur Ecclesiæ latini Ritus; Idcirco rarissime, & cum magno incommodo Fideles Christi possunt audire diebus festivis Missam, & percipere Sacramenta: visum est Nobis omnibus acceptare Reverendissimæ Paternitatis Vestræ Superioris Nostri honorandissimi Decretum Dismembrationis Provinciæ Matris Nostræ, in novam Custodiam Russiæ, prout libere ac spontanee, & omni meliori forma, qua par est, acceptamus, & hoc tam ad substantiam præfatæ dismembrationis, quam quo ad omnes circumstantias ejus, hoc est: quia nova Custodia Russiæ nullo in posterum tempore, tam per se, quam per subordinatas Personas, tum spirituales, tum sæculares, cujuscumque sint conditionis, petere, aut requirere, multo magis quoquo modo repetere possit, & velit alios Conventus Provinciæ in Ducatu Russiæ sitos, præter hos, quos libere Mater Provincia novæ Custodiæ cedit, nempe, secundum tenorem Decreti, Leopoliensem, Ravensem, Visnensem, & Chelmensem, ac duas Residentias Cremenecensem, & Uladimiriensem, & hoc sub nullitate cessionis expressorum in Decreto dismembrationis Conventuum, & reunionis illorum Provinciæ, sicuti in sponsione data Provinciæ cautum est. Deinde quia Provincia non tenebitur plures subjecta una cum Religiosis Personis ad collocandas Familias dare novæ Custodiæ, nisi nonaginta quatuor, prout & ad præsens in Conventibus dismembrationis manent, & hoc pro hac sola vice. Tandem & quo ad alias circumstantias inter Diffinitores Provinciæ, & novæ Custodiæ, ac præcipuos Patres conclusas, hoc Testimonium ab utroque Diffinitorio propriis manibus subscriptum, Provinciæ, & novæ Custodiæ Sigillis muniri fecimus. Datum in Conventu Nostro Stopnicesi ad S. Mariam Magdalenam, die 30. Julii 1746.

Ita est Fr. Columbanus Hanczewski Ref. Diffinitor Custodiæ.

Ita est Fr. Josephus Witting Ref. Diffinitor Custodiæ.

Ita

Ita est Fr. Christinus Wolski Ref. Diffinitor Custodiæ.
Ita est Fr. Raphael Wodziankiewicz Ref. Diffinitor Custodiæ.
Ita est Fr. Stephanus Horadynski Ref. Ex-Minister Provinciæ.
Ita est Fr. Florianus Jaroszewicz Ref. Custos Russiæ.
Ita est Fr. Hyacinthus Laskawski Ref. Diffinitor Provinciæ.
Ita est Fr. Antonius Studzinski Ref. Diffinitor Provinciæ.
Ita est Fr. Ludovicus Jaskulski Ref. Diffinitor Provinciæ.
Ita est Fr. Conradus Stanzlewicz Ref. Diffinitor Provinciæ.
Ita est Fr. Joannes Zacherla Ref. Pater Provinciæ.
Ita est Fr. Ildephonsus Zelaszklevicz Ref. Pater Provinciæ.
Ita est Fr. Sigismundus Mieczykowski Ref. Minister Provincialis.

Loco ✠ Sigilli.

Sponsio Authentica data Provinciæ a Diffinitorio toto novæ Custodiæ Russiæ.

INsistendo Decreto Reverendissimi Patris Raphaelis a Lugagnano Ministri Generalis totius Ordinis, Commissarii Apostolici, ac Visitatoris Superioris Colendissimi in Causa Dismembrationis nostræ Custodiæ Russiæ a Provincia Matre nostra Minoris Poloniæ lato, ad stabiliendam inter Matrem nostram Provinciam, & novam Custodiam nostram Russiæ perpetuam pacem, & firmam concordiam, ac charitatem Fraternam, hoc scripto nostro promittimus, & obligamus, ac declaramus contentos Nos esse Conventibus, quos Nobis Dilectissima Mater nostra Provincia libere, ac spontanee concessit, & cessit, uti Conventu Leopoliensi, Ravensi, Visnensi, Chelmensi, & duabus Residentiis Cremenecensi, & Uladimiriensi. Unde in futurum quocumque tempore, neque Nos, neque Successores nostri succedanei quovis titulo, prætextu, aut motivo, neque per se, neque subordinatas Personas, cujuscumque conditionis, & statu, alios Conventus spectantes ad Matrem Provinciam, licet in Ducatu Russiæ fundatos, & locatos petere, multo magis prætendere poterimus, aut nostri Successores succedanei poterunt, nam convenienter collocare studia non haberet Provincia Conventus: & hoc sub nullitate concessionis, & cessionis præfatorum Conventuum Leopoliensis, Revensis, Visnensis, ac Chelmensis, ac sub reuniendi ipsos Provinciæ, si in quantum quoquo tempore per se, vel per alios, ut præfertur, prætensionem ad aliquos, vel aliquem Conventum Provinciæ Nos, vel Patres Nostri succedanei Custodiæ Russiæ haberent, aut quoquo modo attentarent aliquem Conventum Provinciæ adjungere Custodiæ Russiæ. Et sic, ac non aliter, ac omni meliori forma, qua par est, libere ac spontanee cum omni deliberatione obligamus Nos, & assecuramus, una cum Successoribus nostris succedaneis, hancque assecurationem pro majori robore, ac firmitate propriis manibus subscribimus, & Sigillo Custodiæ nostræ Russiæ muniri facimus. Datum in Conventu Stopnicensi ad S. Mariam Magdalenam, die 30. Julii 1746.

Ita est Fr. Columbanus Hanczewski Ref. Diffinitor Custodiæ.
Ita est Fr. Josephus Witting Ref. Diffinitor Custodiæ.
Ita est Fr. Christinus Wolski Ref. Diffinitor Custodiæ.
Ita est Fr. Raphael Wodziankiewicz Ref. Diffinitor Custodiæ.
Ita est Fr. Stephanus Horadynski Ref. Ex-Minister Provinciæ.
Ita est Fr. Florianus Jaroszewicz Ref. Custos Russiæ.

Loco ✠ Sigilli.

CUM autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Hyacinthus Minister Provincialis præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsum Hyacinthum Ministrum Provincialem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum dismembrationis, seu patentes literas a dicto Raphaele Ministro Generali, sicut præmittitur, factas cum omnibus, & singulis in eo contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium, non obstante quod Conventus Uladimiriensis ob insperatam mortem Fundatoris non sit adhuc deducta ad effectum fundatio, approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus etiam substantiales, si qui desuper intervenerint, supplemus, & sanamus. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 28. Aprilis 1752. Pontificatus Nostri anno decimo secundo.

D. Cardinalis Passioneus.

F I N I S.

CONCLUSIO OPERIS.

HÆc ſunt, Candide Lector, quæ unius anni intervallo unus congeſſi, unus typis tradidi, unuſque typos ipſos ſemel atque iterum emendavi. At, quæ emendatio eſſe poteſt, ubi Pueri, diligentes quidem, typographicam Artem exercent, & ubi pene dietim quæritanda mihi erat typis excudenda materies? Sphalmata ergo, quæ irrepſerunt, & quorum indicem exhibere propoſueram, tu perhumaniter corrigas: nam ea facile quiſque vel mediocris literaturæ deprehendit. Quod ſi adhuc graviora occurrant, imbecillitati mentis meæ illa tribue; Davus enim ſum, non Œdipus. Illud porro ut ſcias oportet, quod ſi plura non invenias, quæ hic locum habere poterant, id mihi non vitio vertas: quæ namque Regeſta, Codices, & Volumina conſulenda mihi erant, ea diligens conquiſivi, petii; nonnulla obtinui, alia impetrare non potui: quæ habui, ea non modo ſedulo pervolvi, ſed & quodammodo expilavi; at quæ mihi deerant, illa certe confingere non poteram. Plura de hac re ſcribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. Cæterum in fine Operis ſupplementum, quod loco Mantiſſæ erit, me daturum ſpero, in quo ſint quæ modo deſiderantur. Illud denique perſuaſum omnibus eſſe cupio, me in ſcribendo nihil antiquius habuiſſe, quam nec lædere quemquam, nec minus conſonam veritati ſententiam tueri; quod ſi alterutrum, aut utrumque offendatur, id omne reprobo, damno, atque obliterandum eſſe volo; proteſtans me cuncta ſubjicere virorum doctorum, ac præſertim S. R. E. judicio, & cenſuræ.

CA-

CATALOGUS

Omnium Eminentissimorum, ac Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium Protectorum, quos vi Regulæ a Sede Apostolica obtinuit Ordo Minorum S. P. N. FRANCISCI.

I.

1217 
UGOLINUS EPISCOP. OSTIEN. natus Patre *Signiæ* Comite, INNOCENT. III. junctus consanguinitate, primus ab eodem Pontifice institutus Ordinis Protector, ad humillimas Sancti P. N. FRANCISCI preces, quem veluti Patrem suum semper est veneratus. Primam S. CLARÆ Regulam ipse composuit; alteram FRANCISCO dictante collacrymans scripsit. Ad Pontificatum evectus sub GREGORII IX. nomine, Minorum res majoris, quam suas habuit: SERAPHICUM PATRIARCHAM, ANTONIUM PATAVINUM, ELISABETHAM UNGARIÆ Reginam in Sanctorum album recensuit. Comitiis Ordinis semper interfuit. Obiit 21. Augusti 1241.

I I.

1227 RAYNALDUS EPISC. OSTIEN. *Philippo Signiæ* Comite Patre natus, GREGOR. IX. ex Germano Fratre Nepos, a Patruo Ord. Protec. renunciatus, tanti hoc munus fecit, ut Pontifex electus, ALEXANDRI IV. nomine, illud dimittere noluerit. Seraphici Patriarchæ festum Ecclesiæ indixit, ejusque Sacra Stigmata magnis laudibus extulit: Ex Minorum grege Inquisitores, Legatos, Crucis Prædicatores, & Ecclesiarum Antistites assumpsit: D. CLARAM Sanctarum Virginum numero adscripsit: Comitiis Ordinis interfuit: Minorum, & Prædicatorum cum *Parisiensibus* turbas extinxit: *Augustinianorum* habitum a Minoritico distinxit. Obiit ann. 1261. die 25. Maii.

I I I.

1261 JOANNES CAJETANUS URSINUS ROMANUS, *Matthæi*, Tertii Ord. de Pœnitentia Alumni, filius, *Tit. S. Nicolai in Carcere*, ab URBANO IV. non ALEXANDRO, ut *Chronol. Seraph.* male *Cioccanius*, ad *D. Bonaventuræ* Generalis preces, Protector constitutus, quem adhuc infantem futurum gregis sui Protectorem, & Pontificem Seraphicus Pater prænunciaverat: Clarissas ab eod. Pont. ad nominis, & Regulæ, quam ipse ex aliis digessit, unitatem reduci curavit: Vicarius Christi effectus, NICOLAI III. nomine, Minoritas summopere dilexit, quorum Regulam primus declaravit, & in *Corpore juris* inseruit: Nuncios, Episcopos, & Inquisitores plurimos ex iisdem assumpsit, quorum duos Sacra Purpura decoravit. Obiit 22. Augusti 1280.

I V.

1279 MATTHÆUS RUBEUS URSINUS, ROMANUS, *Ursi* (a), NICOLAI III. germani Fratris filius, *Tit. S. Mariæ in Portico*, actis Comitiis *Assisinatibus*, a Generali, aliisque gravioribus Patribus laudatum Pontificem *Surianum* convenientibus expetitus Ordinis Patronus, ultro obtinetur. Dum ei hanc curam Pontifex committit, hæc inter alia collachrymans effatur. *Damus tibi omnium, quæ habemus, potissimum; tradimus cordis nostri delicias, pupillam oculorum nostrorum*. Patrui consiliorum tenacissimus, Ordinem impense dilexit, omnique studio propagare curavit. Obiit *Perusiæ* ann. 1308. ut ait *Cioccanius*, non 1305. *Lugduni* ex celebri parietis ruina in CLEMENTIS V. coronatione.

V.

1307 JOANNES MINIUS (b) *Matthæo Ursino* vita functo, a *Gundisalvo* ejus in Ordine administrando Successore, nonnullisque Ministris Protector postulatus, mota est quæstio ab ipso CLEMENTE V. an nominatim, vel generatim esset a Minoritis petendus Cardin. Protector, nihilque definitum; additum tamen, primum esse tutius ad Ordinis utilitatem; alterum vero Franciscanæ humilitati conformius: tandem concessus *Jottum Florentinum* celeberrimum sui ævi Pictorem *Assisium* duxit, qui Templum S. P. N. FRANCISCI

a

(a) *Non Joannis Cajetani, qui fuit Patruus, ut perperam inquit Cioccanius.*
(b) *De quo vid. in Catal. Ministror. Generalium num.* 14.

CISCI claris hujus gestis affabre depictis ditavit. Obiit *Avenione* 1312. & apud suos tumulatus.

V I.

1313 ARNALDUS DE PELAGRUA, natione *Gallus*, patria BURDIGALENSIS, *Tit. S. Mariæ in Cosmedin*, non *in Porticu*, ut ait *Oldoinus*, CLEMENTIS V. affinis, Protector ab eodem Pontifice renunciatus, ad preces *Alexandri de Alexandria*, qui mox antea *Barcinone* fuerat Generalis electus. Illius favore impetratæ sunt Pontificis literæ ad varios *Italiæ* Antistites pro reducendis ad caulam, seu ad Superiorum obedientiam, Fratres aliquot Provinciæ *Tusciæ*, qui sub prætextu severioris ducendæ vitæ discesserant, ac per diversa loca vagabantur. Ordinem admodum dilexit, sed gravissimis pro S. A. curis distentus, muneri, ut erat animus, respondere non potuit. Obiit circa ann. 1334.

V I I.

1334 JACOBUS CAJETANUS DE STEPHANENSIBUS, ROMANUS, *Petro Stephanensi* Patre, & *Perna Ursina* Matre natus, unde nec affinis, nec consanguineus BONIFACII VIII. ut passim traditur, *Tit. S. Georgii in Velo aureo*, nunc *Velabro*, ad totius Generalis Conventus *Assisinatis* postulationem a JOANNE XXI. dicto XXII. literis *Avenione* datis x. calend. Aug. ann. Pontifc. sui 18. Protec. Ord. renunciatus: Vir doctrina, & rerum agendarum peritia clarissimus, Pontificibus carus, & de Ecclesia Romana optime meritus, Ordinem junctis viribus semper tutatus est. Obiit 23. Junii 1343.

V I I I.

1343 TALAIRANDUS, natione *Gallus*, quem *Petrarcha Taleranum* vocat, *Eliæ Talairandi* Comitis *Petragoricensis*, hoc nomine quinti, filius, *Tit. S. Petri in Vinc.* Episcop. *Albanen.* ad petitionem Patrum, qui Comitiis *Massilieasibus* interfuerant, a CLEMENTE VI. non JOANNE XXII. ut per oscitantiam inquit *Oldoinus*, Ordin. Protector institutus literis datis apud *Villam novam* Diœces. *Avenion.* 4. calend. Octobr. Pontificat. sui ann. 2. Licet Ordinem summopere dilexit, assiduis tamen Apostolicis Legationibus intentus, res ejusdem minus curare potuit. Obiit *Avenione* 17. Januarii 1364.

I X.

1364 NICOLAUS DE RESSA, seu *de Bessa*, natione *Gallus*, patria LEMOVICENSIS, *Jacobo* Patre, & *Delphina* Matre CLEMENTIS VI. Sorore natus, GREGORII XI. consanguineus, *Tit. S. Mariæ in Via Lata*, postulante *Marco Viterbiensi* Ordinis supremo Moderatore ab URBANO V. Protector renunciatus: memorato *Marco* ad Sacram Purpuram promoto ann. 1366. Ordinem summa prudentia administravit usque ad Comitia generalia sequentis anni, quibus ipse *Assisii* præfuit. Obiit *Romæ* ann. 1369.

X.

1369 PHILIPPUS ex præpotenti CABASSOLEORUM familia, ortus *Avenione* Patre *Isnardo* egregio milite, *Tit. S. Petri, & Marcellini*, postea Episc. *Sabinen.* a GREGORIO XI. Ordinis Protector obtentus; de eo *Marianus* in Chronico inquit: *Fuit Ordinis brachium dextrum, & columna fortissima, ut jure merito habuerit nomen Protectoris, qui plurima utilia statuit circa regimen Sanctimonialium.* Pontifice *Avenione* sedente, Legatus Sedis Apost. in *Italiam* missus, obiit *Perusiæ* vi. calend. Septembris 1372. translatus *Avenionem* ad *Carthusianos Bonipassus*.

X I.

1373 GUILLELMUS JUDICIS, natione *Gallus*, Patria LEMOVICENSIS, CLEMENTIS VI. ex Sorore Nepos, *Tit. S. Mariæ in Cosmedin*, deinde *S. Clementis*; vir utriusque juris consultissimus, & in rebus agendis dexteritate celeberrimus, resecata a GREGORIO XI. Protectorum auctoritate, cautumque, ut deinceps, sola inspecta Ordinis utilitate, postularentur, ad Ministri Generalis petitionem, Protector ab eodem Pontifice renunciatus, summo totius Franciscanæ Familiæ mœrore, sequenti anno, fato fungitur *Avenione* 28. Aprilis.

„ Cum GREGORIUS XI. felic. record. Ponti-
„ fex die 28. Martii ann. 1378. in Vatica-
„ no ex hac vita migrasset, atque exinde
„ URBANI VI. secuta electione, teterri-
„ mum schisma Ecclesiam Apostolicam inva-
„ sisset, quam diu, ut omnibus perspectum
„ est, misere oppressit, ac fœdavit; cumque
„ *Gregoriana* antedicta sanctione satis, pro
„ illorum temporum conditione, provisum
„ non fuisse videretur, ne summorum vi-
„ rorum commendationibus, aut privatis
„ Ministrorum Generalium affectibus, vel
„ compendiis peterentur Ordinis Protecto-
„ res; hinc exortæ fuerunt difficultates
„ quammaximæ de postulando *Guillelmi* suc-
„ cessore: ex quo factum est, ut Ordo per
„ multos annos caruerit Protectore. Neque
„ enim cum his adnumerandus sane videtur
„ *Jacobus Ursinus Tit. S. Georgii in Velo au-*
„ *reo*, a memorato GREGORIO XI. Sacra
„ Purpura donatus, qui URBANI VI. electio-
„ ni interfuit, quique, URBANO postea re-
„ licto, suffragium tulit in electione *Clemen-*
„ *tis VII.* Pseudo-Pontificis, a quo renun-
„ ciatus fuit Ordinis Protector, petente *An-*
„ *gelo Pseudo-Ministro*, ob efficacissimas JOAN-
„ NÆ REGINÆ NEAPOLIS commendatio-
„ nes. Nil propterea mirari subit, si neque
„ apud Nostrates, neque apud exteros scrip-
„ tores ulla occurrat mentio de legitimo
„ Ordinis Protectore, a Guillelmi morte,
„ usque ad annum 1390. Quæ cum ita sint,
„ ad hunc annum nos devenire oportet.

X I I.

1390 FRANCISCUS CARBONUS, verius CARBONARIUS, *Joannis* Filius, ex nobilissima Neapolitana *Carbonariorum* familia, Ordinis *Cister-*

Cistercensium, *Tit. S. Susannæ*, & postea Episc. *Sabinen.* legitur hoc anno Protector, sed a quo electus, & quo petente, ignoratur: magna de FF. Minor. regimine opinione concepta, Clarissas omnes eorumdem Prælatorum curæ, & administrationi commisit, ac diploma circa hæc ad *Henricum* Generalem *Mantuæ* Comitia hoc anno celebrantem misit. Obiit *Romæ* 19. Junii 1405. ac *Neapolim* translatus.

X I I I.

1405 JORDANUS, hujus nominis tertius, ex nobilissima URSINORUM Familia, ROMANUS, *Francisci Ursini* Urbis Præfecti germanus Frater, ab INNOCENT. VII. *Tit. SS. Silvestri, & Martini in Montibus* Cardinalis creatus, unaque Ordinis Protector: in Concilio *Pisano* primas egit pro eligendo in Pontificem Cardinale *Philargo* Minorita, a quo *Tit. SS. Laurentii, & Damasi* obtinuit; demum a JOANNE XXII. alias XXIII. Episc. *Albanen.* in schismate extinguendo egregiam præ cæteris navavit operam. Obiit 29. Maii 1439.

X I V.

1439 JULIANUS ex inclita CÆSARINORUM ROMANA prosapia, a MARTINO V. *Tit. S. Angeli in foro Piscium*, mox *S. Sabinæ*, denique ab EUGENIO IV. Episcop. *Albanen.* renunciatus. Anno superiori, ex singulari *Ferrariensis* Concilii decreto, a Patribus Locorum *Terræ Sanctæ* primum institutus, demum hoc anno totius Ordinis Protector, iisdem petentibus, a Pontifice datur: Ordinem, & præcipue Regularis Observantiæ Fratres in oculis semper habuit. In clade Varmiensi Legatus Apostolicus contra *Turcas* 10. Novemb. 1445. gloriose occubuit, quem politiores illius ævi Scriptores summis laudibus celebrarunt.

X V.

1445 DOMINICUS CAPRANICA, ROMANUS, *Nicolai* Filius, *Tit. S. Crucis in Hierusalem*, ex sacris infulis, quibus erat insignitus, vulgo *Cardinalis Firmanus* dictus, *Juliano* e vivis sublato, in Protectoris munere ab EUGENIO IV. sufficitur: vir doctrina, prudentia, morum integritate, & in adversis constantia spectatissimus; Franciscanæ, & Dominicanæ Familiæ addictissimus, quibus inter cætera, delectum adolescentum pro Collegio *Capranicensi*, quod *Romæ* fundavit, commisit. Obiit *Romæ*, non sine magna bonorum omnium mœstitia, die 2. Septembris 1458.

X V I.

1458 BESSARION, natione Græcus, patria *Trapezuntinus*, Monachus *S. Basilii*, ab EUGENIO IV. *Tit. SS. XII. Apostolorum*, a NICOLAO V. Episcop. *Sabinen.* mox *Tusculanus*, Patriarchatum *Constantinopolit.* & Ecclesiam *Pampilonen.* rexit; ad Ministri Generalis preces, a CALIXTO III. Protector renunciatur: Vir doctrina, eloquentia, dexteritate, & morum integritate clarissimus, qui Ordinis incrementum summo studio curavit, Patres-

Chronol. Seraph. *

que Observantes mirum in modum dilexit. Obiit *Ravennæ* redux ex Gallica Legatione 18. Novembr. 1472. *Romam* translatus in Templo SS. XII. *Apostolorum* tumulatur.

X V I I.

1473 PETRUS RIARIUS, natione *Ligur*, patria SAVONENSIS, SIXTI IV. ex Sorore Nepos, Minoritis nomen dedit *Senis*, admodum adolescens *Romanæ* Provinciæ præfuisse fertur; tandem ab Avunculo *Tit. S. Sixti*, & Ord. Protec. renunciatus, ecclesiæ beneficiis impense ditatus, vitam luxu, & voluptate affluentem, non dicam Franciscano, sed Religioso viro prorsus indignam, ita instituit, ut biennio 300. aureorum millia consumpserit, 60. vero millia æris alieni reliquerit: Pauperes FF. proinde exosus, ac præcipue Observantes, moritur 8. supra 20. ætat. ann. agens, 5. Januar. 1474. ac in templo SS. XII. *Apost.* tumulatur.

X V I I I.

1474 JULIANUS DE RUVERE, Natione *Ligur*, patria SAVONEN. SIXTI IV. ex *Raphaele* germano Fratre Nepos, apud Minores, quibus *Perusiæ* per aliquod tempus sese etiam adjunxit, sub avunculi cura a puero educatus, *Tit. S. Petri ad Vinc.* ab eodem creatus, ac sublato *Riario* Ord. Protect. Demum Pontifex, sub JULII II. nomine, renunciatus, Franciscanam Familiam gestavit semper in oculis; gratiis, ac Privilegiis cumulavit; interna ejus dissidia summo studio componere curavit; Observantes potissimum, quibus caussam adjudicabat, fovit, ac protexit: Vir denique summus, de Relig. Christi, ac de Pontificia ditione optimè meritus, obiit 21. Februarii 1513. sepultus apud Avunculum in *Vaticano*.

X I X.

1503 DOMINICUS GRIMANUS, patria VENETUS, *Antonii* demum *Venetiarum* Principis filius, *Tit. S. Marci*, Episcop. *Portuen.* & Patriarcha *Aquilejen.* *Juliano* ad Pontificatum evecto, Ord. Protector a JULIO II. renunciatur: una cum Card. *Viguerio* Romanis Ordinis Comitiis præsidet, in quibus, jussu Pontificis, actum, sed frustra, de ejusdem unione firmanda: Protectoris jura ampliare studens, eadem imminuit Pontifex datis literis, quibus GREGOR. XI. & SIXTI IV. Sanctiones ea de re cassabiliuntur. Obiit 27. August. 1523. ætat. ann. 63. *Venetias* ejus Ossa translata in Templo *S. Francisci de Vinea* PP. Observ. ex Testamento conduntur.

X X.

1523 ANDREAS DE VALLE, ROMANUS, *Tit. S. Agnetis in Agone*, mox *S. Priscæ*, Episc. *Albanen.* & *Prænestinus*, a CLEMENTE VII. primus *motu proprio*, *Dominico* fato functo sufficitur in ipso Pontificatus limine: Ordini quidem addictissimus, sed adversa valetudine assidue exagitatus, Vice-Protectores habuit Cardinales CAMPEGIUM primum, deinde QUIÑONIUM. Vir sapientia, & mo-

a 2 rum

rum gravitate eximius, Pontificibus carus. Obiit *Romæ* 4. Augusti 1534. Sepultus in Familiæ Sacello, quod est in Templo *Aracælitano*.

X X I.

1534 FRANCISCUS QUIÑONIUS (a) *Tit. S. Crucis in Hierusalem*, petentibus *Leonardo de Publicio* Vicario Generali, & Officialibus Ordinis in Curia Romana, contra *Pisotti* ex-Generalis machinationes, qui ut *Augustinum Trivultium* haberet, favorem Regis Christianissimi impetraverat, a CLEMENTE VII. Protector renunciatus, *Pisotti* relaxationes acriter insectatur; *Capuccinis* in eorum exortu, ne divideretur Ordo, fortiter resistit: de Ecclesia, de Franciscana Familia, de Urbe ab obsidione servata, de Pontifice in libertatem asserto, deque omnibus optime meritus, 27. Octobris ad cœlestem patriam migravit.

X X I I.

1540 RODULPHUS PIUS, *Leonelli* nobilissimi CARPORUM Comitis filius, *Tit. S. Pudentianæ*, mox *S. Priscæ*, deinde *S. Clementis*, ac demum *S. Mariæ in Transtyberim* a PAULO III. Protector Ordinis electus: Vir prudentia, morum integritate, ac munificentia clarissimus: *Felice Feretto*, qui demum SIXTUS V. fuit, in clientelam suscepto, eundem ad Ordinis, & Ecclesiæ dignitates fortiter promovit; illius usus consiliis, ne supprimerentur Capuccini plurimum adlaboravit: denique plenus meritis obiit *Romæ* die 10. Julii 1564. & in Templo *SS. Trinitatis ad Montem Pincium* tumulatus.

X X I I I.

1564 S. CAROLUS BOROMÆUS *Tit. S. Praxedis*, quem magni elogii loco nominasse sufficiat, a PIO IV. cujus erat ex Sorore Nepos, Ordinis Protector renunciatus, sibi Vice-Protectoris munere collegam habuit LUDOVICUM SIMONETTUM *Mediolanensem Tit. S. Ciriaci in Thermis*, qui memoratum Pontificem ambo consuluerunt de edenda sanctione *Sedis Apostolicæ &c.* 17. Septembr. 1565. pro Conventualium Reformatione. LUDOVICO è vivis sublato ann. 1568. sibi adscivit ALEXANDRUM CRIBELLIUM *Mediolanen. Tit. S. Mariæ de Aracœli*, ubi jacet sepultus 1574. Demum CAROLUS Ecclesiæ suæ regendæ totus intentus, Protectoris munere se abdicavit.

X X I V.

1570 JULIUS FELTRIUS DE RUVERE, *Francisci Mariæ, Urbini* Ducis, & *Eleonoræ Gonzagæ* filius, ac *Guidubaldi*, itidem *Urbini* Ducis, Germanus Frater, *Tit. S. Petri ad Vincula*, mox Episcopus *Sabinen.* ac deinde *Prænestinus*, a PIO V. Protector Ordini datus: Vir justitia, Religione, ac munificentia, præsertim in Sacram *Ædem Lauretanam*, cui etiam fuit a protectione, nulli secundus: *Capuccinos Ravennam* deduxit: denique plenus meritis obiit *Forosempronii* ann. 1578. nonis Septembr. ætat. 44. translatus *Urbinum*, in Templo *D. Claræ* sepelitur.

X X V.

1578 FRANCISCUS ALCIATUS MEDIOLANENSIS, *Martini* nobilissimi Viri Filius, *Tit. S. Mariæ in Porticu*, mox *S. Luciæ in Septisolio*, demum *S. Susannæ*, a GREGORIO XIII. Protect. Ord. designatus: Vir doctrina, virtute, & humanitate spectatissimus. Postremus fuit, qui una totius Franciscanæ Familiæ Protectionem habuerit, comprehensis, nimirum, etiam Conventualibus, & Capuccinis. Obiit *Romæ* anno 1580. ut ex ejus epitaphio in templo PP. *Carthusianorum*, quibus etiam fuerat a Protectione, constat, & non ann. 1584. ut nonnulli asseverant.

X X V I.

1580 FERDINANDUS MEDICÆUS, *Cosmi Etruriæ* Ducis, & *Eleonoræ* de *Toleta* filius, a PIO IV. & non V. Cardin. *S. Mariæ in Domnica* creatus, precibus, & solicitationibus *Francisci Gonzagæ* Generalis, excluso *Felice Peretto* laudato, qui ardentissime hoc munus exoptabat, a GREGOR. XIII. Protect. electus: defuncto sine prole *Francisco* ejus Germano Fratre, & *Tusciæ* Magno Duce, coactus Sacram purpuram dimittere ann. 1588. uxoremque ducere, etiam Protectoris titulo se abdicavit, non tamen re, cum semper fuerit Ordinis Parens amantissimus,

Cum FELIX *FERETTUS spe consequendi Ordinis protectionem excidisset, auctor fuit, ut PP. Conventuales, & Capuccini omnem moverent lapidem, ut proprios haberent Protectores. Re ipsa Conventuales petierunt, & obtinuerunt ab eodem* GREGORIO XIII. PHILIPPUM VASTAVILLANUM, *Pontificis ex Sorore Nepotem, Patria* BONONIENSEM, Tit. S. Mariæ Novæ, *postea* S. Mariæ in Cosmedin, *qui plurimum apud eumdem gratia valebat. Capuccini vero* JULIUM ANTONIUM SANCTORIUM, *Patria* CASERTANUM, *Antistitem S. Severinæ, unde vulgo* CARDINALEM S. SEVERINÆ *vocatum*, Tit. S. Bartholomæi, *&* *non* S. Barbaræ, *ut per errorem exscriptoris Cancellariæ Apostolicæ perperam corrigit* Oldoinus, *mox* S. Mariæ Transtyberim *ac tandem Episcopum* Prænestinum. *Quod num cesserit in Ordinis decorem, atque utilitatem, meum non est definire: id tamen certum est hac divisione sublatam quoque fuisse qualemcumque, quæ supererat, Ordinis unitatem.*

X X V I I.

1588 HIERONYMUS MATTHÆJUS, non ex *Ursina*, ut oscitanter nonnulli, sed ex MATTHÆJORUM ROMANA nobilissima Prosapia natus, Patre *Alexandro*, & Matre *Æmilia Mazzatosta*, Tit. *S. Adriani*, mox *S. Agathæ*, deinde

(a) *Vid. Catalogum Ministrorum Generalium num.XLVII. & Catalog. Commissarior. Generol. num. II.*

deinde *S. Mariæ in Cosmedin*, postea *S. Eusebii*, ac tandem *S. Pancratii*, a SIXTO V. Protector Ord. renunciatus: Juris scientia, morum integritate, ac Religione spectatissimus, Ordinem dilexit admodum, & fovit ad mortem usque, quæ contigit *Romæ* 8. Decembr. 1603. & non 1605. ut ex ejus epitaphio, sepultus in Templo *Aracælitano* in Sacello gentis suæ, ætat. 57.

XXVIII.

1604 POMPEJUS ARIGONIUS *Romæ* natus, Patre *Jo: Jacobo* nobili *Novocomensi*, & *Eugenia Tata*, ex inclita *Romana* gente, Matre, Tit. S. *Mariæ in Aquiro*, mox *S. Sabinæ*, a CLEMENTE VIII. Ord. Protect. institutus: Vir doctrina, prudentia, ac corporis, & animi magnitudine eximius: concordiam Observantes inter, & Reformatos summo studio nutrivit. Ad Archiepiscopat. *Neapolitan.* evectus, Vice-Protectorem habuit FABRITIUM VERALLUM ROMAN. Tit. *S. Augustini*, Virum antiquis moribus clarum. Obiit in Suburbio *Neapolitano* 4. Aprilis 1616. ætat. suæ ann. 65. ineunte.

XXIX.

1616 FABRITIUS VERALLUS, *Matthæi Veralli*, & *Juliæ de Corbaro* filius, URBANI VII. affinis, a PAULO V. non expectata Ordinis postulatione, Protector renunciatus; Regia Monasteria *Neapolis S. Claræ*, & *S. Magdalenæ*, necnon generalem Reformator. Procuratorem, obtento a GREGOR. XV. diplomate, sibi per omnia subegit: Reformationem in Ordine magna cura promovit: denique plenus meritis obiit *Romæ* 17. Septembr. 1624. ætat. 54. & in Sacello gentis suæ in Templo S. *Augustini* sepultus: cui per menses substituitur DOMINICUS RIVAROLA GENUENSIS Tit. *S. Martini in Montibus*.

CLEMENS VIII. *felic. record. Pontifex cum ardentissime omnium Regularium Ordinum Reformationem exoptaret, ac propterea ad id particularem etiam deputavisset Congregationem, fertur a gravissimo, & magnæ autoritatis viro sæpe monitus, se id peroptime consecuturum, si de abrogandis eorumdem Ordinum Protectoribus serio cogitasset; perinde ac si per eos Monasticæ disciplinæ relaxationibus fuisset aditus reseratus. Renuit Pontifex id agere, ratus se aliter posse huic malo occurrere. Verum* URBANUS VIII. *recol. mem. Pontifex id sedulo animo revolutus, ac de ejusmodi remedii efficacia persuasus, animo decreverat Protectores omnes delere, vacantibusque Protectorum officiis substituit neminem, donec mutata sententia, de iisdem non intermittendis tandem constituit. Hac de caussa Religio nostra caruit Protectore ab obitu* FABRITII VERALLI *ad annum usque* 1633.

XXX.

1633 FRANCISCUS BARBERINUS, *Caroli* URBANI VIII. germani Fratr. & *Constantiæ Magalottæ* filius, *Florentiæ* natus, Tit. *S. Onuphrii*, mox S. *Agathæ*, deinde *S. Laurentii in Damaso*, ac tandem *Sabinen. Portuen.* & *Ostien.* Episc. Patribus Ordinis enixe expetentibus, a Patruo Protect. renunciatur. Cum Patruo *Spoleti* Episcopo vitam degens fertur Minoribus inter Strictior. Observ. FF. nomen dare vehementer desiderasse: Franciscanor. proinde amantissimus, annis 45. & ultra eosdem tutatus est, donec senio confectus Protectione sese abdicavit die 28. Augusti 1678. Vir summus, omnique laude major.

Vulgatissimæ, URBANO *Defuncto*, BARBERINORUM *in Gallias profectionis caussa*, HORATIUS JUSTINIANUS, *Patria* CHIUS, *Tit. S. Onuphrii, ab* INNOCENTIO X. *Comprotector Ordinis fuit designatus litteris Apostolicis datis sub die 26. Januarii 1646. in quibus* FRANCISCO BARBERINO *prohibetur, ne, durante tali Apostolico beneplacito, audeat vel quidquam per se, aut per alium agere, quod dictum Protectoris munus respiciat. Cum porro* JUSTINIANUS *Caussas Ordinis, etiam in prima instantia, sibi judicandas assumeret, cautum est Pontificis rescripto, ne id faceret. Tentatum etiam per hæc tempora a Patribus Ordinis recuperandi antiqua jura circa Regia Monasteria Neapolis, & electionem Procuratoris Generalis Reformatorum: Sed* ROMAM BARBERINO *reverso, & in gratiam Pontificis iterum admisso, nihil ex sententia evenit.*

XXXI.

1678 ALDERANUS CYBO, *Caroli I. Massæ, & Carrariæ* Ducis, ac *Brigidæ Spinulæ* Filius, Tit. S. *Pudentianæ*, mox *S. Praxedis*, ac *S. Laurentii in Lucina*, ac tandem Episcopus *Ostien.* Ab INNOCENTIO XI. cui erat a Secretis Status, Protector Ordinis renunciatus sub die 9. Novembris. Franciscanam Familiam semper impense fovit, ac tutatus est, donec hanc vitam cum immortali commutavit in Urbe Anno Jubilæi 1700. Præfuit Comitiis *Romanis* anni 1688. Amplissimæ Protectorum cujuscumque Ordinis facultates fuerunt sub eo ab INNOCENTIO XII. abrogatæ literis Apostolicis incipientibus, *Christifidelium* datis die 16. Februarii anni 1693.

XXXII.

1700 FABRITIUS SPADA ROMANUS, Marchionis *Horatii*, & *Mariæ Veralli* filius, tit. *S. Callixti*, mox S. *Chrysogoni*, & deinde *S. Praxedis*, ab INNOCENTIO XII. cui erat a Secretis Status, Præses Comitiis Ordinis anni 1700. renunciatus, a CLEMENTE XI. Protector Ordinis institutus die 14. Decembris ejusdem anni, tandem Episcopus *Prænestinus*, piissime obdormivit in Domino die 15. Junii 1717. In illa temporum vicissitudine maluit negotiis Ordinis nequaquam immisceri, quam alterutri ex dissentientibus partibus adhærere. Vir sane magnus, & qui majora in Ordinem contulisset beneficia, si in meliora tempora incidisset.

XXXIII.

1718 LAURENTIUS CASONUS SARZANENSIS *Nicolai* Comitis *de Villanova*, & *Elisabethæ Petritinio* filius, tit. *S. Bernardi ad Thermas*, ac de-

ac demum *S. Petri ad Vincula*, a CLEMENTE XI. Ordinis Protector renunciatus literis Apostolicis datis 31. Januarii. Vir doctrina, longo rerum usu, ac pluribus pro Ecclesia Catholica egregie functus muneribus clarissimus, Ordinem summa prudentia, & cura, brevi quidem temporis intervallo, sed diutissime exoptandus, direxit, atque fovit. *Romæ* diem extremum obiit 19. Novembris anni 1720.

XXXIV.

1720 LAURENTIUS CORSINUS FLORENTINUS *Bartholomæi* Marchionis *de Tresana*, & *Elisabethæ Strozie* Ducis *de Bagnolo* filius septimestris, Tit. *S. Susannæ*, deinde S. *Petri ad Vincula*, ac tandem Episc. *Prænestinus*, Protector Ordinis a CLEMENTE XI. designatus. *Laurentio Cozza* ad Sacram Purpuram promoto prædivitem, quam obtinebat, cessit Abbatiam. Ad Summum Pontificatum evectus die 16. Julii ann. 1730. CLEMENTIS XII. nomine, Ordinis protectione se abdicare noluit, eamdemque ad mortem usque retinuit. Synodum ex præcipuis Cismontanæ Familiæ Arbitris ad ejusdem Moderatorem eligendum coram se in Aula Consistoriali Palatii Quirinalis cogi voluit. Liberalitate, magnificentia, aliisque egregiis animi dotibus Pontifex vere Summus. Obiit 6. Februarii ann. 1740.

XXXV.

1733 TROJANUS DE AQUAVIVA DE ARAGONIA NEAPOLITANUS, *Joannis Hieronymi* Ducis *Atriæ*, & *Eleonoræ Spinellis* Ducis *de Aquaro* filius, Tit. S. *Cæciliæ*, a CLEMENTE XII. ne post sui obitum Ordo Protectore careret, huic muneri præpositus literis Apostolicis datis 12 Januarii: Franciscanam Familiam & vivo CLEMENTE, eodemque fato functo, mirifice dilexit, & coluit. At vero *Hispaniarum*, & utriusque *Siciliæ* maximorum Regum apud Sanctam Sedem Administer, gravissimis propterea undequaque curis distractus, vix poterat unius, vel alterius privati Cœnobitæ rebus occurrere. Aviti splendoris, & munificentiæ Hæres amplissimus decessit Romæ 2. Martii 1747. ætat. annor. 53.

XXXVI.

1747 HIERONYMUS COLUMNA ROMANUS, *Philippi* ex præclara, vetustissimaque *Columnensium* Familia, Regni *Neapolitani* magni Comestabilis, Ducis *Palliani* &c. ac *Olympiæ Pamphili* filius, Tit. *S. Angeli in foro Piscium*, & Domui Pontificiæ Pro-Præfectus, a BENEDICTO XIV. P. O. M. in singulare sui amoris, & paternæ clementiæ pignus erga pusillum Franciscanum gregem, Protector Ordinis designatus, hunc in præsentia magnorum Avorum (a) suorum exempla imitatus, ad exactam *Innocentianæ de Protectoribus Ordinum* Sanctionis normam excelso animo protegit, ac defendit, cui a Deo Nestoreos annos ad Minoritici cœtus gloriam, & incrementum humillime deprecamur.

(a) JOANNES COLUMNA DE S. PAULO S. *R. E. Cardinalis*, & *Episcopus* Sabinensis, *primus, idemque unus fuit a protectione* D. Francisco, *cum is primum Romam venit, ut* INNOCENTIO III. *præconceptam de sui Ordinis institutione sententiam aperiret, ab eoque confirmari obtineret. Rejectum enim Beatissimum Patrem, & contemptum ab Aulicis, antedictus* JOANNES COLUMNA *ad Pontificem deduxit, illius caussam coram Christi Vicario egregie tutatus est, ac deinde ad mortem usque eumdem, ac Ordinem suum ingentibus beneficiis cumulavit. Desinit ergo Catalogus hic noster in eamdem præclarissimam, omnique ævo dignissimam Gentem, a qua initium desumere debuisset; & finem habuisset, si singulos Franciscanæ Familiæ Protectores nobis recensere in animo fuisset, & non illos duntaxat, quos* EX VI REGULÆ *a Summis Pontificibus habuit Ordo Minorum.*



CA-

CATALOGUS

Omnium Reverendissimorum Patrum Ministrorum Generalium Ordinis Fratrum Minorum, a Seraphico Patriarcha S. P. N. FRANCISCO usque ad excurrentem Annum 1751.

I.

1208 
Eraphicus Patriarcha Pauperum S. P. N. FRANCISCUS ASSISINAS, Fundator, & supremus Ordinis Minorum Præfectus ex vi Regulæ, in qua cap. I. præscribitur: *& alli Fratres teneantur Fratri Francisco, & ejus Successoribus obedire*, Propagandæ Fidei, & Peccatores ad pœnitentiam revocandi studio flagrans, Ordinem Vicaria potestate administrandum primo committit ELIÆ CORTONENSI, mox B. PETRO CATTANEO, denique iterum memorato ELIÆ. Rexit annos. 18. & ultra.

II.

1227 ELIAS in OSSARIÆ Oppido natus, quod ex illustri Romanorum cæde ad lacum *Thrasymenum* per *Annibalem* facta nomen accepit, haud procul a *Cortone* Urbe, unde CORTONENSIS vulgo appellatus, cum Sanctissimus Patriarcha ad cœlestem patriam anno superiori migrasset, in Comitiis *Romanis*, quibus præfuit S. M. GREGORIUS IX. Minister Generalis fuit renunciatus: Vir humana prudentia longe illustrior, quam Franciscana humilitate. Rexit annos tres.

III.

1230 B. JOANNES PARENS in Oppido *Carmignani*, non longe a *Pistorio*, in *Etruria* natus, J. C. sui temporis clarissimus, dum primus a Seraphico Patre institutus Minoriticam Familiam in Hispania regeret, & amplificaret, in Comitiis Romanis coram eodem GREGORIO IX. actis, universo Ordini administrando fuit præfectus. Triennio elapso generalem Conventum *Soriæ* in *Hispania* habendum, ad Regulæ præscriptum, indixit, in quo fuit in officio confirmatus. Rexit annos sex.

1236 *Indicto Generali Congressu per Beatum Joannem Parentem in Cœnobio Divæ Mariæ Angelorum de Portiuncula prope Assisium, plurimi ex suffragatoribus clamare ceperunt, sibi non licere alium in Ordine habere supremum Ministrum ab illo, quem S. P. N. FRANCISCUS moriens elegerat, cuique universam Familiam suam regendam, & administrandam commiserat. Quo audito B. Parens officio sese abdicavit, abdicationemque suam ad Pontificem misit, qui eamdem cum nova F. Eliæ electione ratam habuit. Elias ergo tres alios annos Ordinem rexit.*

IV.

1239 B. ALBERTUS PISIS in *Etruria* natus, eximiæ probitatis, & prudentiæ vir, Præfecturis *Angliæ*, *Germaniæ*, & *Hispaniæ* egregie perfunctus clarissimus, in Comitiis Romæ a Pontifice coactis Minister Generalis, summa omnium lætitia, & præcipue Pontificis Præsidentis, qui Eliam exosus, Vindices Paupertatis Franciscanæ in illum loquentes benigne exaudiverat, fuit renunciatus. Sed tertio vix post elapso mense ad superos evolavit, magna cum sanctitatis fama, quem non modo Religio, sed Pontifex ipse planxit celebri edito carmine: *Plange turba paupercula &c.*

V.

1239 HAYMO *natione* ANGLUS, Patria *Cantianus*, a loco natalitio *de Feversham*, seu *de Feversebino* cognominatus, vir doctrina, & virtute insignis, in generali Conventu *Romæ* habito GREGORII IX. decreto in pervigilio omnium Sanctorum, ipso Pontifice Præsidente, & Electorum suffragia recipiente, totius Ordinis Præfectus renunciatus, quinque elapsis annis hanc vitam cum cœlesti commutavit. Primus horas Canonicas, quas *Breviarium* vocant, Pontificis præcepto ita disposuit, ut ad ejus normam modernum *Breviarium* dicatur confectum.

VI.

1244 CRESCENTIUS ÆSII in *Piceno* natus, utrumq. Jus, & Medicinam in Sæculo professus, annis, & scientia spectabilis, in Comitiis *Genuæ* habitis in festo S. P. N. FRANCISCI, sub præsidentia S. M. INNOCENTII IV. frustra nonnullis *Eliam* expostulantibus, Minister Generalis eligitur. Vixit annos circiter

citer quatuor, sed pene senio confectus, impar erat tanto oneri, in magna illorum temporum perturbatione, subeundo, ob *Fridericianum Schisma*, cui se adjunxerat *Elias* facsis propterea a Pontifice interdictus, ac omnibus exutus honoribus, & privilegiis.

V I I.

1248 JOANNES vulgo PARMEMSIS dictus, ex illustri BURALLA Familia natus, doctrina, Zelo, & Sanctitate insignis, in Comitiis *Aveniane* coram INNOCENTIO IV. actis supremam Ordinis Præfecturam adeptus, mox ad Imperatorem, & Patriarcham Constantinopolitanos Legatus a Pontifice missus, dum Franciscanam disciplinam sartam, tectamque custodire in Ordine nititur, turbæ in eum concitantur, in fide etiam accusatur, ac denique octavo sui regiminis anno elapso, officio sese abdicat. Iturus octuagenarius ad Græcos pro eorum fide firmanda, decumbit *Camerini*, ibique Sanctissime moritur anno 1289. 3. cal. Aprilis.

V I I I.

1256 S. BONAVENTURA *Balneoregii* in veteri *Etruria*, ex nobili FIDANTIA Familia, natus, ætatis annum agens 34. & Religionis 13. dum Parisiis legeret, in Comitiis *Romæ* in Cœnobio Aracœlitano coram ALEXANDRO IV. Pontifice Ordinis amantissimo, primum a *Joanne Parmensi* nominatus, omnium suffragiis Minister Generalis est renunciatus. Rexit annos 18. A CLEMENTE IV. Archiepiscopus *Eboracensis* in *Anglia*, a GREGORIO X. S. R. E. Cardinalis, & Episcopus *Albanensis* electus: A SIXTO IV. Sanctorum albo adscriptus: Denique a SIXTO V. inter Ecclesiæ Doctores cooptatus.

I X.

1274 HIERONYMUS TINEUS, in humili *Lisciani* Oppido natus, prope *Asculum in Piceno*, unde *Asculanus* vulgo dictus: vir doctrina, & Zelo præstantissimus, ad Imperatorem, & Patriarcham Constantinopolitanos Legatus Apostolicus, dum horum, & *Tartarorum* legitimos ad Concilium Lugdudense Oratores deduceret, in Comitiis *Lugduni* habitis *D. Bonaventura* Præside Minister Generalis absens eligitur: deinde a NICOLAO III. S. R. E. Cardinalis creatur; ac denique 8. calend. Martii 1288. Pontifex renunciatur, sibique nomen NICOLAI IV. imponit. Rexit ann. 5.

X.

1279 BONAGRATIA in Oppido S. JOANNIS DE PERSECETO, Provinciæ *Bononiensis*, honestis Parentibus natus, quem aliqui *Dalmatam* faciunt, Apostolica ad *Græcos* cum *Hieronymo Asculano* Legatione functus, in generali Conventu *Assisii* coacto, sub ejusdem *Hieronymi* Cardinalis præsidentia, Ordini administrando præficitur, quem sapienter regit, donec sextum sui regiminis annum agens moritur *Aveniane*, non sine sanctitatis fama. In *Petrum Joannem Olivi* ex generalium Comitiorum *Argentinensium* decreto animadvertit, unde a nonnullis perperam litigiosus vocatus.

X I.

1285 ARLOTTUS de PRATO, Provinciæ *Tusciæ* doctrina, & sanguine clarus, dum *Parisiis* hæreticæ doctrinarum *Olivi* una cum aliis scrutator insignis, in Comitiis *Mediolanensibus* Minister Generalis absens eligitur: sed anno nondum completo moritur *Parisiis*, eique succedit *Guillelmus Fulgarius*, qui in iisdem Comitiis Vicarius in casu mortis Ministri fuerat destinatus. Obiit etiam hoc anno *Perusiæ* MARTINUS IV. qui Franciscano indui habitu ante mortem postulavit, corpusque suum in æde D. FRANCISCI *Assisii* tumulari, quo tamen *Perusini* privari nunquam voluerunt, & adhuc in eorum Ecclesia principe, una cum INNOCENTII III. & URBANI IV. ossibus servatur.

X I I.

1287 MATTHÆUS DE AQUASPARTA in *Umbria*, Provinciæ Seraphicæ S. P. N. FRANCISCI: vir doctrina, & spectabilis vitæ prærogativa conspicuus, qui & antea Lector Sacri Palatii Apostolici a MARTINO IV. fuerat institutus, in generali *Montispessulani* habito Conventu universæ Franciscanæ Familiæ præficitur; sed nondum elapso biennio ad Sacram Purpuram evectus, *Tit. S. Laurent. in Damaso*, nova indixit Comitia. Haud modicæ per hæc tempora in Ordinem inductæ sunt Franciscanæ Paupertatis laxationes. Decessit Romæ Episcopus *Portuensis*, ac tumulatus ad lævam Sacrarii in Templo *Aracœlitano*.

X I I I.

1289 RAYMUNDUS GAUFREDI natione *Gallus*, in *Provincia* Nobili genere natus, in Comitiis *Reatinis* in *Umbria*, Præsidente NICOLAO IV. adsidentibus *Bentivenga de Bentivengis*, & *Matthæo Aquaspartano* S. R. E. Cardinalibus Minoritis Provinciæ Seraphicæ, præsente CAROLO II. cum ejus Uxore, quem paucis ante diebus in eadem æde Pontifex *Apuliæ*, & *Siciliæ* Regem est inauguratus, Minister Generalis fuit renunciatus. Oblatas sibi a BONIFACIO VIII. infulas *Patavinas* constanter respuit; qua de Caussa eumdem ab officio absolvi jussit. Rexit an. 7.

X I V.

1296 JOANNES MINIUS *de Murrhovallium*, *Firmanæ* Diœcesis, Provinciæ *Marchiæ Anconitanæ*, doctrina, & zelo Seraphicæ paupertatis servandæ illustris, ex Lectore Sacri Palatii Apostolici ad Minoriticum Gregem pascendum, ut supremus in Ordine Pastor, in Comitiis *Anagninis* coram BONIFACIO VIII. assumptus: in Sacr. æde *Aracœlitana* Franciscanam Professionem a D. LUDOVICO Regio Principe, & mox EPISCOPO TOLOSANO emissam excepit; pluries Legatus Apost. ab eodem Pontifice S. R. E. Cardin. & Episcop. *Portuen.* creatus,

ut

ut Vicarius Generalis Ordinem administravit. (*a*) Rexit an. 8.

X V.

1304 B. GUNDISALVUS DE VALLEBONA, Provinciæ *S. Jacobi* in *Hispania*, nobili genere natus, doctrina clarus, & Franciscanæ disciplinæ servandæ studiosissimus, in *Assisinate* Generali Synodo, Præside Cardinale *Minis*, universo Ordini omnium votis præficitur. Autor fuit, ut in *Viennensi* Concilio ederetur *Clementina* EXIVI: Annuos redditus paulatim in Ordinem invectos summo rigore distraxit, ac sub anathematis pœna omnibus interdixit; ab *Alvaro Pelagio* magnopere laudatus. Tandem laboribus fractus, & curis consumptus decessit *Parisiis* an. 1313. Rexit ann. 9.

X V I.

1313 ALEXANDER AB ALEXANDRIA *Statellorum*, vulgo apud Italos, *della Paglia*, Provinciæ *Genuæ*, qui in tuenda *Ordinis Communitate* contra *Spiritualium* accusationes coram CLEMENTE V. plurimam navavit operam: ad Ordinis Præfecturam promotus in *Barcinonensibus* Comitiis, quibus præsentia, & magnis sumptibus adfuit PETRUS ARAGONIÆ REX, post annum, & quartum sui regiminis mensem fato cessit in Cœnobio *Aracælitano* de Urbe. Per ea tempora Ecclesia Christi diu viduata Pastore, Franciscana etiam Familia diu suo Capite caruit.

X V I I.

1316 MICHAEL CESENAS, Provinciæ *Bononiensis*, Theologus ætate sua celeberrimus, vigesimo ab obitu memorati *Alexandri* mense, a Patribus *Neapolim* conventis, sub ROBERTI, & SANCIÆ Regum patrocinio, qui splendidissime ad id necessarios sumptus contulerunt, Ordini administrando absens præficitur, qui multa, ob gravissimam *de Paupertate* quæstionem, mala passus, a JOANNE XXII. ab officio absolvi jussus, Pontifici parere renuit, quem provocat ad Concilium, plures Principes sibi fautores habet: denique, ut par erat, facti pœnitens *Monachii in Bavaria* obiit ann. 1343. Rexit ann. 12.

X V I I I.

1329 GERARDUS ODDONIS, seu OTHONIS, Provinciæ *Aquitaniæ*, doctrina clarus, & Pontificis gratia spectabilis, in Comitiis *Parisiis* a *F. Bertrando a Turre* Minorita Cardinali *Tusculano*, & Vicario Generali, post absolutum ab officio *Cesenatem*, coactis, Minister Generalis renunciatur: velut *alter Elias* Franciscanam Paupertatem insectatur; fastu, & ambitu vitam, & mores instituit; variis Apostolicis Legationibus functus, a CLEMEMTE VI. ann. 1342. ad Patriarchatum *Antiochenum* evehitur, & *Catanensi* Ec-

Chronol. Seraph. "

clesiæ administrandæ præponitur, ubi epidemiæ morbo interiit. Rexit ann. 13.

X I X.

1343 FORTANERIUS VASSALLI, Provinciæ *Aquitaniæ*, doctrina, probitate, Zelo, & morum suavitate spectatissimus, Vicarius Generalis, post *Gerardi* promotionem, a Pontifice institutus, in Comitiis *Massiliensibus*, quibus ipse præfuit, omnium suffragiis Ordini regendo præficitur, quem sapientissime administrat: A CLEMENTE VI. ad *Ravennatensem* Archiepiscopatum, mox etiam ad *Gradensem* Patriarchatum, & demum ab INNOCENTIO VI. ad Sacram Purpuram evectus, de Ordine, de Ecclesia, & Sede Apostolica optime meritus, *Patavii* poste decessit 1361. Rexit ann. 5. m. 8.

X X.

1348 GUILLELMUS FARINERIUS, Provinciæ *Aquitaniæ*, vir doctissimus, & antiquæ Franciscanæ disciplinæ restituendæ studiosissimus, in generali *Veronensi* Conventu, cui *Fortanerius* ut Vicarius præfuit, Minister Ordinis renunciatur, quem pene collabentem sanctissimis legibus, quæ *Constitutiones Fariner iæ* vulgo audiunt, editis in Comitiis *Assisinatibus* ann. 1354. reparavit: ab INNOCENTIO VI. inter Purpuratos Patres *Tit. Sancti Petri, & S. Marcellini* cooptatus 1356. denique plenus meritis obiit *Avenione* 1361. Rexit ann. 9.

X X I.

1357 JOANNES BUCCHIUS Provinciæ *Aquitaniæ*, Theologus sui ævi clarissimus, & morum integritate commendatissimus, in Comitiis *Barcinonensibus*, quibus ut Vicarius iterum præfuit *Farinerius*, supremus Ordinis Moderator eligitur, quem dum in pristinum sedulo restituere conatur, paullo post sui regiminis annum in Cœnobio *Belvensi* in *Burgundia* moritur: tertio per Pontificem commissa cura *Farinerio* ut tamquam Vicarius Ordinem administraret. Hoc anno PETRUS JACOBI II. *Aragoniæ* Regis, & Reginæ, Sororis D. LUDOVICI *Tolosani* Episcopi, Filius, Franciscanis nomen dedit.

X X I I.

1359 MARCUS VITERBIENSIS, Provinciæ *Romanæ*, vir doctus, & pius, ac in rebus agendis, & præsertim in componendis dissidiis mire versatus, a Patribus *Genuæ* congregatis, reclamantibus Italis in diuturniorem, quam par erat, apud *Aquitanos* Ordinis Præfecturam, Minister Generalis renunciatur: pluribus deinde egregie functus Apostolicis Legationibus, ab URBANO V. S.R.E. Cardinalium Collegio adscribitur ann. 1366. ac tandem moritur in patria 1369. Rexit ann. 7. mens. 4.

(*a*) *Vid. Catalog. Cardinalium Prætellorum num. V.*

XXIII.

1367 THOMAS FARIGNANUS MUTINENSIS, Provinciæ *Bononiæ*, doctrina, & morum gravitate spectatissimus, in Comitiis *Assisinatibus*, quibus præfuit *Nicolaus de Resa* Cardinalis Protector, qui, *Mores* ad Purpuram evecto, Ordinem ut Vicarius est moderatus, supremus Minister eligitur: *Observantiam* in *Bruliani* Cœnobio nascentem mirifice promovet: a Fratribus laxioribus in Fide accusatus, & propterea ab officio suspensus, egregie sese tuetur: Denique Nuncii Apostolici munere pluries graviter acto, a GREGORIO XI. ad Patriarchatum *Gradensem*; ab URBANO VI. ad Sacr. Purpuram, & Episcopat. *Tusculanum* promovetur. Rexit ann. 6.

XXIV.

1373 LEONARDUS DE RUBEIS, ex Oppido *de Giffonibus* oriundus, Provinciæ *Terræ Laboris*, in Comitiis *Tolosanis* Ordini administrando præficitur: tempore Schismatis partes sectatus *Pseudo-Clementis VII.* Purpuram sibi ab URBANO VI. oblatam respuit, suscipit tamen a memorato *Clemente* sibi collatam, a quo Orator ad JOANNAM SICILIÆ REGINAM missus, in manus URBANI Fautorum incidit, per quos multa passus: demum *Avenionem* rediit, & a *Pseudo-Benedicto XIII.* qui *Clementi* successit, etiam Episcopus *Ostiensis*, & *Veliterani* fuit renunciatus. Rexit ann. 6.

XXV.

1379 LUDOVICUS DONATUS, Patritius *Venetus*, Provinciæ *Sancti Antonii* antea Minister, Sacræ Theologiæ Magister, Inquisitor *Venetiis* Hæreticæ pravitatis, Procurator Generalis Ordinis, *Leonardi* loco in Vicarium suffectus; in Synodo *Strigoniensi* a Patribus Minister Generalis renunciatur: deinde ab URBANO VI. ann. 1381. Cardinalis *tit. S. Marci* creatur, cum facultate Ordinem moderandi usque ad Comitia *Ferrariam* indicta: demum adversa fortuna diu colluctatus, variis quoque ei objectis criminibus, misere periit. Rexit ann. 4.

XXVI.

1383 PETRUS in *Cassano*, aliis *Consoni*, Oppido natus, Diœcesis *Sulmonensis*, dum Provinciæ *Aprutinæ*, tunc *Pennensis*, in Regno *Neapolitano* Ministri munus ageret, antedicto *Ludovico* Cardinali, qui tanquam Vicarius Comitiis *Ferrariensibus* præfuit, in Ordine administrando infelicissimis temporibus succedit; sed post annum, mensesque aliquot obiit in Cœnobio *Pistoriensi* 1385. dum *Etruriæ* Provinciam visitaret. Iterum *Ludovicus Donatus* vicaria potestate Ordinem ad usque Comitia moderatur.

XXVII.

1385 MARTINUS in *Riparolii* Oppido non ignobili, vulgo *Rivoli*, prope *Augustam Taurinorum*, ex amplissima Marchionum de SANGEORGIO Familia natus, Provinciæ *Genuensis*, in Generali *Patavino* Conventu Minister totius Ordinis renunciatur: favet *Observantibus*; sed duobus, & ultra elapsis annis decedit in Cœnobio *Castri novi* Custodiæ *Papiensis* anno 1387. Nihil porro ad Nos de Comitiis, quæ per *Clementis* sectatores, in *Galliis* præsertim, cogebantur, & in quibus alter Ordinis Præfectus designabatur.

XXVIII.

1387 HENRICUS ALFERUS ex Urbe *Astensi* in *Pedemontio*, Provinciæ *Genuæ*, sanguinis claritate, & virtutis fama conspicuus, ab URBANO VI. post *Martini* obitum, Vicarius Generalis institutus, ad supremam Ordinis Præfecturam in Comitiis *Florentinis* evectus: PAULUCIUM ex nobilissima TRINCIORUM gente in *Umbria* amplissima *Commissarii* auctoritate super *Observantibus* donavit: Ordinem in tanta illa temporum calamitate per 18. annos sapientissime, quoad potuit, administravit; ac demum nonagenarius *Ravennæ* diem clausit extremum ann. 1405.

XXIX.

1405 ANTONIUS DE PYRETO, Provinciæ *Romanæ* (a) in Comitiis *Argentinæ* habitis Ordini moderando præficitur: *Observantium* Familiam singulari amore prosequitur, eique *Joannem a Stronconio* Commissarium confirmat, suumque Vicarium appellat. In *Angliam* Legatus Apostolicus pro schismate extinguendo mittitur: in Concilio *Constantiensi* inter Examinatores Caussæ recidivi *Joannis Huss* recensetur: tandem 1420. moritur. Rexit ann. 15. mens. aliquot.

XXX.

1421 ANGELUS SALVETTUS, *Senis* in *Etruria* nobilibus Parentibus *Florentinis* a patria exulibus natus, doctrina, & præcipue sacro eloquio ornatissimus, olim *Tusciæ* Minister, ad universum Ordinem moderandum in Comitiis *Foroliviì* in *Æmilia* habitis adsumptus; dum Franciscanam disciplinam tempore Schismatis jam plene collapsam restituere nititur, in Patria moritur, tertio ineunte sui regiminis anno. *B. Petrus Villacretius* Regularis Observantiæ in *Hispania* Adsertor eximius moritur in Cœnobio *Rupis Fidelis*, magnisque corruscat miraculis.

XXXI.

1424 ANTONIUS DE MASSA in *Senensi* ditione, Provinciæ *Tusciæ* olim Minister, Concionator Apostolicus, & *Constantinopolitana* Apostolica Legatione MARTINO V. carus, a quo Vicarius Generalis, per obitum *Salvetti*, in-

(a) *Aliis de Pirao Provincia Romaniæ in Græcia.*

institutus, in Comitiis *Ferrarienſibus* Minister totius Ordinis fuit renunciatus. Mirum, quantam eo imperante disciplina Regularis passa sit jacturam! an nimia indulgentia, vel crassa illius incordia desinire non audeo. Quare in Comitiis *Assisiatibus* sese officio abdicare coactus, Pontifex illius honori consulens, ad Episcopatum *Massæ*, & *Populoniæ* eumdem evexit. Rexit ann. 6.

XXXII.

1430 GUILLELMUS DE CASALI, Provinciæ *Genuæ*, Procurator Generalis Ordinis, Vir doctus, prudens, & gravis, sed meliori ætate dignus, in memoratis Comitiis, quibus præfuit jussu Pontificis Cardinalis *Cervantes Hispanus*, suffragiis etiam Familiæ *Observantium*, universo Ordini moderando præficitur. Variis perfunctus egregie Apostolicis Legationibus, de Ecclesia, & Pontifice EUGENIO IV. optime meritus, *Florentiæ* gravi morbo correptus, anno 1442. ex hac vita migravit. Sub hujus regimine statuendum est initium *Vicariorum Generalium apud Observantes*. Rexit ann. 12.

XXXIII.

1443 ANTONIUS DE RUSCONIBUS NOVOCOMENSIS, Provinciæ *Mediolani*, Sanguinis claritate, doctrina, & eloquentia insignis, ad supremam Ordinis Præfecturam fuit promotus in Generali *Patavino* Conventu (cui præfuit B. ALBERTUS A SARTHIANO ex *Observantibus* a Pontifice Vicarius Generalis post mortem *Guillelmi*, institutus, quemque EUGENIUS IV. maluisset Generalem Ordinis moderatorem.) Cum relaxationibus in Ordine finem imponere nulla spes esset, Observantium Familia in *Cismontanam*, & *Ultramontanam* divisa est, & unicuique Vicarius Generalis designatus. Minister Generalis expleto sexennio moritur *Florentiæ*.

XXXIV.

1450 ANGELUS SERPETRUS PERUSINUS, Provinciæ S.P.N. FRANCISCI olim Minister, doctrina, & rerum agendarum peritia clarissimus, dum Procuratoris Generalis munus ageret Vicarius, ob *Antonii* mortem, a Pontifice renunciatus, in Comitiis Generalibus *Aracœlitanis* anno Jubilæi habitis, Præside NICOLAO V. Summo Pontifice, Ordini administrando præficitur. Elapso tertio sui regiminis anno sedulo incubuit, etiam cum Pontifice, ad reducendos sub uno Ministro *Observantes*; sed dum re infecta rediit *Perusiam*, gravi morbo in via affectus, moritur in patria anno 1453.

XXXV.

1454 JACOBUS BOSOLINUS DE MOZANICA, Provinciæ *Mediolanensis* olim Minister, vir doctus, & ad magna molienda aptissimus, Vicarius Generalis per obitum *Angeli* Pontificia auctoritate constitutus, in Comitiis *Bononiensibus*, quibus ipse præfuit, Minister Generalis omnium suffragiis eligitur. Separationis *Observantium* a Ministris osor acerrimus, nullum immotum reliquit lapidem, licet frustra, pro iisdem reuniendis: Legationis Apostolicæ pro congregandis *Crucesignatis* egregie functus munere, obiit *Mediolani* 9. Julii 1457. ætatis annor. 50. Rexit ann. 3.

Chronol. Seraph. *

XXXVI.

1458 JACOBUS DE SARZUELA natione *Catalaunus*, Provinciæ *Aragoniæ* olim Minister, *Jacobo Bosolino* demortuo a CALLIXTO III. Vicarius Generalis sufficitur, mox in Comitiis *Aracœlitanis*, Præsidentibus *Roderico Borgia* Pontificis ex Sorore Nepote, & DOMINICO CAPRANICA Ord. Protectore, S. R. E. Cardinalibus, Minister Generalis designatur, summa Pontificis lætitia, qui gloriabatur Christi Ecclesiam, Siciliæ Regnum, & Franciscanam Familiam simul ab Aragoniis regi. Cum tribus postremis annis senio confectus impar esset Ordini regendo, Collegam sibi adscivit *Franciscum de Ruvere*. Rexit an. 6.

XXXVII.

1464 FRANCISCUS de RUVERE SAVONENSIS, Provinciæ *Genuæ*, Vir sanguine, doctrina, prudentia, & morum suavitate spectabilis, in Generali Conventu *Perusiæ* coacto Minister Generalis renunciatur, summo etiam *Observantium* gaudio. Quarto sui regiminis exacto anno S. R. E. Cardinalis a PAULO II. creatur cum facultate Ordinem moderandi usque ad generalia Comitia: ann. 1471. V. Idus Augusti Summus Pontifex, SIXTI IV. nomine, eligitur: ac demum 1484. Idibus Augusti de Ecclesia, de Ordine Minorum, de Urbe, cujus meruit audiri *Alter Romulus*, anno ætatis suæ septuagesimo e vivis excessit, & in Vaticano sepultus.

XXXVIII.

1469 JOANNES, vulgo ZANETTUS, UTINENSIS, Provinciæ *Sancti Antonii*, celeberrimus ætate sua Theologus, Procurator Ordinis, mox suæ Provinciæ Minister, dum Comitiis præest *Venetiis* jussu PAULI II. a Patribus ad supremam Ordinis Præfecturam evehitur: Legatione Apostolica ad FERDINANDUM REGEM CATHOLICUM, binaque ad SENATUM VENETUM egregie functus, Archiepiscopus *Spalatensis* designatur, deinde a Pontifice Episcopus *Tarvisinus*, unaque Archiepiscopus *Thebanensis* renunciatur: tandem plenus meritis obiit *Tarvisii* Populo, & Reipublicæ gratissimus, anno 1483. Rexit an. 6.

XXXIX.

1475 NICOLAUS NANIUS, patria BRIXIANUS, Provinciæ *Mediolanensis* primum, ac demum *Tusciæ* alumnus, cognomento SAMSON, quod sibi ex SIXTI IV. oraculo derivavit, qui illius admiratus ingenium in dissolvendis *Bandelli* Mag. General. Prædicator. argumentis contra Immac. Deiparæ Conceptionem publica habita in concertatione, SAMSONEM vocavit, in generali Synodo *Urbini* jussu Pontificis coacta, primus Ordinis

nis Moderator instituitur, quem mira prudentia, & morum suavitate rexit ann. 24. & ultra; fato functus *Florentiæ* ann. ætat. suæ 85. æræ Christ. 1499. Multa de ejus ambitione ad hunc annum commentus est *Bzovius*, qui propterea vapulat a Nostris.

X L.

1500 ÆGIDIUS DELPHINUS, patria AMERINUS, Provinciæ S. P. N. FRANCISCI, vir generis oobilitate, doctrina, & zelo Franciscanæ restituendæ disciplinæ clarissimus, Minister *in Oriente*, Procurator Ordinis, & apostolica aoctoritate Vicarius, & Præses, in Comitiis *Interamnensibus* in *Umbria* Minister Generalis electus, *Italia*, *Gallia*, *Hispania* peragratis, ut Ordinem ad pristinam unitatem redigeret, Comitiis ad id *Romam* vocatis, re infecta, *Conventualibus* præsertim sibi adversis, *Neapolim* ad *Observantes* confugit, & in Cœnobio S. *Mariæ Novæ* pie in Domino excedit. Rexit ann. 6.

X L I.

1506 RAYNALDUS GRATIANUS, *Cotignolæ* haod ignobili *Romandiolæ* Oppido oatus, Provinciæ *Bononiensis*, summus ætate sua Theologus, JULIO II. carissimus, in *Romanis* Comitiis, etiam suffragantibus *Observantibus*, universo Ordini moderando præficitur: Sed cum *Observantes* deprimere, & *Conventuales* extollere uimis couatur, officio cogitur vale dicere; ad Archiepiscopatum tamen *Ragusinum*, hoooris caussa, promotus, mox Cardinalis *de Grassis* suffraganeus *Bononiensis*, tandem in Patria moritur 1529. Rexit annos 4.

X L I I.

1510 PHILIPPUS PORCATIUS DE BALNEACABALLO, Provinciæ *Bononiensis*, doctrina, & rerum agendarum peritia eximius, per omnes Ordinis gradus ad supremam ejusdem Præfecturam assumptus in generali Cooveotu ad Sanctos Apostolos *de Urbe* habito, paullo post sui regiminis annum, *Romam* iterum ad gravissima Fidei Catholicæ negotia peragenda a JULIO II. vocatus, ibidem fato fungitur; cui Vicarii munere per fere biennium successit *Gomesius*, natione *Lusitanus*, patria *Portugallensis*, Pontifici acceptissimus, & eximia præditus doctrina.

X L I I I.

1513 BERNARDINUS PRATUS, CHERII natus in *Pedemontio*, Provinciæ *Genuensis*, in Comitiis *Assisinatibus* Minister Generalis renunciatur. In Concilio *Lateranensi* pro *Mendicantium* tuendis privilegiis egregiam navavit operam. Rexit ann. 4. donec instantibus apud Pontificem omnibus Christiani Orbis Principibus, Relaxati a voto Paupertatis Minoriticæ fuerunt deinceps a suprema Ordinis Præfectura penitus exclusi, reservatis sibi peculiaribus Moderatoribus, qui eos sub *Fratrum Minorum Conventualium* titulo *Magistrorum Generalium* administrareot.

X L I V.

1517 CHRISTOHPORUS NUMAJUS, FOROLIVII in *Romandiola* nobilibus ortus Parentibus, doctrina, prudentia, & probitate spectabilis, in Comitiis *Araceelitanis*, quibus jussu Pontificis tres S. R. E. Cardioales præfuerunt, lecta Bulla *UNIONIS*, ab omnibus Regulam S. P. N. FRANCISCI sine relaxatione profitentibus, ex Vicario Observantium, Minister Generalis totius Ordinis renunciatur; vix elapso mense Purpuratis Patribus a LEONE X. adscribitur; variis postea sacris infulis decoratus, *Alatrinensem* ad obitum usque retinuit. In *Borbonica Urbis* direptione multa ab Hæreticis passus, denique obdormivit in Domino *Anconæ* 1528.

X L V.

1518 FRANCISCUS LICHETUS, *Brixiæ* natus, & *Brixiæ* Provinciæ Alumnus, vir Scotistica doctrina celeberrimus, in *Lugdunensi* Capitulo, quod *Numajus* Præses est moderatus, universo Ordini administrando præficitur: Franciscanæ disciplinæ ubique terrarum restituendæ, & propagandæ studiosissimus, longissima, atque asperrima absolvit itinera. Iniique ejus famæ detrahit *Boverius* Annalium *Capuccinorum* Parens, qui propterea vapulat a veritatis Cultoribus. Redux e *Polonia* decessit *Budæ* anno 1520. dum *Ungharia* Provinciam visitaret. Rexit ano. 2. & ultra.

X L V I.

1521 PAULUS SONCINAS, Provinciæ *Mediolanensis* Minister, & Definitor Generalis, in peculiari Synodo coram Pontifice LEONE vota suffragatorum, una cum tribus Disquisitoribus, in Aula Palatii Apostolici recipiente, electus Vicarius Ordinis, *Licheto* demortuo, in Comitiis seqnenti anno in Oppido haud ignobili *Carpii* Provinciæ *Bononiensis* habitis, Minister Generalis fuit renunciatus: denique dum in *Hispaniis* nova Comitia celebraturus contendit, moritur *Avenione* 1523. Rexit ann. 2. mens. aliquot.

X L V I I.

1523 FRANCISCUS QUIÑONIUS, vulgo DE ANGELIS, Regio per affinitatem sanguine natus, Custodiæ Sanctæ Mariæ Angelorum in Hispania alumnus, vir doctrina, pietate, morum suavitate, & severioris Franciscanæ disciplinæ studio in paucis spectatissimus, ex Commissario *Ultramontanæ* Familiæ ad supremam Ordinis Præfecturam evectus in Comitiis *Burgensibus*: variis Apostolicis Legationibus eximie functus, S. R. E. Cardinalis creatus; demum singulare Seraphicæ Familiæ ornamentum excessit *Verulis* 1540. *Romamque* translatus, in Templo *Sanctæ Crucis in Hierusalem* sui Tituli tumulatur. Rexit ann. 5. (a)

XLVIII.

(a) *Vid. Catal. Card. Protectorum Ordinis num. XXI. & Comm. Generalium. num. II.*

X L V I I I.

1529 **PAULUS PISOTTUS PARMENSIS**, Provinciæ *Bononiæ*, generis claritate, doctrina, & in rebus agendis dexteritate conspicuus, per omnes Ordinis gradus ad supremam dignitatem perve..it in generali *Parmensi* Conventu, cui ipse præfuit. Novas timens in Ordine futuras divisiones, dum severioris vitæ cupidos acriter nimis insectatur, illas invitus adducit. Graviter, ac jugiter Podagra laborans coactus est officio se abdicare, qui demum in patria obdormivit in Domino 1534. ætat. ann. 54. Rexit ann. 4.

X L I X.

1535 **VINCENTIUS LUNELLUS, BALUASTRI** in *Aragonia* natus, Provinciæ *Carthaginensis* Alumnus, sanguine, doctrina, & prudentia spectatissimus, in Comitiis *Niciensibus*, communi omnium Patrum consensu, Ordini administrando præficitur: Cæsaris, & Pontificis pluries in Germania Legatus, dignitates omnes extra Ordinem ultro ei oblatas constanter recusat: denique in Concilio *Tridentino* Theologorum Consultor eximius in Domino quiescit ann. 1550. ætat. suæ 70. Rexit ann. 6.

L.

1541 **JOANNES CALVIUS, CALVII** in Regno *Corsicæ* natus, & *Corsicæ* Provinciæ alumnus: vir doctrina, prudentia, & morum suavitate clarissimus, ex Commissario Romanæ Curiæ, ubi primus *Montem Pietatis* instituit, ad universum Ordinem moderandum in generali *Mantuano* Conventu assumptus: duplici Apostolica Legatione conspicuus, Theologorum in *Tridentina* Synodo Consultor, PAULO III. *Galliarum*, & *Lusitaniæ* REGIBUS carus, moritur *Tridenti* 21. Januarii 1547. Rexit ann. ferme 6.

L I.

1647 **ANDREAS ALVAREZ OLYSSIPONENSIS**; dum JOANNI III. *Portugalliæ* Regi est a Secretis, Seraphicam vestem induit in Cœnobio Recollectionis S. *Mariæ de Insula* Provinciæ *Algarbiorum*, unde INSULANUS vocatus: Zelo, prudentia, & caritate in Fratres omnibus carus, in Comitiis habitis in Cœnobio *Portiunculæ* prope *Assisium*, ex suæ Provinciæ Ministerio ad supremam Ordinis Præfecturam evectus, eumdem sapientissime est moderatus. Cœnobia Recollectionis in antedicta Provincia ann. 1565. in *Custodiam*, denique 1568. in *Provinciam S. Antonii* Discalceatorum erigi curavit, adnumerato in primis *Insulano* sibi dilecto. Rexit ann. 6.

L I I.

1553 **CLEMENS DOLERA**, natione *Ligur*, patria *Moneliensis*, Provinciæ *Bononiensis* alumnus, doctrina, & pietate insignis, primum Curiæ Romanæ, deinde Familiæ Cismontanæ Commissarius, denique in generali Synodo *Salmanticen.* Minister Generalis Ordinis renunciatur. A PAULO IV. Purpuratis Patribus cooptatus; a PIO IV. infulis *Fulginatibus* insignitus; demum scriptis Hæredibus Pauperibus Incurabilibus xenodochii S. *Jacobi de Urbe*, moritur in Cœnobio S. Petri in Monte aureo ann. 1568. ætat. suæ 67. & in Templo *Aracælitano* sui Tituli tumulatur. Rexit ann. 4.

L I I I.

1559 **FRANCISCUS ZAMORRA**, natione *Hispanus*, in Urbe *Cuenca* natus, Provinciæ *Carthaginensis*, sanguinis claritate, doctrina, prudentia, morumque integritate conspicuus, per omnes fere Ordinis gradus ad supremam Præfecturam omnium suffragiis in generali Conventu *Aquilæ* assumptus: *Tridentinæ* Synodo, magna cum sui laude, Pontificis interest præcepto; absolutus officio a PHILIPPO II. Rege Catholico ad gravissima negotia Orator mittitur; Episcopatus insigniores ultro sibi oblatos constantissime recusat, ac denique *Plumbini* in *Tuscia* excedit, *Romam* ad Comitia profecturus, 1571. Rexit ann. 6.

L I V.

1565 **ALOYSIUS PUTEUS**, in Oppido *Burgi novi* prope *Placentiam* natus, Provinciæ *Bononiensis* alumnus, eruditione, prudentia, & Sanctitate spectatissimus, inter *Tridentinos* Patres Theologus consultissimus, omnibus peractis suæ Provinciæ, & Ordinis Officiis, Minister Generalis in Comitiis *Vallisoletanis* renunciatur: quo munere absolutus, humilem vitam agens, & ad cœlestem Patriam anhelans, denique plenus meritis obdormivit in Domino 1580. ætat. suæ ann. 73. Rexit ann. 6.

L V.

1571 **CHRISTOPHORUS A CAPITE FONTIUM**, natione *Gallus*, Provinciæ *Britanniæ* alumnus, vir doctrina, morum integritate, & Regularis Disciplinæ zelo clarissimus, Minister primum, deinde suæ Provinciæ Custos, in generali *Aracælitana* Synodo universo Ordini moderando præficitur, quem exemplo non minus, quam vigilantia sapientissime administravit. Variis in lucem doctrinæ suæ editis monumentis, constanter sententiam suam de Sacramenti Eucharistiæ forma, etiam contra *Sorbonam*, tutatus est. A GREGORIO XIII. Archiepiscopus *Cæsareensis* electus, demum obiit *Romæ* in Cœnobio S. *Petri in Monte aureo*. Rexit ann. 8. ex *Piana* Constitutione.

L V I.

1579 **FRANCISCUS GONZAGA**, ex nobilissima MANTUÆ Ducum prosapia, puer in *Belgium* cum *Alexandro Farnesio* missus, deinde cum eodem in *Hispaniam* profectus, ibique in aula cum *Carolo* PHILIPPI II. Regis filio educatus, invitis omnibus, humilem Minorum habitum induit in Cœnobio *Complutensi*: in *Italiam* porro vocatus, Provinciæ

S. *An-*

S. *Antonii* addictus, ac postea Minister electus, in Comitiis *Parisiensibus* supremus Ordinis Pastor vel coactus renunciatur. Episcopus demum *Cephaludensis* primo, mox *Neapolensis*, tandem *Montisani*, & Nuntius a CLEMENTE VIII. in *Galliam* missus, sanctissime demum obdormivit in Domino 1610. Rexit ann. 8.

L V I I.

1587 FRANCISCUS A TOLOSA, Provinciæ *Cantabriæ*, doctrina, morum probitate, & Franciscanæ disciplinæ studio spectabilis, ex Commissario Curiæ Romanæ ad supremam Ordinis Præfecturam evectus in celeberrimis, & pene singularibus *Aracelitanis* Comitiis, quæ memoratus *Franciscus* magnis *Gonzagæ* Familiæ, & Regis Catholici expensis, ad Ordinis gloriam, & utilitatem coegit: Officio absolutus, dum solitariam vitam deinceps agere cupit, ad Episcopatum *Tuyensem* in *Gallecia* promotus, *Pater Pauperum* audiri meruit. Rexit ann. 6. ex nova SIXTI V. Constitutione.

L V I I I.

1593 BONAVENTURA SECUSIUS A CALATAYERONE, Provinciæ *Siciliæ*, quæ tunc unica erat, alumnus, Custodis munus agens a Patribus *Vallisoleti* congregatis Minister Generalis Ordinis renunciatur, quem difficillimis illis temporibus eximie est moderatus: in pace constabilienda *Galliarum* inter, & *Hispaniarum* Reges, jussu Pontificis, egregiam navavit operam; *Gallumque* Regem cum *Sabaudo* Duce pari felicitate composuit: denique ad Patriarchat. *Constantinopolitanum*, mox ad Episcopat. Pacten. deinde ad Archiepiscopat. Messanen. ac tandem ad prædivitem Ecclesiam *Catanen.* a Rege Catholico præsentatus, obiit in Domino. Rexit an. 7.

L I X.

1600 FRANCISCUS DE SOUSA TOLETANUS, Provinciæ *Sancti Jacobi* alumnus, ab omnibus fere Ordinis gradibus ad supremam Præfecturam evectus in generali *Romano* Conventu: vir doctrina, nobilitate, ac mira in rebus agendis dexteritate conspicuus, *Italiæ*, *Germaniæ*, *Galliæ*, & *Hispaniæ* Provincias plurimas, magno regularis disciplinæ zelo, visitavit: Pontifici, Cæsari, ac Christianissimo, & Catholico Regibus carus; infulis denique *Casariensibus*, mox *Oxomensibus*, ac tandem *Segovitensibus* vel invitus decoratus. Rexit ann. 6.

L X.

1606 ARCHANGELUS GUALTERIUS MESSANENSIS, Provinciæ *Siciliæ* Minister, in Comitiis *Toleti* habitis, quibus *Matrito* veniens adfuit PHILIPPUS III. Rex Catholicus, & Franciscanæ Familiæ amantissimus, universo Ordini moderando præficitur, cujus gloriam, in *Italia* præsertim, collabentem mirum est quam junctis viribus erigere conatus sit: denique officio suo egregie functus, ad ditissimum Archiepiscopatum *Montis Regalis* promotus, inter Consodales suos, ut alter Minorita, vitam egit *Panormi*, ubi ac cœlestem Patriam migravit. Rexit ann. 6.

L X I.

1612 JOANNES DEL' HIERRO, nobilissimis Parentibus in loco de *Alcalà* ad Montes, qui Hispanice dicuntur *Sierra Morena*, natus, Provinciæ *Angelorum* tertium, licet invitus, Minister, in Comitiis *Romanis* ad supremam Ordinis Præfecturam promotus, quem exemplo potius, ac morum integritate est moderatus: nondum biennio elapso hanc cum altera vita commutavit *Hispali* in *Hispania*, ætat. suæ 73. Huic substitutus ANTONIUS DE TREJO, Cardinalis hujus nominis Germanus Frater, PHILIPPO III. totique Aulæ carissimus, deinde Episcopus *Carthaginensis*, ac demum Orator Regis Catholici ad Pontificem pro Immaculata Conceptione.

L X I I.

1618 BENIGNUS, natione *Ligur*, in Oppidulo, quod *Villa de Gotti* Italice dicitur, Principatus *Oneliæ*, sub ditione Ducis *Sabaudiæ*, natus, *a Genua* vocatus, ob bella, quæ *Hispanos* inter, & *Sabaudos* tunc furebant, in Custodia Reformata Provinciæ *Siculæ* Minoriticam Regulam professus, *Archangelo* antedicto familiarissimus primum a Secretis, deinde Definitor Generalis, tandem in *Salmanticensi* Conventu omnium suffragiis Minister Generalis Ordinis renunciatur, cujus fluctuantem unitatem mira prudentia sustinuit, regulaœmque disciplinam exemplo non minus, quam legibus confirmavit, aut restituit: semel atque iterum Commissarius Familiæ. (*a*) Rexit ann. 7.

L X I I I.

1625 BERNARDINUS DE SENIS, Provinciæ *Portugalliæ* alumnus, doctrina, & morum integritate conspicuus, suæ Provinciæ egregie functus officiis, memorato *Benigno* fuit a Secretis, mox Commissarius Familiæ, denique in Comitiis *Aracelitanis* ad supremam Ordinis Præfecturam evectus, hanc tanta prudentia, ac Zelo administravit, ut novitates valido conatu promotas eluserit, Franciscanamque disciplinam sartam, tectamque servaverit. Instante Catholico Rege Ecclesiæ *Visensi* invitus præficitur ann. 1630. Eidem Vicaria potestate succedit PETRUS JOVER, Provinciæ *Cataloniæ*, quo defuncto, subrogatur ANTONIUS ENRIQUEZ. (*b*)

L X I V.

1633 JOANNES BAPTISTA A CAMPANEA, Provinciæ Observ. *Principatus* in Regno *Neapolitano* Pater, antedicto *Bernardino* a secretis, & Definitor Generalis, in Comitiis *Toletanis* supremus Ordinis Moderator eligitur: Vir

(a) *Vid. Catal. Commissarior. General. num.* XXVI. *& ann.* 1639. (b) *Vid. eundem Catalog. num.* XXV.

Vir doctrina, morum gravitate, & minoritiæ Observantiæ zelo insignis: officio post sexennium absolutus, infulis *Dertusensibus* in. *Catalonia* fuit decoratus, quas ultro dimisit, & cum *Puteolana* Ecclesia commutavit, ut Immaculatæ Conceptionis Deiparæ caussam *Romæ* ageret: sed re infecta *Puteolos* reversus, ibidem obdormivit in Domino.

L X V.

1639 JOANNES MERINERO, *Matriti* natus, Provinciæ *Castellæ* Lector Jubilatus, & Minister, in generali *Aracælitano* Conventu, cui præfuit Cardinalis *Barberinus* Ordinis Protector, universæ Franciscanæ Familiæ præficitur, contra obnitente Duce *Olivares* Regis Catholici apud Pontificem Oratore. At vero perspecta denique a Rege Viri probitate, non modo illum in Hispanias admisit, sed magno etiam eum honore excepit in aulam. Expleto sui regiminis sexennio, ad Episcopatum *Civitatensem*, vulgo *Città Rodrigo*, vel invitus promotus, sanctissime demum quievit in Domino.

L X V I.

1645 JOANNES A NEAPOLI, ex nobili *Mazara* Familia *Salmone* ortum trahens, in Custodia Reformata Provinciæ *Terræ Laboris* Regulam professus S. P. N. FRANCISCI, oris elegantia, morum gravitate, & prudentia conspicuus, memoratæ Provinciæ super Observantibus, & Reformatis Minister eligitur, postea Definitor Generalis, tandem in Comitiis *Toletanis* Minister totius Ordinis renunciatur. INNOCENTIO X. & Regi Catholico acceptissimus, ad Archiepiscopatum *Valentinum* in *Hispaniis* designatus, morte præventus, *Matriti* excedit 26. Septembris 1648. Rexit ann. 3. menses 3.

L X V I I.

1651 PETRUS MANERO in *Cariñena* oppido Diœcesis *Cæsaraugustanæ* natus, Provinciæ *Aragoniæ* olim Minister, Ordini a Secretis, Definitor Gener. & Commissarius Familiæ, in Comitiis *Romanis*, quibus interfuit ut Vicarius Generalis DANIEL A DONGO Reform. Prov. *Mediolanens.* alumnus, & præfuit Cardinalis Ordinis Protector, supremus Moderator electus, ad Ecclesiam *Tyrasonensem* quinto sui regiminis anno promotus: Vir doctrina, morum suavitate, & Franciscanæ disciplinæ studio spectatissimus: tandem obiit 1659. Huic Vicarii munere successit JULIANUS PEREZ, cui post annum vita functo subrogatus fuit J O A N N E S DE ROBLES. (*a*)

L X V I I I.

1658 MICHAEL ANGELUS BONADIES, *Sambuca* in Regno *Siciliæ* natus, in Custodia *Sicula* Reformata Regulam Franciscanam professus, *Benigno* Ordinis Præsidi a Secretis, mox Definitor Generalis, denique in Conventu *Toletano* omnium fere suffragiis ad totius Ordinis Præfecturam evectus, *Italiæ*, & *Galliarum* Provincias visitavit: Minoriticas Leges in unum collegit, quæ *Statuta Sambucana* vulgo dicuntur: ac tandem officio absolutus, ad *Catanensem* Episcopatum a PHILIPPO IV. promotus, ingenti pietatis laude eumdem administravit. Rexit ann. 6.

L X I X.

1664 ILDEPHONSUS SALIZANES, Provinciæ S. *Jacobi* Minister, in Comitiis *Aracælitanis*, quæ moderatus est Cardinalis Ordinis Protector, Minister Generalis fuit renunciatus; Provincias *Lusitanas*, auctoritate Apostolica etiam munitus, visitavit, ac pristino decori restituit. Ad *Ovetensem* Episcopatum quinto sui regiminis ineunte anno præsentatus, cum Pontificia dispensatione illud ad usque completum sexennium producendum feliciter absolvit ann. 1670. Tandem ad *Cordubensem* Ecclesiam translatus, ibi magna cum pietatis fama quievit in pace.

L X X.

1670 FRANCISCUS MARIA RHINI, *Politii* in *Sicilia* natus, Provinciæ *Vallis Mazariæ* Pater, Guardiani *Montis Syon*, & Custodis *Terræ Sanctæ* munere absolutus, ingenio, dexteritate, ac morum gravitate conspicuus, a Patribus *Vallisoleti* congregatis supremus Ordinis Præses eligitur: *Galliarum* Provincias, & præcipue M. Parisiense Cœnobium, instante Rege, & præcipiente Pontifice, Sanctissimis statutis legibus Seraphicæ disciplinæ restituit: sed dum majora pro Religionis bono sperantur ab eo, infulis *Syracusanis* insignitur. Rexit ann. 4. Menses 5.

L X X I.

1674 FRANCISCUS MARIA DE NICOLIS, in *Romandiola* Oppido, quod *Castrum S. Petri* vocatur, natus, Provinciæ *Bononiensis* Lector Jubilatus, & Minister, Definitor Generalis, dein Procurator Ordinis, a CLEMENTE X. Vicarius Generalis, mox Minister Generalis, alter post *Liebetum*, declaratur: vir doctrina, & humana Sapientia illustris, sed qui gratiis Apostolicis Ordinis libertatem lædere visus est. *Bononiensis* ex Provincia, cujus erat Alumnus, dictus; postea *Cremonensis*, ex singulari Regiæ Curiæ *Matritensis* privilegio. Rexit annum cum dimidio. (*b*)

L X X I I.

1676 JOSEPHUS XIMENEZ SAMANIEGO, in *Najerensi* veteris *Castellæ* Urbe natus, Provinciæ *Burgensis*, sanguinis claritate, doctrina, morum suavitate, & integritate omnibus longe spectatissimus, per cunctos Provinciæ, & Ordinis gradus, demum vel invitus ad *Romana* Comitia vocatus, in his ad supremam Præfecturam, plaudentibus omnibus, pro-

(*a*) *Vid. in Catal. Commiss. General. Num. XXXI.*
(*b*) *Vid. in Catal. Commissar. General. Num. XXXVIII.*

promotus, nulli parcens labori, ac studio, Successorum suorum singulare veluti exemplar fuit. Secuta ejus electione primus ex sui voluntate coram Protectore, & Præside votum emisit de non ambienda, aut acceptanda extra Ordinem dignitate per integrum sui regiminis sexennium; quod demum literis Apostolicis in legem abiit. Rexit ann. *6*.

L X X I I I.

1682 PETRUS MARINUS SORMANUS, patria, & Provincia *Mediolanensis*, Lect. Jub. Ex-Minister, Custos *Terræ Sanctæ*, & Guardianus *Hierusalem*, doctrina, nobilitate, & in agendis dexteritate clarissimus, cum pene in limine electionis *Toletum* pervenisset, unanimi consensu a Patribus Minister Generalis Ordinis renunciatur, quem legibus aut restitutis, aut noviter inductis, sapientissime administravit: J. C. D. N. Sepulchrum CÆSARIS ope a Schismaticis tolli per TURCARUM SULTANUM, & Minoritis reddi, obtinuit: Missionariorum Collegia summo studio variis in locis erigi curavit. Rexit ann. *6*.

L X X I V.

1688 MARCUS ZARZOSA, Provinciæ *Carthaginensis* Lector Jubilatus, & Pater, Ex-Commissarius Generalis Familiæ, vir doctrina, & sacro eloquio insignis, in *Romana* Synodo, cui præfuit Cardinalis *Cybo* Protector, a Patribus universo Ordini administrando præficitur: sed vix ineunte septimo post annum sui regiminis mense, hanc cum alter vita, omnium mœrore, commutavit die *9*. Januarii *1690*.

L X X V.

1690 JOANNES ALVIN, Provinciæ S. *Michaelis* in *Extremodura* Lector Jubilatus, ac Pater, Definitoris Generalis munus agens, sublato e vivis *Marco Zarzosa*, in Congregatione *Matriti* habita, Præside *Juliano Chumillas* ex-Commissario Familiæ, & tunc Commissario *Indiarum*, Vicarius Generalis in quarto scrutinio renunciatur; ac tandem Card. Protectoria precibus ab ALEXANDRO VIII. Minister totius Ordinis declaratur. Rexit ann. 4. Patriæ Episcopatum sibi a CAROLO II. ultro oblatum, humilem inter Minores minimus vitam agere cupiens, constanter recusavit.

L X X V I.

1694 BONAVENTURA POERIUS DE TABERNA, Provinciæ *Calabriæ* Lector Jubilat. ac Pater, primum Ordini a Secretis, mox Definitor Generalis, deinde Commissarius in Romana Curia, tandem in Comitiis *Victoria* celebratis, totius Franciscanæ Familiæ suprema Moderator eligitur: sed quarto sui regiminis anno ineunte se abdicat Officio, & a CAROLO II. ad Archiepiscopatum *Salernitanum* præsentatus, ingenti pietatis, ac munificentiæ laude Ecclesiam illam ad mortem usque moderatur. Rexit ann. 3. & mens. fere 4.

L X X V I I.

1697 MATTHÆUS MESSANENSIS, vulgo a S. *Stephano*, Provinciæ *Terræ laboris* Lector Jubilatus, ex-Custos, & Definitor Generalis: Vir Doctrina, oris elegantia, & morum suavitate conspicuus, in Congregatione generali *Aracælitana*, cui præfuit *Bonaventura Poerius*, omnium suffragiis Vicarius Generalis renunciatur, quem deinde INNOCENTIUS XII. Ministrum totius Ordinis declaravit. Rexit ann. 2. mens. fere *9*. Demum Infulis *Cephaludensibus* decoratus, piissime obdormivit in Domino.

L X X V I I I.

1700 LUDOVICUS DE LA TORRE, Provinciæ S. *Jacobi* Lector Jubilatus, Regius Concionator, olim Ordini a secretis, & Minister Provincialis, ex-Vice-Commissario Familiæ in Comitiis *Romanis*, anno Jubilœi, Præside Card. *Spada* a Pontifice delegato, totius Seraphici gregis Moderator electus, vix post adeptam præfecturam adversa valetudine diu vexatus, summo totius Religionis incommodo, denique in Cœnobio *Placentino* in *Hispaniis* ex hac vita migravit die 13. mensis Octobris 1701.

L X X I X.

1701 ILDEPHONSUS DE BIEZMA, Provinciæ Castellæ Lect. Jubilatus, & ex-Minister, Regius Ecclesiastes, & Theologus, ex Commissario *Indiarum* Præses Congregationis generalis habitæ *Matriti* 5. Decembris Vicarius Ordinis renunciatus, literis Apostolicis datis sub die 23. Januarii ann. 1702. Minister Generalis declaratur. Vir doctrina, prudentia, & morum suavitate insignis, sed sævientibus bellorum tumultibus, frustra semel atque iterum Comitia indixit: denique *Matriti* excessit 10. Augusti ann. 1716. Rexit ann. 14. mens. fere *9*.

L X X X.

1716 JOSEPHUS GARCIA VALLISOLETANUS, Provinciæ *Conceptionis* Lect. Jubilat. & ex-Minister, Procurator Generalis Ordinis, in Conventu *Matritensi* die 16. Septembris, cui præfuit *Josephus Sanz* Commissarius *Indiarum*, omnium suffragiis in Vicarium electus, a CLEMENTE XI. Minister Generalis meruit declarari. Eleemosynis a se collectis Statua marmorea S. P N. FRANCISCI, habitu Observantium sculpta, in Templo Vaticano fuit collocata: ad prædivitem Episcopatum *Seguntinum* promotus, obiit tandem nonagenarius 1749. Rexit ann. *6*. mens. 8.

L X X X I.

1723 LAURENTIUS COZZA A S. LAURENTIO Diœcesis *Montis Falisci* oppido, Provinciæ *Romanæ* Lector Jubilatus, & ex-Minister, olim Guardianus *Hierusalem*, mox Pontificis literis Discretus Perpetuus Ordinis, deinde Vice-Commissarius Familiæ Observantium,

tan-

tandem in Comitiis *Aracælitanis*, quibus summa majestate præfuit INNOCENTIUS XIII. Minister Generalis renunciatur. Vir doctrina, prudentia. & dexteritate insignis, qui malos in Minoriticam Paupertatem usus invectos magno studio evellere conatus est: a BENEDICTO XIII. circa finem anni 1726. Purpuratorum Patrum collegio cooptatus, tandem plenus meritis obiit 1728. Rexit ann. 3. mens. 7. (*a*)

LXXXII.

1726 MATTHÆUS BASILE A PARETA, Diœcesis *Aversanæ* Oppido, Provinciæ *Terræ Laboris* Lector Jubilatus, & ex-Minister, Commissarius in Curia Romana, mox Procurator Generalis Ordinis, denique in generali *Romana* Congregatione die 21. Decembris 1726. Vicarius Generalis electus, a Pontifice totius Ordinis Minister declaratur: Vir doctrina, & morum suavitate conspicuus, qui officio absolutus, a CÆSARE ad Archiepiscopatum *Panormitanum* præsentatus, dum Ecclesiam illam magna sui nominis fama administrat, CAROLUM BORBONIUM utriusque *Siciliæ* Regem coronat die 3. Julii ann. 1735. Tandem moritur 24. Januarii 1736. Rexit ann. 2. mens. fere 6.

LXXXIII.

1729 JOANNES DE SOTO VALLISOLETANUS, Provinciæ *Conceptionis* Lector Jubil. olim Custos, Ordini a secretis, & Procurator Generalis, dum Commissarii *Indiarum*, & *Familiæ* munus obiret, in generali *Mediolanensi* Synodo, cui præfuit antedictus *Matthæus Basile*, a Patribus ad supremam Ordinis Præfecturam evectus: Vir pietate, & studio Franciscanæ disciplinæ servandæ conspicuus. Cum ob bellorum caussas Comitia generalia cogi nequaquam possent a CLEMENTE XII. in officio fuit confirmatus: verum non diu superstes remansit, nam die 14. Februarii 1736. piissime obdormivit in Domino. Rexit ann, 6, mens. fere 7. (*b*)

LXXXIV.

1736 JOANNES BERMEJO, Provinciæ *Angelorum Castellæ veteris* Lector Jubilatus, & Pater, olim Commissarius in Curia Romana, a Patribus in generali Conventu *Matritensi Joanni* defuncto ad Ordinem Vicaria potestate moderandum sufficitur, moxque a CLEMENTE XII. ad Patrum *Romæ* existentium preces, Minister Generalis renunciatur: Vir morum suavitate, ac pietate insignis, qui Ordinem ad ann. usque 1740. administravit. Rexit ann. 4. & ultra.

LXXXV.

1740 CAJETANUS POLITI, in Oppido *Lauriai* Diœcesis *Salernitanæ* natus, Provinciæ *Principatus* Lector Jubilatus, ex-Secretarius Familiæ, & Commissarius in Curia Romana, in Comitiis *Vallisoletanis*, quibus præfuit supramemoratus *Josephus Garcia* Episcopus *Seguntinus*, totius Ordinis supremus Moderator eligitur. Vir doctrina, morum suavitate, & oris elegantia eximius, qui magna ad Ordinis utilitatem molitus fuisset, nisi fere statim post susceptam Præfecturam infensa valetudine, atque in dies ingravescente, fuisset conflictatus. Rexit ann. 3. mens. 9. dies 8.

LXXXVI.

1744 RAPHAEL DE RUBEIS A LUGAGNANO, Diœcesis *Placentinæ* Oppido, Provinciæ *Bononiensis* Reform. Lect. Emeritus, & ex-Minister, dum Guardiani munus ageret in Regio S. *Claræ* Monasterio *Neapolis*, Custos *Palæstinæ* renunciatus, in Congregat. *Aracælit.* Vicarius Ordinis absens electus, a BENEDICTO XIV. Minist. Gener declaratur. Apostolicas sanctiones de dignitatibus, & gratiis Ord. Sæcularium commendationibus non impartiendis, constantissime servavit: Custodiam *Terræ Sanctæ* optimis legibus constabilivit: & quod summum est, in Comitiis generalibus meruit a Pontifice de peracta Ord. administratione laudari. Rexit ann. 6. (*c*)

LXXXVII.

1750 PETRUS JOANNETIUS DE MOLINA, Provinc. *Valentiæ S. Joann. Baptistæ* alumnus, olim Theologiæ Lector, & Ecclesiastes insignis, sanguinis claritate, rerum agendarum peritia, ac morum suavitate spectatissimus, dum Procuratoris Discalceat. & Recollect. munus obiret, in Comitiis *Aracælitanis*, quibus BENEDICTUS XIV. P. O. M. summa Majestate præfuit, ad supremam Ordinis Præfecturam evectus, hanc indefesso labore, ac studio egregie administrat, quem Deus ad totius Religionis commodum, & utilitatem diu nobis sospitem, atque incolumem conservet.

(a) *Vid. Catal. Commiss. Gener. ann. 1716.* (b) *Vid. Catal. Commiss. General. num. XLVIII.* (c) *V. eundem n. LIV.*

CATALOGUS

Omnium Reverendissimorum PP. Vicariorum Generalium FF. Minorum de Observantia Familiæ Cismontanæ, & Ultramontanæ.

Vicarii Gener. Fam. Cismont.

I.

1443 D. JOANNES A CAPISTRANO, qui Seraphicum induit habitum, & Minoriticam professus est Regulam inter *Observantes* in pervetusto S. FRANCISCI *Montis Perusiæ*, actis *Patavinis* generalibus Comitiis, jussu EUGENII IV. a Ministro totius Ordinis Vicarius Generalis eorumdem *Observantium*, & Monialium instituitur: quam electionem ratam habuit Pontifex Apostolicis literis *Fratrum Ordinis Minorum &c.* Vir doctrina, sapientia, & Sanctitate insignis, *Constitutiones* saluberrimas edidit pro constabilienda in Familia Observantium Regulari disciplina, quas deinde aliis *Declarationibus* provide illustravit.

Vicarii Gener. Fam. Ultramont.

I.

1443 JOANNES PIEROCHE, alias DE MAUBERTO, natione *Belga*, iisdem, quibus *Joannes Capistranensis*, mutatis mutandis, *Antonii de Rusconibus* Ordinis Ministri literis, Ultramontanus Observantium Vicarius Generalis designatur, iisdemque Pontificis literis confirmatur. Mota controversia de utriusque Vicarii auctoritate, ac quatuor S. R. E. Cardinalibus dirimenda commissa, sancitum est eamdem penes illos esse in Observantes auctoritatem, quæ erat apud Ministros Generales in Fratres totius Ordinis. Vir pietate, ac studio Franciscanæ disciplinæ clarissimus.

EUGENIUS IV. APOSTOLICIS LITERIS *Ut sacra Ordinis Minorum &c.* CONSTITUIT, UT VICARII UTRIUSQUE FAMILIÆ SINGULIS TRIENNIIS COMITIA INDICANT, ATQUE IN IIS UNAQUÆQUE OBSERVANTIUM FAMILIA SUUM ELIGAT VICARIUM GENERALEM AB ORDINIS MINISTRO INFRA TRIDUUM CONFIRMANDUM.

II.

1446 B. JACOBUS DE PRIMADITIIS, Provinciæ BONONIENSIS alumnus, in Comitiis *Aracœlitanis*, quibus præfuit EUGENIUS IV, in cujus manibus *Joannes a Capistrano* Apostolicis Legationibus functurus officio sese abdicavit, primus Observantium suffragiis Vicarius Generalis renunciatur. Vir doctrina, pietate, & miraculis insignis. Statuitur Cœnobium *Aracœlitanum* sub immediata Vicarii Generalis jurisdictione, se vocandos duos ex *Germania*, totidemque ex *Gallia*, & *Hispania* viros doctos, & graves, qui ibidem sint Familiæ splendori, & præsidio.

1446 JOANNES DE MAUBERTO *in suo Vicarii Ultramontani munere confirmatur, quod ad mortem usque retinuit. Obiit autem* 24. *Augusti* 1450. *in Cœnobio* ATHENSI *in* HANNONIA, *& sub hoc Epitaphio tumulatus*: HIC JACET SACRÆ REGULARIS OBSERVANTIÆ ORDINIS FF. MINORUM PROFESSOR, ET AMATOR PRÆCIPUUS, FR. JOANNES PIEROCHE, ALIAS DE MAUBERTO, QUI PER MULTA TEMPORUM CURRICULA EXTITIT FF. NUNCUPATOR. VULGARITER DE OBSERVANTIA IN PLURIBUS PARTIBUS, ET PROVINCIIS DIRECTOR, ET VICARIUS, SUÆ VITÆ DIEM COMPLEVIT XXIV. AUGUSTI A. D. MDCCL.

1449 D. JOANNES A CAPISTRANO *in Conventu* NEMORIS AD MUGELLUM *Provinc.* TUSCIÆ *a Patribus iterum Vicarius eligitur*, JACOBO *gravem admodum sibi sarcinam humiliter dimittente. Eo confluxere fulgentissima illius temporis Observant. Sidera, quo invitaverat magnus ille Heros* COSIMUS MEDICÆUS, *qui sumptus omnes liberalissime impendit, quique toto Comitiorum tempore, vocatis etiam Filiis, ibidem Fratribus est conversatus. Acriter cum Ordinis Ministro disceptatum de abrogando Eugeniano* UT SACRA,

II.

1451 THEODORICUS AURIGA, Provinciæ *Franciæ* Vicarius, defuncto *Joanne de Mauberto*, Pontificis auctoritate Comitia *Barcinonem* convocat, quorum suffragiis in Cœnobio *Sanctæ Mariæ de Jesu* extra Urbem Vicarius Generalis renunciatur. Regularis Observantis sub ejus Præfectura ultra montes magnopere aucta est, in *Hispania* per *Alphonsum Boroxium* ejus Commissarium; in *Germania* per Cardinalem *Cusanum*; in Gallia per seipsum. Perlectis in Conventu *Barcinonensi* literis *Joannis a Capistrano*, firmior statuta est

sed inter

sed frustra, licet aliqui ex Observant. assentirentur.

I I I.

1452 B. MARCUS ELEPHANTUTIUS, *Bononiæ* nobili genere natus, dum *Joannis Capistranensis* in *Italia* vices gereret, in Comitiis, quibus ipse præfuit, *Aquilæ* in Cœnobio *Sancti Juliani* extra Urbem, Vicarius Generalis eligitur. Franciscanæ disciplinæ servandæ, ac promovendæ studio flagrans, plurimas sibi subjectas Provincias, multa in iis sapienter instituendo, ac corrigendo, visitavit. *Roberti Liciensis*, clarissimi sui ævi Concionatoris, ejusque fautorum, de abroganda *Eugeniana* sanctione *Ut Sacra*, irritos reddidit conatus; quinimo eamdem a NICOLAO V. confirmari obtinuit.

I V.

1455 BAPTISTA TAGLIACARNE DE LEVANTO, Provinciæ *Genuensis* Vicarius, & Definitor Generalis, in Comitiis *Bononiæ* in Cœnobio S. *Pauli* extra Urbem habitis, in quibus frustra tentatum de *Capistrano* tertium eligendo, contradicentibus ejus Sociis & quia senex, & quia Fidei negotiis plane devotus, Vicarius Generalis ex septem gravissimis, & Sanctissimis viris, qui ad id munus postulabantur, renunciatur: florentis sane ætatis vir, sed doctrina, morum suavitate, & eloquentia clarissimus. Iterum per hæc tempora acerrime actum de *Eugeniana* Bulla abroganda, assentiente potius Pontifice CALLIXTO III.

V.

1457 ANTONIUS A MONTEFALCO in *Umbria*, Provinciæ S. P. N. FRANCISCI: Vir doctrina, prudentia, morum integritate, & Apostolicis Legationibus celeberrimus (quem NICOLAO V. è vivis sublato, cum de ejus Successore eligendo acriter disceptaretur, statutus pene suffragiorum numerus, teste *Mariano Florentino* Synchrono Scriptore, in secundo scrutinio ad Pontificatum evexerat) in Comitiis *Mediolanensibus* jussu Pontificis coactis, ad quæ etiam utriusque Familiæ Observantes convenerant, Vicarius Generalis renunciatur; sed eodem anno moritur *Romæ* in Cœnobio *Aracælitano*.

1458 BAPTISTA TAGLIACARNE DE LEVANTO *iterum in generalissima, quem vocant, Aracælitano Conventu, Vicarius Familiæ renunciatur. Ad compescendam quorumdam Observantium, qui a Pontifice ad pecunias colligendas pro Turcis bello inferendo designabantur, relaxationem, omnem ab eodem Pontifice* CALLIXTO III. *auctoritatem obtinuit, quem tamen frustra precatus est de ejus abroganda Constitutione*: ILLIUS, CUJUS IN PACE &c. *At* PIUS II. *ejus Successor eodem anno illam* abs-

inter utramque Familiam concordia.

I I I.

1454 JOANNES QUIESDEBER, Provinciæ *Franciæ* Vicarius, in Conventu *Basileensi* Provinciæ *Argentinæ* Observantibus Ultramontanis regendis præficitur: Vir doctrina, & morum integritate conspicuus. Missis pro confirmatione ad Ministrum Generalem ejus electionis Actis, cum ille eadem confirmare detrectaret, post triduum a præsentatis Actis, juxta *Eugenianam* Constitutionem, Familiæ suæ administrandæ ultro manus admovit: obtinuit tandem, sed Pontificis præcepto, ad quem binas *Capistranus* totius facti narrativas scripserat epistolas.

1457 THEODORICUS AURIGA, *exclusis Observantibus a ferendo suffragio in Comitiis Mediolanensibus totius Ordinis, non obstante Pontificis præcepto, unus ex tribus, juxta* CALLIXTINAM *Constitutionem, Ministro Generali noviter electo a suis præsentatus, Vicarius Familiæ iterum deligitur in Cœnobio* S. ANGELI: *sed tristi fato & ipse, teterrima in* ITALIA *peste sæviente, moritur eodem anno* AQUILÆ *in Cubiculo* D. BERNARDINI. *His peragendis Comitiis regios fere sumptus ultro suppeditavit* FRANCISCUS SFORTIA *Dux, qui cum* BLANCA *uxore erat Ordini addictissimus, præsertim Observantibus.*

I V.

1458 JOANNES MOCINUS in Comitiis *Aracælitanis*, quibus iterum in ferendo suffragio in limine electionis exclusi fuerunt Observantes, ne incerta evaderet *Jacobi de Sarzuela* electio, quem Pontifex Ministrum Generalem totius Ordinis exoptabat, Familiæ Ultramontanæ Observantium Moderator eligitur: Vir doctrina, & morum integritate insignis, qui in Cœnobio *Metensi* ann. 146[illegible]. sanctissime obdormivit in Domino. HENRICUS *Castellæ*, & *Legionis* Rex impense per hæc tempora favit Observantibus, præsertim ut sub uno, eodemque omnes viverent Magistratu.

V.

1461 ZEGERUS DUSCLARE DE DIXMUNDA, Vicarius Provinciæ *Franciæ*, & olim Commissarius in Curia Romana pro Familia Ultramontana, huic moderandæ præficitur in Comitiis *Salmanticæ*. Vir pietate, & in Pauperes caritate insignis. Ne Conventuales deinceps Observantes prædicarent suæ Regulæ transgressores, quod non *Ministris*, ut illa præscribit, sed *Vicariis* parerent, obtinuit, petente Christianissimo Rege, literas a Pontifice, quibus *Vicarii* veri *Ministri* declarantur,

Vicarii Gener. Fam. Cismont.

abolevit, & ad EUGENIANAM *Bullam iterum Observantes reduxit.*

V I.

1461 LUDOVICUS VICENTINUS, Provinciæ *Sancti Antonii*, in pervetusto *Auximano* Virginis *Annunciatæ* Cœnobio Provinciæ *Marchiæ* Observantibus regendis a Patribus, juxta *Eugenianam* Constitutionem, præficitur: Vir doctus, & Franciscanæ disciplinæ servandæ studiosissimus. *Bosnensium*, & *Dalmatarum* Fratrum controversias præsens absolvit. Ejusdem precibus a PIO II. sublata est Ministra Generalis Sororum de Pœnitentia, ac propterea occasio discurrendi, sub visitationis prætextu. Magna per hæc tempora mota est in D. JACOBUM PICENUM controversia *de Sanguine Christi*.

1464 B. MARCUS BONONIENSIS *in Generali Conventu habito in* PORTIUNCULA *iterum Observantium Moderator eligitur. Cum eodem tempore* PERUSIÆ FRANCISCUS DE RUVERE *ad supremam Ordinis Præfecturam, consilio* D. JACOBI PICENI, *qui ibi in Cœnobio* S. FRANCISCI MONTIS *commorabatur, fuisset evectus, quadringenti Observantes ex æde* PORTIUNCULÆ PERUSIAM *se contulerunt, ac publica supplicatione per Urbem cum reliquis ad Ecclesiam principem nuper renunciatum Ministrum deduxerunt, magna cum Populorum ædificatione, & totius Ordinis lætitia.*

1467 BAPTISTA TAGLIACARNE DE LEVANTO *in Comitiis* MANTUANIS, *quibus sumptus largissime ministravit* FRIDERICUS MARCHIO *Observantium amantissimus, tertio Vicarius Generalis renunciatur. Vir fuit prudentia, & morum integritate insignis, qui denique* CAJETÆ *gravi morbo correptus, sub finem Januarii ann.* 1469. ROMAM *deductus, in Cœnobio* ARACŒLITANO *mense sequenti obdormivit in Domino, præ foribus Sacrarii honorifice tumulatus.* JACOBUS CORNETANUS, *Provinciæ* ROMANÆ *Vicarius, Apostolica auctoritate ejus vices gessit usque ad Comitia ejusdem anni.*

1469 B. MARCUS BONONIENSIS *in Generali Conventu habito in* INSULA BISENTINA *lacus* VULSINII *tertio instituitur Vicarius, sub cujus regimine, cum SIXTUS IV. Pontifex esset renunciatus, de subjiciendo iterum Ministris Observantium Familia seria actum est,* MARCO *sese opponente, qui ne ita statueretur, Pontifici innumeras Regum, & Principum epistolas obtulit, quas cum legisset Papa stupens, ac territus inquit:* Ego putavi mihi rem esse cum mendicis, & pediculosis Fratribus, non cum universis Principibus: *Nihil proinde innovatum.*

VII.

Vicarii Gener. Fam. Ultramont.

tur, licet ad confusionem tollendam diverso nomine vocitarentur.

V I.

1464 JOANNES DE MACRIFORTIS, Provinciæ *Turoniæ* Vicarius, in Comitiis *Mechliniensibus* Provinciæ *Coloniæ*, Observantium Familiæ administrandæ designatur. Huic PIUS II. Ordini addictissimus singulare dedit Privilegium de per se ipsum corripiendis, ac puniendis Fratribus sibi subditis, quos in fide deficere invenisset. Ad pacem, & concordiam *Observantes* inter & *Conventuales* fovendam, præsertim ultra montes, plura sanctissime idem Pontifex constituit. B. *Amadeus Lusitanus* habitu Minoritico *Assisii* induitur; unde per hæc tempora *Amadæistarum* Origo.

V I I.

1467 JOANNES PHILIPPI, Provinciæ *Burgundiæ* Vicarius, in Cœnobio *Montis Lucii* ejusdem Provinciæ, Vicarius Generalis designatur, PHILIPPO BONO *Burgundiæ* Duce adhuc superstite, Ordinis, & præcipue Observantium, ad miraculum amantissimo, qui hoc eodem anno è vivis decessit. Sequenti anno alter *Joannes* itidem Burgundus, *Tesserandus*, vel *Tesseranus*, & aliis latinius *Textor* cognomento, Concionator sui ævi celeberrimus, primus *Parisiis* Monasterium Mulierum a prostibulo ad pœnitentiam redeuntium instituit, aliaque deinde aliis in locis plura fundavit.

V I I I.

1670 FRANCISCUS BLONDE, Vicarius Provinciæ FRANCIÆ, in Comitiis habitis in Cœnobio *Palentiolæ* Provinciæ *Castellæ*, Vicarius Generalis renunciatur: sed anno sequenti fato fungitur in altero *Montis Lucii* Provinciæ *Burgundiæ*, cujus Vicarius, juxta Bullam *Eugenianam*, vices egit, nimirum *Simeon Maffei*, qui Comitia *Basileæ* anno 1472. celebranda indixit. Plurima hisce temporibus, in *Hispaniis* potissimum, constructa sunt Ordinis Cœnobia. SIXTUS IV. B. *Amadæo*, qui ei a sanctioribus erat consiliis, plura concessit privilegia.

I X.

1472 JOANNES CROYN, Provinciæ *Turonensis* Vicarius, a Patribus *Basileensibus* Observantium Moderator eligitur, vir prudentia, & morum integritate spectatissimus. Hoc anno natalem diem S. P. N. FRANCISCI *Sixtus IV.* universæ Ecclesiæ festivum indicit, ejusdemque de sacris Stigmatibus singulare privilegium adserit, vetitis etiam *D. Catharinæ Senensis* imaginibus, quæ illud idem repræsentabant. Item PP. Conventualibus primus facultatem concedit succedendi in hæreditatibus, aliaque admittendi, ac si ipsi in sæculo degerent.

1475 JO-

Vicarii Gener. Fam. Cismont.

V I I.

1472 B. ANCELUS A CLAVASIO, natione *Pedemontanus*, Provinciæ *Genuæ*, in Comitiis *Aquilanis*, quibus præfuit jussu Pontificis in *Marcum* irati *Ludovicus Vicentinus*, Vicarius Generalis designatur: Vir doctrina, & sanctitate conspicuus, qui tandem cum aliis Observantibus SIXTO IV. caris obtinuit, ut in hujus gratiam antedictus *Marcus* rediret. Exinde idem Pontifex Fratribus etiam de Familia fuit addictissimus. Hisce Comitiis interfuere Fratres ferme bis mille, qui eo confluxerant, ut augustissimæ Corporis integri, atque incorrupti D. BERNARDINI Translationi præsentes essent.

V I I I.

1475 PETRUS NEAPOLITANUS, Discretus Provinciæ *Sancti Antonii*, cui *Marcus Bononiensis* Pontifici minus acceptus, jam pridem Superiora comitia regenda, licet, frustra, commiserat, in generali Conventu *Neapoli* habito, quem FERDINANDUS Rex magnis sumptibus aluit, summaque prosecutus est familiaritate, Vicarius renunciatur. In eo *D. Jacobus Picenus* renuit suffragium ferre, videns *Marcum* laudatum despectum, & a Capitulo exclusum: precatus est itaque, ut ille pro se admitteretur suffragaturus, quod & obtinuit. Ita excipiebatur qui tertium fuerat Vicarius Familiæ.

1478 B. ANGELUS A CLAVASIO *in Comitiis in Cænobio* PAPIENSI D. JACOBI *habitis iterum Familiæ regendæ præficitur. Hoc anno ad superos evolavit* PLACENTIÆ MARCUS ELEPHANTUTIUS *sæpe memoratus, magna cum Sancti'totis fama, ubi innumeris corruscat adhuc miraculis; &* CABRIEL VERONENSIS *individuus* D. JOANNIS CAPISTRANENSIS *socius, ex illicita Comitis* GUIDONIS RANCONII MUTINENSIUN *nobilissimi concubitu filius, rogante* MATTHIA UNGARIÆ *Rege, primus ex Fratribus de Familia ad Sacram Purpuram evehitur: Vir doctrina, prudentia, morum integritate, & in rebus agendis dexteritate clarissimus.*

1481 PETRUS A NEAPOLI *in generali Conventu* FERRARIÆ *habito suæ iteram moderandæ Familiæ Præfectus instituitur. Multas gratias, & privilegia concedit Pontifex Fratribus, & Sororibus:* D. BONAVENTURAM *sequenti anno magno cum pompa Sanctorum numero adscribit, ejusque natalem diem inter festa Palatii Apostolici recenset: publica initur de Deiparæ Immaculata Conceptione coram Pontifice disputatio, qui alterom proinde ea de re satis gravem edit Constitutionem: Observantes Provinciæ Seraphicæ respuunt constantissime directionem Sororum Tertii Ordinis, quæ clausuram servare detrectant.*

1484 B. ANCELUS A CLAVASIO', *qui jam pridem privilegium a Pontifice obtinuerat, ne cogeretur ad Ordinis officia suscipienda, in Comi-*

Vicarii Gener. Fam. Ultramont.

1475 JOANNES PHILIPPI, *Franciæ Vicarius, in Conventu* AUDOMARENSI *ejusdem Provinciæ iterum Familiæ Vicarius a Patribus instituitur. Mota controversia de Deiparæ immaculata Conceptione, favit Pontifex piæ sententiæ, datis literis apostolicis anno sequenti.* FERDINANDUS REX CATHOLICUS, & ISABELLA *ejus Conjux, ex voto emissa pro obtinenda contra* MAUROS GRANATENSES *victoria, celeberrimum* S. JOANNIS REGUM *Cænobium* TOLETI *pro Observantibus extruxerunt; &* MARIA TOLETANA *Monasterium* SANCTÆ ELISABETHÆ *Reginæ.*

X.

1478 GUILLELMUS BERTHOLDI, Provinciæ *Turoniæ*, in Comitiis *Castri Rodolphi* ejusdem Provinciæ, Vicarius Generalis renunciatur. Nondum completo triennio moritur in Provincia *Argentinæ*: cujus vices egit *Joannes de Larre* ejusdem Provinciæ Vicarius, quo itidem fato functo, ei substituitur *Guillelmus Etmandi* Provinciæ *Burgundiæ* Vicarius. Anno 1480. *Joannes Populeus*, vulgo *de la Puebla, & de Soto Major* FERDINANDI CATHOLICI consanguineitate clarissimus, habitu Observantium a Pontifice induitur, & in humili Provinciæ *Seraphicæ* cœnobiolo vitam hoc anno degere incipit.

1481 JOANNES PHILIPPI, *in Cænobio* MONTIS LUCII *Provinciæ Burgundiæ tertium suæ Familiæ a Patribus Moderator eligitur.* PETRUS *Cardinalis* DE FUXO *Minorita* FRANCISCUM PHŒBUM *ejus ex germano Fratre nepotem*, FERDINANDI ARAGONIÆ *Regis avunculi sui copiis adjutus, sequenti anno in Templo principe* PAMPILONENSI, *summo omnium Ordinum consensu*, NAVARRÆ *Regem inaugurat. Ad omnem submovendam dubitationem Pontifex rogatus declarat Observantes non comprehendi in privilegio de succedendis hæreditatibus, quod* AD IMPORTUNAM NONNULLORUM INSTANTIAM *se Ordini concessisse fatetur.*

1484 JOANNES CROYN *in generali* BRUGENSI *Provinciæ* FRANCIÆ *Conventu iterum moderandæ Familiæ designatur: Patres* ANCLI, *qui se Familiæ Observantium adscribi petebant, in his comitiis admissi sunt. Moritur hoc anno* SIXTUS IV. *summo totius Seraphicæ Religionis mœrore, eique sufficitur* INNOCENTIUS VIII. *a quo* CROYN *declarari obtinuit, Fratres sibi subditos uti non posse privilegio* BULLÆ CRUCIATÆ, *præsertim de sibi eligendo Confessario, per quem ab omnibus casibus absolveretur, sine superiorum licentia.*

X I.

1487 OLIVERIUS MAYLLARDUS, Provinciæ *Aquitaniæ* alumnus, in Comitiis *Tolosanis* ejusdem Provinciæ, Vicarius Generalis renunciatur:

Vicarii Gener. Fam. Cismont.

mitiis in MONTE ALVERNÆ *habitis tertium Vicarius Generalis renunciatur, & a* CHERUBINO SPOLETANO, *aliisque Viris gravissimis adigitur ad onus subeundum.* (a) *Statutum est primum, ne deinceps, ut olim, suffragia publicarentur, sed conferrentur secreta in occulto scrutinio per Compromissarios examinanda. Lites de Sororum Clausura nec per Pontificem dirimi possunt; unde aliæ parent, aliæ Amadæistis addicuntur.*

I X.

1487 JOANNES DE SIGESTRO, Provinciæ *Genuensis*, Vicarius *Corsicæ* electus, mox Commissarius in Curia, denique in Comitiis *Portiunculæ* Vicarius Generalis renunciatur. Annuos redditus pro locis *Terræ Sanctæ* servandis, eorumque Fratribus alendis ex pinguibus beneficiis *Galliæ*, *Hispaniæ*, & *Burgundiæ* exigendos, a Pontifice statutos, intrepide recusavit: severo decreto ab eodem Pontifice prohiberi obtinuit transitus Observantium ad Conventuales, vel ad alias particulares Ordinis Congregationes: ac tandem ne Prædicatores, aut Minores alterutrum eorum in Caussis Fidei judicarent.

1490 B. ANGELUS A CLAVASIO *in Comitiis habitis in Cœnobio* S. DONATI *extra Civitatem* URBINI *Vicarius Generalis quartum vel invitus eligitur: Vir sane doctrina, prudentia, & sanctitate illustris, variis Apostolicis legationibus egregie functus, præsertim contra* VALDENSES, *hanc demum cum immortali vita commutavit* CUNEI IN PEDEMONTIO 3. *idus Aprilis anno* 1495. *sepultus in Cœnobio* S. MARIÆ DE ANGELIS, *magna populi veneratione, ac tanquam singularis laudatæ Urbis Patronus colitur, ac brevi editum iri de ejus cultu immemorabili Decretum speramus.*

X.

1493 EVANGELISTA BALLEONIUS PERUSINUS, iterum, ac tertium Provinciæ Seraphicæ Vicarius, & Commissarius in Curia Romana, in Comitiis *Florentiæ* habitis ad Cœnobium S. *Salvatoris* Vicarius Generalis renunciatur: Vir sanguinis claritate, prudentia, & morum integritate eximius, qui sequenti anno, dum *Ragusiæ Dalmatarum*, & *Bosnensium* Provinciarum res curaret, ad cœlestem Patriam migravit, magna cum sanctitatis, & miraculorum fama, eique tanquam Commissarius, juxta *Eugenianam* Constitutionem, successit *Seraphinus de Ragusia.*

X I.

1495 HIERONYMUS TORNIELLUS, Patria *Novariensis*, Provinciæ *Mediolani*, *Ticinensis* olim Doctor, & Cathedraticus juris Civilis, Opusculo, cui titulus: *Apologia Fratrum de Observantia*, & Apostolica Legatione ad *Æthiop-*

Vicarii Gener. Fam. Ultramont.

ciatur: Vir doctrina, & morum integritate insignis. JOANNES *de la Puebla* coactus e Provincia Seraphica discedere, & in *Hispaniam* proficisci, literis Apostolicis secum duxit ejusdem Provinciæ Fratres nonnullos, qui directore *Andrea Perusino* ex-Vicario Provinciali, in monte, vulgo *Sierra Morena*, fundamenta jaciunt Provinciæ *Divæ Mariæ Angelorum*, Cœnobia construendo, & vivendi formam inducendo, quæ in antedicta Provincia, prima Ordinis, & prima Familiæ Observantium, inoleverant.

1490 JOANNES CROYN *in Cœnobio de* FONTE *prope* RUPELLAM, *Provinciæ* TURONIÆ, *tertium Vicarius Generalis a Patribus eligitur: vir prudentia, & morum gravitate insignis, qui viginti septem annis Vicarii, vel Generalis, vel Provincialis munere perfunctus, obiit tandem in Provincia* S. LUDOVICI *ann.* 1496. *In his Comitiis admissa fuit Custodia* D. M. ANGELORUM, *de qua supra. Per hæc tempora* CHRISTOPHORUS COLUMBUS *consiliis, & literis* F. JOANNIS PEREZII, *tunc Cœnobioli* ARRABIDÆ *Guardiani excitatus, prostratum animum erexit,* ISABELLAM *Reginam adivit, ab eaque classem ad novas Terras detegendas obtinuit anno* 1492.

1493 OLIVERIUS MAYLLARDUS, *celeberrimus sui ævi Ecclesiastes, & CAROLO VIII. Galliorum Regi gratissimus, in Comitiis* FLORENTIACI *Provinciæ* S. LUDOVICI *iterum a Patribus Familiæ Moderator eligitur. Plures Apostolicas literas ab* ALEXANDRO VI. *obtinet de Præside Comitiorum generalium, de asserta Franciscanæ disciplinæ observantia penes FF. de Familia, & de auctoritate Vicarii Generalis super Monasteriis Monialium. Hoc anno primi Franciscani ad Indias Occidentales transfretarunt, & primus rem Sacram fecit in Insula* S. DOMINICI, *quã ita ex nomine Patris sui appellavit* COLUMBUS *memoratus* PEREZIUS *in ædicula* S. FRANCISCO *erecta.*

X I I.

1496 FRANCISCUS SAGARRA, *Catalanus*, Provinciæ *Aragoniæ* Vicarius, in Comitiis *Tolosanis* Vicarius renunciatur. *Franciscus Ximenius* ad Archiepiscopatum *Toletanum* superiori anno promotus, statim anno sequenti magnis sumptibus Accademiam *Complutensem* fundat, totusque versatur in dirimendis controversiis inter *Conventuales*, & *Observantes* omnium fere Ordinum; ac Franciscani instituti, Catholicorum Regum favore innixus, expulsis Conventualibus, maximis submotis difficultatibus, eorum Cœnobia pene omnia in *Hispania* suis Observantibus restituit.

1499 OLIVERIUS MAYLLARDUS *In generali Conventu* MECHLINIENSI *Provinciæ* COLONIÆ *ad suam regendam Familiam tertium assumitur. Comperta per* WASCUM GAMMAM *ad Indicas Orientales oras transfretandi ratione,* EM-

(a) *Hos inter recenset Waddingus ad hunc ann. n. XLIV.* Antonium Montisfalconensem, *quem mortuum scripserat ad an.* 1457. *n. LIX.*

Vicarii Gener. Fam. Cismont.

Æthiopum Regem insignis, in Comitiis *Aquilanis* habitis in Cœnobio *D. Bernardini* Vicarius Generalis instituitur. Hoc anno JOANNES *de la Puebla*, fulgentissimum Seraphicæ Familiæ Sidus, ad superos emigravit in Cœnobio *Belalcazaris*, magna cum sanctitatis famæ, cujus Corpus post sexaginta annos effossum, integrum, ac suavem spirans odorem, repertum est.

X I I.

1498 LUDOVICUS DE TURRE VERONENSIS, Provinciæ *Sancti Antonii*, in generali Conventu *Mediolani* Vicarius Familiæ renunciatur: Vir sanguinis claritate, oris elegantia, & doctrina, ac eruditione clarissimus. Mirum quæ, & quanta per hæc tempora dicta, & scripta fuerint (an jure, vel injura haud facile dixerim) contra Conventuales: *Ximenii* veluti exemplo commoti, MAXIMILIANUS Imperator in *Germania*, & *Belgio*, CAROLUS vero VIII. in *Galliis*, eos ad Franciscani instituti observantiam impellunt, ni velint alio migrare: exinde summæ eorumdem in Observantes querimoniæ.

1501 HIERONYMUS TORNIELLUS *in Comitiis habitis in Cœnobio* S. DONATI *olim*, & *tunc* S. BERNARDINI *extra* VRBINVM, *iterum Familiæ Moderator a Patribus instituitur. Ad Monasticam disciplinam in Ordine servandam* AB ALEXANDRO VI. *privilegium obtinet de iis expellendis, quos, juxta majorem Capituli Provincialis partem, corrigi non posse reperiisset: item communicationem privilegiorum reliquis Ordinibus concessorum; exemptionem a taxis, & decimis pro Sororibus secundi, & Tertii Ordinis Familiæ subjectis, aliaque longe plura.*

X I I I.

1504 FRANCISCVS ZENVS MEDIOLANENSIS in Synodo *Mantuana* a Patribus Familiæ Præfectus designatur. Anno sequenti JVLIVS II. literis Apostolicis Comitia generalissima indicit *Romæ* habenda in Cœnobio *Aracælitano*, pro firmanda Ordinis unione, quam Minister Generalis facili negotio futuram Pontifici spoponderat. Verum res non cessit, ut erat in votis. Præcepit itaque Pontifex, ut intra unius anni tempus reliquæ Ordinis Societates alterutri Ordinis Familiæ sese adnumerarent, vel Conventualibus, scilicet, aut Observantibus: sed nec propterea quidquam stabile obtinetur.

1507 HIERONYMUS TORNIELLUS, *abrogatis per eumdem* JULIUM II. *literis a se datis, quibus vacatio per sexennium præcipiebatur, ut ex eadem Provincia Vicarius Generalis assumeretur*;

Vicarii Gener. Fam. Ultramont.

EMMANUEL LUSITANIÆ REX *sequenti anno classem emittit*, PETRO ALVARO CAPRALI *Præfecto, cui adjungit* HENRICUM CONIMBRICENSEM, *Franciscanum sanctum plane, & egregie doctum, Regi postea a confessionibus, Septensem Episcopum, &* PRIMUM PORTUGALLIÆ INQUISITOREM, *cum aliis septem Minoritis sodalibus, ut in noviter detectis regionibus primi doctrinam* CHRISTI *annuncient.*

X I I I.

1502 MARTIALIS BOULIER, Provinciæ *Aquitaniæ* Vicarius, in generali *Albiensi* ejusdem Provinciæ Conventu Familiæ Præfectus renunciatur. Paullo post fato functo *Oliverio Maylierdo*, Regi *Galliarum* apprime caro, & Observantium Familiæ adsertore strenuo, Minister Generalis, inito consilio de Ordinis unione, Comitia *Trecis* in *Gallia* cogit ex Conventualibus, Observantibus sub Ministris, & Observantibus sub Vicariis, Ordinem ad pristinam observantiam revocandum fore spondet; rem facto comprobat, Ministris aliquot Conventualibus officio absolutis, eorumque loco Observantibus suffectis: demum, re infecta, discedit.

X I V.

1505 JOANNES SILVESTRIS, Provinciæ *Franciæ*, in Comitiis habitis in Generali *Lavallensi* Cœnobio, Diœcesis *Cenomanorum*, Provinciæ *Turoniæ magnæ*, supremus suæ Familiæ Moderator eligitur. Statutum in his, ut Cœnobia Insularum *Hispaniolæ*, *Cubæ*, *Isabellæ*, & *Jamaycæ*, unam constituant Provinciam, quæ demum *Sanctæ Crucis* fuit appellata. Hæc est prima omnium Ordinum Regularium in *Indiis* Provincia. JULIUS II. communicat Familiæ *Ultramontanæ* omnia privilegia, & exemptiones, quæ *Cismontanæ* Familiæ concesserat, literis incipient. *Exponi Nobis*. 15. Aprilis.

1508 MARTIALIS BOULIER *in Comitiis actis in Cœnobio* S. MARIÆ DE JESU *extra Urbem* BARCINONENSEM *iterum Vicarius Generalis renunciatur. Literis* FERDINANDI CATHOLICI, & XIMENII, *ac Vicarii Cismontani assensione, Provincia* SARDINIÆ *in his Comitiis Familiæ Ultramontanæ adscribitur: & facultas conceditur transferendi corpus* OLIVERII MAYLLARDI, TOLOSÆ *ann.* 1502. *cum fama miraculorum defuncti, in novum Sacellum in ejus memoriam extructum. Sequenti anno* XIMENIUS *ingenti clade, non sine portento*, MAURIS *illata*, ORANUM *expugnat.*

X V.

1511 GILBERTUS NICOLAI, Provinciæ *Aquitaniæ* alumnus, in generali Conventu *Rupistagni* ejusdem Provinciæ, Familiæ administrandæ præficitur: Vir doctrina, prudentia, & mo-

Vicarii Gener. Fam. Cismont.

retur, tertium Familię suę regendę pręficitur in Comitiis habitis in Cœnobio PORTIUNCULÆ. *Quęstoris Apostolici pro insigni Vaticana Basilica construenda munere functus, post diuturnam ęgritudinem moritur* MEDIOLANI *anno sequenti 8. Augusti.* ARCHANGELUS PLACENTINUS, *ejusdem Provincię Vicarius, substituitur, cui 23. ejusdem mensis defuncto succedit* FRANCISCUS A S. COLUMBANO *Vicarius laudatę Provincię nuper electus, consultu prius S. A.*

1509 FRANCISCUS ZENUS *in Generali Conventu* FERRARIÆ *habito in Cœnobio* S. SPIRITUS *iterum Familię Pręfectus assumitur. Urgentiores sequenti anno Pontifex dedit literas, quibus Franciscanorum Societatum unionem, de qua supra, severioribus legibus pręscripsit. Cum vero illę magna ex parte Observantium Familię addicerentur, Minister Generalis in Conventualium favorem Diploma a Pontifice extorquet, illudque in* GERMANIA *primum publicari jubet; Vicarius Observantium mala exinde aperit Pontifici, qui in Ministrum acriter invectus, eumdem ab officio absolvi mandat.*

X I V.

1512 TIMOTHEUS LUCENSIS, Provinciæ *Tuscię*, defuncto *Neapoli Francisco Zeno* in Cœnobio *S. Crucis*, & in templo *S. Marię Novę* ingenti pompa tumulato, cujus breves vices gessit *Damianus de Jobu*, Provinciæ *Terrę Laboris* Vicarius, Præfectus Familiæ renunciatur. Observantium indemnitati, quos carpere, & dicteriis excipere Conventuales, aliique Mendicantes non dubitabant, consulens, JULIUS II. literas *Exponi Nobis* dedit hoc anno 18. Aprilis, quibus, ni abstineant, illos anathemate percutit. *Timotheus* moritur *Senis* anno sequenti 23. Octobr., eique succedit, tanquam Commissarius, *Bernardinus Ptolomęus Senensis.*

X V.

1514 CHRISTOPHORUS FOROLIVIENSIS in Comitiis habitis in Sacro *Portiunculę* Cœnobio postremus Familiæ Observantium Vicarius instituitur. Cum enim in Comitiis *Unionis*, de quibus in Catalogo Ministrorum Generalium, in unum, eumdemque Cœtum convenissent omnes quotquot erant Ordinis Congregationes, Familiæ, aut Fratres, qui sive Ministris, sive Vicariis parerent, arctissimam tamen Franciscanam Paupertatem se profiteri, aut deinceps se professuros declarassent, huic Cœtui reservata est electio Ministri Generalis totius Ordinis, exclusis cæteris, qui Regulam ita profiteri noluerunt.

Vicarii Gener. Fam. Ultramont.

& morum integritate omnibus, maxime vitis Principibus, carus: *Beatę Joannę Valesię*, olim *Francię* Reginæ, a sanctioribus consiliis, quam in fundandis Sororibus *Annunciatis*, earumque Regula præscribenda, unus adjuvit, ac direxit. Indicta Pseudo-synodo *Pisana* in Julium II. Potenti *Gallorum* exercitu in eumdem immisso, *Ximenius* hoc anno militem *Hispanum* in *Italiam* convertit, magnumque auri pondus solvit, ut sit Pontifici auxilio.

1514 MARTIALIS BOULIER *in Generali Conventu habito* ANTUERPIÆ *tertium Familię Vicarius assumitur; sed anno sequenti terrenam cum cœlesti patriam commutat. Vir sane prudentia, & morum integritate conspicuus, Familię Observantium assertor pręcipuus, & vindex egregius. Ejus vices gessit* PETRUS DE MONTIBUS OCCÆ HISPANUS *Provincię* BÆTICÆ, *sive* GRANATENSIS. *Ex* LEONIS X. *pręcepto commissa est Observantibus cura, & directio Sororum* ANNUNCIATARUM, & CONCEPTIONISTARUM, *quas sub una, eademque Regula vitam ducere Pontifex decrevit.*

1516 GILBERTUS NICOLAI *in Synodo acta* ROTHOMAGI *iterum ad suę Familię Pręfecturam evehitur; sed anno sequenti* ROMAM *ad Comitia profectus, cum Ministri Generalis electio in* CHRISTOPHORUM CISMONTANUM *cessisset, ipse Commissarius Generalis* ULTRAMONTANUS, *primus juxta Bullam* UNIONIS *fuit renunciatus. Cum porro* ANNUNCIATARUM *sodalitium curam Pontifice ardentissime promoveret, admiratus* LEO *illius religionem erga* GABRIELEM ARCHANGELUM MARIÆ INCARNATIONIS *Mysterium annunciantem,* GABRIELEM MARIAM *appellavit, quo deinceps nomine fuit semper vocatus.*

CATA-

CATALOGUS

Omnium Reverendissimorum PP. Commissariorum Generalium utriusque Familiæ juxta Bullam UNIONIS.

I.

1517 GABRIEL MARIA, alias GILBERTUS NICOLAI, in Comitiis *Unionis* primus a suffragatoribus Familiæ Ultramontanæ, juxta Bullam *Unionis*, Commissarius Generalis instituitur; in Congregatione generali acta *Burdigalæ* ann. 1520. cui præfuit *Franciscus Lichetus* supremus Ordinis Moderator, in Commissarii officio confirmatur: tandem post plures refutatos Episcopatus, summis viris carissimus, de Ordine optime meritus, prænunciato mortis die, obiit *Rubenæ* in *Annunciatarum* Monasterio 27. Augusti anni 1532. magna cum sanctitatis fama. (a)

I I.

1521 FRANCISCUS QUIÑONIUS, seu DE ANGELIS, in generali Synodo habita in Cœnobio *Carpensi*, ex Ministro Provinciæ *Angelorum* Commissarius renunciatur, licet alterum triennium non explevisset *Gabriel Maria* memoratus. Cum Natio *Hispana* novorum Cœnobiorum fundatione, & Conventualium a suis expulsione, plurimum aucta fuisset, non modo ex illa assumptus est Commissarius Generalis, sed & particularis Commissarius in ejus, & Ministri Generalis absentia, pro eadem dumtaxat regenda, institutus, etiam invitus, scillcet *Petrus de Montibus de Ocen* Provinciæ *Granaten.* (b)

I I I.

1523 HILARION SACCHETTUS, patria *Florentinus*, Provinciæ *Tusciæ*, Vir doctrina, & sanguinis claritate insignis, Procuratoris Generalis Ordinis munus agens, Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ, juxta Bullam *Unionis* primus designatur in generali *Burgensi* Conventu. Dum per hæc tempora Lutheriana pestis teterrima in *Germania*, & præsertim in *Saxonia*, in Fidem grassabatur, *Martinus de Valentia*, una cum aliis 12. Minoritis Consodalibus a *Quiñonio* in *Americam* mittitur, ubi ingens Populorum multitudo ad Catholicam Romanam Fidem convertitur.

I V.

1526 PAULUS PISOTTUS PARMENSIS, Provinciæ *Bononiæ* olim Custos, Definitor, & Procurator Generalis, in Congregatione habita in Sacro Cœnobio *D. Mariæ Angelorum* de *Portiuncula*, cui præfuit *Quiñonius*, Commissarius Generalis renunciatur. Contra Leoninam *Unionis* Sanctionem, super Nationibus *Hispanica*, *Gallica*, & *Germanica* peculiares instituuntur Commissarii Generales, non eadem pollentes autoritate: item ne Congregatio Generalis intermedia celebretur a Vocalibus utriusque Familiæ decernitur, sed ab iis tantum illius Familiæ, ex qua novus assumendus est Comm. Generalis. (c)

V.

1529 MATTHIAS WEYSSEN, aliis BENKAN, patria *Dordracensis*, olim Custos Provinciæ *Coloniæ*; iterato Minister ejusdem, & Commissarius Nationis *Germanicæ*, in Comitiis *Parmensibus* Commissarius Generalis Ultramontanus renunciatur. Statutum in his, & CLEMENTIS VII. literis confirmatum, ut Ministri Generalis electio fieret deinceps a solis Vocalibus illius Familiæ, ex qua ille esset assumendus, cæteris alterius Familiæ concurrentibus dumtaxat per compromissum. Hoc anno prima habita fuit *Capuccinorum* Synodus in Cœnobiolo *Albacinæ* Diœcesis *Camerinensis*.

V I.

1532 NICOLAUS HERBORNUS, Provinciæ *Coloniæ* Minister, Vir doctrina, & morum integritate conspicuus, qui in HENRICUM VIII. insanientem contra matrimonium ratum, & consumatum cum CATHARINA lectissima fœmina, CAROLI V. amita, librum ediderat, & in *Lutherianos* calamum strinxerat, in Congregatione *Tolosana* Commissarius Generalis instituitur: sequenti vero anno cum Pontificis decreto solum nomen *Ministri Generalis* PISOTTO relictum fuisset, Vicarius Generalis Ultramontanus declaratur, & Pontificiis literis confirmatur.

V I I.

1535 LEONARDUS PUBLICIUS, natione *Pedemontanus*, Provinciæ *Genuensis*, olim Custos, Definitor Generalis, Ducissæ *Sabaudiæ* a sanctioribus consiliis, & in abdicatione *Pisotti* Vicarius Generalis Ordinis, in Comitiis *Nicien-*

(a) *V. Catalog. Vicarior. gener. Ultr. n. XV. & ann. 1516.*
(b) *Vid. Catalog. Ministror. General. n. XLVII.*
(c) *Vid. Catal. Ministror. General. n. XLVIII.*

clensibus Provinciæ S. *Ludovici*, Commissarius Generalis designatur. Cum in his sancitum fuerit ne generalis intermedius Conventus cogeretur, magistratum PUBLICIUS gessit ad annum usque 1541. *Matthæus de Bassio Capuccinorum Institutor* redit ad *Observantes*, a quibus discedit. *Ludovicus Forosimproniensis* primus earumdem insignis Promotor.

VIII.

1541 GERMANUS AUBERTUS, Provinciæ *Franciæ Parisiensis* antea Minister, in Comitiis *Mantuæ* actis, quo plus quinque millia nostrorum confluxere, Inter quos ab novo Orbe complures, Transmontanæ Familiæ Præfectus renunciatur, quam per sex annos administrat, omissa intermedia, quam vocant, Congregatione, quam in Cœnobio *Amboacensi* Provinciæ *Turoniæ Pictaviensis* triennio post habendam in illis fuerat sancitum. *Capuccini* Vicarium Generalem sibi adsciscunt *Bernardinum Ochinum Senensem*, qui demum ab eorum Castris ad *Genevensium* impietatem descivit.

IX.

1547 CLEMENS MONELIANVS, qui *Joanni Calvo* totius Ordinis Ministro jam proxime defuncto Vicaria potestate successerat, in Comitiis habitis in Cœnobio *D. M. Angelorum de Portiuncula*, Cisalpinæ Familiæ moderandæ præficitur, a qua triennio post ommititur (a) Congregatio Generalis habenda *Bononiæ* in Cœnobio *Annunciatæ*. Patres *Tridentini* pestifera lue abire coacti, *Bononiam* conveniunt; sed brevi illos pene dissolvit Pontifex, magno affectus mœrore ex nece illata filio *Petro Aloysio Parmensium Duci*, & occupata a *Cæsarianis Placentia*. Moritur horrendum humanitatis monstrum HENRICVS VIII. *Angliæ* Rex. (b)

X.

1553 ANDREAS INSVLANVS, totius Ordinis Præfectura egregie functus, in Comitiis apud *Salmanticam* coactis Transalpinæ Familiæ Moderator renunciatur. In his quidquid erat veterum Ordinis Legum statutum est, ut contraheretur, & in summa capita redigeretur: quod & factum literis Apostolicis probavit JVLIVS III. s. m. Pontifex, & a Cisalpinis præcipue Fratribus ejusmodi Sanctiones servandas decretum. Congregatio generalis occasione bellorum intermittitur: Minister Ordinis, indulto Pontificis, particulares constituit in Transmontania Commissarios, hinc turbæ plurimæ cientur. (c)

XI.

1559 ANGELVS AVERSANVS, Provinciæ TERRÆ LABORIS olim Minister, Definitor, & Procurator generalis Ordinis, qui, *Clemente Moneliano* Sacra Purpura decorato, unanimi consensu Vicarius Generalis fuerat jampridem renunciatus, in Comitiis *Aquilanis* Cismontanæ Familiæ Præfectus eligitur: Vir prudentia, rerum agendarum peritia, & morum suavitate omnibus carus. In iis statutum, ne Minister Generalis absoluto sexennio, neve Vicarius Generalis ultra annum officio functus, statim in Commissarios Familiæ cooptari valerent.

XII.

1563 ALOYSIVS PVTEVS (cum *Franciscus Aretinus* Provinciæ *Tusciæ* ab Ordinis Moderatore inter Patres *Tridentinos* pro caussa Fidei agente, Commissarius nominatus, & a Pontifice literis Apostolicis confirmatus, jam senio confectus, Magistratu, quem vix per annum obiverat, sese abdicasset) in generali Conventu habito in *Monte Alverne*, Cisalpinæ Familiæ regendæ præficitur. Barbam nutrire, & Cantus fracti, quem vocant, usus Fratribus inter alia omnino interdicitur. Finis tandem hoc anno imponitur Sanctæ *Tridentinæ* Synodo. (d)

XIII.

1565 FRANCISCVS GVSMANVS, Provinciæ *S. Michaelis* antea Minister, procurandis in Romana Curia Ordinis negotiis præpositus, in Comitiis *Vallisoletanis* Vltramontanæ Familiæ Præfectus renunciatur, quam, omissa Congregatione intermedia, sex annos prudentissime administravit. Primus fuit a PHILIPPO II. *Hispaniarum* Regum prudentissimo nominatus, & a *Christophoro de' Capite Fontium* Ordinis moderatore suis literis institutus anno 1572. Commissarius generalis *Indiarum*, qui in Curia Regis Catholici resideret. (e)

XIV.

1571 BONAVENTVRA DE CLAVARO, Provinciæ *Genuæ* olim Minister, & postea ex PII V. decreto, quo Ministros ex alienis Provinciis assumendos esse statuebatur, etiam Provinciæ *Tusciæ*, ac mox Definitor Generalis, in Comitiis demum *Aracælitanis* ad Familiæ Cismontanæ Præfecturam evehitur. Per hæc tempora idem Sanctissimus Pontifex Pœnitentiariam *S. Joannis in Laterano* Observantibus ministrandam concessit. Sequenti anno GREGORIVS XIII. ad preces CAROLI IX. *Galliarum* Regis permisit *Capuccinis*, ut in Transalpinis Cœnobia extruerent, quod PAVLVS III. ab eorum origine prohibuerat.

XV.

1575 ANTONIVS GINESTRETVS, Provinciæ *Marchiæ* antea Custos, expleto quatriennio *Bonaventuræ a Clavaro*, juxta *Pianam* sanctionem, in generali *Romana* Synodo a Patribus

(a) *Hallucinatur Annalium Ordinis Continuator, qui ejusmodi Comitia ann. 1550 num. XV. peracta fuisse narrat.* (b) *Vid. Catal. Ministror. Gener. n. LII.* (c) *Vid. eumdem Catal. n. LI.* (d) *V. eumd. n. LIV.* (e) *V. Catalog. Commiss. Gener. Indiar. n. I.*

bus Cismontanis Familiæ Præfectus renunciatur, quam itidem quatuor annos moderatur. Decretum præ cæteris iu ea de acceptanda, ex vi Regulæ Minoriticæ, Breviarii, & Missalis reformatione, quam S. M. PIUS V. jam pridem ediderat, deque nihil penitus alterutri eorum addendo, quod non sit *in Ordinario Ecclesiæ Romanæ*.

X V I.

1579 ANTONIUS AQUILARIUS, Provinciæ *S. Jacobi* olim Minister, in Comitiis *Parisiensibus* Transmontanæ Familiæ supremus Moderator instituitur. In his præ cæteris apprime utile sancitum legimus, ut Procurator, & Commissarius in Curia Romana teneantur deinceps omnes Constitutiones, Brevia, & motus proprios, quoquo modo ad Ordinem pertinentes, prælo tradere, & ad unamquamque Provinciam eorum exemplaria transmittere, sumptibus earumdem Provinciarum. Nondum abrogata *Pinna* Constitutione, neque ulla habita intermedia Congregatione, Familiam administravit annos octo.

X V I I.

1587 THOMAS A MASSA, Provinciæ *Marchiæ* antea Minister, memorata *Pinna* Constitutione abolita, in Comitiis *Romanis* Familiæ Cisalpinæ Præfectus eligitur, & triennio elapso, in Synodo *Neapolitana*, ex dispensatione Apostolica, confirmatur. In his Comitiis institutus iterum legitur Guardianus *Aracælitanus*, vigore sane Constitutionum Card. *Medicæi* Protector. Ordinis, qui decrevit, absoluta per *Franciscum Panigarola* ejusdem *Cœnobii* Visitatione, ut sub immediata Ministri Generalis jurisdictione illud deinceps foret. Huic Guardiano concessum fuit a SIXTO V. Palatium Apostolicum eidem Cœnobio proximum, quod Curiæ generales Ordinis inhabitant.

X V I I I.

1593 MATTHÆUS A BURGOS, Provinciæ Immaculatæ *Conceptionis* antea Minister, in generali *Vallisoleti* habito Conventu Transalpinæ Familiæ Præses renunciatur: in quo decretum, ut Ordinis Constitutiones editæ ab anno 1553. in unum, illudque pressius, cogerentur volumen; quod a summo Ordinis Præfecto factum, fuit denique in publicum editum. Vir sane doctrina, pietate, & morum gravitate insignis, qui anno 1600. ad Episcopatum *Pompejopolis*, seu *Pampilonen.* ac demum 1606. ad *Seguntinum* promotus, ubi piissime obdormivit in Domino.

X I X.

1600 JOANNES FRANCISCUS MACULANUS. alias *Macolinus*, Provinciæ *Bononiensis* olim Minister, & Definitor Generalis, in Comitiis *Romanis* Cismontanæ Familiæ Præfecturam promotus, eandem, quia morte præventus, biennio dumtaxat moderatur. In iis statutum inter alia, ne in Cœnobiis, juxta Tridentini sanctionem, plures commorerentur Fratres, quam

Chronol. Seraph. *

qui commode in illis sustentari queant: ne vero circa honestam sustentationem quæstio ulla oriretur, præcipitur Guardianis, sub pœna privationis officii, ut semissem carnis in prandio, aliamque in cœna; & cum esus carnium prohibetur, semissem piscis, unicuique Fratrum pro obsonio distribuant.

X X.

1603 FRANCISCUS DE BELGIOJOSO, Provinciæ S. *Didaci* ex-Minister, & Definitor Generalis, in *Aracælitana* intermedia Synodo, *Gratiano de Altamura*, qui *Maculani* defuncti vices suppleverat, in Cismontanæ Familiæ administratione sufficitur. Cum in quadam Ordinis Provincia jam pridem statutum fuisset de non recipiendis mox antea editis constitutionibus a Pontifice confirmatis, tamquam Regulæ nostræ repugnantibus, decretum est, ut si deinceps tale facinus contingat, statim Provincia illa dissolvatur, ejus Cœnobia proximis Provinciis addicantur, ac demum præcipui Autores in carceres trudantur, & pœna atrocissimi criminis mulctentur.

X X I.

1606 PETRVS GONZALEZ DE MENDOZA, Provinciæ *Castellæ* antea Custos, Transmontanæ Familiæ Moderator in Comitiis *Toletanis* renunciatur; triennio elapso, nulla habita Congregatione intermedia, confirmatur auctoritate Apostolica; sed sequenti anno ad Archiepiscopatum *Granatensem* promovetur; 1612. ad *Cæsaraugustanum*; tandem ad Episcopatum *Seguntinum* transfertur. Acta particulari Congregatione electus fuit in Vice-Commissarium Generalem *Didacus Ordoñez*, qui demum præfuit electioni *Antonii de Trejo* Vicarii Generalis, de quo in Catal. Ministror. Generalium n. LXI.

X X I I.

1612 PAULUS SULMONENSIS, in Custodia Reform. S. *Bernardini* in *Aprutio* Franciscanam disciplinam professus, olim Custos, & Defin. Gener. in Comitiis *Aracælitanis* Familiæ Cismont. Præfectus renunciatur. Sequenti anno, cum paterna S. P. N. FRANCISCI domus *Assisii* adhuc servaretur, obtinuit, ut cura antedicti *Antonii de Trejo*, & eleemosynis PHILIPPI III. *Hispaniarum* Regis, illa in templum converteretur, eique Cœnobiolum adjungeretur, quod PP. Reformatis habitandum traditum, demum ann. 1750. Reverendissimus P. Minister Generalis in *Hispanias* profecturus Apostolica, qua fungitur, auctoritate, in Conventum *formalem* erexit.

X X I I I.

1615 EVANGELISTA DE GABBIANO, Provinciæ *Mediolanen.* olim Minister, & Definitor Gener. in intermedia, quam vocant, Synodo, Familiæ Cisalpinæ moderandæ præficitur, cui PAULUS V. amplissimam literis apostolicis in omnes Reformatos Ministri Generalis

(in hujus tamen absentia) facultatem impertitur. In hac Congregatione valde commendatur Hebraicæ linguæ studium, sanciturque, neminem deinceps institui posse Lectorem, aut Concionatorem generalem, qui ejusdem linguæ satis peritus non sit. Id sane factum, ut PAULI V. genio indulgerent, qui celebrem de linguarum Orientalium studio Constitutionem [a] ediderat.

XXIV.

1618 JOANNES VENIDO, Provinciæ Immaculatæ *Conceptionis* antea Minister, mox Commissarius Generalis *Indiarum* in Regia Curia *Matritensi*, denique in Comitiis Salmanticen. Transmontanæ Familiæ Præfectus renunciatur, quam tres dumtaxat annos administravit. Vir doctrina, & probitate illustris, qui ann. 1626. ad Episcopatum *Auriensem* in Regno *Galleciæ* fuit promotus. Sequenti anno PP. *Capuccini*, per PAULI V. Constitutionem *Alias felicis* &c. solvuntur ab onere de petenda a summo PP. Conventualium Præfecto confirmatione electionis sui Vicarii Generalis, qui deinceps nomine *Ministri* fuit appellatus. (*b*)

XXV.

1621 BERNARDINUS DE SENIS in intermedio *Segusiensi* Conventu cunctorum suffragiis ad Familiæ Transalpinæ Præfecturam evehitur. Hoc anno GREGORIUS XV. literis Apostolicis *Ex injuncto Nobis* peculiarem constituit PP. Reformatorum Vicarium Generalem *Antonium Strozzium Ravennatem*, qui cum bonam ætatem in aulis Principum consumpsisset, Franciscanis demum apud laudatos nomen dedit; sed nondum anno elapso, coactus est a Pontifice sese officio abdicare. Congregatis itaque Custodibus Reformatis in illius locum elegerunt *Aloysium a Cruce Lusitanum*, Custodiæ *Neapolitanæ*, qui Familiam suam moderatus est ad ann. usque 1624. quo revocata fuit antedicta Constitutio ab URBANO VIII. (*c*)

XXVI.

1625 BENIGNUS A GENUA, postquam universum Ordinem septennio esset moderatus, [*d*] a Pontifice, indulto Apostolico, Cisalpinæ Familiæ regendæ præficitur, peracta Ministri Generalis electione, in Comitiis *Aracœlitanis*, quibus, cum Religio Cardinale Protectore careret, præfuit F. ANTONIUS BARBERINUS *Tit. S. Onuphrii*, URBANI VIII. germanus Frater. Sedulam navavit operam in constituenda, ac dilatanda in Familia severiori Franciscana disciplina, quam in *Germania* potissimum, summi Pontificis, & Romanorum Imperatoris fretus patrocinio, constabilivit.

XXVII.

1628 ANTONIUS A GABIATO, Custodiæ Reformatæ *Mediolanensis* alumnus, Provinciæ *Bavariæ* olim Custos, & *Superioris Germaniæ* Commissarius Generalis pro inducenda in illam mox laudata Ordinis Reformatione, in Synodo *Aracœlitana*, cui præfuit BERLINGHERIUS *tit. S. Augustini* Cardinalis GIPSIUS, Cismontanæ Familiæ Moderator renunciatur. Hic inductam in *Germaniam* Reformationem confirmavit, eamdemque in *Italia*, Cœnobiis additis, & aucto ejusmodi Fratrum numero, propagavit, adstipulante Pontifice, cui nihil erat antiquius, quam in omnibus Provinciis arctiorem disciplinam asserere: denique ad Episcopatum Ripætransonæ promotus ann. 1634. Rexit ann. 5.

XXVIII.

1633 PETRUS DE URBINAS, Provinciæ *Castellæ* Lector Jubilatus, & antea Minister, in Comitiis *Toletanis* Transmontanæ Familiæ Præses eligitur: Vir doctrina, morum integritate, & prudentia insignis, qui anno 1642. ad Episcopatum *Cauriensem* in *Extremadura* promotus, demum 1650. ad Archiepiscopatum *Valentinum* fuit translatus. Fertur antedictum *Antonium a Gabiato* secum tulisse ad Comitia apostolicas literas, quibus ipse supremus Ordinis Moderator constituebatur: sed Rege Catholico libertatem electionis patrocinante, eædem publicari nequaquam potuerunt.

1636 FRANCISCUS GUERRA, *Provinciæ Immaculatæ* CONCEPTIONIS *Lector Jubilatus, & Ordini a Secretis, literis Apostolicis* URBANI VIII. *Transalpinæ Familiæ Præfectus fuerat institutus: sed quoniam ejusmodi literæ effectum suum sortitæ non sunt, ut retulimus P. 1. p. 1. & sequen. jure ac merito a Catalogo Commissariorum Generalium expungi oportet. Illud tamen silentio præterire non patimur, memoratum, scilicet,* FRANCISCUM GUERRA *fuisse demum anno 1642. ad Episcopatum* GUADICIÆ *in Regno* GRANATÆ *promotum.*

1639 BENIGNUS A GENUA *in Comitiis* ROMANIS *iterum Cisalpinæ Familiæ Præfectus renunciatur, & absoluto triennio, in Synodo itidem* ROMANA *iterum omnium suffragiis in officio confirmatur. Paulo ante Comitiorum celebrationem duas evulgavit Pontifex Constitutiones, quarum prima Custodias Reformatorum in Provincias erexit, altera vero Cœnobia quoquomodo ad illud usque tempus eis obtenta confirmavit; ac demum peculiaria pro Reformatis statuta 1642. probavit. Expleto sexennio,* BENIGNUS *ad Cœnobium* S. ISIDORI DE URBE *divertit, ibique clarissimi* WADDINGI *plurima usus familiaritate, obiit 15. Aprilis 1651. non sine sanctitatis fama.*

XXIX.

1645 JOANNES A PALMA, Provinciæ *Angelorum* antea Minister, & Custos, *Hispaniarum* Reginæ olim a sanctioribus consiliis, deinde vero *Mariæ Theresiæ* Regiæ Hispaniarum Infanti

(a) *Constitut. 65. Tom. 3. Bullarii.* (b) *V. Catal. Commiss. Gener. Indiarum n. X.*
(c) *Vid. Catalog. Ministror. General. n.* LXIII. (d) *V. Catal. Ministror. Gener. n.* LXII.

fanti, in Comitiis *Toletanis* ad Familiæ Ultramontanæ præfecturam evectus, nondum exacte completo triennio ex hac vita migravit. Vir doctrina, pietate, & morum suavitate clarissimus. Matriti quoque paullo post decessit Minister Generalis, ejusque loco successit DANIEL A DONGO, Provinciæ *Mediolanensis* Reformatæ Theologus insignis, qui ab INNOCENTIO X. literis apostolicis Vicarius Generalis fuit confirmatus.

XXX.

1648 JOSEPHUS MALDONATUS, Provinciæ *S. Francisci de Quita* in *America*, ne quidem Concionatoris titulo insignitus, cum Commissarii *Indiarum* in Curia *Matritensi* munus obiret; in Synodo *Victoriensi* Familiæ Transmontanæ Præfectus renunciatur. Verum cum utrumque Commissarii Generalis officium retinere non posse contra ipsum nonnulli clamarent, etiam coram Rege, coactus est alterutrum dimittere, & Familiæ Magistratu sese abdicavit. Non desunt tamen antea, & postea oppositæ consuetudinis exempla quamplurima. (*a*)

XXXI.

1648 PETRUS MANERO, Provinciæ *Aragoniæ*, in Synodo *Cæsaraugustana*, statim post *Maldonati* abdicationem, in hujus locum cedere jussus, ac Vice-Commissarii munus agere. Vir doctrina pollens, *Tertulliani* libros *de patientia, & contra Gentiles* in hispanum sermonem convertit, ac eruditis adnotationibus locupletavit; vitamque elegantissime scripsit B JOANNÆ VALESIÆ olim *Franciæ* Reginæ, & Ordinis *Annunciatarum* Fundatricis. Post ejus mortem plura periere illius opera, & quod maxime dolendum, pleraque itidem Ordinis monumenta, ex nostro *Matritensi* Archivo deprompta. (*b*)

XXXII.

1651 SEBASTIANUS A CAJETA, Prov. *Terræ Laboris* antea Minister, & Custos, in Comit. *Aracælitanis* Cisalpinæ Familiæ moderandæ absens præficitur. Fertur in his inita, & fere ab omnibus subscripta Concordia de ejusdem Familiæ Commissario alternatim ex Observantibus, & Reformatis eligendo, quam tanto studio rescindi curavit *Fulgentius Meliorinccius Tiphernas*, Commissarius Curiæ, ut cum tribus post annis de substituendo Reformato adlaborasset magno conatu, ne sibi invisus Sebastianus confirmaretur, quem literis apostolicis subinde confirmatum legimus, id obtinere nequaquam potuerit. Simile quidpiam *Mithridati Ponti* Regi, si fas est parva cum maximis conferre, olim contigisse narratur.

XXXIII.

1658 JOANNES DE ROBLES, Provinciæ *Castellæ* antea Minister, qui *Julio Perez* PETRI MANERI totius Ordinis Ministri successori vita functo Vicarius Generalis itidem successerat, & per annum Ordinem universum fuerat sapientissime moderatus, in Comitiis *Toletanis* Transalpinæ Familiæ Præfectus renunciatur; sed cum infra biennium decessisset, substitutus fuit Vice-Commissarii munere *Andreas de Guadelupia*, alias *de Guadalupe*, Provinciæ *Angelorum* alumnus, & Commissarius Generalis *Indiarum*, qui Familiam ultra annum administravit.

XXXIV.

1661 JOANNES MUNIESSA, Provinciæ *Aragoniæ* Pater, Definitor Generalis, supr. Inquisit. Hispaniæ Qualificator, & Regius Concionator, in Synodo *Vallisoletana* Familiæ Ultramontanæ Præfectus renunciatur, quam per tres annos magna prudentia est moderatus. Cum porro Apostolica Sanctione cautum esset, ne Superiores, aut Officiales generales ad majores Ordinis gradus promoverentur, nisi stato interpolationis tempore elapso, dispensationem super ea obtinere non potuit, quam *Petrus Roche*, Provinciæ *Majoricæ*, & Commissarius Curiæ, obtinuerat. Hinc dissensiones in sequentibus Comitiis, quæ utriusque damno fuere compositæ.

XXXV.

1664 BONAVENTURA CABALLUS, Provinciæ Reformatæ *Terræ Laboris* antea Minister, & Custos, Concionator Cæsareus, & Sacr. Rit. Congr. Consultor, in Comitiis *Aracælitanis* Cisalpinæ Familiæ Moderator renunciatur, ac in Synodo *Romana* 1667. literis apostolicis ab ALEXANDRO VII. ad aliud triennium confirmatur. Verum quinquennio suæ Præfecturæ elapso, ad Episcopatum *Casertanum* in Regno *Neapolitano* fuit promotus, eique successit *Franciscus a Turricella* Provinciæ Reformatæ *Marchiæ*, Vice-Commissarii Generalis titulo, pro Reformatis: pro Observantibus vero Evangelista Barzagus Provinc. Brixiæ, cui ad Archiep. Jadertinum evecto successit Benignus de Florentia Provinciæ Tusciæ.

XXXVI.

1670 JOSEPHUS XIMENEZ SAMANIEGO in Comitiis *Vallisoletanis* omnium suffragiis Transmontanæ Familiæ Præfectus renunciatur. Statutum in iis de augendo Definitorum Generalium numero: quod CLEMENS X. eodem anno apostolica auctoritate confirmavit. Vir fuit SAMANIEGO omni laude illustrior, qui absoluto suæ Præfecturæ triennio, Ordinis, & aulæ Regiæ negotiis vale dicens, ad suæ Provinciæ Cœnobium de *Logronio* secessit, a quo, licet pluries ad Comitia vocatus, discedere nunquam voluit, donec virtute S. Obedientiæ a Card. Protectore jussus abire. Demum ann. 1683. ad Episcopatum *Placentinum* in Regno *Galleciæ* pro-

(a) *Vid. Catal. Commiss. Gener. Indiar. n.* XIII.

(b) *Vid. Catal. Ministr. General. n.* LXVII.

prometus, ibidem piissime obdormivit in Domino. (a)

X X X V I I.

1673 DIDACUS FERNANDEZ AB ANGULO, Provinciæ *Granatensis* Lector Jubilatus, antea Minister, Commissario Familiæ a secretis, Catholicæ Majestatis Ecclesiastes, & supremæ Inquisit. Hispanic. Qualificator, in Synodo *Toletana* Transalpinæ Familiæ Moderator eligitur, quam cum tribus annis magna cum laude rexisset, ad Archiepiscopatum *Calaritanum* in *Sardinia* ann. 1676. fuit evectus; moxque a Rege Catholico ejusdem *Sardiniæ* Regni Pro-Rex institutus; denique ad *Abulensem* Ecclesiam translatus ann. 1691. Vir fuit doctrina, morum suavitate, & in agendis dexteritate in primis clarissimus.

X X X V I I I.

1676 FRANCISCUS MARIA DE NICOLIS e CASTRO SANCTI PETRI, alias CREMONENSIS, ex CLEMEN X. apostolica dispensatione, in eodem scrutinio, cum supremo Ordinis Moderatore, Familiæ Cismontanæ Præfectus omnium suffragiis fuit renunciatus. Cum vero CLEMENTIS Successori non undequaque acceptus videretur, in *Hispaniam* profectus est, nec Synodo intermediæ, quam dicunt, interfuit. Fertur a CAROLO II. Catholico Rege *Siciliæ* Pro-Rex designatus, raro quidem exemplo pro Viro adhuc inter Franciscanos degente; sed morte præventus, mundanam dignitatem cum vita quoque deposuit. (b)

X X X I X.

1679 ANTONIUS A S. JOANNE, Lector Jubilatus, dum Ministri munus gereret Provinciæ Observantis S. *Angeli*, ad Familiæ Cisalpinæ Præfecturam in Synndo *Aracœlitana*, cui præfuit *Samaniega*, evehitur. Franciscanæ disciplinæ servandæ studiosissimus, quam ut sartam, tectamque in omnibus, & præsertim Italiæ Provinciis, haberet, præsens illis adfuit, visitavit, pedibusque iter confecit. In *Hispaniis* ad Comitia profecturus duos *Romæ* instituit Vice-Commissarios Generales, *Antonium Palumbum a Campobasso*, Provinciæ S. *Angeli* Patrem, pro Observantibus; & *Antonium de Melitello*, Provinciæ Reformatæ *Vallis Mazariæ* Patrem, & olim Definitorem Generalem, pro Reformatis.

X L.

1682 MARCUS ZARZOSA, Provinciæ *Bæticæ* Minister, in Comitiis *Toletanis*, quibus præfuit Card. *Portocarrero Toleti Archiepiscopus*, qui habitum Tertii Ordinis in Sacra æde *Portiunculæ Assisii* induerat anno 1671. Transalpinæ Familiæ regendæ præficitur. In præcipuis hujus Familiæ Cœnobiis, *Parisiensi*, nimirum, *Toletano*, *Salmanticensi*, *Complutensi*, *Conimbricensi*, & *Valentino*, studium linguæ hebraicæ, græcæ, & Arabicæ instituitur, juxta Sedis Apostolicæ decreta alias edita, & Sacr. Congregat. de Propaganda Fide noviter evulgata. Commissarii Generales pro Provinciis Indiarum Orientalium penitus abrogantur, & Apostolica auctoritate abolentur. (c)

X L I.

1685 JULIANUS CHUMILLAS, Provinciæ *Carthaginensis* Lector Jubilatus, & Pater, ac Commissarius Generalis Indiarum, in Synodo *Matritensi* (cui præfuit *Didacus Rhous a Mediolano*, Lector Jubilatus, & Provinciæ *Mediolanensis* Minister) omnium suffragiis Transmontanæ Familiæ Moderator renunciatur. Constitutiones Ordinis in unum collectæ, & in distincta capita breviter a clarissimo *Samaniega* jam pridem distributæ, ut sedulo, ac diligenter revideantur a gravioribus viris, qui itidem pro unaquaque Natione, & instituto ibidem designantur, ut illæ omnium commoditati inserviant, sanctissime decernitur. (d)

X L I I.

1688 CAROLUS FRANCISCUS DE VARESIO, Sac. Theolog. Lector Emeritus, Provinciæ *Romanæ* Reformat. olim Minister; pro iisdem Procurat. Generalis, & S. Univers. Inquisitionis Qualificator, primus ex Reformatis, juxta INNOCENTII XI. Constitutionem *Inter gravissimas* dat. 3. Junii hujus anni, qua statuitur Commissarius Generalis hujus Familiæ alternatim ex Reformatis, & Observantibus eligendus, ad Cisalpinæ Familiæ Præfecturam evectus, ab ALEXANRO VIII. ann. 1690. Episcopus *Amerinus* designatus, humiliter recusavit, maluitque pauperem Franciscanorum vitam agere, quam tanta dignitate exornari.

X L I I I.

1691 ANTONIUS CARCONIUS AB INTRODUCO Lector Jub. Prov. *Romanæ* antea Custos, & nunc Minister, ac Definit. Gener. in Synodo *Aracœlitana*, cui præfuit *Josephus Falces* Provinciæ *Burgensis* Lect. Jub. olim Custos, & S. Officii Qualificator, Cismontanæ Familiæ Præfectus, primus ex Observ. juxta memoratam alternativam, renunciatus, in qua electione ex INNOCENTII XI. lege de Vocalium numero, exclusis Provinciarum Ministris, soli PP. Definitorii Generalis suffragium dedere. Vir prudentia, doctrina, & morum integritate insignis, qui ad Archiepiscopatum *Lancianensem*, nominatus, ad eumdem promoveri humillime recusavit.

X L I V.

1694 HYACINTHUS HERNANDEZ *de la Torre*, Lector bis Jubilatus, Scriptor Ordinis, Provinciæ *Aragoniæ* olim Minister, nunc vero Custos, Ultramontanæ Familiæ in Comitiis Vllis-

(a) *Vid. Catalog. Ministror. General. n.* LXXII.
(b) *Vid. Catal. Ministr. General. n.* LXXI.
(c) *Vid. eund. n.* LXXIV.
(d) *V. Catal. Commiss. Gener. Indiar. n.* XX.

Victoriæ habitis Moderator eligitur : vix annum cum dimidio eamdem administrat, è vivis enim excedit *Matriti* in Cœnobio *S.P.N. Francisci* 23. Novembris ann. 1695. Superiori anno fan. mem. INNOCENTIUS XII. celebrem edidit Constitutionem *Christifidelium* sub dat. 16. Februarii 1693. qua moderantur facultates Cardinalium Protectorum omnium Ordinum Regularium, ac super his plena potestas eorumdem Superioribus Generalibus asseritur.

XLV.

1695 ANTONIUS FOLCH DE CARDONA, Sac. Theol. Lector. Jub. Provinciæ *Conceptionis* olim Minister, in Synodo coacta in Cœnobio S. P. N. FRANCISCI Urbis *Civitatensis* Familiæ Ultramontanæ Vice-Commissarius eligitur, mox literis Apostolicis ab INNOCENTIO XII. Commissarius generalis declaratur, postea Commissarius Indiarum renunciatus, tandem ad Archiepiscopatum *Valentinum* promotus, utroque officio se abdicavit. Cum porro CAROLI AUSTRIACI partes constanter semper tenuisset, 1710. Viennam profectus, Aulæ Cæsaris a consiliis, summusque Hispaniarum Senatui Præfectus, reliquos demum vitæ suæ dies in Sacro Cœnobio de *Portiuncula* prope *Assisium* ducere decreverat, sed morte præventus obiit *Viennæ Austriæ* 1726. Ejus corpus ex supremis illius tabulis *Assisium* translatum, in Basilica *D. M. Angelorum* (cui legavit omnes Divorum reliquias, quas ipse prætiosis thecis inclusas habebat, Sacras Itidem Vestes, & ut bis millies PP. pro ejus animæ requie Sacrificia Deo statim offerrent, ac quinquies in annum decantarent sacrum in perpetuum) honorifice tumulatum.

XLVI.

1700 CHERVBINVS A NERITO, Vrbe sita in Terra *Hydruntina* Regii *Neapolitani*, Lector Emeritus, ac Provinciæ S. *Nicolai* Reformat. Minister, in Comitiis *Aracælitanis* Cisalpinæ moderandæ Familiæ præficitur : Vir doctrina, prudentia, & morum suavitate conspicuus. *Franciscus de Portilla* Provinciæ *Cantabriæ*, Commis. in Curia Romana ; qui in his Comitiis, cum Suffragatores pro suprema Ordinis Præfectura conferenda in varias partes declinarent, humiliter precatus fuerat, ut de se eligendo spem deponerent, & in alium vota sua conferrent, ad Episcopatum *Majoricensem* hoc anno fuit promotus.

XLVII.

1703 JOANNES ANTONIVS PANORMITANVS, Lector Jubilatus, Provinciæ *Romanæ* olim Custos, S. & Vniv. Inquisition. Qualificator, Sacrar. Congreg. Rituum, & Indicis Consultor, dum Ministro Generali in *Hispaniis* esset a secretis, cumque bellorum caussa Synodus intermedia pro more cogi non posset, Cismontanæ Familiæ Præfectus literis Apostolicis renunciatur. Vir doctrina clarissimus, cujus insigne superest monumentum, opus typis vulgatum *Scrutinium doctrinarum* inscriptum. Per hæc tempora institutus primum fuit Procurator Generalis Excalc. & Recollectorum.

Sæviente Bello Austrios inter & Borbonios pro assequenda Hispaniarum Monarchia, Comitia Ordinis differuntur, ac duo Vice-Commissarii Apostolica autoritate instituuntur.

Pro Observantibus.

1706 CŒLESTINUS TIEFFEN A MEDIOLANO Lector Jubilatus, olim Ordini a secretis, Provintiæ *Mediolanen.* semel atque iterum Minister, ac bis Definitor Generalis, Familiæ Cismontanæ Observantium Præses A CLEMENTE XI. renunciatur usque ad Comitia Ordinis ad aliud biennium prorogata ; at biennio elapso, ad alium annum differuntur, ac ipse in officio confirmatur : quo anno Itidem præterito, Comitia dilata fuerunt usque ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, ac pariter CŒLESTINUS in eodem officio confirmatus, a quo nonnisi anno 1616. fuit absolutus. Vir sane doctrina, morum gravitate, & Franciscanæ disciplinæ studio insignis.

LAU-

Pro Reformatis.

1706 ANTONIUS A MONTE BVFO, Provinciæ Reformatæ S. P. N. FRANCISCI Lector Emeritus, ac Pater, Familiæ Reformatæ Cismontanæ itidem, & cum iisdem confirmationibus ab eodem Pontifice institutus : verum initio anni 1711. terrenam cum cœlesti patriam commutavit. Vir profecto prudentia, & morum suavitate conspicuus.

1711 CAROLUS FRANCISCUS A VARESIO *Literis Apostolicis datis* sub die 19. *Januarii* ANTONIO *vita functo sufficitur : at post annum, & ultra jam senio confectus ex hac vita migravit.* (a)

1712. TEO-

(a) *Vide supra n. XLII.*

Pro Observantibus.

1716 LAVRENTIVS A S. LAVRENTIO, Sacræ Congregationis Indicis Consultor, S. & U. Inquisitionis Qualificator, & Cleri Romani Examinator, eum eximiam navasset operam, Custodis *Palæstinæ* munus agens, in restituendo Maronitis eorum Patriarcha Antiocheno inique deposito; in conciliando Apostolicæ Romanæ Sedi PATRIARCHA ALEXANDRINO olim Hæretico Schismatico; postquam in rebus difficillimis VINCENTIO BICHIO Legato Apostolico apud *Helvetios* a Theologicis consiliis fuisset, magnamque sibi famam variis etiam editis operibus sibi comparasset, a Pontifice Observantium hujus familiæ Moderator literis Apostolicis dat. sub die 6. Aprilis instituitur, quam quinque ann. & ultra sapienter administravit.

1721 FRANCISCUS CARACCIOLI AB ALTAMURA, Provinciæ *Terræ Laboris* Lector Jubilatus, ab INNOCENTIO XIII. literis Apostolicis datis sub die 23. Septembris, imparate Observantibus Præfectus designatur: sed nondum expleto biennio Comitia Ordinis coguntur, ipse officio absolvitur, Pontificio Indulto ex-Commissariorum generalium privilegiis donatur; deinde a BENEDICTO XIII. gratiis omnibus personalibus abrogatis, in primævum statum, in quo erat ante enunciatam Præfecturam, redigitur: ac tandem ad *Suessanum* Episcopatum in Regno Neapolitano ab eodem Pontifice promotus, eumdem adhuc magno Ecclesiasticæ disciplinæ studio, pietate, ac Religione moderatur.

Pro Reformatis.

1712 DEODATVS A ROMA, Provinciæ *Romanæ* Lector Emeritus, antea Custos, & Minister, ac Regii S. *Claræ* Monasterii *Neapolis* Guardianus. Vir prudentia, doctrina, ac morum integritate conspicuus, literis Apostolicis datis sub die 18. Maii *Carolo Francisco* defuncto substituitur.

1716 JACOBVS A VERRVCCHIO, Prov. *Bononiensis* Lector Emeritus, & Pœnitentiariæ S. *Joannis in Laterano* Præses, iisdem literis Apostolicis, quibus *Laurentius a S. Laurentio* pro Observantibus, ipse pro Reformatis Vice-Commissarius designatur: sed postbiennium, & ultra fato fungitur. Vir pius, & probus.

1718 JOANNES COSMAS DE MONTEMINIANO Lector Emeritus, Provinciæ *Tusciæ* olim Custos, & Prædecessori suo a secretis, in hujus locum cessit literis Apostolicis datis sub die 18. Novembris. Rexit ann. 2. mens. fere 10. Præfuit Congregationi Generali habitæ in Cœnobio *Aracœlitano* ann. 1744.

1721 JOANNES A PETRAFITTA, Provinciæ *Calabriæ* Lector Emeritus, dum Ministri Provincialis munus agit, nondum expleto biennio, ad procuranda in Curia Romana pro Reformatis negotia assumitur; cujus Officii nondum pariter expleto biennio, eorumdem Reformatorum Præses iisdem Apostolicis literis, quibus antedictus *Franciscus Caraccioli*, instituitur: sed hujus itidem vicissitudines passus, coactus est in suam *Calabriæ* Provinciam redire, donec ei tandem melior sors affulsit, ut infra videbimus. Hactenus Vice-Commissarii Generales pro Observantibus, & Reformatis, cum in Comitiis ann. 1723. res ad præscriptum Bullæ *Unionis* redierint.

XLVIII.

1723 JOANNES DE SOTO, dum Commissarii Generalis *Indiarum* in Curia *Matritensi* munus obiret, ad Transalpinæ Familiæ quoque Præfecturam evectus in Comitiis *Aracœlitanis*: triennio elapso, indicta, sed non coacta Familiæ Synodo juxta Bullam *Unionis*, idem auctoritate Apostolica in officio ad Ordinis usque futura Comitia confirmatur, literis datis sub die 4. Aprilis ann. 1726. quo, ob Ministrum Generalem ad sacram purpuram assumptum, habita fuit Congregatio Generalis *Romana*, in qua *Matthæus a Pareta* Vicarius Ordinis fuit renunciatus. (a)

IL.

1729 FRANCISCUS A S. SEVERINO, Provinciæ *Principatus* Lector Emeritus, semel atque iterum ejusdem Minister, olim Procurator Generalis Reformatorum, in Comitiis *Mediolanensibus* Cisalpinæ Familiæ moderandæ præficitur. Vir prudentia, & morum suavitate omnibus carissimus; verum gravi pituitæ morbo correptus, nondum anno sui Magistratus elapso, magno omnium mœrore obiit in *Aracœlitano* Cœnobio. Luctum autem acerbissimum auxit inopinata BENEDICTI XIII. mors, Seraphicæ Religionis in paucis amantissimi, & munificentissimi, quæ paulo post est subsecuta, nimirum die 21. Februarii ann. 1730.

L.

1730 CRESCENTIUS KRISPER, Provinciæ *Austriæ* Lector Emeritus, ejusdemque antea Minister, cum Definitoris generalis officio fungeretur ad Synodum *Romanam* vocatus, in locum memorati *Francisci* demortui omnium suffragiis ad Familiæ Præfecturam evehitur: Vir doctrina, ac morum integritate, & suavitate eximius. Nec multo post ad summum Apostolatus apicem extollitur LAURENTIUS CORSINUS, totius Ordinis Cardinalis Protector, qui CLEMENTIS XII. nomine eamdem protectionem clementissime ad mortem usq. retinuit, demissis tamen *Prædicatorum*, & *Servorum B. M. V.* quas antea obtinebat, protectionibus & antedictum CRESCENTIUM Commissar. Gener. declaravit. LI.

(a) *Vid. Catalog. Ministr. Gener. n. LXXXIII. & Comm. gener. Indiar. n. XXV.*

L I.

1732 JOSEPHUS MARIA FONSECA, patria EBORENSIS, natione *Lusitanus*, Provinciæ *Romanæ* Observ. Lector Jubilatus, olim Ordini a secretis, mox Procurator Generalis, ac Indulto Apostolico Discretus perpetuus ejusdem, Votans Consistorialis, S. & U. Inquisitionis Consultor, Episcoporum Examinator, Regi *Lusitaniæ* a negotiis apud Sanctam Sedem tractandis, dum Commissarii in Curia munus agit, in celebri Synodo, cui s. m. CLEMENS XII. præfuit, coacta in Aula Consistoriali Palatii Quirinalis, Cisalpinæ Familiæ Moderator renunciatur: Vir de Romana Provincia, de laudata Familia, deque universo Ordine optime meritus, infulis *Portugallensibus* ornatus vivit ad immortalitatem.

BELLORUM CAUSSA PROROGANTUR ORDINIS COMITIA, ITERUMQUE DUO VICE-COMMISSARII GENERALES AUCTORITATE APOSTOLICA INSTITUUNTUR.

Pro Observantibus.

1735 JOANNES ANTONIUS LAPI A S. CRUCE in *Etruria* Oppido, Provinciæ *Tusciæ* Lector Jubilatus, Inquisitionis *Etruriæ* Consultor, olim ejusdem Provinciæ Minister, mox Ordini in *Hispaniis* a Secretis, tandem, ut elapso *Josephi Mariæ Eborensis* suæ administrationis triennio Observantium Familiam moderetur CLEMENTIS XII. fan. mem. literis Apostolicis datis sub die 23. Septembris 1734. Vice-Commissarius renunciatur, ad Pontificis usque, & S. A. beneplacitum: aliisque porro expeditis sub die 16. Novembris 1737. in eodem officio ad usque Comitia generalia confirmatur. Vir prudentia, ac morum suavitate conspicuus. Rexit annos quinque.

Pace itaque inter Principes Christianos composita, & aliis demum Vallisoleti Comitiis Franciscanis anno 1740. *in quibus Serenissimus* Reglus Hispaniarum Infans PHILIPPUS BORBONIUS Ordinis Patronus fuit annunciatus, *Commissarius Generalis Familiæ, juxta celebrem Bullam* UNIONIS, *iterum institutus est.*

Pro Reformatis.

1735 JOANNES A PETRAFITTA, *de quo supra*, LAURENTIO CORSINO *ad Summum Pontificatum evecto, cujus gratia, dum Protectoris munus ageret, plurimum valebat*, ROMAM *evocatus, semperque honorifice habitus, demum Apostolica auctoritate, ut antedictus* JOANNES ANTONIUS LAPI, *sub iisdem die, mense, & anno, Vice-Commissarius Generalis instituitur: sed post annum gravi morbo correptus, tandem moritur* NEAPOLI.

1736 PETRUS PAULUS A CERIGNOLA, Provinciæ S. *Angeli* Lector Emeritus, & Pater, dum in procurandis Reformatorum negotiis in Romana Curia versatur CLEMENTIS XII. literis datis sub die 7. Octobris 1736. *Joanni* defuncto succedit: nondum autem biennio expleto, morbo regio, quem vocant *nigrum*, correptus, ex hac vita decedit.

1738 FELIX ROMANUS, Provinciæ *Romanæ* Lector Emeritus, S. C. Indicis Consultor, olim Familiæ a Secretis, & Procurator Generalis, cum iterum huic muneri operam daret, CLEMENTIS XII. literis datis sub die 17. Martii 1738. Vice-Commissarius Generalis instituitur. Rexit annos duos, ac fere tres menses.

L I I.

1750 DOMINICUS LOSSADA, Lector Jubilatus *Complutensis*, Provinciæ *Castellæ* Pater, pro Regali Congressu Immaculatæ Conceptionis Theologus, & Commissarius Generalis *Indiarum*, postquam adversa fortuna aliquandiu jactatus, Regia Curia exulare jussus, ac tandem revocatus, in Comitiis *Vallisoletanis* Transalpinæ moderandæ Familiæ præficitur; sed nondum anno suæ administrationis exacto moritur *Matriti*: Vir doctrina, prudentia, & animi magnitudine clarissimus. (a)

L I I I.

1741 JOANNES *de la Torre*, Provinciæ *Cantabriæ* Lector Jubilatus, & antea Minister, olim Reginæ Viduæ CAROLI II. *Hispaniarum* Regis a Sanctioribus consiliis, dum Commissarii in Curia Romana munus obiret, in Synodo *Matritensi* habita die 13. mensis Aprilis Vice-Commissarius Generalis renunciatus, Commissarius a BENEDICTO XIV. feliciter regnante declaratur; deinde literis Apostolicis ann. 1754. ad aliud triennium confirmatur; tandem, bellorum caussa prorogatis Ordinis Comitiis, anno 1746. ejusdem Pontificis Apostolica auctoritate iterum in officio confirmatur, quod ad Generalem usque Conventum *Romanum* anni 1750. administravit.

L I V.

1750 RAPHAEL DE RUBEIS A LUCAGNANO, postquam Franciscanam Familiam supremo Ordinis Magistratu per sexennium sapientissime est moderatus, singulari BENEDICTI XIV. Pontificis O. M. propria manu scripto Indulto, jubetur Cismontanæ Familiæ Præfecturam inire, si contingat a suffragatoribus eligi; quorum cum fere omnium tabellis ad eamdem fuerit promotus in Comitiis *Romanis*, hanc summa sui nominis laude eximie administrat; Ne vero etiam extra Ordinem in Urbe careret officio, ab eodem clementissimo Pontifice inter Cleri Romani Examinatores denique est cooptatus.

Chronol. Seraph. *

e CA-

(a) *Fil. Catal. Commiss. Gener. Indiarum n. XXVI.*

CATALOGUS

Omnium Reverendissimorum PP. Commissariorum Generalium Indiarum in Curia Regis Catholici residentium.

I.

1572 FRANCISCUS GUSMANUS, Provinciæ S. *Michaelis* antea Minister, mox Procurator Generalis Ordinis, ac demum ad totius Transmontanæ Familiæ Præfecturam in Comitiis *Vallisoletanis* anno 1565. evectus, a piissimo PHILIPPO II. Hispaniarum Rege Catholico, Literis CHRISTOPHORI A CAPITE FONTIUM totius Ordinis Præsidis ad eumdem Regem in albo, seu fine electi nomine, missis, primus Indiarum Commissarius renunciatus, a GONZAGA *Christophori* successore suis itidem literis confirmatus, tandem officium cum vita absolvit, postquam decem annis rexisset.

II.

1582 HIERONYMUS GUSMANUS, Provinciæ *Conceptionis* alumnus, antea Commissarius in Curia *Romana*, eadem, ac suus Prædecessor a GONZAGA summo totius Ordinis Moderatore institutus, & a PHILIPPO II. electus, *Indiarum* Provinciis delegata auctoritate imperavit, donec anno sequenti in Synodo *Toletana*, instante eodem Rege Catholico, ejus officium veluti ordinarium in Franciscana Familia decretum est, ejusdemque jura firmata: quæ omnia in Comitiis Ordinis anni 1587. confirmata, denique Apostolicis SIXTI V. literis *Cum ad regendos &c.* probata fuerunt eodem anno 15. Maii. Rexit annos sex.

III.

1588 ANTONIUS A S. CYPRIANO, ejusdem Provinciæ *Conceptionis* alumnus, a FRANCISCO DE TOLOSA totius Ordinis Præfecto inter alios Regi Catholico nominatus, *Indiarum* Moderator eligitur die 26. Augusti. Sub hujus Præfectura *Andreas de Ajala* cum suis Sociis itidem Minoritis, postquam egregiam pluribus annis in Sacris Missionibus navasset operam, in odium Fidei fuit a *Chichimechis* in *America* crudeliter trucidatus. Rexit ann. 4. men. 3.

IV.

1592 FRANCISCUS DE ARCUBIANA, Provinciæ *Cantabriæ* antea Custos, mox procurandis Ordinis negotiis in Curia Romana præpositus, tandem a memorato FRANCISCO DE TOLOSA Regi pro more nominatus, ad *Indiarum* Provincias moderandas assumptus die 5. Decembris, easdem ad mortem usque annis 9. ac mensibus octo administravit. Sub hujus Præfectura, hoc est anno 1597. die 5. Februarii, illustre pro Fide certamen consumarunt gloriosi Athletæ Franciscani, post plurima passi tormenta, *Nangasachi* interempti, qui vulgo audiunt *Martyres Japponenses*.

V.

1602 JOANNES DE CEPEDA, Provinciæ *Immaculatæ Conceptionis* olim Minister, mox Definitor generalis, a FRANCISCO DE SOSA supremo Ordinis Moderatore die 18. Augusti nominatus Regi Catholico PHILIPPO III. Franciscanæ *Indiarum* Familiæ præficitur, quam annos 4. menses 4. administravit. Alternativa, quam dicunt, inter illos, qui in Indiis nati sunt, ac alios, qui ad Indias aliunde commigrarunt, fuit sub eo omnino interdicta, & abrogata in Comitiis *Toletanis*, ut ad Ordinis officia meliores dumtaxat assumerentur. Verum paullo post res ad priora rediere, & adhuc constantissime viget antedicta divisio.

VI.

1607 ANDREAS DE VELASCO, sub PHILIPPO III. ab ARCHANGELO *Messanensi* totius Ordinis Præside Indiarum Provinciis regendis præficitur die 8. Januarii. Rexit ann. 2. In Comitiis superiori anno celebratis multæ Indiarum Provinciæ divisæ, ob earum amplitudinem, & novæ erectæ fuerunt. Commissariis in Indiis residentibus antedictus ARCHANGELUS prohibuit, ne sanctiones generales, aut provinciales Ordinis dispensarent, nisi probante universo Capitulo, ac nemine dissidente.

VII.

1609 BERNARDUS DE SALVA, sub die 1. Februarii ab ARCHANGELO *Messanensi*, eodem, quo antea, modo electus, vix post annum suæ Præfecturæ ex hac vita migravit. *Sebastianus a S. Josepho* Excalceatus Hispanus, nobili genere natus, pluribus egregie functus apostolicis muneribus in Insulis *Philippinis*, & *Moluccis*, tandem sequenti anno a *Muhammedanis* in odium Fidei sagittis confossus, gloriose in Domino occubuit.

VIII.

VIII.

1610 ANTONIUS DE TREJO, Provinciæ S. *Jacobi* alumnus, a laudato ARCHANGELO pro more institutus sub die 14. Julii, *Indiarum* Provincias administravit, donec *Joannes del' Hierro* totius Ordinis Moderatore è vivis sublato, ipse in ejus locum vicariâ potestate cessit. Rexit annos circiter quatuor. Hoc suæ institutionis anno *Limæ*, principe in Regno *Peruano* Urbe, ex hac vita ad cœlestem patriam transitus est celeberrimus omnium *Indiarum Occidentalium* APOSTOLUS D. FRANCISCUS SOLANUS, singulare *Hispaniarum*, & totius *Franciscanæ* Familiæ decus, ac ornamentum.

IX.

1614 JOANNES BIVANCO, ejusdem *S. Jacobi* Provinciæ alumnus, missa a PHILIPPO III. ad ANTONIUM DE TREJO regiis literis, ab hoc nominatus sub die 19. Maii, Indiarum moderandis Provinciis præficitur. Rexit ann. 3. cum dimidio.

X.

1617 JOANNES VENIDO, Provinciæ *Imm. Conceptionis* alumnus, ab antedicto ANTONIO DE TREJO nominatus sub die 14. Decembris Regi Catholico, ad Indiarum Præfecturam assumptus, eamdem novem annis gessit, donec sacris Infulis fuit insignitus, *Vid. supr. in Catal. Commissarior. Gener. n.*24. Per ea tempora, nempe ann. 1624. tres LUDOVICI Minoritæ Excalceati, scilicet SOTELLUS Hispanus Regio sanguine clarus, jam pridem *Japponensium* Imperatoris ad Regem Catholicum, mox Regis *Vosuani* ad PAULUM V. Romanum Pontificem Orator; iterum LUDOVICUS SASSANDRA, & postremus TertiiOrdinis Frater, ambo *Japponenses*, lento igni paulatim consumpti, Martyrii palmam in *Japponia* meruerunt.

XI.

1626 JOANNES DE SANCTANDER, Provinciæ *Cantabriæ* Lector Jubilatus, atque iterum Minister, mox Definitor Generalis, tandem a BERNARDINO DE SENIS supremo Ordinis Moderatore nominatus sub die 7. Augusti, ad Indiarum Provincias regendas assumitur, quas quinque annis, & ultra prudentissime administrat, donec scilicet ad Episcopatum *Majoricensem* promovetur, cujus infulis ornatus piissime obdormivit in Domino. Antequam officio sese abdicaret gloriosus Christi martyr occubuit in Regno *Marochii* die 24. Maii 1631. B. JOANNES DE PRADO Minorita excalceatus Provinciæ *S. Gabrielis*.

XII.

1631 FRANCISCUS DE OCCAÑA, Provinciæ *Castellæ* alumnus, a PETRO JOVER Vicario Generali Ordinis, qua servata forma penitus ignoratur, Provinciarum Indiarum Moderator renunciatus 20. Decembris, illas fere per integrum decennium administravit.
Chronol. Seraph.

XIII.

1641 JOSEPHUS MALDONATUS, Provinciæ *Sancti Francisci de Quito*, ne quidem Concionatoris titulo insignitus, Regii Indiarum Senatus favore innixus, ab hoc præsentari, & a Rege Catholico institui meruit earumdem Indiarum Commissarius generalis, literis tamen JOANNIS MERINERI summi Ordinis Moderatoris, qui subinde mira constantia *Maldonati* conatus pro sua amplianda jurisdictione elusis, gravissimis datis libellis ad Pontificem, Regem, Regiumque Senatum, id tandem in sequentibus Franciscanis Comitiis confirmari curavit. Rexit annos fere 12.

XIV.

1651 ILDEPHONSUS A PRADO, Provinciæ *Immaculatæ Conceptionis* alumnus, literis PETRI MANERI totius Ordinis Præfecti datis 22. Novembris ad Indiarum Provincias moderandas assumptus, illas per annos fere septem administravit.

XV.

1658 ANDREAS DE GUIROS A GUADALUPE, nobilibus ortus parentibus, Provinciæ *Angelorum* Lector Jubilatus, & semel atque iterum Vicarius Provincialis, olim in Regio Discalceatarum *Matriti* Monasterio Confessarius, a MICHAELE ANGELO DE SAMBUCA, & Rege Catholico vel invitus Indiarum regendis Provinciis præficitur die 9. Septembris: mox Regiis Infantibus *Mariæ Theresæ*, & *Margaritæ* a Sanctioribus consiliis, illa demum *Galliarum Reginæ*, hac *Cæsareæ M. jestas*: deinde Vice-Commissarius Familiæ: ta dem constantissime recusatis *Pacensis* infulis, Vir doctissimus, & piissimus, non sine magna sanctitatis fama obdormivit in Domino *Matriti* die 5. Septembris ann. 1668.

XVI.

1668 ANTONIUS DE SOMOZA, Provinciæ *Sancti Jacobi* alumnus, ab ILDEPHONSO SALIZANES Ordinis Moderatore, & ejusdem Provinciæ Patre, moderandis Indiarum Provinciis præpositus die 28. Octobris. In sequentem annum transfert *P. de Gubernatis* hujus institutionem, & mortem *Andreæ de Guiros*, quam nos ex Chronico M. S. Provinciæ *Angelorum* anno priori consignavimus. Quod si ita est, vix credi potest per annum, & ultra dilatam fuisse novi Commissarii Indiarum designationem, præsertim Ministro Generali Hispano, & in Hispaniis degente. Rexit ergo annos septem.

XVII.

1675 JOANNES LUENGO, Provinciæ *Angelorum* JO-

Sac. Theol. Lector, olim Custos, & semel atque iterum Minister Provincialis. Vir doctrina, & morum integritate eximius, ad Indicas administrandas Provincias literis FRANCISCI MARIÆ DE NICOLIS datis die 14. Novembris assumptus; apoplesiæ tandem ictu repente correptus decessit *Matriti* septuagenario major mense Januarii anno 1681. & in sepulcro *Andreæ de Guadalupe*, ut ipse optaverat, & cujus vitam integro volumine, quod ajunt, in folio Hispanice vulgaverat, tumulatus. Rexit ergo Franciscanæ Paupertatis inclitus Cultor ann. 5. & ultra.

XVIII.

1682 MICHAEL DE AVENGOZAR, Provinciæ *Carthaginensis* Lector Jubilatus, & olim Minister, Familiæ primum, dehinc universo Ordini a secretis, suprem. Inquisit. Qualificator, ac demum Definitor generalis, a JOSEPHO SAMANIEGO Ordinis Moderatore cum aliis nonnullis Regi Catholico præsentatus, frustra ejusdem Regis liberam nominationem Regio afferente Indiarum Senatu, Indis administrandis Provinciis præfectus circa finem Martii. Mihi plane perspectum non est tempus mortis ejus; sed ex infra dicendis constabit illum in officio brevi perstitisse.

XIX.

1682 CHRISTOPHORUS *del Viso* legitur hoc anno subscriptus tanquam Commissarius Generalis Indiarum Actia Comitiorum generalium, quæ *Toleti* celebrata fuerunt.

XX.

1684 JULIANUS CHUMILLAS, Provinciæ *Carthaginensis* Pater, per hæc circiter tempora Commissarius generalis Indiarum in Curia Regis Catholici renunciatus, sequenti anno Familiæ transalpinæ Moderator electus: tandem cum MARCO ZARZOSA primum, deinde cum JOANNE ALVIN supremis Ordinis Rectoribus, proferendi suæ jurisdictionis terminos cupidus, Isicæ potestatis iuniuxus patrocinio, summas, easque molestissimas Ordini excitavit controversias, quæ demum Brevi Pontificio, & Regio Decreto extinctæ fuerunt in Comitiis *Victoriensibus* ann. 1694. Interfuit Congregationi *Matritensi* anno 1696. Rexit ann. circiter 12.

XXI.

1696 ANTONIUS FOLCH de CARDONA, Provinciæ *Conceptionis* alumnus, Indiarum Provinciis regendis præficitur. Vir sanguinis claritate, animi magnitudine, & rerum agendarum peritia præstantissimus, de quo vide *in Catalogo Commissariorum Generalium Familiæ eam. XLV.* Cum vero jampridem etiam transalpinæ Familiæ Præfectus esset renunciatus, utrumque officium dimisit, promotus ad Archiepiscopatum *Valentinum*, eique in Præfectura Familiæ successit LUDOVICUS *de la Torre* die 8. Novembris 1699. electus in Congregatione generali *Matritensi*.

XXII.

1699 ILDEPHONSUS DE BIEZMA, Provinciæ *Castellæ* alumnus, ad Indiarum Provincias moderandas circa finem hujus anni, aut initio sequentia, fuit assumptus; qui cum die 5. Decembris ann. 1701. ad Vicariatum Generalem Ordinis fuerit promotus, ab mortem LUDOVICI *de la Torre*, Indiarum Præfectura se abdicavit. Rexit ergo ann. circiter 2.

XXIII.

1702 LUCAS ALVAREZ TOLETANUS, Provinciæ *Castellæ* alumnus, ILDEPHONSO DE BIEZMA ad Ordinis Magistratum evecto, Indiarum Provinciarum Moderator renunciatur. Rexit ann. circiter octo.

XXIV.

1710 JOSEPHUS SANZ, Provinciæ *Castellæ* Lector Jubilatus, ac antea Minister, ad Indiarum Provinciarum circa hæc tempora evectus Præfecturam, quam 12. circiter annis est moderatus. Præfuit Synodo *Matritensi* anno 1716. in qua, ob mortem *Ildephonsi de Biezma*, ad universum Ordinem regendum assumptus fuit JOSEPHUS GARCIA. Diem extremum clausit ann. 1722.

XXV.

1722 JOANNES DE SOTO Provinciæ *Immaculatæ Conceptionis* alumnus, nondum inito Procuratoris Generalis Ordinis officio, ad quod literis Apostolicis INNOCENTII XIII. fuerat promotus, Commissarius Generalis Indiarum renunciatur. Sequenti anno ad Transmontanæ Familiæ Præfecturam evectus, utramque ad annum usque 1729. quo ad totius Ordinis Magistratum fuit assumptus, sapientissime administravit. Rexit ann. 7. vid. *Catal. Ministrorum, & Commissarior. Generalium n. LXXXIII. & XLVIII.*

XXVI.

1729 DOMINICUS LOSSADA, Provinciæ *Castellæ* alumnus, Indiarum Provinciis moderandis præficitur, sed post aliquot suæ Præfecturæ annos Regia Curia abire jussus, illam Regio PHILIPPI V. diplomate JOANNES BERMEJO totius Ordinis Moderator interea administravit: tandem revocatus, ac pristinæ dignitati restitutus, hanc cum totius Familiæ Magistratu ad mortem usque retinuit. Ejus ingentis beneficia prædicare non, cessant *Complutensis* Cœnobium, & Sacellum, in quo Corpus S. *Didaci* adhuc integrum, magna Populorum frequentia, colitur. Vid. *Catal. Commissarior General. n. LII.*

XXVII.

1741 MATTHIAS DE VELASCO, Provinciæ *Castellæ* Lector Jubilatus, ac antea Vicarius Provincialis, dum in Regio Excalceatarum *Matritensium* Monasterio Confessarii munus agit, ad Indiarum Provincias regendas assumitur, quas in præsentia adhuc moderatur: Vir sane doctus, & indefessi laboris, cujus propositum de construenda Bibliotheca Franciscana, in qua sint quot quot hactenus ex universo Terrarum Orbe in publicum prodiere FF. Minorum opera, satis laudare non possum. Faxit Deus, ut vota sua ad exoptatum finem perducere valeat.

CA-

CATALOGUS.

OMNIUM PROVINCIARUM,

Ex quibus in præſentia Ordo in duas Familias diviſus, *Ciſmontanam*, ſcilicet, & *Ultramontanam*, componitur, diſpoſitus juxta ordinem Præcedentiæ, quæ unicuique earumdem competit, additoque Indice Chronologico illorum omnium, qui poſt editam Bullam *Unionis* ad hæc uſque tempora ex illarum ſingulis ad dignitates generales Ordinis aſſumpti fuerunt.

PROVINCIÆ CISMONTANÆ.

I.

S.P.N. FRANCISCI

Vulgo *Seraphica*, Mater, & Caput omnium Provinciarum, & Ordinis.

Obſervantium.

1517 Cherubinus Interamnenſis Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis dictis *Unionis*.

1523 Hieronymus de Spoleto Definitor Generalis electus in Comitiis Burgenſibus.

1526 Laurentius Eugubinus Definitor Generalis electus in Congregatione Generali habita in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.

1532 Thomas de Nurſia Definitor Generalis electus in Congregatione generali Meſſanenſi.

1535 Joſephus Peruſinus Definitor Generalis electus in Comitiis Nicienſibus.

1547 Laurentius de Fulgineo Definitor Generalis electus in Comitiis habitis in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.

1565 Pacificus Nurſinus Definitor Generalis electus in Comitiis Valliſoletanis.

1571 Bernardinus de Colleſtate Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1575 Felix Peruſinus Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.

1590 Angelus de Pinna Commiſſarius Generalis Curiæ electus in Congregatione Neapolitana.

1597 Franciſcus Lunianenſis Procurator Generalis Ordinis electus a Miniſtro Generali.

1606 Paulus de Lacu Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Toletanis; ſed brevi ad Epiſcopatum Triventinum promotus.

1612 Dionyſius de Martinis a Turre, Cuſtodiæ Reformatæ, Confeſſarius S.M. Pauli V. Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis, unaque Procurator Reformatorum in Curia Romana.

1615 Nicolaus Peruſinus ejuſd. Cuſto. Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1626 Idem literis patentibus Miniſtri Generalis Procurator Ordinis inſtitutus, loco Joannis Baptiſtæ a Monte Corvino.

1642 Stephanus a Bictonio Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.

1651 Fulgentius Melioruccius Tiphernas Commiſſarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Romanis.

1661 Evangeliſta Pighius è Burgo Sancti Sepulcri, loco Benigni de Florentia, per Breve Alexandri VII. quod ignoraverat Miniſt. Generalis, fuit Procurator Generalis Ordinis renunciatus.

1664 Franciſcus de Baſtia Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1674 Leo Caromius Tiphernas Procurator Generalis Ordinis inſtitutus a Franciſco Maria de Nicolis Miniſtro Generali.

1676 Idem Commiſſarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Romanis.

1679 Joannes a Stronconio Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.

1694 Franciſcus Cajetanus de Fulgineo Definitor Generalis electus in Comitiis Victorienſibus.

I I.

ROMANA

Quæ legitur in primo Provinciarum Catalogo, qui D. BONAVENTURÆ adſcribitur.

Obſervantium.

1526 Franciſcus de Frangepanibus Definitor Generalis electus in Congregatione generali habita in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.

1542 Euphemius a Valledocta, qui Clementis Moneliani loco in procurandis Ordinis negotiis ſucceſſerat, electus poſtea fuit Commiſſarius Generalis Curiæ, & Definitor Generalis in Comitiis habitis in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.

1562 Stephanus Molina Definitor Generalis electus in Congregatione Montis Alvernæ.

1575 Vincentius Romanus Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.

1587 Hieronymus ab Hiſpello Confeſſarius Sixti V. Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1600 Franciſcus de Palumbaria Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1602 Idem Commiſſarius Generalis Curiæ electus in Congregatione Romana.

1606 Salvator Romanus Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.

1608

1608 Daniel a Raeudia Procurator Gener. Ordin. a Ministro Generali institutus ob promotionem Pauli a Lacu ad Episcopatum Triventinum.
1612 Salvator Roman. Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Romanis.
1625 Callixtus ab Introduco Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1628 Vincentius Romanus Commissarius Generalis Curiæ electus in Congregatione Romana.
1628 Angelus a Carpineto Reformat. Custod. Definitor Generalis electus in Congreg. Romana.
1639 Pacificus Romanus Definitor generalis electus in Comitiis Romanis.
1642 Joannes de Roma Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1645 Aloysius Romanus Definitor generalis electus in Comitiis Toletanis.
1651 Honoratus de Domobascìana, vulgo de Luca, Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1664 Archangelus Romanus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1670 Vincentius a Bassiano Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1679 Hieronymus a Vellitris Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1688 Antonius ab Introduco Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1690 Michaelangelus Farolfus Cretensis Ex-Commissarius Generalis literis Apostolicis Alexandri VIII. datis sub die 21. Junii institutus.
1691 Antonius ab Introduco Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Congregatione Romana.
1691 Michaelangelus Farolfus Cretensis Commissarius Generalis Curiæ electus in Congregatione Romana.
1694 Joannes Jacobus Romanus electus in Comitiis Victoriensibus Definitor Generalis.
1700 Joannes Franciscus de Tuscanella Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1703 Joannes Antonius a Panormo Commissarius Generalis literis Apostolicis Clementis XI. datis sub die 20. Januarii renunciatus.
1714 Laurentius Cozza a S. Laurentio literis Apostolicis Clementis XI. datis sub die 8. Martii inter Ex-Commissarios Generales cooptatus.
1716 Idem - Literis Apostolicis datis sub die 6. Aprilis instituitur Vice-Commissarius Generalis Observantium loco Cœlestini a Mediolano.
1723 Idem - Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1723 Bartholomæus a Vulsinio Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1727 Josephus Maria Fonseca ab Ebora Procurator Generalis Ordinis institutus literis Apostolicis datis sub die 9. Januarii, loco Matthæi a Pareta Vicarii Generalis electi.
1729 Idem - Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Mediolanen.
1729 Joannes Jacobus de Vallico Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanen.
1729 Josephus Maria Fonseca ab Ebora literis Apostolicis inter ex - Ministros Generales totius Ordinis cooptatus.
1732 Idem - Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Congregatione Romana habita in Aula Consistoriali Palatii Apostolici in Quirinali die 30. Maii Præsidente s. m. Clement. XII.
1740 Joannes Jacobus de Vallico Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1740 Vincentius Antonius a Caprarola Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1750 Anacletus Romanus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

III.

MARCHIÆ ANCONITANÆ, vulgo *Piceni*, quæ legitur in primo Provinciarum Catalogo D. BONAVENTURÆ.

Observantium.

1526 Benedictus N. Definitor Generalis electus in Congregatione Generali habita in Sacro Cœnobio D. M. Angelor. de Portiuncula.
1547 Franciscus de Carticeto Definitor Generalis electus in Comitiis habitis in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.
1562 Angelus de Petriolo Definitor Generalis electus in Congregatione Montis Alvernæ.
1575 Antonius Ginestretus Commissarius generalis Familiæ Cismontanæ electus in Congregatione Romana.
1579 Thomas a Massa Definitor Generalis electus in Comitiis Parisiensibus.
1587 Idem - Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Comitiis Romanis.
1590 Idem - Ex dispensatione Apostolica Commissarius Generalis Familiæ confirmatus in Congregatione Neapolitana.
1593 Bernardinus Scotinus Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1600 Marcus ab Antiquo Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Romanis.
1612 Angellus Metellus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1615 Marcellinus a Montealbodio Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1621 Bonaventura de Masignana Procurator Generalis generalis Ordinis electus in Congregatione Segoviensi.
1639 Thomas a S. Agatha Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1654 Lucius de S. Justo Commissarius Generalis Curiæ in Congregatione Romana electus a Cardinale Protectore Ordinis, & a Ministro Generali per suas Patentes literas confirmatus.
1682 Antonius de Carticeto Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1740 Josephus Maria de Fano Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1747 Idem — Procurator Generalis Ordinis literis patentibus Ministri Generalis institutus.

IV.

TUSCIÆ

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1517 BArtholomæus de Plebe Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis dictis *Unionis*.
1518 Hilarion Sacchettus Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Carpensibus.
1523 Idem — Commissarius generalis electus in Comitiis Burgensibus.
1523 Andreas de Alamannis Commissarius generalis Curiæ electus in Comitiis Burgensibus.
1526 Idem — Definitor Generalis electus in Congregatione Generali habita in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.
1529 Bernardinus Ptolomæus Definitor Generalis electus in Comitiis Parmensibus.
1531 Honorius Cajanus Procurator Generalis Ordinis electus in Congregatione Messanensi.
1532 Franciscus de Pontremulo Definitor Generalis electus in Congregatione Generali Messanen.

Nota, quod tunc Provincia Tusciæ divisa erat a Senensi Provincia; quæ demum in unam, eamdemque Provinciam coaluerunt.

1535 Andreas de Alamannis Definitor Generalis electus in Comitiis Niciensibus.
1541 Albertus de Sartheano Definitor Generalis electus in Comitiis Mantuanis.
1553 Franciscus Bartholomæi Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1559 Silvester de Popio Definitor Generalis electus in Comitiis Aquilanis.
1571 Berardus Dragoncinus definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1587 Joannes Maria a Colle Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1593 Joannes Franciscus Cocchius Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1603 Franciscus Aretinus Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1606 Octavianus de Incisa Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1615 Christophorus de Colle Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1618 Gregorius de Rasina Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1639 Evangelista Momigno Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1645 Benignus a Florentia Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1658 Franciscus Mancini Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1661 Benignus a Florentia Procurator Generalis Ordinis a Ministro Generali deputatus in Congregatione Vallisoletana.
1669 Idem — literis Clementis IX. Vice-Commissarius Generalis Observantium renunciatus ob promotionem Evangelistæ Barzaghi ad Archiepiscopatum Jadertinum.
1676 Franciscus Maria Mancinus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1679 Celsus Maria Billi Senensis Commissarius Generalis Curiæ electus in Congregatione Romana.
1682 Idem — Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1688 Michaelangelus de Florentia Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1691 Joannes Hieronymus de Massa Definitor Generalis legitur in Congregatione Romana, institutus, ut arbitror, auctoritate Apostolica.
1700 Joannes Maria a S. Cruce Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Romanis.
1723 Albericus Balbianus a Liburno Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1734 Joannes Antonius a S. Cruce Vice-Commissarius Generalis Observantium institutus literis Apostolicis Clementis XII. datis sub die 23. Septembris.
1740 Petrus a Justanians Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1742 Benedictus Maria Galli Florentinus Procurator Generalis Ordinis literis Patentibus Generalis institutus.

V.

BONONIÆ

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1517 CHristophorus Numai Forolivienfis Minister Generalis electus in Comitiis Romanis dictis *Unionis*.
1517 Paulus Pisottus Parmensis Procurator Generalis electus in Comitiis Romanis dictis *Unionis*.
1526 Idem — Commissarius Generalis electus in Congregatione Generali habita in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.
1526 Paulus de Parma Definitor Generalis electus in Congregatione Generali habita in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.
1529 Paulus Pisottus Parmensis Minister Generalis Ordinis electus in Comitiis Parmensibus.
1529 Hieronymus de Burgonovo Procurator Generalis Ordinis, & Definitor Generalis electus in comitiis Parmensibus.
1541 Clemens Dolera de Monelia Procurator Generalis Ordinis, & Definitor Generalis electus in Comitiis Mantuanis.
1547 Idem — Vicarius Generalis electus in Congregatione Assisinate, ob mortem Joannis de Calvio.
1547 Idem — Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Comitiis habitis in Sacro Cœnobio D. M. Ang. de Portiuncula.
1547 Archangelus de Placentia Definitor Generalis electus in Comitiis Generalibus D. M. Angelorum de Portiuncula.
1553 Clemens Dolera Monelianus Minister Generalis Ordinis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1553 Aloysius Puteus a Burgonovo Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1557 Antonius Monelianus Procurator Generalis Ordinis electus in Congregatione Romana.

1559

1559 Idem -- Commissarius Generalis Curiæ, & Definitor Generalis electus in Comitiis Aquilanis.
1562 Aloysius Puteus a Burgonovo Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Congregatione Montis Alvernæ.
1565 Idem -- Minister Generalis Ordinis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1565 Antonius Monelianus Procurator Generalis Ordinis, & Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1571 Cornelius a Buxeto Definitor generalis electus in Comitiis Romanis.
1575 Ludovicus Mirandulanus Commissarius Generalis Curiæ electus in Congreg. Romana.
1575 Hieronymus Imolensis Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1579 Angelus Placentinus Definitor Generalis electus in Comitiis Parisiensibus.
1590 Theodorus Bononiensis Definitor Generalis electus in Congregatione Neapolitana.
1593 Joannes Franciscus Maculanus aliis *Macolinus* Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1600 Idem -- Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Comitiis Romanis.
1602 Irenæus Brasavola Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1606 Angelus a Fugnano Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1615 Irenæus Brasavola Procurator Generalis Ordinis electus in Congregatione Romana.
1628 Clemens Placentinus Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1633 Bonaventura a Parma Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1641 Fabius Papazzonius Commissarius Generalis Curiæ electus in Congregatione Romana a Ministro Generali.
1654 Idem - Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1667 Franciscus maria de Nicolis Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1669 Thomas Ariminensis Commissarius Generalis Curiæ literis Apostolicis institutus, loco Evangelistæ Barzaghi.
1670 Franciscus Maria de Nicolis de Castro S. Petri, alias Bononiensis, ac demum Cremonensis vocatus, Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1673 Idem -- Indulto Apostolico confirmatur Procurator Generalis Ordinis.
1673 Idem -- Literis Apostolicis Clementis X. Vicarius, & deinde Minister Generalis totius Ordinis institutus ob promotionem Generalis Præfecti ad Archiepiscopatum Syracusanum.
1676 Idem -- Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Comitiis Romanis.
1676 Joannes Baptista de Fugnano Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1679 Joannes Baptista Cataneus Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1789 Thomas a Cento literis Apostolicis renunciatus Definitor Generalis supranumerarius.

V I.

S. ANTONII, vulgo *Veneta*

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1517 Franciscus Georgius Venetus Definitor Generalis in Comitiis Romanis dictis *Unionis*.
1523 Idem Definitor Generalis in Comitiis Burgensibus.
1535 Idem -- Definitor Generalis electus in Comitiis Niciensibus.
1541 Joannes Barbarus Definitor Generalis electus in Comitiis Mantuanis.
1559 Idem -- Definitor Generalis electus in Comitiis Aquilanis.
1562 Antonius Patavinus Definitor Generalis electus in Congregatione Montis Alvernæ.
1571 Seraphinus Monsalbanus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1579 Franciscus Gonzaga Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Parisiensibus.
1579 Daniel a Meduna Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Parisiensibus.
1593 Leonorus de Leonico Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1618 Gregorius Petrocha Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1626 Benedictus de Cologna Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1654 Joannes Baptista de Venetiis Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1658 Theodorus a Vicentia Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Toletanis.
1676 Antonius Maria de Venetiis Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1723 Gabriel a Venetiis Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

V I I.

G E N U Æ,

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1526 Hieronymus de Valentia Commissarius Generalis Curiæ electus in Congregatione Generali habita in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.
1529 Leonardus Publicius Definitor Generalis electus in Comitiis Parmensibus.
1532 Franciscus de Sospitello Definitor Generalis electus in Congregatione Generali Messanensi.
1533 Leonardus Publicius, eum solum nomen *Ministri Generalis* Paulo Pisotto Pontificis Decreto remansisset, fuit renunciatus Vicarius Generalis Familiæ Cismontanæ.
1535 Idem -- Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Comitiis Niciensibus.
1535 Michael de Carmagnola Definitor Generalis electus

electus in Comitiis Nicienfibus.

1553 Angelus de Portu Mauritio Provinciæ S. Hieronymi de Urbe olim Minister, Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.

1562 Angelus Justinianus Definitor Generalis electus in Congregetione Montis Alvernæ.

1565 Bonaventura de Clavaro Definitor Generalis electus in Comitiis Vellisoletanis.

1571 Idem — Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Comitiis Romenis.

1571 Franciscus Visonus Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Romanis.

1575 Idem Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.

1590 Augustinus Rivarole de Spedia Definitor Generalis electus in Congregatione Neapolitane.

1612 Vincentius Rufinus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1625 Angelus Monelienus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1648 Angelus Franciscus de Genua Procurator Generalis electus in Congregatione Victoriensi.

1664 Clemens Dolere Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1670 Antonius Franciscus a Genue Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

1682 Angelicus e Genua Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.

1684 Franciscus Maria Taglleferri de Monelia Procuretor Generalis Ordinis loco Antonii Pelumbi, qui duobus ennis, duobusque dumtaxat mensibus officinm administreverat.

1688 Idem — Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Romanis.

1688 Idem — Definitor Generalia electus in Comitiis Romanis.

1700 Bernardus de Clavaro Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1729 Cherubinus de Gapriata Definitor Generalia electus in Comitiis Mediolenensibus.

VIII.

MEDIOLANI

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1517 PAulus de Soncino Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis dictis *Unionis*.

1521 Idem — Vicarius Generalis, & mox Minister Generalis electus in Comitiis Cerpensibus.

1526 Angelus de Porris Definitor Generalis electus in Congregatione generali habita in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.

1532 Franciscus Pongenus Definitor Generalis electus in Congregatione Generali Messanensi.

1547 Baptista de Castilione Definitor Generalis electus in Comitiis habitis in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.

1553 Petrus Vercellensis Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.

1565 Joannes Advocatus Novariensis Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

1579 Franciscus Panigarola Definitor Generelis electus in Comitiis Parisiensibus.

1587 Franciscus Balerna Definitor Generelis electus in Comitiis Romanis.

1590 Claudius Medulla Definitor Generalis electus in Congregetione Neapolitana.

1603 Evangelista de Gabbieno Definitor Generelis electus in Congregatione Romana.

1615 Idem — Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Congregatione Romane.

1618 Benedictus Cinquenta Definitor Generelis electus in Comitiis Selmanticensibus.

1628 Antonius a Galbieto Reformatus Commissarius Generelis Familiæ Cismontanæ electua in Congregetione Romana.

1639 Josephus Redeellus, eum Hieronymus a Cilento sese Prosuratoratu Generali abdicesset, auctoritate Apostolica Procuretor Ordinis renuncietus.

1639 Idem — Commissarius Generalis in Curia Romena electus in Comitiis Romenis.

1645 Franciscus Quaresmius Procuretor Generalis Ordinis electus in Comitiis Toletanis.

1645 Marcellinus Redaellus Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.

1654 Josephus Redaellus Definitor Generalis electus in Congregetione Romena.

1658 Mercellinus Redaellus Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.

1667 Antonius Cataneus Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.

1670 Franciscus Gettinara Definitor Generalis electus in Comitiis Vellisoletanis.

1682 Petrus Marinus Sormanus Minister Generalia totius Ordinis electus in Comitiis Toletanis.

1682 Franciscus Gattinara iterum Definitor Generelis electus in Comitiis Toletanis.

1688 Cœlestinus Tiessen de Mediolano Definitor Generalis electus in Comitiis Romenis.

1700 Idem — iterum Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1706 Idem — Vice-Commissarius Generalis Observantium literis Apostolicis Clementis XI. datis sub die 25. Maii institutus.

1723 Joannea Franciscus a Sorexina Definitor Generelis electus in Comitiis Romanis.

IX.

PRINCIPATUS, olim dicta quoque TERRÆ LABORIS.

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Cetalogo.

Observantium.

1541 MAtthæus Cilentanus Definitor Generelis electus in Comitiis Mantuanis.

1553 Angelus Aversanus Procurator Generalis Ordinis, & Definitor Generelis electus in Comitiis Salmanticensibus.

1557 Idem — in Congregatione Romena Vicarius Generelis electus ob promotionem ad Sacram Purpuram Clementis Moneliani Ministri Generalis totius Ordinis.

1559 Idem — Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Comitiis Aquilanis.

1559 Franciscus Susius Definitor Generalis electus in Comitiis Aquilanis.
1562 Angelus Aversanus Definitor Generalis electus in Congregatione Montis Alvernæ.
1575 Joannes Volarus Neapolitanus Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1579 Paulus Sovagius Etruscus Definitor Generalis electus in Comitiis Parisiensibus.
1618 Joannes Baptista de Monte Corvino Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1625 Idem — Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Romanis.
1628 Joannes Baptista a Campanea Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1633 Idem — Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Toletanis.
1636 Hieronymus a Cilento Procurator Generalis Ordinis a Ministro Generali electus.
1645 Idem — Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1654 Augustinus de Monte Corvino Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1676 Archangelus a Cilento Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1682 Ludovicus Ruberti ab Aquis Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1694 Joannes Baptista ab Atina Procurator Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.
1709 Hieronymus a Laurino Commissarius Generalis Curiæ literis Apostolicis Clementis XI. datis sub die 28. Junii, institutus loco Joannis Mariæ a S. Cruce, qui se officio abdicavit.
1735 Cajetanus Politi a Laurino Commissarius Generalis Curiæ renunciatus literis Apostolicis Clementis XII. datis sub die 30. Maii.
1740 Idem - Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Vallisoletania.

X.

SS. SEPTEM MARTYRUM, olim CALABRIÆ.

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1541 PAulus de Nicotera Definitor Generalis electus in Comitiis Mantuanis.
1547 Ludovicus Amantinus Definitor Generalis electus in Comitiis habitis in Sacro Cœnobio Divæ Mariæ Angelorum de Portiuncula.
1575 Paulus a Terranova Definitor Generalis perpetuus Familiæ Cismontanæ electus a Cardinale Vice-Protectore Ordinis in Congregatione Romana.
1606 Bernardinus de Polistina Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis
1633 Didacus a Pitlo Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1705 Paschalis de Tropea Definitor Generalis institutus autoritate Apostolica, ut patet, loco Josephi Mariæ de Agrigento demortui.

X I.

SICILIÆ.

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1523 COla N. Definitor Generalis electus in Comitiis Burgensibus.
1529 Franciscus a Messana Definitor Generalis electus in Comitiis Parmensibus.
1562 Vincentius Messanensis Definitor Generalis electus in Congregatione Montis Alvernæ.
1593 Bonaventura a Calatayerone Minister Generalis Ordinis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1593 Josephus a Leontinio Procurator Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1600 Vincentius a Politin Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1603 Josephus Syracusanus Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1606 Archangelus Messanensis Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Toletanis.
1612 Franciscus a Ficarra Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1615 Benignus a Genua Reform. Custod. Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1618 Idem — Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1625 Idem — Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ autoritate Apostolica renunciatus, qui in hujus Provinciæ divisione se adnumeravit Provinciæ Vallis Mazariæ. *Vid. infra in Prov. Vallis Mazariæ Reformator. n. LIX.*
1628 Franciscus a Giojosa Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1679 Balthassar a Messana Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.

X I I.

S. NICOLAI, vulgo *Barensis*, & olim APULIÆ.

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1533 JOannes de Juvenatio Definitor Generalis electus in Comitiis Niciensibus.
1565 Clemens de Sancto Petro in Galatina Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1587 Paulus de Gravina Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Romanis.
1590 Laurentius Galatinus Definitor Generalis electus in Congregatione Neapolitana.
1602 Gratianus ab Altamura Vice-Commissarius Generalis electus ob mortem Francisci Marculani.
1603 Idem — Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1618 Bonaventura a Brundusio Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1625 Laurentius ab Acheruntia Definitor Generalis

lis electus in Comitiis Romanis.
1639 Nicolaus de Spinezzole, seu de Spina Aurea, Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1642 Bonaventure de Aquaviva Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1697 Josephus Maria de Levereno, cum esset Indulto Apostolico cooptatus inter Ex-Commissarios Generales Curiæ, fuit subrogatus Definitor Generalis in locum Matthæi a S. Stephano electi Vicarii Generalis Ordinis.
1740 Bernerdinus a Terlitio Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1750 Idem — Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Romanis.

X I I I.

S. BERNARDINI, olim PENNÆ.

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1523 FRanciscus de Penthoma Definitor Generalis electus in Comitiis Burgensibus.
1532 Marcus Theatinus Definitor Generalis electus in Congregatione generali Messenensi.
1559 Philippus Theenensis Definitor Generalis electus in Comitiis Aquilanis.
1571 Laurentius de Tricesio Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1600 Paulus a Sulmona Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1606 Joannes a Castromonte Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1612 Paulus Sulmonensis Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Comitiis Romanis.
1612 Placidus Aquilanus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1615 Benedictus Sulmonensis Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1679 Petrus Antonius a Nereto Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.

X I V.

S. A N G E L I.

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1593 FRanciscus a Mirabello Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1679 Antonius a S. Joanne Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Congregatione Romana.
1682 Antonius Palumbus a Campobesso, ex speciali mandato Innocentii XI. a Cardinale Protectore depotatus Procurator Generalis Ordinis.
1700 Joannes Baptista a Petra Vairana Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

X V.

DALMATIÆ.

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1541 BOnaventura Corsetus Definitor Generalis electus in Comitiis Mentuanis.
1553 Evangelista Rubinensis Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1575 Andreas de Arbo Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1593 Simon de Rubino Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

X V I.

CANDIÆ, olim *Custodia* Provinciæ ROMANIÆ

Quæ sub hoc nomine occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciar. Catalogo.

Observantium.

1618 JOannes Andreas de Semitecolis Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticen.
1750 Antonius Scutari Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

X V I I.

CARNIOLÆ, olim BOSNÆ CROATIÆ

Quæ sub titulo *Vicariæ Bosnæ* occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Reformatorum.

1628 MIcheel Kumar Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1664 Paulus Budimiz Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1688 Antonius Lazzari Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1740 Sigismundus Skerpin Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

X V I I I.

AUSTRIÆ, olim una cum Provincia BOHEMIÆ,

Quæ sub hoc nomine occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Reformatorum.

1923 ANselmus N. Definitor Generalis electus in Comitiis Burgensibus.

1658 Franciscus Statfeldt Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1679 Narcisus Hietel Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1694 Franciscus Caccia Definitor Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.
1729 Crescentius Krisper Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.
1730 Idem -- Vice-Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Congregatione Romana die 6. Maii, loco Francisci a S. Severino demortui, ac deinde literis Apostolicis Clementis XII. Commissarius Generalis renunciatus.
1730 Americus Meldschaker literis Apostolicis Definitor Generalis loco Crescentii Krisper institutus.

X I X.

BOHEMIÆ.

Quæ sub hoc titulo, ut mox animadvertimus, occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Reformatorum.

1529 EUgenius N. Definitor Generalis electus in Comitiis Parmensibus.
1676 Bernardus Sanitig Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1700 Amandus Hermann Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

X X.

POLONIÆ MINORIS nunc, antea vero POLONIÆ absolute, quæ una etiam fuerat cum Provincia BOHEMIÆ, de qua mox disseruimus.

Observantium.

1602 MArianus Polonus Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1615 Christophorus de Campo Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1639 Petrus Posnaniensis Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1667 Antonius Stephanoniez Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.

X X I.

CORSICÆ.

Quæ sub titulo *Vicariæ* occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1529 JOannes de Calvio Definitor Generalis electus in Comitiis Parmensibus.
1535 Idem -- Commissarius Generalis Curiæ, & Definitor Generalis electus in Comitiis Niciensibus.
1541 Idem -- Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Mantuanis.
1571 Joannes Baptista Corticus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

X X I I.

RAGUSIÆ, quæ una olim erat cum Provincia DALMATIÆ, occurrit in Catalogo *P. Haroldi* an. 1506.

Observantium.

1562 BOnifacius a Ragusia, olim Custos Terræ Sanctæ, ob peculiaria ejus merita in Congr. Gener. Montis Alvernæ inter Patres Ordinis cooptatus.
1606 Albertus Ragusinus Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1625 Savinus Ragusinus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1651 Angelus de Gimpana Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1676 Franciscus de Ragusia Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1694 Franciscus de Ragusia Definitor Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.
1723 Hilarius Maria de Ragusia Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

X X I I I.

BRIXIÆ.

Divisa a Provincia *Mediolanensi* anno 1475.

Observantium.

1518 FRanciscus Lichetus Vicarius Generalis Ordinis electus in Congregatione Generali Lugdunen.
1532 Michael de Urceis novis Definitor Generalis electus in Congregatione Generali Mediolanensi.
1559 Octavianus de Gavardo Definitor Generalis electus in Comitiis Aquilanis.
1565 Aurelius Grianus Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1579 Vincentius a Gaido Definitor Generalis electus in Comitiis Parisiensibus.
1651 Evangelista de Gabbiano Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1667 Evangelista Barzagus Cremensis Commissarius Generalis Curiæ electus in Congregatione Romana per literas Ministri Generalis.
1669 Idem -- Vice-Commissarius Generalis Observantium Brevi Apostolico deputatus, ob promotionem Bonaventuræ Caballi ad Episcopatum Casertanum.
1679 Cyrillus a Seniga Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1682 Faustinus de Chiari Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1694 Sixtus ab Alphianello Definitor Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.
1729 Camillus de Breno Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.

XXIV.

X X I V.

BASILICATÆ.

Divisa fuit a Provinciis *Terræ Laboris*, & S. *Nicolai* ann. 1484.

Observantium.

1517 JOannes Franciscus de Potentia Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis dictis *Unionis*.
1518 Idem — Procurator Generalis Ordinis electus in Congregatione Generali Lugdunensi.
1579 Daniel a Monterrato Definitor Generalis electus in Comitiis Parisiensibus.
1633 Hilarius a Rivello Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1721 Carolus a Corleto literis Apostolicis Innocentii XIII. datis suo die 23. Septembris instituitur Commissarius Generalis Curiæ loco Matthæi a Pareta.
1723 Idem — literis Apostolicis datis 29. Aprilis inter ex-Commissarios Generales Curiæ recensetur, licet biennium non sit expleturus.
1723 Idem — Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

X X V.

HUNGARIÆ

Quæ sub hoc titulo Generali occurrit etiam in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo, tandem varias passa vicissitudines hunc locum tenet in Chronico *Gonzagæ* sub titulo

SS. SALVATORIS. Reformatorum.

1521 BErnardinus de Somliso Definitor Generalis electus in Comitiis Burgensibus.

X X V I.

BOSNÆ ARGENTINÆ

Divisa a Provincia *Bosnæ Croatiæ* an. 1514.

Observantium.

1587 MArcus Bosnensis Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1600 Antonius Bosnensis Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1750 Josephus a Valcovarino Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

X X V I I.

HUNGARIÆ S. MARIÆ.

Quæ extat in Chronico *Gonzagæ*, ejusque Reformationem confirmavit *Alexander VII.* literis Apostolicis datis ann. 1659.

Reformatorum.

1642 PAulus de Tauris Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1723 Andreas Pordagni Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

X X V I I I.

TERRÆ LABORIS.

Divisa fuit a Provincia *Principatus* ann. 1576.

Observantium.

1587 LUdovicus a Madalone Definitor generalis electus in Comitiis Romanis.
1590 Antonius Nolanus Definitor Generalis electus in Congregatione Neapolitana.
1633 Dominicus a Neapoli Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Toletanis.
1651 Sebastianus a Cajeta Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Comitiis Romanis.
1654 Idem — Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ in Congregatione Romana Brevi Apostolico confirmatus.
1658 Michael Angelus a Neapoli Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1661 Carolus a Genua Definitor Generalis auctoritate Apostolica, ut arbitror, electus.
1664 Idem — Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Romanis.
1667 Agnellus de Neapoli Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1676 Leonardus de Neapoli Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1694 Matthæus a S. Stephano Definitor Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.
1697 Idem — Vicarius Generalis electus in Congregatione Romana die 7. Septembris, ob assumptionem ad Archiepiscopatum Salernitanum Bonaventuræ Poerii, & a Pontifice declaratus Minister Generalis totius Ordinis literis datis 19. ejusdem Mensis.
1700 Sebastianus a Benevento Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1716 Matthæus a Pareta literis Apostolicis datis sub die 6. Aprilis institutus Commissarius Generalis Curiæ, loco Hieronymi de Laurino.
1716 Antonius Blanc Neapolitanus literis Apostolicis datis sub die 3. Octobris inter ex-Commissarios Generales cooptatus.
1721 Franciscus Caracciolus ab Altamura literis Apostolicis Innocentii XIII. datis sub die 23. Septembris institutus Vice-Commissarius Generalis Observantium, loco Laurentii a S. Laurentio.
1723 Idem — literis Apostolicis datis 4. Martii inter ex-Vice-Commissarios Generales cooptatus, licet biennium non esset expleturus.
1723 Matthæus Basile a Pareta Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1726 Idem — Vicarius Generalis electus in Congregatione Romana die 21. Decembris, & literis Apostolicis datis 4. Januarii 1727. Minister Generalis totius Ordinis declaratus ob promotionem ad Sacram Purpuram Laurentii Cozzæ a S. Laurentio.
1729 Matthæus de Atina Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.
1732 Antonius a Mazaria literis Apostolicis, datis 27. Augusti inter Ex-Commissarios Generales, sine suffragio tamen in Capitulo Generali, cooptatus.
1750 Bernardinus Aversanus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XXIX.

XXIX.

TYROLENSIS, & *S. Leopoldi*,

Divisa a Provincia *Bosnæ Croatiæ*, hunc locum habet in Chronico *Gonzagæ*, erecta a GREGORIO XIII. 1580.

Reformatorum.

1633 HEnricus Sifrid Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1682 Adrianus Hueppher Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.

XXX.

CALABRIÆ

Divisa a Provincia SS. *Septem Martyrum*, extat in Chronico *Gonzagæ*.

Observantium.

1688 BOnaventura Poerius de Taberna Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1694 Idem -- Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Victoriensibus.

XXXI.

ALBANIÆ

Erecta in Congregatione generali *Neapolitana* anno 1590. Extat sub titulo *Custodiæ* in Chronico *Gonzagæ*.

Observantium.

1612 JOannes Bandera Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XXXII.

S. DIDACI

Erecta ann. 1593. & divisa a Provincia *Genuæ*,

Observantium.

1600 FRanciscus a Belgiojoso Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1603 Idem — Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Congregatione Romana.
1615 Franciscus Maria a Clastigio Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1618 Bernardinus a Moncalvo Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1740 Bonagratia ab Alexandria Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

XXXIII.

S. THOMÆ APOSTOLI.

Divisa a Provinciis *Genuensi*, *Mediolanensi*, *S. Didaci*, & *S. Ludovici*, ac erecta a *Gregorio XV.* ann. 1622.

Observantium.

1633 PAulus a Brsida Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1670 Josephus a Cuneo Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1750 Philippus Faleetti a Vigone Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XXXIV.

VALLIS MAZZARIÆ.

Divisa a Provincia *Siciliæ*, & erecta a *Greg. XV.* an. 1623.

Observantium.

1651 COsmas de Panormo Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1658 Bonaventura a Clusa Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1670 Franciscus Maria Rhini de Politio Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1670 Gabriel a Politio Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1694 Franciscus a Clusis Definitor Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.
1750 Clemens Panormitanus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XXXV.

VALLIS NETHI.

Divisa a Provincia *Siciliæ*, & erecta a *Gregor. XV.* anno 1623.

Observantium.

1625 DIdacus a Vizzinio Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1729 Joannes Maria de Augusta Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.

XXXVI.

BAVARIÆ.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1626.

Reformatorum.

1633 AMbrosius a Galbiato Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1645 Fridericus de Monachio Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1679 Fortunatus Hueber Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.

XXXVII.

POLONIÆ MAJORIS.

Divisa a Provincia *Poloniæ Minoris*, & erecta per Commissarios Apostolicos ann. 1630.

Observantium.

1729 JOannes Capistranus Jovenscki Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.

XXXVIII.

RUSSIÆ.

Divisa a Provincia *Poloniæ Minoris*, & erecta ann. 1637.

Observantium.

1700 DAniel Folcikiewicz Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XXXIX.

S. P. N. FRANCISCI.

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

1639 AScanius de Assisio Procurator Generalis Reformatorum electus a Cardinale Protectore Ordinis in Comitiis Romanis.
1642 Ludovicus a Monte Gabione Procurator Generalis Reformatorum institutus a Cardinale Protectore Ordinis in Congregatione Romana.
1665 Ascanius de Assisio Procurator Generalis Reformatorum Brevi Apostolico a Pontifice institutus.
1682 Antonius de Monte Buso Definitor Generalis Reformatorum electus in Comitiis Toletanis.
1706 Idem -- Vice-Commissarius Generalis Reformatorum literis Apostolicis Clementis XI. datis sub die 15. Maii institutus.

XL.

ROMANA.

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

1654 ANgelus de Bergomo Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1658 Felix a Setia Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1667 Marcus de Luca Definitor Generalis electus in Congregatione Romana per Breve Alexandri VII.
1676 Ægidius de Liburno Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1682 Stephanus a Galvia Procurator Generalis Reformatorum a Cardinali Protectore Ordinis electus.
1685 Carolus Franciscus de Varisio Procurator Generalis Reformatorum electus a Cardinale Protectore Ordinis.
1688 Idem -- Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Comitiis Romanis.
1700 Franciscus a Brandelio Procurator Generalis Reformatorum electus in Comitiis Romanis.
1711 Carolus Franciscus a Varisio literis Apostolicis Clem. XI. datis sub die 19. Januarii institutus Vice-Commissarius Generalis Reformatorum ob mortem Antonii a Monte Buso.
1712 Deodatus Romanus literis Apostolicis Clementis XI. datis sub die 28. Maii institutus Vice-Commissarius Generalis Reformatorum ob mortem Caroli Francisci a Varisio.
1726 Felix Romanus literis Apostolicis datis sub die 11. Maii Procurator Generalis Reformatorum renunciatus, ob abdicationem officii Benedicti a Castro Arquato.
1731 Alexius de Roma literis Apostolicis Clementis XII. sub die 2. Januarii Definitor Generalis supranumerarius renunciatus.
1736 Felix a Roma Procurator Generalis Reformatorum loco Petri Pauli a Cerignola literis Apostolicis datis sub die 9. Octobris designatus.
1738 Idem -- Literis Apostolicis Clementis XII. datis sub die 4. Martii Vice-Commissarius Reformatorum renunciatus loco Petri Pauli a Cerignola.
1740 Alexius de Roma Procurator Generalis Reformatorum electus in Comitiis Vallisoletanis.
1750 Joannes Petrus Romanus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XLI.

MARCHIÆ.

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

1667 JOannes Franciscus a Turricella Procurator generalis Reformatorum.
1669 Idem - Vice-Commissarius generalis Reformatorum Brevi Apostolico electus, ob assumptionem Bonaventuræ Caballi ad Episcopatum Casertanum.
1669 Jacobus Maria a Spinetulo Procurator generalis Reformatorum electus a Cardinale Protectore Ordinis loco Clementis a Monte Piloso demortui post paucos menses.
1674 Idem - Commissarius generalis Reformatorum literis Apostolicis Clementis X. institutus.
1674 Theodorus ab Asculo Procurator generalis Reformatorum electus a Cardinali Protectore Ord.
1700 Petrus ab Urbino Definitor generalis electus in Comitiis Romanis.

XLII.

TUSCIÆ

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* an. 1639.

1645 INnocentius a Cruce Procurator generalis Reformatorum electus a Cardinale Protectore Ordinis.
1694 Petrus Paulus de Cellis Senensis Procurator generalis Reformatorum electus in Comitiis Victoriensibus.
1718 Joannes Cosmas de Monte Miniano literis Apostolicis datis sub die 18. Novembris in-

institutus Vice-Commissarius Generalis Reformatorum, ob mortem Jacobi a Verruchio.

XLIII.

BONONIÆ.

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. *1639*.

1716 JAcobus a Verruchio literis Apostolicis datis sub die *6.* Aprilis institutus Vice-Commissarius Generalis Reformatorum, loco P. Deodati de Roma.

1721 Benedictus a Castro Arquato literis Apostolicis Innocentii XIII. datis sub die 23. Septembris renunciatus Procurator Generalis Reformatorum loco Joannis a Petrafitta.

1723 Idem -- Procurator Generalis Reformatorum electus in Comitiis Romanis.

1729 Folvius a Bononia Procurator Generalis Reformatorum electus in Comitiis Mediolanensibus.

1744 Raphael de Rubeis a Lugagnano Vicarius Generalis electus in Congregatione Romana, ob mortem Cajetani a Laurino, & a Pontifice Minister Generalis Ordinis confirmatus.

1750 Idem -- Ex dispensatione Apostolica electus Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ in Comitiis Romanis.

1750 Cæsarius Bononiensis Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XLIV.

S. ANTONII, vulgo *Veneto*.

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* an. *1639*.

1688 FRanciscus de Bassano Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XLV.

GENUÆ.

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. *1639*.

1642 JOannes Andreas a Genua Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.

1658 Spiritus a Genua ex beneplacito Sanctissimi electus Procurator Generalis Reformatorum a Cardinale Protectore Ordinis die 11. Junii 1658.

1679 Joannes Baptista Gherzius Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.

1691 Joannes Baptista de Monelia Procurator Generalis Reformatorum institutus a Cardinale Protectore Ordinis.

1694 Joannes Franciscus de Rapallo Definitor Generalis electos in Comitiis Victoriensibus.

1723 Joannes Benedictus a Sarzana Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XLVI.

MEDIOLANENSIS

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. *1639*.

1648 DAniel a Dongo Vicarius Generalis Ordinis electus in Congregatione Romana, anno 1648. ob mortem Joannis a Neapoli Ministri Generalis.

1649 Innocentius a Ticino Procurator Generalis Reformatorum, electus a Vicario Generali Ordinis, probatus a Sacra Congregatione confirmatus in Comitiis Romania 1651. donec sui Officii tempus expleret, ac tandem ab eadem S. C. ad aliud triennium designatus.

1651 Eusebius Velez Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1676 Hieronymus a Casali Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1729 Carolus Maria a Novocomo Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.

XLVII.

PRINCIPATUS

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. *1639*.

1669 FRanciscus Maria a Matarazzo electus a Cardinali Protectore Ordinis succedit Procurator Generalis Reformatorum Joanni Francisco a Turricella.

1688 Cherubinus de Bracilliano Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1716 Franciscus a S. Severino literis Apostolicis datis sub die *6.* Aprilis institutus Procurator Generalis Reformatorum, loco Patris Francisci a Brandelio.

1729 Idem -- Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Comitiis Mediolanensibus.

XLVIII.

SS. SEPTEM MARTYRUM

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. *1639*.

1681 PAschalis de Tropea Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.

XLIX.

SICILIÆ

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. *1639*.

1670 ANtonius a Melitello Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

1723

1723 Seraphinus a S. Fratello Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

L.

S. NICOLAI

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

1654 CLemens de Martina Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1700 Cherubinus a Nerito Commissarius Generalis electus in Comitiis Romanis.
1723 Michael Angelus a Callipoli Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1738 Idem -- Procurator Generalis Reformatorum instituitur literis Apostolicis datis die 5. Martii, loco Felicis a Roma Vice-Commissarii Generalis electi.
1740 Josephus Maria a Callipoli Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1750 Idem -- Procurator Generalis Reformatorum electus in Comitiis Romanis.

L I.

S. BERNARDINI.

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

1682 FRanciscus de Bugnara Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.

L I I.

S. ANGELI

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

1729 PEtrus Paulus a Cerignola Procurator Generalis Reformatorum literis Apostolicis datis sub die 25. Octobris, ob mortem Fulvii Bononiensis renunciatus.
1729 Franciscus Maria Spinelli Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.
1736 Petrus Paulus de Cerignola literis Apostolicis datis sub die 7. Aprilis Vice-Commissarius Generalis Reformatorum instituitur loco Joannis a Petrafitta vita functi.

L I I I.

POLONIÆ MINORIS

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

1750 RAymundus Tuorkouski Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

L I V.

CORSICÆ

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

L V.

BRIXIÆ

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

1688 ACursius de Borno Procurator Generalis Reformatorum institutus a Cardinale Protectore Ordinis.
1700 Clarus a Bergomo Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1740 Prosper a Brixia Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

L V I.

BASILICATÆ

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

1729 BErnardinus a Pistisio Definitor Generalis literis Apostolicis Benedicti XIII. renunciatus, ob mortem Francisci Mariæ Spinelli.

L V I I.

TERRÆ LABORIS.

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

1639 JOannes a Neapoli Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1645 Idem -- Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Toletanis.
1645 Juniperus a Neapoli Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1664 Bonaventura Caballus Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Comitiis Romanis.
1664 Clemens a Montepiloso Procurator Generalis Reformatorum, electus jampridem a Cardinale Protectore Ordinis, & in Comitiis Romanis confirmatus, donec sui officii tempus absolveret.
1667 Bonaventura Caballus Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ literis Apostolicis Alexandri VII. ad usque Comitia Generalia confirmatus.
1667 Clemens a Neapoli Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1669 Clemens a Montepiloso, Francisco Maria a Matarazzo brevi tempore vita functo successit in Procuratorem Generalem Reformatorum

torum electus ad id munus a Card. Protectore Ordinis.
1679 Bonaventura a Juliano Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1694 Didacus de Lauro Definitor Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.
1750 Alexius Neapolitanus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

LVIII.

CALABRIÆ

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

1651 FRanciscus de Mendoza Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1664 Idem -- Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1670 Bonaventura a Consentia Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1677 Bernardinus de Bissiniano Procurator Generalis Reformatorum, electus a Cardinale Protectore Ordinis, qui demum Apost. autorit. institutus fuit Minister Prov. Roman. Reformat.
1719 Joannes a Petrafitta literis Apostolicis datis sub die 18. Julii Procurator Generalis Reform. instituitur, ob abdicationem officii factam a Francisco de S. Severino.
Idem -- literis Apostolicis Innocentii XIII. datis sub die 23. Septembris instituitur Vice-Commissarius Generalis loco Joannis Cosmæ a Monteminiano.
1723 Idem -- literis Apost. datis 4. Martii inter ex-Vice-Comm. Gen. cooptatur, licet biennium non esset expleturus.
1734 Idem -- Vice-Comm. Gen. Reformatorum renunciatus literis Apost. Clem. XII. datis sub die 23. Septembris.

LIX.

S. DIDACI

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

1670 HYacinthus ab Alexandria Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1694 Fidelis a Papia Definitor Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.

LX.

S. THOMÆ

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

1658 JOannes a Pinarolio Procurator Generalis Reformatorum electus a Card. Protect. Ordinis in Comitiis Toletanis.

1661 Joannes Baptista de Strambino Procurator Generalis electus a Cardinali Protectore Ordinis.
1729 Gentilis a Nicia Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.

LXI.

VALLIS MAZARIÆ

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

1639 BEnignus a Genua Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ electus in Comitiis Romanis.
1642 Idem -- Confirmatur Commissarius Generalis in Congregatione Romana. *Vide Provinciam Siciliæ Observantiam num. XI.*
1643 Michael Angelus de Sambuca Definitor Generalis in Congregatione Romana.
1658 Idem -- Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Toletanis.
1664 Cherubinus de Sambuca Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1676 Idem -- Definitor Generalis iterum electus in Comitiis Romanis.
1682 Angelus Maria de Panormo Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1700 Josephus Maria Ugo de Agrigento Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

LXII.

VALLIS NETHI

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

1740 ALoysius a Barrafranca Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

LXIII.

POLONIÆ MAJORIS

Reformatorum.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

1688 CIprianus Rujew Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

LXIV.

S. VIGILII, vulgo *Tridenti.*

Divisa a Provincia S. *Antonii*, & literis Apostolicis erecta ann. 1643.

Reformatorum.

LXV.

S. LADISLAI

Divisa a Provincia Hungariæ, & erecta ab *Alexandro VII.* ann. 1661.

Observantium.

1670 Maximilianus Tkalchivich Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

1740 Alexander Negoviecz Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

LXVI.

BULGARIÆ

Erecta a *Clemente X.* ann. 1676.

Observantium.

LXVII.

LITHUANIÆ

Erecta in Comitiis Generalibus *Mediolanen.* ann. 1729.

Observantium.

LXVIII.

TRANSYLVANIÆ.

Erecta in *Custodiam* ab *Urbano VIII.* ann. 1640. ac demum in *Provinciam* anno 1729. in Comitiis Generalibus *Mediolanensibus*.

Reformatorum.

LXIX.

S. ANTONII LYCIENSIS.

Divisa a Provincia *S. Nicolai*, & erecta a *Clemente XII.* ann. 1733.

Observantium.

LXX.

SANCTISSMI REDEMPTORIS

Divisa a Provincia *Bosnæ Argentinæ*, & erecta sub titulo *S. Caii* auctoritate Apostolica ann. 1735.

Observantium.

LXXI.

PRUSSIÆ

Divisa a Provincia *Poloniæ Majoris*, & erecta sub titulo B. M. V. ASSUMPTIONIS a Ministro Generali, & literis Apostolicis *Benedicti XIV.* confirmata anno 1751.

Reformatorum.

LXXII.

CUSTODIA TERRÆ SANCTÆ

Sub titulo *Provinciæ* legitur in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

LXXIII.

CUSTODIA S. PASCHALIS PAPIÆ

Erecta autoritate Apostolica ann. 1745.

Reformatorum.

LXXIV.

CUSTODIA SS. VIRGINIS DOLOROSÆ RUSSIÆ.

Erecta autoritate Apostolica ann. 1745.

Reformatorum.





PROVINCIÆ ULTRAMONTANÆ.

I.

FRANCIÆ.

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1541 RIccardus Cenomani Definitor Generalis electus in Comitiis Mantuanis.
1571 Joannes Mabillæus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1579 Jacobus Berson Definitor Generalis electus in Comitiis Parisiensibus.
1606 Franciscus Soyer Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1618 Franciscus *le Roy* Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1639 Claudius *le Petit* Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1664 Philippus *le Roy* Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1670 Sebastianus Girard Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1723 Petrus Poisson Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis. Vide infra *M. Conventum Parisiensem*.

II.

FRANCIÆ PARISIENSIS.

Quæ divisa à Provincia *Franciæ* hunc locum habet in Chronico Gonzagæ.

Observantium.

1535 GErmanus Aubert Definitor Generalis electus in Comitiis Niciensibus.
1541 Idem — Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Comitiis Mantuanis.
1541 Antonius Peintus Definitor Generalis electus in Comitiis Mantuanis.
1547 Germanus Aubertus Definitor Generalis electus in Comitiis habitis in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum.
1553 Gabriel Taparellus Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1565 Idem — Definitor Generalis iterum electus in Comitiis Vallisoletanis.
1606 Joannes Reginaldus Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1621 Jacobus Lasroigne Definitor Generalis electus in Congregatione Segoviensi.
1673 Joannes Franciscus Scells Definitor Generalis electus in Congregatione Romana.
1723 Carolus Bourget Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

III.

CASTELLÆ.

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1532 ANtonius de Cruce Definitor Generalis electus in Comitiis Niciensibus.
1541 Antonius de Aranda Definitor Generalis electus in Comitiis Mantuanis.
1571 Michael de Medina Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1606 Petrus Gonzalez de Mendoza Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Comitiis Toletanis, qui Indulto Apostolico fuit etiam post triennium elapsum in officio confirmatus.
1606 Philippus de Ayala Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1618 Didacus à Barrasa Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1631 Franciscus de Occaña Commissarius Generalis Indiarum in Curia Matritensi: rexit annos fere 11.
1633 Petrus de Urbinas Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Comitiis Toletanis.
1639 Joannes Merinero Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1639 Gaspar Sanchez Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1645 Idem — Procurator Generalis Ordinis in Congregatione Romana confirmatus.
1645 Antonius de Ribera Commissarius Generalis in Curia Romana electus in Comitiis Toletanis.
1645 Gaspar *de Fuente* Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1656 Bartholomæus de Villalba Procurat. Gener. Ord. à Ministro Gener. institutus.
1657 Joannes *de Robles* Vicarius Generalis Ordinis electus ob mortem *Juliani Perez*.
1658 Idem — Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Comitiis Toletanis.
1662 Andreas de Arriaga Definitor Generalis electus in Congregatione Vallisoletana.
1664 Idem — Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1670 Joannes Romanus Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1676 Nicolaus Lozano Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1686 Hieronymus de Sosa Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1698 Ildephonsus de Biezma Commissarius Generalis Indiarum in Curia Matritensi.
1699 Hieronymus de Sosa legitur Definitor Generalis subrogatus in Congregatione Matritensi.
1700 Lucas Alvarez de Toledo Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1701 Ildephonsus de Biezma Vicarius Generalis electus in Congregatione Matritensi die 5. Decem-

cembris, loco Ludovici *de la Torre* demortui, & literis Apostolicis Minister Generalis totius Ordinis declaratus sub die 23. Januarii 1702.

1710 Josephus Sanz Commissarius Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici. Rexit ann. circiter 12.

1719 Dominicus Lossada Commissarius Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici: rexit annos fere 12.

1740 Idem — Commissarius Generalis Familiæ Ultamontanæ electus in Comitiis Vallisoletanis.

1741 Matthias de Velasco Commissarius Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici: regit adhuc dum hæc scribo in fine anni 1751.

IV.

SAXONIÆ.

S. CRUCIS

Quæ sub generali *Saxoniæ* titulo occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo, quæque divisa demum in illas *S. Crucis*, & *S. Joannis Baptistæ* sub Licheto in Comitiis Lugdunensibus anni 1518. utraque varias ab Hæreticis passa vicissitudines; hæc tandem posterior non amplius subsistit, illa vero fere in pristinum restituta est.

Recollectorum.

1523 Ambrosius Cablei Definitor Generalis electus in Comitiis Burgensibus.

1529 Idem — Definitor Generalis electus in Comitiis Parmensibus.

1535 Gaspar Segherus Definitor Generalis electus in Comitiis Niciensibus.

1633 Theodorus Reinfeldt Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis: erat Provinciæ *S. Joannis Baptistæ* Alumnus.

1639 Lazarus Sanguessa Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis: erat Provinciæ *S. Joannis Baptistæ* Alumnus.

1648 Ægidius a Bruxellis Definitor Generalis electus in Congregatione Victoriensi: erat Provinciæ *S. Joannis Baptistæ* Alumnus.

1658 Gerardus Joannis Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.

1694 Henricus Tempel Definitor Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.

1729 Godefridus Stuve Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.

V.

TURONIÆ

Quæ occurrit in primo D. Bonaventuræ Provinciarum Catalogo, nunc *Turoniæ antiquioris*.

Observantium.

1553 Maturinus Jassius Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.

1565 Julianus David Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

1587 Petrus Normandeo Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1612 Ægidius Xere Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1694 Franciscus *Du-Valen* Definitor Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.

1740 Zacharias de Pontechateau Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis. Vide infra *M. Conventum Parisiensem*.

VI.

TURONIÆ PICTAVIENSIS

Divisa a Turoniæ Provincia, & confirmata divisione in Comitiis Lugdunensibus anno 1518. habet hunc locum in Chronico Gonzagæ.

Observantium.

1579 Joannes Porthesius Definitor generalis electus in Comitiis Parisiensibus.

1618 Joannes Clerici Definitor generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.

1682 Stephanus Perrier Definitor generalis electus in Comitiis Toletanis.

1750 Sebastianus Philippes Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

VII.

ARAGONIÆ

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1717 Jacobus de Alcalà Definitor generalis electus in Comitiis Romanis dictis *Valenis*.

1526 Antonius de Calcena Vicarius generalis Ordinis, electus ob assumptum ad Sacram Purpuram Ministrum generalem Franciscum Quiñonium, seu de Angelis.

1541 Damianus Prisquart Definitor generalis electus in Comitiis Mantuanis.

1587 Hieronymus de Contamina Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1639 Bartholomæus Foyas Definitor generalis electus in Comitiis Romanis.

1648 Petrus Manero Definitor generalis electus in Congregatione Victoriensi.

1648 Idem Vice-Commissarius generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Congregatione Cæsaraugustana, ob abdicationem officii Josephi Maldonati.

1651 Idem - Minister generalis totius Ordinis institutus in Comitiis Romanis.

1654 Martinus Diez Procurator generalis Ordinis institutus a Ministro Generali in Congregatione Romana.

1658 Joannes Muniessa Definitor generalis electus in Comitiis Toletanis.

1671 Idem - Commissarius generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Congregatione Vallisolet.

1676 Petrus Mon Definitor generalis electus in Comitiis Romanis.

1679 Petrus Esporin Procurator generalis Ordinis electus in Congregatione Romana.

1691 Joannes Perez Lopez Procurator generalis electus in Congregatione Romana.

1694 Hyacinthus Hernandez *de la Torre* Commissarius generalis familiæ Ultramontanæ electus in comitiis Victoriensibus.

1699

1699 Joannes Perez Lopez legitur Definitor generalis substitutus in Congregatione Matritensi.
1729 Bernardus Monterde Procurator generalis Ordinis electus in Comitiis Mediolanensibus.

VIII.

ARGENTINÆ

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Recollectorum.

1517 GAspar de Sakagior Definitor generalis electus in Comitiis Romanis dictis *Vnionis*.
1517 Joannes Macheysen Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis dictis *Vnionis*.
1529 Joannes Vumbrch Definitor Generalis electus in Comitiis Parmensibus.
1541 Winthler Definitor Generalis electus in Comitiis Mantuanis.
1547 Alexander Molitor Definitor Generalis electus in Comitiis habitis in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.
1579 Georgius Kner Definitor Generalis electus in Comitiis Parisiensibus.
1600 Gaspar Gholerus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1606 Carolus Incuria Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1612 Marquardus Leo Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1661 Philippus Konigh Definitor Generalis electus in Congregatione Vallisoletana.
1676 Wolfgangus Tach Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1700 Demetrius Widman Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1750 Gaudiosus Mayr Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XI.

AQUITANIÆ ANTIQUIORIS

Quæ sub absoluto titulo *Aquitaniæ* occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1517 GIlbertus Nicolai primus Commissarius Generalis Ultramontanæ Familiæ electus in Comitiis Romanis dictis *Vnionis*.
1517 Arnoldus de Sancto Felice Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis dictis *Vnionis*.
1520 Gilbertus Nicolai confirmatur Commissarius Generalis in Congregatione Generali Burdigalensi.
1520 Martinus Garibayus Commissarius Generalis Curiæ electus in Congregatione Generali Burdigalensi.
1523 Gilbertus Nicolai Definitor Generalis electus in Comitiis Burgensibus.
1529 Idem Definitor Generalis electus in Comitiis Parmensibus.
1587 Petrus Colongius Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1612 Joannes a Salvagerio Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1625 Ægidius Grinier Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1636 Petrus Gaffardi auctoritate Apostolica Definitor Generalis electus.
1645 Dominicus Ythier Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1648 Bernardus Jourdain Definitor Generalis electus in Congregatione Victoriensi.
1661 Felix Cuvillens Definitor Generalis electus in Congregatione Vallisoletana.
1676 Bernardus Coturæus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1649 Philippus Thaure Definitor Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.
1729 Albertus Gounac Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanen.

X.

S. JACOBI

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1523 PEtrus de Montesdoca Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1535 Franciscus de Castillo Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Niciensibus.
1553 Antonius Gusmanus Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1559 Franciscus de Corduba Definitor Generalis electus in Comitiis Aquilanis.
1579 Antonius Aquilarius Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Comitiis Parisiensibus.
1587 Franciscus Alderette Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1593 Ferdinandus a Campo Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1600 Franciscus a Sosa Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1600 Joannes Rada Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1603 Idem -- Jussu Sanctissimi confirmatur Procurator Generalis Ordinis.
1606 Franciscus de Herrera Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Toletanis.
1610 Antonius de Trejo Commissarius Generalis Indiarum a Ministro Generali præsentatus. Rexit ann. fere 4.
1611 Rodericus de Portillo Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1613 Idem -- Vicarius Generalis Ordinis electus in Congregatione Toletana ob mortem Joannis de Ferro.
1614 Joannes Bivanco Commissarius Generalis Indiarum præsentatus ab Antonio de Trejo. Rexit ann. 2. cum dimidio.
1618 Bonaventura de Monroy Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1618 Joannetius de Nino Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Salmanticensibus.
1633 Petrus Hurtado Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1639 Josephus Vasquez Definitor Generalis electus in comitiis Romanis.

1664

1664 Ildephonsus Salizanes Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1666 Antonius de Velasco Procurator Generalis Ordinis institutus a Ministro Generali, ob discessum Roma Andreæ de Arriaga, qui variis infirmitatibus laborabat.
1669 Antonius de Somoza Commissarius Generalis Indiarum in Curia Matritensi electus 28. Octobris. Rexit ann. 6.
1670 Antonius de Medina Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1673 Antonius de Lossada Enriquez Commissarius Generalis Curiæ electus in Congregatione Toletana.
1683 Franciscus Diaz a S. Bonaventura Commissarius Generalis Curiæ electus loco Angeli de *Robles*.
1688 Idem -- Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1699 Ludovicus *de la Torre* Vice-Commissarius Generalis electus in Congregatione Matritensi die 8. Novembris, ob assumptionem Antonii de Cardona ad Archiepiscopatum Valentinum in Hispaniis.
1700 Idem -- Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1750 Antonius Barros Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Romanis.

X I.

COLONIÆ

Quæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Recollectorum.

1526 Matthias Weyssen Amberbien Definitor Generalis electus in Congregatione Generali habita in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.
1529 Idem -- Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Comitiis Parmen.
1532 Nicolaus Herbornus Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Congregatione Tolosana: sequenti vero anno literis Pontificis Vicarius Generalis Ultramontanæ renunciatus, cum solum nomen *Ministri* Generalis Paulo Pisotto relictum fuisset.
1535 Matthias Weyssen Definitor Generalis electus in Comitiis Niciensibus.
1547 Joannes Daventriensis Definitor Generalis electus in Comitiis habitis in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.
1559 Adrianus Agutfania Definitor Generalis electus in Comitiis Aquilanis.
1565 Antonius Strolen Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1571 Joannes Vilhesius Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1587 Joannes Hayo Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1618 Josephus Bergaigne Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1621 Joannes Cusfeldius Definitor Generalis electus in Congregatione Segoviensi.
1625 Josephus Bergaigne Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1651 Bernardinus Betuiz Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1673 Ludovicus Kellem Definitor Generalis electus in Congregatione Toletana.
1688 Guillelmus Ritz Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1723 Michael Mosterz Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

X I I.

S. BONAVENTURÆ

Quæ sub titulo Provinciæ Burgundiæ occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1517 Joannes Clapion Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Romanis dictis *Valesir*.
1517 Philippus Lullier Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis dictis *Unionis*.
1547 Joannes Concilius Definitor Generalis electus in Comitiis habitis in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.
1593 Petrus Pondruelus Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1600 Joannes Russus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1625 Joannes *de la Val* Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis. Vid. infra *M. Conventum Parisiensem*.

X I I I.

PORTUGALLIÆ

Quæ occurrit in Catalogo anni 1506. apud Haroldum.

Observantium.

1526 Franciscus Olyssiponensis Definitor Generalis electus in Congregatione Generali habita in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.
1553 Antonius Almeida Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1612 Ambrosius de Jesu Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1621 Bernardinus de Senis Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Congregatione Segoviensi.
1625 Idem -- Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1625 Joannes de S. Bernardino Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1670 Ludovicus Cæsar Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1700 Augustinus a Rosario Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XIV.

S. LUDOVICI

Sub titulo *Provinciæ* occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Observantium.

1526 N. de Costa Definitor Generalis electus in Congregatione habita in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.
1529 Arnaldus de S. Felice Commissarius Generalis Curiæ & Definitor Generalis electus in Comitiis Parmensibus.
1559 Antonius Faber Definitor Generalis electus in Comitiis Aquilanis.
1600 Andreas Banonus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1621 Petrus Cordurerius Definitor Generalis electus in Congregatione Segoviensi.
1651 Matthæus Ricault Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1670 Antonius *le Graffe* Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1700 Josephus Camelin Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1740 Ludovicus Roger Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

XV.

HIBERNIÆ

Quæ una cum *Scotiæ* Provincia, quæ amplius non extat, occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo.

Recollectorum.

1553 Patricius Ohogam Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1621 Hugo Cavellus Definitor Generalis electus in Congregatione Segoviensi.
1639 Antonius Hiqueus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1645 Bohetius Eganus Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1648 Franciscus Galviensis Definitor Generalis electus in Congregatione Victoriensi: dicitur Provinciæ *Scotiæ*.
1664 Patritius Duffius Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis: dicitur Provinciæ *Scotiæ*.
1676 Ignatius Broeyer Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis: dicitur Provinciæ *Scotiæ*.
1723 Franciscus Delamar Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XVI.

IMM. CONCEPTIONIS

In Hispania, olim *de Santjo*,

Quæ occurrit in Catalogo ann. 1506. apud Haroldum.

Observantium.

1519 Martinus Beyar Definitor Generalis electus in Comitiis Parmensibus.
1535 Bernardinus de Arevalo Definitor Generalis electus in Comitiis Niciensibus.
1565 Antonius de Tamajo Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1579 Hieronymus Gusmanus Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Parisiensibus.
1582 Idem — Commissarius Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici. Rexit annos sex.
1588 Antonius a S. Cypriano Commissarius Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici. Rexit anno 4. m. 3.
1593 Matthæus a Burgos Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Comitiis Vallisoletanis.
1593 Joannes Cepeda Commissarius Generalis Curiæ suffectus loco loco Christophori a Tolosa.
1600 Idem — Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1602 Idem—Commissarius Generalis Indiar. in Curia Matritensi. Rexit annos 4. mens. 4.
1606 Nunius Daza Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1617 Joannes Venido Commissarius Generalis Indiarum in Curia Matritensi. Rexit ann. 9.
1618 Idem — Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Comitiis Salmanticensibus.
1621 Antonius Daza Commissarius Generalis Curiæ electus in Congregatione Segoviensi.
1628 Alonsus a Prado Procurator Generalis Ordinis electus in Congregatione Romana.
1636 Franciscus de Guerra Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ auctoritate Apostolica electus, eamdem moderari, Regi Catholico prohibente, non potuit.
1648 Ignatius Zegama Definitor Generalis electus in Congregatione Victoriensi.
1651 Ildephonsus a Prado Commissarius Generalis Indiarum in Curia Matritensi electus 22. Novembris. Rexit annos fere 6.
1658 Joannes a *Villamar* Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1670 Antonius Bohordo Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1682 Angelus *de Zevallos* Procurator Generalis Ordinis institutus, in Comitiis Toletanis Commissarius Generalis Curiæ renunciatur donec biennium expleat.
1696 Antonius Folch de Cardona electus Vice-Commissarius Generalis in Congregatione Civitatensi die 1. Februarii, ob mortem Hyacinthi Hernandez *de la Torre*, & literis Apostolicis declaratus Commissarius Generalis 28. Julii.

1698

1698 Idem -- legitur Commissarius Generalis Indiarum in Curia Matritensi, cum abdicavit se officiis Ordinis in Congregatione Matritensi.
1700 Joannes Garcia Feyjoo Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1716 Joannes Garcia Procurator Generalis Ordinis literis Apostolicis institutus, loco Martini de Albituria, eodemque anno, die vero 12. Septembris, in Congregatione Matritensi Vicarius Generalis electus, ob mortem P. Ildephonsi de Biezma, & die 4. Augusti 1717. Brevi Apostolico Clementis XI. Minister Generalis totius Ordinis declaratus.
1721 Joannes de Soto literis Apostolicis Innocentii XIII. datis sub die 23. Septembris instituitur Procurator Generalis Ordinis loco Martini de Albituria.
1723 Idem -- Commissarius Generalis Indiarum in Curia Matritensi, ac mox idem Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Comitiis Romanis.
1726 Idem -- literis Apostolicis Benedicti XIII. datis sub die 4. Aprilis confirmatur Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ.
1729 Idem -- Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Mediolanensibus.
1735 Idem -- Confirmatur in officio ultra sexennium usque ad Comitia generalia literis Apostolicis Clementis XII.

XVII.

BRITANNIÆ

Quæ una cum *Livoniæ* Custodia auctoritate Apostolica in unam coaluit Provinciam ann. 1485.

Recollectorum.

1521 GUillelmus Sernigon Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Parmensibus.
1526 Idem -- Definitor Generalis electus in Congregatione generali habita in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.
1571 Christophorus a Capite Fontium Minister Generalis Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1571 Guillelmus Sernigon Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1592 Oliverius Laondrata Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1723 Saturninus Dirop Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XVIII.

ANGLIÆ

Antiquissima est in Ordine Provincia, eaque occurrit in primo D. BONAVENTURÆ Provinciarum Catalogo, sed varias passa vicissitudines, extincta nimirum, & iterum erecta, hunc locum etiam habuit in proxime peractis Comitiis.

Recollectorum.

1523 GUillelmus N. Definitor Generalis electus in Comitiis Burgensibus.
(*Chronol. Seraph.* *

XIX.

BÆTICÆ

Quæ legitur in Catalogo ann. 1506. apud Haroldum.

Observantium.

1571 GArzias de Ribera Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1612 Joannes a Montemajori Definitor-Generalis electus in Comitiis Romanis.
1648 Franciscus Suarez Commissarius Generalis Curiæ electus in Congregatione Victoriensi.
1651 Gregorius Santillan Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1664 Blasius Bejumea Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1682 Marcus Zarzosa Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Comitiis Toletanis.
1688 Idem -- Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1729 Joannes Lasso Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.
1750 Joannes Conejero Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XX.

BURGENSIS

Divisa a Provincia Castellæ extat in Chronico Gonzagæ.

Observantium.

1523 BErnardinus Salzedo Procurator Generalis, unaque Definitor Generalis electus in Comitiis Burgensibus.
1526 Bernardinus de Sorià Procurator Generalis Ordinis electus in Congregatione Generali habita in Sacro Cœnobio Divæ Mariæ Angelorum de Portiuncula.
1526 Antonius de Olabs Definitor Generalis electus in Congregatione Generali habita in Sacro Cœnobio Divæ Mariæ Angelorum de Portiuncula.
1529 Bernardinus de Salzedo Definitor Generalis electus in Comitiis Parmensibus.
1553 Bernardus Fresueda Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1636 Franciscus Andreas *de la Torre* auctoritate Apostolica Definitor Generalis renunciatus.
1645 Idem -- Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1670 Iosephus Ximenez Samaniego Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Comitiis Vallisoletanis.
1673 Joannes Torres Definitor Generalis electus in Congregatione Tolstana.
1676 Josephus Ximenez Samaniego Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1707 Martinus de Albituria Procurator Generalis Ordinis renunciatus literis Apostolicis Clementis XI. datis sub die 18. Aprilis, cum sese officio abdicasset Joannes Garcia Feyjoo.
1716 Idem — Iterum Procurator Generalis Ordi-

nis a Pontifice renunciatus, ob promotionem Joannis Garciæ ad totius Ordinis Præfecturam.

1723 Antonius Duro Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1741 Joannes Franciscus Yduri Commissarius Generalis Curiæ ex Apostolico Indulto renunciatus.

XXI.

ANGELORUM

Divisa a Provincia *Castellæ*, & erecta autoritate Apostolica in Comitiis *Unionis* ann. 1517.

Observantium.

1517 FRanciscus Quiñonius, vulgo *de Angelis* Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis dictis *Unionis*, dum esset Custos Provinciæ Castellæ.

1521 Idem -- Commissarius Generalis electus in Comitiis Carpensibus.

1583 Idem -- Minister Generalis Ordinis electus in Comitiis Burgensibus.

1612 Joannes *del Hierro*, seu *de Ferro* Minister Generalis Ordinis electus in Comitiis Romanis.

1633 Didacus de Cea Commissarius Generalis in Curia Romana electus in Comitiis Toletanis.

1633 Joannes de Palma Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.

1636 Didacus de Cea autoritate Apostolica Definitor Generalis, & sententia Card. Protect. Commissarius Generalis in Curia Romana confirmatur.

1645 Joannes de Palma Commissarius Generalis Ultramontanæ Familiæ electus in Comitiis Toletanis.

1658 Andreas a Guadalupis, seu ab Aquis Lupiis Commissarius Generalis Indiarum in Curia Matritensi electus 9. Septembris. Rexit ann. 11.

1660 Idem -- Vice-Commissarius Generalis ob mortem Joannis de Robles.

1675 Joannes Luego Commissarius Generalis Indiarum in Curia Matritensi electus 14. Novembris. Rexit ann. quinque, & ultra.

1682 Ferdinandus de Gusman Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.

1727 Joannes Bermejo Commissarius Generalis Curiæ institutus literis Apostolicis, loco Hyacinthi Serrat.

1736 Idem -- Vicarius Generalis electus in Congregatione Matritensi habita 7. Aprilis, ob mortem Joannis de Soto, & literis Apostolicis declaratus Minister Generalis totius Ordinis, qui etiam Commissarii Generalis Indiarum munus exercuit per totum illud tempus, quo abesse a Curia Matritensi jussus fuit Dominicus Lossada.

1740 Franciscus Bennitez Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

XXII.

PIETATIS IN LUSITANIA.

Cujus erectionis in Provinciam confirmatio legitur in Comitiis Lugdunensibus ann. 1518.

Discalceatorum.

1676 EMmanuel de Altor Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XXIII.

S. GABRIELIS

Cujus erectionis in Provinciam divisam ab illa D. Jacobi confirmatio legitur in Actis Comitiorum Burdigalensium anni 1520.

Discalceatorum.

1596 JOannes Baptista Moles Commissarius Generalis Curiæ electus a Ministro Generali.

1600 Idem -- Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1673 Joannes de Membris Definitor Generalis electus in Congregatione Toletana.

1700 Joannes *Duran del Montijo* Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XXIV.

CARTHAGINENSIS

Quæ legitur jam erecta in Comitiis Carpensibus ann. 1521.

Observantium.

1532 VIncentius Lunellus Commissarius Generalis Curiæ electus in Congregatione Toletana.

1535 Idem -- Minister Generalis Ordinis electus in Comitiis Niciensibus.

1547 Antonius a S. Michaele Procurator Generalis Ordinis, & Definitor Generalis electus in Comitiis habitis in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.

1547 Vincentius Lunellus Definitor Generalis electus in Comitiis habitis in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.

1553 Franciscus Zamorra a Cardinale Protectore Ordinis renunciatus ann. superiori Procurator Generalis Ordinis, ob promotionem Antonii a S. Michaele ad Episcopatum Montis Marrani, tandem Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Salmantinis.

1559 Idem -- Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Aquilanis.

1565 Joannes de Aquilera Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Vallisoletanis.

1590 Ferdinandus Ximenez Procurator Generalis Ordinis electus in Congregatione Neapolitana.

1593 Christophorus a Tolosa Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Vallisoletanis, sed præpeditus, fuit ei suffectus Joannes de Cespeda.

1621

1621 Alphonsus Vargas Definitor Generalis electus in Congregatione Segoviensi.
1651 Julianus Perez Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1656 Idem — Vicarius Generalis Ordinis electus ob assumptionem ad Episcopatum Tyrasonensem Petri Maneri Ministri Generalis.
1661 Joannes Isquierdo Definitor Generalis electus in Congregatione Vallisoletana.
1673 Michael de Avengozar Definitor Generalis electus in Congregatione Toletana.
1681 Idem — Commissarius Generalis Indiarum in Curia Matritensi electus circa finem mensis Martii. Rexit ann. 2.
1682 Joannes de Guevara Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1684 Julianus Chumillas Commissarius Generalis Indiarum in Curia Matritensi legitur in Congregatione Matritensi, qui etiam interfuit Congregationi Generali Civitatensi ann. 1696.
1685 Idem — Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Congregatione Matritensi.
1723 Joannes de Salazar Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XXV.

FLANDRIÆ

Erecta in Comitiis Burgensibus anni 1523.

Recollectorum.

1526 Franciscus Merohi Definitor Generalis electus in Congregatione Generali habita in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.
1541 Joannes Federici Definitor Generalis electus in Comitiis Mantuanis.
1559 Antonius de Salonis Definitor Generalis electus in Comitiis Aquilanis.
1578 Julianus de Quercu Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1587 Franciscus de Astudillio Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1593 Petrus Miliens Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1660 Joannes Lambiglion Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis,
1612 Joannes Neyen Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1625 Petrus Marchant Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis, qui demum Provinciæ S. Josephi in Comitatu Flandriæ noviter erectæ se adnumeravit.
1633 Petrus Carpin Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1740 Andreas *du Molis* Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1746 Simon Josephus Tibesart Definitor Generalis literis Apostolicis institutus.

XXVI.

THVRINGIÆ, SEU S. ELISABETHÆ

Quæ erecta fuit in Comitiis Burgensibus anni 1523. sed ab Hæreticis destructa, fuit a Gonzaga omissa: demum vero restaurata, suo etiam loco fuit restituta.

Recollectorum.

1664 Christophorus de Roxas Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1682 Martinus Sneps Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1740 Joannes Thony Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

XXVII.

GERMANIÆ INFERIORIS, olim BRABANTIÆ,

Cujus erectio, per ejus divisionem a Provincia Coloniensi, paullo ante facta, in Comitiis demum Tolosanis anni 1532. fuit confirmata.

Recollectorum.

1565 Henricus Pepinus Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1579 Joannes Dubliul Definitor Generalis electus in Comitiis Parisiensibus.
1600 Balthassar Vincent. Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1618 Henricus Sedulius Definitor Generalis electus in Comitiis Salmanticensibus.
1651 Antonius Oudehonen Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1658 Franciscus Gendt Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1670 Guillelmus Herincx Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1673 Petrus Zorilla Angulo Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1688 Cornelius de Uroom Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1700 Raynerius Payez Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1729 Romualdus *Van den Mole* Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.

XXVIII.

ALGARBIORUM

Erecta a Ministro Generali ann. 1533.

Observantium.

1547 Andreas Insulanus Minister Generalis Ordinis electus in Comitiis habitis in Sacro Cœnobio D. M. Angelorum de Portiuncula.
1553 Idem — Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Comitiis Salmanticensibus.

1559 Emmanuel de Beya Definitor Generalis electus in Comitiis Aquilanis.
1579 Emmanuel Chuchilla Definitor Generalis electus in Comitiis Parisiensibus.
1682 Balthasar a Regibus Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1688 Georgius a Magdalena Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1723 Emmanuel de Remediis Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XXIX.

S. EVANGELII DE MEXICO

Erecta literis Apostolicis Pauli III. ann. 1534.

Observantium.

1575 JAcobus Velades Procurator Generalis Ordinis electus in Congregatione Romana.
1747 Petrus Ignatius de Galaza Definitor Generalis literis Apostolicis renunciatus.

XXX.

MAJORICÆ

Erecta circa annum 1537. & in Comitiis Mantuanis ann. 1541. confirmata.

Observantium.

1661 PEtrus Roche Commissarius Generalis Curiæ electus in Congregatione Vallisoletana.
1740 Antonius Perellò Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

XXXI.

AQUITANIÆ RECENTIORIS

Quæ per se antiquissima est, sed per *Paulum Pisottum* Generalem Corpori Observantiæ addicta ann. 1533. literis demum Pauli III. ann. 1538. fuit confirmata.

Observantium.

1633 JOannes Hugon Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1750 Josephus Foulquet Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XXXII.

S. MICHAELIS IN EXTREMADURA

Erecta ab *Andrea Insulano* Ordinis Moderatore an. 1548.

Observantium.

1559 FRanciscus Gusmanus Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Aquilanis.
1565 Idem — Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Comitiis Vallisoletanis.
1571 Franciscus de Figueroa Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1572 Franciscus Gusmanus instante Philippo II. Hispaniarum Monarcha primus Commissarius Generalis Indiarum literis Christophori a Capite Fontium totius Ordinis Præfecti institutus, Rexit annos 10.
1688 Joannes Alvin Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1690 Idem — Vicarius Generalis Ordinis electus in Congregatione Matritensi, ob mortem Marci Zarzosæ, & ab *Alexandro VIII.* literis Apostolicis datis sub die 20. Augusti 1690. Minister Generalis totius Ordinis declaratus.

XXXIII.

CANTABRIÆ

Erecta ab Andrea Insulano, & confirmata a Julio III. ann. 1549.

Observantium.

1579 FRanciscus de Tolosa Definitor Generalis electus in Comitiis Parisiensibus.
1583 Idem — Commissarius Generalis Curiæ renunciatus, ob promotionem Hieronymi Gusmani ad Commissariatum Generalem Indiarum.
1587 Idem — Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1587 Franciscus de Arcubiana Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Romanis.
1592 Idem — Commissarius Generalis Indiarum in Curia Matritensi. Rexit annos fere 10.
1593 Martinus de Aduna Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1625 Joannes de Sanctander Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1626 Idem — Commissarius Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici, rexit donec ad Episcopatum Majoricensem fuit evectus.
1669 Didacus de Mendibil Procurator Generalis Ordinis a Ministro Generali electus ob discessum Roma Antonii de Velasco.
1694 Franciscus *de la Portilla* Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Victoriensibus.
1694 Martinus Udalachea Definitor Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.
1729 Joannes *de la Torre* Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Vallisoletanis.
1741 Idem — Vice-Commissarius Generalis electus in Congregatione Matritensi, & subinde literis Apostolicis institutus Commiss. Generalis.
1743 Idem — Brevi Pontificio confirmatur Commissarius Generalis Familiæ Ultram.

XXXIV.

DUODECIM APOSTOLORUM DE LIMA

Erecta in Comitiis Salmanticensibus ann. 1553.

Observantium.

XXXV.

XXXV.

CANARIARUM

Erecta in Comitiis Salmanticensibus ann. 1553.

Observantium .

XXXVI.

S. ANDREÆ IN BELGIO

Erecta ann. 1558. ut inquit Gonzaga.

Recollectorum .

1661 Philippus de Mory Definitor Generalis electus in Congregatione Vallisoletana.

1729 Gildardus Dufflos Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum electus in Comitiis Mediolanensibus.

XXXVII.

SARDINIÆ

S. MARIÆ DE GRATIIS

Quæ sub absoluto titulo Provinciæ *Sardiniæ* occurrit in Catalogo ann. 1506. apud Haroldum, post varias vicissitudines, tandem ann. 1581. Familiæ Ultramontanæ addicta, hunc locum habet.

Observantium .

XXXVIII.

VALENTIÆ

Erecta in Comitiis Aquilanis ann. 1559.

Observantium .

1694 Josephus Fellin Definitor Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.

1729 Petrus Polo Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.

1746 Joannes Carbonell Definitor Generalis literis Apostolicis institutus.

XXXIX.

CATHALONIÆ

Erecta in Comitiis Aquilanis ann. 1559.

Observantium .

Ambo istæ Provinciæ ab illa Aragoniæ fuerunt divisæ.

1615 Petrus Jover Procurator Generalis Ordinis electus in Congregatione Romana.

1625 Idem -- Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1670 Josephus Coppons Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Vallisoletanis; admissus tamen in possessionem officii anno 1671. ut Didacus de Mendibil biennium absolveret.

1676 Idem -- Procurator Generalis Ordinis electus in Comitiis Romanis.

1723 Hyacinthus Serrat Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Romanis.

1750 Antonius Saura Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

XL.

S. JOSEPHI DE JUCATAN.

Erecta in Comitiis Aquilanis ann. 1559.

Observantium .

XLI.

ARRABIDORUM

Erecta ann. 1561. ut inquit *Gonzaga* .

Discalceatorum .

1673 Dominicus a Resurrectione Definitor Generalis electus in Congregatione Toletana.

1740 Alvarus a Purificatione Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

XLII.

S. JOSEPHI

IN CASTELLA

Erecta ann. 1561. ex citato.

Discalceatorum .

1608 Ludovicus a S. Joanne Evangelista, de consensu Patrum Ordinis, fuit a Ministro Generali suis Patentibus literis institutus Commissarius Generalis Curiæ.

1676 Didacus Fuensalida Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1694 Josephus a S. Joanne Definitor Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.

XLIII.

S. ANTONII IN LUSITANIA

Erecta ann. 1565.

Discalceatorum .

1694 Ludovicus a S. Josepho Definitor Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.

XLIV.

SS. PETRI, ET PAULI DE MECHOACAM

Erecta in Comitiis Vallisoletanis ann. 1565.

Observantium.

XLV.

S.S. NOMINIS JESU DE GUATEMALA

Erecta in Comitiis Vallisoletanis ann. 1565.

Observantium.

XLVI.

SANCTÆ FIDEI IN NOVA GRANATA

Erecta in Comitiis Vallisoletanis ann. 1565.

Observantium.

XLVII.

S. FRANCISCI DE QUITO

Erecta in Comitiis Vallisoletanis ann. 1565.

Observantium.

1641 JOsephus Maldonatus Commissarius Generalis Indiarum electus 20. Decembris. Rexit ann. fere 11.

1648 Idem — Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Comitiis Victoriensibus; coactus tamen paullo post officio se abdicare.

XLVIII.

SS. TRINITATIS DE CHILE

Erecta in Comitiis Vallisoletanis ann. 1565.

Observantium.

XIL.

S. ANTONII CHARCARUM.

Erecta in Comitiis Vallisoletanis ann. 1565.

Observantium.

L.

S. JOANNIS BAPTISTÆ VALENTIÆ.

Erecta autoritate Gregorii XIII. a Christophoro a Capite Fontium ann. 1577.

Discalceatorum.

1729 VIncentius Zendra Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.

1740 Petrus Joannetius de Molina Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum electus in Comitiis Vallisoletanis.

1750 Idem -- Minister Generalis totius Ordinis electus in Comitiis Romanis.

LI.

S. GREGORII DE NICARAGUAS.

Fertur a Fonzaga erecta ann. 1575. hunc tamen obtinet locum, quia nondum eo anno fuerat legitima autoritate in *Provinciam* erecta.

Observantium.

LII.

S. CRUCIS CARACARUM.

Erecta ann. 1505. deinde varias passa vicissitudines, tandem fuit ad Provinciæ dignitatem iterum erecta, huncque obtinet locum.

Observantium.

LIII.

GRANATENSIS

Erecta Gregorii XIII. autoritate in Congregatione Toletana ann. 1585.

Observantium.

1593 JOannes Ramirez Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

1651 Alphonsus Mendoza Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1658 Rocchus a Villarejo Commissarius Generalis Curiæ electus in Comitiis Toletanis.

1664 Alonsus Sorianus Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

1674 Didacus Fernandez ab Angulo Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ electus in Congregatione Toletana.

1700 Bartholomæus a Castro Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

LIV.

S. GREGORII PHILIPPINARUM

Erecta a Sixto V. ann. 1586.
Discalceatorum.

L V.

S. PAULI IN HISPANIA

Erecta a Clemente VIII. ann. 1594.

Discalceatorum.

1621 Didacus de Vera Definitor Generalis electus in Congregatione Segoviensi.
1740 Emmanuel a Jesu Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

L V I.

S. FRANCISCI DE ZACATHECAS

Erecta a Clemente VIII. ann. 1603

Observantium.

L V I I.

S. DIDACI DE MEXICO

Erecta in Comitiis Toletanis ann. 1606.

Discalceatorum.

L V I I I.

S. JACOBI DE XALISCO

Erecta in Comitiis Toletanis ann. 1606.

Observantium.

L I X.

S. BERNARDINI IN GALLIA

Erecta in Comitiis Romanis ann. 1612.

Recollectorum.

1633 Fulgentius Brunus Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1673 Ægidius Cilles Definitor Generalis electus in Congregatione Toletana.
1731 Philippus Ripert Definitor Generalis renunciatus literis Apostolicis Clementis XII. datis sub die 15. Septembris, ob mortem Chrisogoni de Castain.
1739 Marcus Antonius Gravoix Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum institutus literis Apostolicis datis sub die 16. Februarii, ob abdicationem officii Gildatdi Dufflos.
1740 Idem -- Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1750 Idem -- Iterum Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum electus in Comitiis Romanis.

L X.

S. DIONYSII IN GALLIA

Erecta in Comitiis Romanis ann. 1612.

Recollectorum.

1636 Ignatius *le Gault* autoritate Apostolica Definitor Generalis electus.
1639 Idem -- Definitor Generalis iterum electus in Comitiis Romanis.
1700 Cherubinus *le Bel* Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1704 Joannes Damascenus Mesnard Decreto Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium edito die 19. Decembris, primus Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum institutus.
1717 Donatianus Larceneux Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum literis Pontificis datis sub die prima Februarii, ob mortem P. Joannis Damasceni Mesnard.
1722 Constantinus Soret literis Apostolicis Innocentii XIII. datis sub die 19. Maji itidem Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum, ob mortem P. Donatiani Larceneux.
1723 Idem -- Literis Apostolicis datis 29. Aprilis inter ex-Procuratores Generales cooptatur, licet biennium non sit expleturus.
1750 Tiburtius Barat Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

L X I.

S. THOMÆ IN INDIA ORIENTALI

Erecta a Francisco Gonzaga autoritate Apostolica anno 1583., sed paullo post iterum in Custodiam redacta, tandem in Comitiis Romanis anni 1612. restituta.

Observantium.

L X I I.

S. HELENÆ IN FLORIDA

Erecta in Comitiis Romanis anni 1612.

Observantium.

L X I I I.

ASSUMPTIONIS DE PARACUAI

Erecta in Comitiis Romanis ann. 1612.

Observantium.

LIV.

LXIV.

IMM. CONCEPTIONIS

IN GALLIA

Erecta ab Antonio de Trejo Apostolica Pauli V. autoritate.

Recollectorum

1648 Gregorius *de Zourdy* Definitor Generalis electus in Congregatione Victoriensi.
1661 Franciscus Thouri Definitor Generalis electus in Congregatione Vallisoletana.
1694 Hieronymus Ranoult Definitor Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.
1728 Chrisogonus de Chastain Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.

LXV.

S. M. MAGDALENÆ

IN GALLIA

Erecta a Paulo V. anno 1619.

Recollectorum

1651 Severinus Vannier Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1682 Honoratus *le Balleur* Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.

LXVI.

S. FRANCISCI

IN GALLIA

Erecta a Paulo V. anno 1620.

Recollectorum

1658 Ludovicus Manis Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1676 Epiphanius a Ponte Emparat Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

LXVII.

S. DIDACI

IN BÆTICA

Erecta a Paolo V. anno 1620.

Discalceatorum.

1682 Christophorus a S. Maria Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1723 Joannes Diaz Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum electus in Comitiis Romanis.

LXVIII.

MATRIS DEI

IN INDIA ORIENTALI

Erecta a *Gregorio XV.* anno 1622. & in Comitiis Toletanis anni 1633. admissa, & confirmata.

Discalceatorum

LXIX.

S. JOSEPHI

IN COMITATU FLANDRIÆ

Erecta ab *Urbano VIII.* anno 1628.

Recollectorum

1636 Bonaventura *de Artois* autoritate Apostolica Definitor Generalis electus.
1682 Bonifacius Maes Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1694 Idem -- Definitor Generalis iterum electus in Comitiis Victoriensibus.
1750 Hieronymus Ulamiynk Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

LXX.

SANCTISSIMI SACRAMENTI

IN GALLIA

Erecta ab *Urbano VIII.* anno 1635.

Recollectorum

1664 Agathangelus Resmond Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1670 Silvester Castet Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

LXXI.

S. JOANNIS EVANGELISTÆ

DE AZORES.

Erecta ab *Urbano VIII.* ann. 1639.

Observantium

LXXII.

S. SATURNINI

IN SARDINIA

Divisa a Provincia *Sardiniæ*, & erecta ab *Urbano VIII.* anno 1639.

Observantium.

LXXIII.

LXXIII.

S. ANTONII

IN BRASILIA

Erecta ab *Alexandro VII.* anno 1657.

Discalceatorum

1730 IGnatius a Nivi... Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

LXXIV.

S. PETRI DE ALCANTARA

IN HISPANIA, vulgo *Granatæ*.

Divisa a Provincia S. *Joannis Baptistæ*, erecta ab *Alexandro VII.* anno 1659. & ab eodem confirmata anno 1660. & 1662.

Discalceatorum

1723 THomas Montalbo Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

LXXV.

S. ANTONII

IN ARTHESIA

Erecta a *Clemente IX.* ann. 1668.

Recollectorum

LXXVI.

SOLITUDINIS

IN LUSITANIA

Divisa a Provincia *Pietatis*, & erecta a *Clemente X.* anno 1670.

Discalceatorum

LXXVII.

S. PETRI DE ALCANTARA

NEAPOLIS

Erecta a *Clemente X.* ann. 1675.

Discalceatorum

1688 JOannes a S. Maria Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

Chronol. Seraph. *

LXXVIII.

IMM. CONCEPTIONIS

IN BRASILIA

Erecta a *Clemente X.* ann. 1675.

Discalceatorum

1729 FErnandus a S. Antonio Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.

LXXIX.

IMM. CONCEPTIONIS

DE LA BEYRA

IN LUSITANIA

Divisa a Provincia S. *Antonii in Lusitania*, & erecta a Clemente XI. ann. 1705.

Discalceatorum

LXXX.

S. NICOLAI

IN LOTHARINGIA

Erecta a Benedicto XIII. ann. 1727.

Recollectorum

LXXXI.

S. PASCHALIS

LYCIENSIS

Discalceatorum

Divisa a Provincia S. *Petri de Alcantara Neapolis*, erecta in *Custodiam* a BENEDICTO XIV. ann. 1741. & demum in *Provinciam* ab eodem ann. 1742.

LXXXII.

IMM. CONCEPTIONIS

IN HISPANIA

Divisa a Provincia S. Josephi, & erecta ann. 1744. & a BENEDICTO XIV. confirmata ann. 1745.

Discalceatorum

LXXXIII.

S. PETRI DE ALCANTARA

ALSATIÆ

Divisa a Provincia *Argentinæ*, & erecta a Ministro Generali autoritate Apostolica ann. 1750.

Recollectorum

LXXXIV.

MAGNUS CONVENTUS PARISIENSIS.

Locum immediate post Provincias omnes Ultramontanas tenet in Catalogis *Magnus Conventus Parisiensis*; non secus ac Custodia Terræ Sanctæ postremum locum obtinet inter Cismontanas Provincias. Consule tamen *Acta Capit. Gener.* anni 1740. Pro Cismontana Familia num. VII. & anni 1750. *Sessione* 14. Notandum præterea, quod cum ex Constitutionibus Ordinis *Guardianus Parisiensis* elegi non possit, nisi sit aut Provinciæ *Franciæ*, aut *Turoniæ*, aut S. *Bonaventuræ* alumnus, qui intra recensentur Patres Ordinis, fuerunt singuli ex alterutra prædictarum Provinciarum, quibus proinde sunt adjungendi, quasque mihi deprehendere facila non fuit.

Observatium

1559 Jacobus Hugonis Definitor Generalis electus in Comitiis Aquilanis.
1645 Savinianus *le Fort* Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1658 Andreas Houbercau Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1676 Petrus Buisson Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1682 Claudius Frassen Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1700 Ludovicus *Du Val* Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1729 Andreas Augustinus Bondet Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.

LXXXV.

TERTII ORDINIS IN LUSITANIA

1673 Bartholomæus a Portiuncula Definitor Generalis electus in Congregatione Toletana.
1688 Franciscus a S. Joanne Baptista Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1723 Josephus a S. Theresia Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1750 Joachimus a S. Josepho Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.

LXXXVI.

S. MICHAELIS IN BÆTICA

Tertii Ordinis.

1670 Joannes a S. Bernardo Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.
1676 Balthasar Alvarez Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1694 Franciscus de Aranda Definitor Generalis electus in Comitiis Victoriensibus.
1729 Andreas Cavallo Definitor Generalis electus in Comitiis Mediolanensibus.

Quatuor infra descriptæ Provinciæ Tertii Ordinis in Gallia cum Comitiis Generalibus interesse non soleant, possint tamen si velint, nullas propterea dignitates Ordinis hactenus obtinuerunt. Tres priores fuerunt ita reparatæ, & reformatæ ann. 1614. Addita demum quarta.

LXXXVII.

S. FRANCISCI IN GALLIA

Tertii Ordinis.

LXXXVIII.

S. ELZEARII IN GALLIA

Tertii Ordinis.

LXXXIX.

S. LUDOVICI REGIS IN GALLIA

Tertii Ordinis.

XC.

LEGIONENSIS IN HISPANIA

Divisa a Provincia *S. Jacobi*, & in Provinciam erecta ab *Alexandro VII.* anno 1664.

Tertii Ordinis.

1682 Petrus Miron Definitor Generalis electus in Comitiis Toletanis.
1700 Bernardus *de la Peña* Definitor Generalis electus in Comitiis Romanis.
1740 Joannes de Valle Definitor Generalis electus in Comitiis Vallisoletanis.

XCI.

S. IVONIS IN GALLIA

Tertii Ordinis.

XCII.

CUSTODIA S. JACOBI

DE MADERA

Divisa a Provincia *Portugalliæ*, & erecta ab *Innocentio XI.* ann. 1683.

Observantium.

XCIII.

CUSTODIA S. MICHAELIS

DE AZORES

Divisa a Provincia *S. Joannis Evangelistæ*, & erecta a *Clemente XI.* ann. 1717.

Observantium.

XCIV.

CUSTODIA SABAUDIÆ

Olim divisa a Provincia *S. Bonaventuræ*, & in mox peractis Comitiis *Romanis* anni 1750. iterum eidem Provinciæ adnexa.

Observantium.

XCV.

CUSTODIA S. PASCHALIS

IN HISPANIA

Divisa a Provincia *S. Joannis Baptistæ*, & erecta a BENEDICTO XIV. ann. 1744.


Discalceatorum.

Præter recensitas Provincias, juxta statutum Vallisoletanum ann. 1740. Tit. *Pro Familia Cismontana* numero vii. enumerandæ quoque sunt, suisque locis præfigendæ tres Provinciæ, quæ amplius non exitunt, scilicet *Saxoniæ S. Joannis Baptistæ*, *Scotiæ*, & *Daniæ*, seu *Daciæ*. Prior ponenda est statim post Provinciam *Castellæ*: Altera post *Hiberniæ* Provinciam: ac postrema post Provinciam *Immaculatæ Conceptionis in Hispania Observantium*. Ideo autem illas tali ordine non apposuimus, quia id unum in animo fuit, recensere nimirum omnes Provincias, & Custodias, ex quibus in præsentia Ordo coalescit.

Illud porro adnotatione dignum existimamus, nonnullos a nobis ad dignitates Ordinis promotos adhuc omissos fuisse, quoniam deprehendere non potuimus, omni etiam adhibita possibili diligentia, ex qua singuli essent Provincia. Sunt autem *Familiæ Cismontanæ* sequentes. VALENTINUS FRITIUS electus Definitor Generalis in Congregat. Neapolitana 1590. dum esset Commissarius Nationalis Germaniæ, & BARTHOLOMÆUS A JUDICIARIA electus itidem Definitor Generalis in Comitiis Romanis ann. 1587. dum Guardiani Aracœlitani munus ageret: tunc autem Aracœlitanum Cœnobium erat sub immediata Ministri Generalis jurisdictione.

Familiæ vero *Ultramontanæ* sunt sequentes: DIDACUS ORDOÑEZ electus Vice-Commissar. Gener. Familiæ ann. 1610. CHRISTOPHORUS *del Viso* electus Commissarius Gener. Indiarum, circa annum 1682. MARTINUS GARIBAYUS electus Commiss. Gener. Curiæ ann. 1520. in Congreg. Burdigalensi. Et ANTONIUS MACHISCIACCUS itidem Commiss. Gener. Curiæ electus in Comitiis Mantuanis ann. 1541.

Corrigendum denique sphalma, quod occurrit pag. LIV. in Provinc. *S. Jacobi*, ubi ad ann. 1613. *Idem* appellat *Antonium de Trejo*, & non *Rodericum de Portillo* immediate ante nominatum.



INDEX CHRONOLOGICUS

OMNIUM LITERARUM APOSTOLICARUM, QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

Numerus notat paginam; A. vero columnam primam, & B. secundam.

Alternativam ſpectantia decernuntur. *Expoſcit Paſtoralis &c.* 15. Novembris 1723. p. 21. B.

Confirmantur Decreta Capituli Generalis, Sacr. Congr. Epiſa. & Reg. & literæ P. Generalis, ſuper correctione Tertiariorum Sæcularium Fluminis Ianuarii in Braſilia. *Ordines, ac Congregationes.* 13. Ianuarii 1724. p. 24. B.

BENEDICTI XIII.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſcoporum, & Regularium pro erectione Saminariii Miſſionariorum iu Provincia S. Pauli FF. Diſcalceatorum Caſtellæ Veteris. *Nuper pra parte &c.* 20. Iunii 1724. p. 30. B.

Abrogantur omnia Privilegia perſonalia, quæ FF. Minoribus in Regnis Portugalliæ coucedi conſueverant. *Sacroſanctum Apoſtolatus &c.* 3. Octobris 1724. p. 32. A.

Conſtitutio pro reſtituenda, & conſarvanda in Ordine FF. Miuorum antiqua Regulari Diſciplina &c. *Vaiverſalis Eccleſiæ &c.* 16. Novambris 1724. p. 37. B.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, quo ſtatuitur, ut Viſitator Provinciæ Aſſumptionis Tucumanenſis in Indiis Occidentalibus Obſervantium, quando Commiſſarius Iudiarum ad eamdem non vult accedere, ex eadem Provinaia eligatur. *Nuper pro parte &c.* 20. Decembris 1724. p. 43. B.

Rmo *de Broſſe* Præpoſito Capituli Fuldenſis ad habitum Minoritieum aſſumpeo relaxatur tempus ſex menſium Novitiatus. *Religionis Zelus &c.* 16. Ianuarii 1725. p. 44. B.

Interdicitur Regularibus omnibus ad quaſcumque dignitates Eccleſiaſticas promotis, ne ſecum extra Cœnobia ulla bona adſportare audeant. *Poſtulat humilitati Noſtræ &c.* 7. Martii 1725. p. 45. A.

Confirmatur Gregorii XV. Conſtitutio de non recipiendis ad Obſervantium Provinciam Fratribus Congregationis Galliæ Tertii Ordinis Provinciæ S. Ioannis, cum ejus ampla extenſione. *Exponi Nobis &c.* 2. Maii 1725. p. 49. B.

Decernitur, ut in Italia, eique adjacentibus Inſulis, Parochis Defunctorum, qui in Eccleſiis quorumcumque Regularium de cætero tumulabuntur, quarta funeralis perſolvatur, cum aliis Ordinationibus, & Derogationibus opportunis. *Romanus Pontifex &c.* 28. Maii 1725. p. 47. B.

Confirmatur Decretum Miniſtri Generalis approbans bipartitam quamdam alternativam officiorum Provinciæ S. Saturnini Martyris. *Nuper pra parte &c.* 9. Iunii 1725. p. 51. A.

Confirmantur quædam literæ Patentes Miniſtri Generalis circa Alternativam officiorum Provinciæ Siciliæ, cum deputatione Provincialis, & unius Definitoris. *Paſtoralis Officii &c.* 25. Iunii 1725. p. 52. A.

Confirmantur nonnulla Ordinis Privilegia, & eximuutur FF. ab onere veſtigalium, & Epiſtolarum ſolutione, præſertim in Pontificia ditiona. *Sollicituda Eccleſiæ &c.* 10. Decembris 1725. p. 55. B.

Confirmantur nonnulla Tertiariorum Privilegia, qui etiam Miniſtri Generalis omnimodæ juriſdictioni ſubjiciuntur. *Paterna Sedis Apoſtalicæ &c.* 10. Decembris 1725. p. 58. B.

Confirmatur Decretum Sacræ Congregationis particularis in favorem Provinciæ S. Andreæ in Belgio contra Provinciam Flandriæ. *Inſcrutabili Divina Providentiæ &c.* 9. Ianuarii 1726. p. 64. B.

Confirmatur erectio Seminarii Miſſionariorum in Provincia S. Gabrielis PP. Diſcalceatorum. *Nuper pro parte &c.* 16. Ianuarii 1726. p. 67. A.

Iuterdicitur Regularibus tranſitus ad alias Religiones, & uni Pontifici reſervatur jus ad illum concedendum. *Licet Sacra &c.* 13. Februarii 1726. p. 68. A.

Statuitur præcedentia PP. Obſervantium ſupra cunctos PP. Reformatos Miniſtro Generali in Italia, Inſuliſque ei adjacentibus ſubjectos. *Paſtoralis Officii &c.* 14. Februarii 1726. p. 69. B.

Raverendiſſimus P. Ioannes de Soto Commiſſarius Generalis Ultramontanæ Familiæ confirmatur uſque ad Generale Capitulum. *Religionis Zelus &c.* 4. Aprilis 1726. p. 71. A.

Admodum R. P. Felix a Roma eligitur Procurator Generalis Reformatorum. *Religionis Zelus &c.* 11. Maii 1726. p. 72. A.

Nounulli Conventus Provinciæ Flandriæ uniuntur, & alternativa inter Flandros, & Leodienſes decernitur. *Paſtoralis Officii &c.* 12. Octobris 1726. p. 65. B.

Eminentiſſimus Cozza, licet ad Sacram Purpuram evectus, in Ordine adminiſtrando confirmatur. *Cum Nos &c.* 9. Decembris 1726. p. 75. B.

Reverendiſſimus P. Matthæus a Pareta in Generalem Ordinis Vicarium electus confirmatur. *Cum ſicut &c.* 4. Ianuarii 1727. p. 78. A.

Idem Miniſtri Generalis titulo inſignitur. *Religionis Zelus &c.* 4. Ianuarii 1727. p. 78. B.

A. R. P. Ioſephus Maria ab Ebora inſtituitur Procurator Generalis Ordinis. *Religionis Zelus &c.* 9. Ianuarii 1723. p. 79. A.

Confirmantur Privilegia, & Indulgentiæ concaſſæ FF. Minoribus Loca Terræ Sanctæ incolentibus. *Loca Sancta &c.* 11. Martii 1727. p. 81. A.

Confimantur omnia Privilegia, exemptiones, & immuuitates Ordini olim conceſſa. *Summe decet &c.* 11. Martii 1727. p. 87. B.

Pium Viæ Crucis exercitium commendatur, eique Indulgentiæ conceſſæ confirmantur, & extenduntur. *Inter plurima &c.* 11. Martii 1727. p. 83. B.

Conceditur omnibus Provinciis Diſcalceatorum facultas erigendi Seminaria Miſſionariorum. *Nuper pro parte &c.* 3. Aprilis 1727. p. 85. B.

Confirmantur Literæ Patentes Miniſtri Generalis ſuper Inſtitutione Alternativæ tripartitæ in Provincia Mariana Minorum Reformatorum iu Hungaria. *Exponi Nobis &c.* 4. Aprilis 1727. p. 86. B.

Moderatur Conſtitutio *Vaiverſalis Eccleſiæ &c.* pro Familia Ultramontana. *Alias Nos &c.* 14. Iunii 1727. p. 93. A.

Confirmatur Decretum Miniſtri Generalis ſuper exercitio Cantus Gregoriani in Provinciis Tertii Ordinis in Regno Galliarum. *Nuper pro parte &c.* 20. Iunii 1727. p. 94. A.

Cuſtodia S. Nicolai in Lotharingia in Provinciam erigitur. *Sollicitudo Paſtoralis &c.* 30. Iulii 1727. p. 94. B.

Confirmatur Præcedentia Clericorum ſupra Laicos in Provinciis Diſcalceatorum. *Dudum emanarunt &c.* 6. Auguſti 1727. p. 95. B.

Indulgentia Plenaria perpetua pro feſto S. Iacobi de Marchia. *Redemptoris, & Domini noſtri &c.* 24. Auguſti 1727. p. 99. A.

Confirmantur Literæ Apoſtolicæ in forma Brevis ſuper ſeparatione trium Conventuum cum Reſidentia a Provincia S. Andreæ, eorumque unione Provinciæ Flandriæ Recollectorum. *Alias pro parte &c.* 30. Auguſti 1727. p. 99. B.

Per-

Permittitur FF. Reformatis Provinciæ Vallis Mazariæ, ut eleemosynas pecuniarias pro Missis celebrandis procurare, & recipere possint. *Dudum per felic. &c.* 20. Septembris 1727. p. 101. A.

Controversiæ de Primatu Ordinis penitus extinguuntur. *Qui pacem &c.* 22. Iulii 1728. p. 103. B.

Decernitur Præcedentia FF. Sæcularium Tertii Ordinis supra quascumque Confraternitates Laicales. *Ad Nostram &c.* 22. Iulii 1728. p. 103. A.

Confirmatur Decretum Sacræ Congregationis de erigendis Cœnobiis nonnullis in Collegia Missionariorum. *Nuper pro parte &c.* 6. Septembris 1728. p. 105. A.

Prætensiones Laicorum Tertii Ordinis Provinciæ Lugdunensis iterum abolentur. *Alias a revol. &c.* 11. Octobris 1728. p. 106. A.

Indulgentia Plenaria perpetua pro Festo BB. Martyrum Gorgomiensium. *Ad augendam &c.* 6. Decembris 1728. p. 108. B.

Indulgentia Plenaria in Ecclesiis Ordinis occasione Capituli gener. Mediolanen. *Cum sicut &c.* 7. Decembris 1728. p. 108. B.

Præcipitur, ut serventur Constitutiones Generales Reformatorum, & Breve Urbani VIII. super præcedentia eorumdem in Provincia Romana. *Cum sicut &c.* 16. Decembris 1728. p. 109. A.

Statuitur, ut deinceps a Natione Germano-Belgica præsententur quatuor Religiosi idonei Ministro Generali pro Commissariatu ejusdem Nationis, & alia decernuntur ad eamdem Nationem spectantia. *Flagitantium preces &c.* 1. Februarii 1729. p. 124. B.

Dispensantur Officiales Generales a vacantia Officiorum, ut concurrere possint ad alios Ordinis gradus in proxime celebrandis Comitiis Ordinis. *Cum sicut &c.* 21. Februarii 1729. p. 111. A.

Literæ Apostolicæ ad Capitulum Mediolanense pro eligibilitate Reverendissimi P. Josephi Mariæ ab Ebora in Ministrum Generalem. *Regularis Disciplinæ &c.* 26. Martii 1729. p. 113. B.

Confirmantur Statuta Capituli Generalis anni 1723. *Ad Pastoralis dignitatis &c.* 2. Martii 1729. p. 16. A.

Prohibentur fundationes Conventuum intra quinque, vel quatuor Leucas a Conventibus jam erectis. *Apostolici Officii &c.* 7. Maii 1729. p. 111. B.

Breve, quo Eremitæ quicumque habitum, vel caputium Ordinis deferre prohibentur, confirmatis similibus Literis Urbani VIII. *Alias emanarunt &c.* 16. Maii 1729. p. 115. A.

Confirmatur Decretum Congregationis particularis a Sanctissimo deputatæ circa reintegrationem Conventuum Provinciæ Flandriæ contra Provinciam Sancti Andreæ Recollectorum. *Ex iacumbenti Nobis &c.* 8. Octobris 1729. p. 120. A.

Confirmatur Decretum Capituli Generalis Mediolanensis, quod Vocales Indiarum Occidentalium Discalceati frui debeant præmio, & præeminentiis statutis per Constitutiones, etsi nonnullæ eis desint qualitates. *Exponi Nobis &c.* 30. Septem. 1729. p. 122. A.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium super augmento Vocalium Provinciæ S. Didaci Mexican. Ordinis S. Francisci de Observantia Discalceatorum. *Nuper pro parte &c.* 13. Januarii 1730. p. 130. B.

Confirmantur duo Decreta Capituli Generalis super Moderatione Brevis Clem. XI. circa præmium conferendum Lectoribus Linguæ Arabicæ, & Controversiarum Familiæ Cismontanæ. *Exponi Nobis &c.* 19. Januarii 1730. p. 131. B.

Confirmantur quædam Literæ, sive Constitutiones Apostolicæ pro statu, & bono regimine Provinciæ Mexicanæ S. Didaci Discalceatorum in Indiis Occidentalibus. *Debitum Pastoralis &c.* 25. Januarii 1730. p. 132. A.

CLEMENTIS XII.

Constitutio Benedictina *Universalis Ecclesiæ* moderatur, & ad terminos juris communis, seu Statutorum Generalium Ordinis redigitur. *Circumspecta &c.* 14. Octobris 1730. p. 133. B.

Declaratur, quod Collegium de Ozzier FF. Missionariorum Ordinis Minorum de Observantia in Regno Sardiniæ remaneat sub jurisdictione Superioris Generalis. *Exponi Nobis &c.* 16. Octobris 1730. p. 134. B.

Admodum R. P. Alexius Romanus declaratur Definitor Generalis. *Religionis Zelus &c.* 2. Januarii 1731. p. 146. B.

Viæ Crucis erectæ, vel erigendæ per FF. Minores in Locis ab Ordine non dependentibus, fruantur iisdem Indulgentiis, quibus ceteræ fruuntur. *Exponi Nobis &c.* 16. Januarii 1731. p. 147. A.

Conceditur Indulgentia Plenaria, & amplissima facultas absolvendi pro unica vice Fratres omnes, ac Moniales Ministro Generali subjectas. *Ad augendam &c.* 20. Martii 1731. p. 148. A.

Confirmatur Decretum Sacræ Cong. Epis. & Reg. Procuratori Provinciæ S. Saturnini Observantium concedens institutionem Collegii Missionariorum ejusdem Ordinis in Conventu S. Luciæ Oppidi S. Cavini Ussellen. Diœcesis. *Nuper pro parte &c.* 21. Maii 1731. p. 151. A.

Ex-Vicariis Provincialibus, qui per biennium inter PP. Discalceatos Provinciam administrarunt, conceduntur ex-Provincialium Privilegia. *Exponi Nobis &c.* 29. Maii 1731. p. 151. B.

Abrogatur Decretum, quo PP. Discalceatis præcipiebatur Cantus Gregorianus. *Exponi Nobis &c.* 12. Julii 1731. p. 152. B.

Confirmatur Decretum Cong. Epis. & Reg. quo statuitur, ut in Domibus Religiosis Provinciæ Sancti Gregorii in Insulis Philippinis Discalceatorum servetur Clausura. *Nuper pro parte &c.* 24. Augusti 1731. p. 153. A.

Indulgentia Plenaria perpetua in Festo Sacrorum Stigmatum S. P. N. Francisci. *Cælestium munerum &c.* 30. Augusti 1731. p. 155. B.

A. R. P. Philippus Ripert loco Patris Chrisogoni de Chastain demortui Definitor Generalis pro Recollectis in Gallia constituitur. *Religionis Zelus &c.* 15. Septembris 1731. p. 155. B.

Revocatur in nonnullis, & in aliis confirmatur Constitutio *Flagitantium preces &c. Apostolici Regiminis &c.* 24. Septembris 1731. p. 127. B.

Revocantur diversæ facultates a Romanis Pontificibus per eorum vivæ vocis oraculum, vel rescripta, concessæ. *Romanus Pontifex &c.* 12. Februarii 1732. p. 157. B.

Plura Privilegia a Benedicto XIII. Mendicantibus concessa revocantur, & ad terminos juris communis reducuntur. *Romanus Pontifex &c.* 30. Martii 1732. p. 159. B.

A. R. P. Cajetanus a Laurino eligitur Commissarius Gener. Curiæ. *Religionis Zelus &c.* 30. Maii 1732. p. 164. A.

De-

Declaratur, quod Provinciæ Tert. Ord. in Gallia, ac Conventus Beatæ Mariæ Miraculorum de Urbe comprehendantur in Brevi circa Vias Crucis. *Alias Nos &c.* 10. Iunii 1732. p. 166. A.

Confirmatur Decretum Deſinitorii, & Vocalium Capituli Provincialis Provinciæ Sanctæ Mariæ Hungariæ Reformatorum ſuper acceptatione alternativæ tripartitæ in eadem Provincia, & Diſtributione Officiorum inter Fratres Nationis Hungaricæ, Germanicæ, & Slavonicæ. *Exponi nobis &c.* 16. Jenii 1732. p. 166. B.

Declaratur Conſtitutionem *Circumſpecta*, qua moderatur altera Benedicti XIII. *Univerſalis Eccleſiæ*, comprehendere etiam PP. Reformatos, Recollectos, & Diſcalceatos. *Nuper pro parte &c.* 4. Auguſti 1732. p. 170. A.

Statuitur Alternativa in Provincia Obſervanti Genuenſi. *Exponi Nobis &c.* 21. Auguſti 1732. p. 171. B.

Rmus P. Antonius a Mazaria recenſetur inter ex-Commiſſarios Generales, ſine voto tamen in Capitulo Generali. *Religionis Zelus &c.* 27. Auguſti 1732 p. 172. A.

Confirmantur nonnulla ſtatuta pro meliori regimine ſtudentium Provinciæ Granaten. Obſervantium. *Exponi Nobis &c.* 10. Septembris 1732. p. 172. B.

Confirmantur ſtatuta nonnulla ſupra diſtributione officiorum Provinciæ Terræ laboris Reformatorum. *Paſtoralis officii &c.* 20. Septembris 1732. p. 173. B.

Moderantur Statuta Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Diſcalceatorum in Luſitania. *Exponi Nobis &c.* 17. Novembris 1732. p. 175. A.

Decernitur, ut FF. Provinciæ Portugalliæ Tertii Ordinis S. Franciſci ad ſtudia extra illam ſe conferre nequeant, ſine licentia Provincialis, ejuſque Deſinitorii, vel ſine facultate Miniſtri Generalis cum conſilio ejuſdem Deſinitorii. *Exponi Nobis &c.* 20. Decembris 1732. p. 180. B.

Eminentiſſimus Trojanus de Aquaviva inſtituitur Protector Ordinis, ita tamen, ut tale munus dumtaxat poſt Pontificis obitum exercere valeat. *Cum Ordo Fratrum &c.* 12. Ianuarii 1733. p. 181. A.

Confirmatur Decretum Capituli Provincialis Provinciæ S. Elzearii, ſeu Aquitaniæ Tertii Ordinis, circa Electionem Coſtodis pro Capitulo Generali. *Nuper pro parte &c.* 27. Februarii 1733. p. 181. B.

Sanctiones nonnullæ Superiorum Generalium circa Provinciam S. Gregorii in Inſulis Philippinis confirmantur. *Exponi Nobis &c.* 17. Martii 1733. p. 183. A.

Præſcribitur modus deinceps ſervandus in deputatione Officialium Generalium Ordinis in Curia Romana in caſu vacantiæ. *Cum ſicut &c.* 10. Aprilis 1733. p. 185. A.

Provincia S. Nicolai Barenſis de Obſervantia dividitur, & altera S. Antonii Lycienſis erigitur. *Ex injuncto Nobis &c.* 28. Maii 1733. p. 185. B.

Statuitur nullam impoſterum relate ad Officia Generalia Ordinis requiri vacationem in aſcenſu ab inferiori ad ſuperiorem gradum; ſed ſolum in deſcenſu, vel in tranſitu ad æqualem. *Exponi Nobis &c.* 29. Maii 1733. p. 186. B.

Confirmatur ſententia Miniſtri Generalis circa numerum Vocalium Deſinitorii Provinciæ Lugdunenſis Tertii Ordinis Congregationis Gallicanæ. *Exponi Nobis &c.* 22. Ionii 1733. p. 187. A.

Prohibetur omnibus Regularibus vendere pharmaca, aliaque medicamenta Sæcularibus. *Alias a Congregatione &c.* 20. Iulii 1733. p. 240. B.

Conventus S. Franciſci de Pacaıaca Provinciæ S. Didaci de Mexico Diſcalceatorum confirmatur in Collegium Miſſionariorum in Montibus de Cimapan. *Emanavit Nuper &c.* 23. Iulii 1733. p. 188. B.

Confirmatur Decretum Congreg. Epiſ. & Regul. quo prohibetur Superioribus Generalibus extrahere Religioſos ex Provincia S. Didaci Diſcalceatorum in Mexico, ſine conſenſu Capituli Provincialis, aut ſaltem Diſſinitorii. *Nuper pro parte &c.* 7. Auguſti 1733. p. 189. A.

Declaratio ſuper juriſdictione Protectorum Ordinis circa Religioſos pro cura, ac regimine Monialium Sanctæ Claræ, & S. Mariæ Magdalenæ Neapolis neceſſarios. *Dudum, poſtquam &c.* 25. Septembris 1733. p. 190. A.

A. R. P. Petrus Paulus a Cerignola eligitur in Procuratorem Generalem Reformatorum &c. *Religionis Zelus &c.* 15. Octobris 1733. p. 191. A.

Confirmatur Decretum S. Congregationis in cauſa Præcedentiæ inter PP. Dominicanos, cæteroſque Patres Mendicantes. *Emanavit nuper &c.* 5. Januarii 1734. p. 191. B.

Statuitur Patrem Petrum Paulum a Cerignola in officio Procuratoris Generalis uſque ad biennium completum, & triennium inceptum, remanere debere, non obſtante quod celebretur Capitulum Generale, & in eo fieret electio alterius Procuratoris Generalis. *Religionis Zelus &c.* 10. Februarii 1734. p. 192. A.

Confirmantur Literæ Miniſtri Generalis circa nonnullos Religioſos Excalceatos deputandos Quæſtuatores pro conſervatione Locorum Terræ Sanctæ. *Exponi Nobis &c.* 13. Februarii 1734. p. 192. B.

Declaratur Officialibus Generalibus Curiæ Romanæ ſufficere Triennium inceptum, ut in Ordine gaudeant Privilgiis ſibi conceſſis a Legibus. *Exponi Nobis &c.* 13. Aprilis 1734. p. 193. B.

Prorogatur Capitolum Generale, & confirmantur Miniſter Generalis, & alii PP. Deſinitorii Generalis, uſque ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ. *Cum ſicut accepimus &c.* 15. Septembris 1734. p. 198. B.

Rmus P. Joannes Antonius a S. Cruce Vice-Commiſſarius Generalis Obſervantium inſtituitur. *Religionis Zelus &c.* 23. Septembris 1734. p. 199. B.

Confirmatur Decretum Rmi Commiſſarii Generalis Familiæ, & Delegati Apoſtolici, circa Præcedentiam Lectorem Generalium ſupra Ex-Cuſtodes, & Ex-Diſinitores. *Exponi Nobis &c.* 31. Ianuarii 1735. p. 202. A.

Indulgentia Plenaria perpetua pro iis Religioſis, qui die 16. Aprilis iterum Profeſſionem ſuam emittunt. *Cum, ſicut &c.* 30. Martii 1735. pag. 202. A.

Statuitur, ut deficientibus Deſinitoribus in recipiendis Novitiis apud Reformatos ſubrogentur Ex-Provinciales, & non Guardiani. *Exponi Nobis &c.* 24. Novembris 1735. p. 203. B.

Reverendiſſimus P. Petrus Paulus a Cerignola eligitur Vice-Commiſſarius Generalis Reformatorum. *Religionis Zelus &c.* 7. Octobris 1736. p. 209. A.

A. R. P. Felix Romanus inſtituitur Procurator Generalis Reformatorum. *Religionis Zelus &c.* 9. Octobris 1736. p. 209. B.

Præcipitur Miniſtro Generali Indictio Capituli Generalis habendi anno 1738. *Pontificia &c.* 8. Aprilis 1737. p. 209. B.

Cœ-

BENEDICTI XIV.

IN-

Prohibentur in Ordine gratiæ intuitu Personarum extra eumdem Ordinem, ac præscribitur ordo apellationum, & recursus ad Tribunalia Laica omnino interdicitur. *Sacrosancti Apostolatus &c.* 2. Augusti 1748. p. 405. A.

Statuitur dandum esse semel in singulis annis Confessarium extraordinarium Monialibus, qui sit extra Ordinem illorum, sub quorum cura, & jurisdictione ordinaria illæ existunt. *Pastoralis curæ &c.* 5. Augusti 1748. p. 407. A.

Indultum celebrandi tres Missas in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum pro Regnis, & Dominiis Hispaniarum, & Portugalliæ. *Quod expersi &c.* 26. Augusti 1748. p. 412. B.

Confirmatur Decretum Sac. Congr. declarans præcedentiam Fratrum Tertii Ordinis Sacularis supra omnes alias Confraternitates Laicales. *Emanavit nuper &c.* 7. Januarii 1749. p. 418. B.

Indicitur Capitulum Generale Romæ celebrandum anno Jubilœi 1750. *Pontificia omnium Ecclesiarum &c.* 6. Martii 1749. p. 419. B.

Commissario Generali novæ Hispaniæ præscribitur modus visitandi, & celebrandi Capitula in Provincia S. Didaci Discalceatorum de Mexico. *Exponi Nobis &c.* 8. Maii 1750. p. 421. B.

Innocentii XII. Constitutio confirmatur, in qua præscribitur ordo servandus in electione Guardianorum Provinciæ S. Didaci Discalceatorum de Mexico. *Exponi Nobis &c.* 8. Maii 1750. pag. 423. B.

Confirmatur statutum Provinciæ Immaculatæ Conceptionis in Portugallia, & Decretum Ministri Generalis circa locum celebrationis Capituli ejusdem. *Exponi nobis &c.* 8. Maii 1750. p. 425. B.

Confirmatur Decretum Definitorii Generalis circa Legatum perpetuum, quod in perenne grati animi monumentum condidit Ordo, pro ingentibus sibi collatis beneficiis a BENEDICTO XIV. P. O. M. feliciter regnante. *Exponi Nobis &c.* 29. Maii 1750. p. 439. B.

Reverendissimus P. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis instituitur Commissarius Visitator Apostolicus totius Ordinis. *In specula &c.* 29. Maii 1750. p. 466. B.

Eidem Reverendissimo P. Ministro Generali conceditur facultas eligendi ante Comitia Provincialia Superiores, quos pro servanda Franciscana Disciplina noverit in illis esse designandos. *Cum sicut Nobis &c.* 29. Maii 1750. p. 467. B.

Instructio Pastoralis secunda super nonnullis Dubiis circa Cophtorum Ritus ad P. Jacobum a Cremisir Ordinis S. Francisci Strictioris Observantiæ, Præfectum Missionis Apostolicæ in Ægypto, cæterosque Missionis Cophtæ Missionarios. *Anno vertente &c.* 19. Junii 1750. p. 445. B.

Stabilitur trina alternativa pro Procuratoratu Generali Discalceatorum, & Recollectorum. *Nuper pro parte &c.* 30. Junii 1750. p. 447. B.

Confirmatur declaratio Capituli Generalis circa electionem Vice-Commissarii Generalis Indiarum. *Exponi Nobis &c.* 26. Augusti 1750. p. 448. B.

Statuitur, ut pro casu vacantiæ alicujus ex Officialibus Generalibus Curiæ Romanæ, tres Religiosi nominandi assumi possint ex quacumque Natione, dummodo concurrant reliquæ conditiones. *Exponi Nobis &c.* 5. Februarii 1751. p. 456. B.

Conceditur Episcopo Limano in Indiis Occidentalibus facultas deputandi unum, vel alterum Presbyterum Sæcularem, vel Regularem, qui valeat conferre Sacramentum Confirmationis in statu loco, ob Episcoporum defectum. *Cum, sicut accepimus &c.* 12. Februarii 1751. p. 457. B.

Decernuntur veræ Indulgentiæ, quibus frui possunt Fratres, & Sorores Tertii Ordinis de Pœnitentia S. P. N. Francisci. *Ad Romanum Pontificem &c.* 15. Martii 1751. p. 458. A.


Providetur optimo regimini, & tranquillitati Conventuum Recessus Fratrum Reformatorum Provinciæ Romanæ. *Quas Apostolicæ &c.* 14. Martii 1751. p. 460. A.

Confirmantur Literæ Apostolicæ Clem. VII. pluraque alia Decreta edita in favorem privilegiorum, quibus gaudent Sindici Apostolici Nostri Ordinis. *Exponi nobis &c.* 25. Maii 1751. pag. 462. A.

Confirmatur divisio Provinciæ Reformatæ Poloniæ Majoris, & erectio novæ Provinciæ Prussiæ B. M. V. Assumptæ in Cœlum. *Quæcumque &c.* 23. Julii 1751. p. 463. B.

Confirmatur Sententia Ministri Gener. & Decretum S. C. Episcopor. & Regular. super præcedentia inter Guardianos Observantium, & Discalceator. Queretari in Mexico. *Exponi Nobis &c.* 28. Februarii 1752. p. 469. B.

Confirmatur divisio Provinciæ Poloniæ Minoris Reformator. & erectio Custodiæ eorumdem sub titulo B. M. V. Dolorosæ Russiæ. *Quæcumque &c.* 28. Aprilis 1752. p. 473.



IN-

INDEX
ALPHABETICUS
Omnium Literarum Apostolicarum, quæ in hoc volumine continentur.

A

C

D

E

F

G

I

L

M

N

O

P

Q

Qui

R

S

U



INDEX CHRONOLOGICUS

Omnium Decretorum, & Sententiarum SS. CC. Superiorum Generalium &c. quæ in hoc volumine continentur.

gendi in iis Seminaria, seu Collegia pro Missionibus, sine immediata eorumdem subjectione Ministro Generali. 24. Januar. 1727. p. 85. B.

Resolutio S. C. C. qua irritum, ac nullum declaratur Testamentum, in quo Sindicus Cœnobii nostri Ordinis scriptus erat Hæres in favorem Ecclesiæ ejusdem Ord. 25. Januarii 1727. p. 145. A.

Supplex libellus Commissar. Gener. Famil. Ultram. cum Decreto Min. Gener. facultatibus Apostolicis muniti, quo statuitur, ut in singulis ejusdem Fam. Cœnobiis sint duo Conventus pro studio Theologiæ Moralis, & Canonum. 6. Februarii 1727. p. 7. & seq.

Decretum Ministri Gener. quo Fratribus Provinciar. Tert. Ord. in Gallia præcipitur, ut in eorum Ecclesiis non alio utantur cantu, quam Gregoriano. 20. Martii 1727. p. 94. A.

Dubia, & Resolut. S. C. C. super Ordinarii facultate ingrediendi Monasteria Monialium, dandi caussa Benedictionem Apostolicam in articulo mortis constitutis, & super examine facultatum, & conditionum Mulierum ad habitum Tert. Ord. admittendarum. 10. Maii 1727. p. 145. A.

Resolut. S. C. C. in *Mantuana Funerum*, qua statuitur Regulares solvere debere Parocho medietatem cereorum, qui deferuntur per viam, & quartam aliorum. 24. Maii 1727. p. 145. B.

Dubia, & Resolut. S. C. C. quibus confirmatur Legatum perpetuum unius ferculi singulis hebdomadis relicti PP. Capuccinis. 31. Julii 1727. p. 145. B.

Decretum S. C. de Prop. Fide, quo omnia Ultramont. Famil. collegia pro Missionibus, nonnullis tantum exceptis, eximuntur ab immediata Ministr. Gener. jurisdictione. 7. Augusti 1728. p. 105. B.

Supplex libellus Ex-Agentis Germano-Belgici, cum Decreto Min. Generalis, quo declaratur privilegia eidem concessa, ratione officii antedicti Romæ exerciti, non comprehendi inter gratias personales. 25. Januar. 1729. p. 110. B.

Dubia, & Resolut. S. C. C. quibus statuitur nonnisi quartam funeralem spectare ad Parochum in Caussa *Oritana Funerum*. 12. Februarii 1729. p. 145. B.

Epistola Eminentissimi a Secretis Status, qua de mente Pontificis nonnulla examinanda, & decernenda proponuntur Comitiis gener. Mediolanen. 27. Martii 1729. p. 114. A.

Rescriptum Sanctissimi super restitutione præsentationis faciendæ a Natione Germano-Belgica pro ejusdem Commissario Generali. 27. Martii 1729. p. 124. B.

Supplex libellus cum Rescripto Sanctissimi, quo plurimæ Indulgentiæ conceduntur Vocalibus Capit. Gener. Mediolanen. 29. Martii 1729. p. 113. B.

Decretum S. C. specialiter a Sanctissimo deputatæ, quo resolvitur *non sustineri* duo Brevia ab eodem Pontifice edita in favorem Provinciæ Flandriæ contra Provinc. S. Josephi in Belgio. 13. Septembris 1729. p. 120. B.

Decretum S. C. Episc. & Regul. quo Provinciæ S. Didaci Discalceatorum de Mexico conceditur certum Vocalium augmentum in ejusdem Comitiis. 30. Septembr. 1729. p. 130. B.

Rescriptum Sanctissimi, quo comprobatur Moderatio Constitutionis de expellendis Incorrigibilibus, una cum supplici libello nomine Ordinis S. S. exhibito. 6. Decembris 1729. p. 183. A.

Epistola P. Commissarii Gener. Curiæ ad omnes Ministros Provinciales Cismontanæ Familiæ super singulari Indulgentia, quam ipse pro universo Ordine a Pontifice obtinuerat. 22. Decembr. 1729. p. 124. A.

Decretum S. C. Episc. Regul. quo resolvitur confectionem Processuum in Advenas Romam venientes spectare ad Procuratorem Generalem. 17. Februarii 1731. p. 148. A.

Dubia, & Resolut. S. C. C. super Visitatione Capellæ, & paramentorum Confraternitatis Laicalis erectæ in Ecclesia FF. Observ. Ravennæ, facienda ab Ordinario. 7. Aprilis 1731. p. 143. A.

Instructio S. C. Indulgentiar. super *Viæ Crucis* exercitio ubique locorum de mente Sanctissimi peragendo. 13. Aprilis 1731. p. 148. B.

Dubia, & Resolut. S. C. C. in Caussa *Mediolanen.* contra omnes Regulares super quarta funerali. 9. Septembris 1730. Quæ cum iterum proposita fuissent, confirmatæ fuerunt præcedentes resolutiones. 2. Iunii 1731. p. 146. A.

Decretum S. C. Episc. & Regul. quo injungitur Clausura servanda in omnibus religiosis domibus Discalceatorum Provinc. S. Gregorii Insularum Philippinarum, & quod deinceps Conventus formales habeantur, quicumque in iis habeatur Religiosorum numerus. 20. Julii 1731. p. 153. B.

Decretum S. C. Episc. & Regul. quo de mente Sanctissimi decernitur in Constitutione *Circumspecta*, qua moderatur altera Benedicti XIII. *Universalis Ecclesiæ*, comprehendi etiam Reformatos, Excalceatos, & Recollectos. 20. Julii 1731. p. 170. A.

Decretum S. C. Episc. & Regular. quo Provinciæ S. Saturnini in Sardinia conceditur, ut erigere possit in Collegium pro Sacris Missionibus Cœnobium S. Gavini Ussellen. Diœcesis. 6. Septembris 1731. p. 151. B.

Sententia A. C. A. in Caussa *Valentina Funerum*, qua contra Parochum Villæ Liriæ decernitur FF. Minores non teneri ad solvendam quartam funeralem, & restituendum esse Cadaver Victoriæ Mas cum omnibus emolumentis &c. 7. Decembris 1731. p. 156. B.

Decretum S. C. Supr. & Univers. Inquisitionis, quo declarantur exempti Observantes, Reformati, & Capuccini a solutione pro Cibariis eorum, qui detinentur in Carceribus S. Officii. 15. Julii 1732. p. 169. B.

Decretum Commissarii Generalis a Pontifice approbatum, quo declaratur Ex-Secretariis generalibus deberi præcedentiam supra Ex-Ministros indulto Apostolico renunciatos. 17. Augusti 1732. p. 170. B.

Epistola Thesaurarii generalis Ditionis Pontificiæ, qua Observantes declarantur exempti a solvendis Epistolis. 20. Augusti 1732. p. 170. B.

Sententia S. C. specialiter a Sanctissimo deputatæ, qua Provinciæ S. Gabrielis Discalceatorum asseritur jus suffragii in electionibus Vicarii, & Vice-Commissarii generalis, contra Provinciam Angelorum Observ. 16. Septembris 1732. p. 174. A.

Epistola Thesaurarii generalis Pontificiæ Ditionis, qua Observantes, Reformati, & Capuccini declarantur exempti a solvendis omnibus vectigalibus. 17. Septembris 1732. p. 170. B.

Literæ argentiores Thesaurarii generalis R. C. A. ad nonnullos Conductores Ditionis Pontificiæ, contendentes exactionem vectigalium a PP. Ob-

vorum Dei Ord. Minorum, qui decesserunt ante Conc. Constantiense, apponendum esse tantum *Ord. S. Francisci*, si sint Tertiarii, & in aliis servandum esse illud in Caussa ANAGNINA. 16. Februar. 1737. p. 21. B.

Decreta varia signaturæ Justitiæ, quibus Sindicorum Caussas spectare ad Judicem Conservatorem privilegiorum confirmatur. 29. Aprilis 1737. *Reliqua sunt ejusdem anni*. p. 213. A.

Decretum S. C. Episc. & Regular. quo eluditur incapacitas nostra recipiendi per modum eleemosynæ legatum olim factum ab Episcopo Recineten. quam Legatarii caussabantur. 21. Junii 1737. p. 215. A.

Dubia, & Resolut. S. C. C. quibus asseritur posse Educandas eligere sibi sepulturam in Ecclesiis Monialium, cum quibus commorantur. 6. Julii 1737. p. 245. A.

Signatura Sacræ Pœnitentiariæ super facultatibus concessis Pœnitentiariis Basilicæ D. M. Angelorum absolvendi a casibus reservatis, etiam Ordinario. 26. Novembris 1737. p. 214. A.

Serenissimi Catholici Regis Decretum, quo Cœnobium SS. Quadraginta de Urbe sub sua Regia Protectione admittit, cum iisdem conditionibus, ac illud S. Ægidii Matriti. 22. Julii 1738. pag. 216. B.

Decretum S. C. de Prop. Fide, quo Provinciæ Bæticæ Observant. conceditur facultas instituendi Procuratorem cum Socio, qui Matriti degat pro negotiis spectantibus ad Missiones Mequiaez, & Regni Marochii. 4. Augusti 1738. p. 215. B.

Epistola Thesaurarii Generalis R. C. A. ad Conductores Piceni, qua asseritur exemptio Observantium a solvendis vectigalibus. 13. Augusti 1738. p. 215. A.

Altera ejusdem eadem de re. 16. Augusti 1738. *Ibi*.

Decretum S. C. Episc. & Regul. quo asseritur licere Observantibus admittere Mulieres ad habitum Tert. Ord. irrequisito Ordinario, sine tamen votis, & exemptione. 5. Septembris 1738. p. 216. A.

Decretum S.C. R. quo declaratur Officia, quæ sub his verbis conceduntur: *fieri posse, recitari posse &c.* postquam fuerint acceptata, non esse amplius habenda tamquam officia ad libitum. 6. Septembris 1738. p. 245. A.

Decretum S. C. Indulgent. super Indulgentia Portiunculæ uni tantum Augusti diei addicta; Lapidis affixione, in quo id enuncietur; & prohibitione attestationum, quæ dari solebant. 25. Februarii 1739. p. 217. A.

Decretum S. C. Episc. & Regul. quo nova Tertiariarum Congregatio Avenione erecta cum approbatione Archiepiscopi, abolenda decernitur, ac jus percipiendi Legata olim relicta Tertiariis existentibus sub cura Recollectorum, iisdem Tertiariis asseritur. 12. Junii 1739. p. 222. A.

Decretum S. C. Episc. & Regul. quo decernitur *Cassulendum Sanctissimo pro revocatione Brevis*, quo Elzearius Delom Recollectus Gallus instituebatur Definitor Generalis in mox peragendis Vallisoletania Comitiis. 17. Julii 1739. p. 223. A.

Decretum ex Audientia Sanctissimi, quo decernitur nullum præjudium inferri posse Reverendissimis PP. Josepho Mariæ ab Ebora, & Joanni Cosimo a Monteminiano, ex quo Minister Generalis illos expresse non nominaverit in literis Indictionis Capit. Gener. ann. 1740. ut leges præscribunt. 11. Aprilis 1739. p. 221. B.

Epistola Commissar. Gener. Curiæ ad omnes Observ. Provincias Cismont. qua de mente S. C. Disciplinæ Regular. præcipitur, ut omnino diebus Dominicis explicetur ubique locorum Laicis Cathechismus. Mense Aprilis 1739. p. 221. B.

Decretum S. C. Rituum, quo B. Joannes de Dukla comprobatur totius Regni Poloniæ, & M. Ducatus Lithuaniæ Comprotector, una cum Officio, Missa, & Octava. 11. Septembris 1739. p. 223. B.

Dubia, & Resolut. S. C. C. quibus reformantur nonnulla Episcopi Senugallian. decreta nuper facta in favorem Parochi Scapeazani super emolumentis ab eo exigendis occasione funeris. 19. Decembr. 1739. p. 245. B. & seq.

Decretum S. C. R. quo alterum confirmatur declarans, occasione Comitiorum Generalium extra Urbem agendorum, non remanere in Curia verum, & primarium Procuratorem Ordinis, ac propterea jus interveniandi tunc functionibus Cappellæ Pontificiæ spectare ad Procurator. Gener. Conventualium. 23. Januarii 1740. p. 225. B.

Decretum ejusdem S. C. R. quo asseritur licere depingi, & imprimi Imagines B. Luciæ de Narnia Ord. S. Dominici cum Stigmatibus cruentibus, & visibilibus in manibus, pedibus &c. 23. Januar. 1740. p. 226. A.

Dubia, & Resolut. S. C. Episc. & Regul. quibus Discalceator. Provinciis in Indiis constitutis asseritur facultas constituendi ubique locorum Procuratores pro earum negotiis, independenter a Commissar. Gener. earumdem Matriti degente. 17. Maii 1740. p. 288. A.

Decreta Episcopi Halicarnassai Visitatoris Apostolici in Regno Cochinchinæ &c. quibus plura statuuntur contra Franciscanos Missinnarios ejusdem Regni. 11. Julii 1740. p. 320. B.

Decretum S. C. C. super modo declarandi nullas Professiones Regularium, præsertim in Regno Siciliæ. 28. Septembris 1740. p. 238. A. & seq.

Epistola Eminentissimi a Secretis Status, qua de mente Sanctissimi Minister Generalis Ord. declaratur Commissarius, Visitator, & Reformator Apostolicus. 30. Septembris 1740. p. 239. A.

Epistola Eminentissimi a Secretis Status, qua de mente Sanctissimi conceditur Ministro Generali facultas instituendi tertium Lectorem in studiis secundæ Classis, & Teologiæ Moralis Lectorem in studiis provincialibus. 23. Decembris 1740. p. 243. A.

Epistola de mente S. C. C. ad Procuratorem Gener. Ord. super Observantia Decreti ab eadem nuper editi de modo judicandi de Nullitate Professionis Regularium in Regno Siciliæ. 28. Januarii 1741. p. 239. A.

Dubia, & Resolut. S. C. C. super jure quæstuandi eleemosynas pecuniarias FF. de Observantia, etiam pro Defunctis, in Civitate Estellæ, & declaratur negativæ, non obstante quacumque veteri consuetudine. 6. Maii 1741. p. 449. A.

Dub. & Resolut. S. C. C. quibus definitur non licere Conservatori Privilegiorum nostri Ord. procedere ultra confinia propriæ Diœcesis. 1. Julii 1741. p. 449. B.

Decretum Ministri Generalis, quo Hospitium Terræ Sanctæ Neapolis transfertur è Cœnobio Sanctissimæ Trinitatis Reformatur. ad aliud Montis Calvarii Observant. 13. Septembris 1741. p. 268 A.

Decretum S. C. Episc. & Regular. quo asseritur sustinendum esse Tertium Ord. erectum a PP. Discal-

Discalceatorum, & unitur Provinciæ noviter erectæ sub titulo Immac. Conceptionis in Hispania. 12. Decembris 1744. p. 318. A.

Decretum Ministri Gener. quo duo alia Cœnobia a Provinc. S. Iosephi Discalceator. dismembrantur, & alteri noviter erectæ Immac. Conceptionis uniuntur. 25. Decembr. 1744. p. 324. B.

Sententia Ministri Gener. in Caussa vertente inter Superiores Provinc. S. Petri de Alcantara Neapolis, & Laicos ejusdem, qua plura ab iisdem Laicis peragenda decernuntur, eorumque nonnullis debitæ imponuntur pœnæ. 16. Ianuarii 1745. p. 325. B.

Decretum S. C. Indulgentiar. quo declarantur exceptæ a clausula irritante poni solita in Brevibus Indulgentiarum, illæ, quæ dari solent pro sextis feriis Martii, seu Quadragesimæ. 9. Februarii 1745. p. 471. A.

Dubia, & Resolut. S. C. C. quibus decernitur non competere Observantibus jus privativum instituendi in loco Tert. Ordinem Sæcularium, sed id esse commune etiam Discalceatis, Recollectis &c. 20. Martii 1745. p. 339. B.

Dub. & Resolut. S. C. C. qua confirmatur non licere Parocho prætendere majus emolumentum ab Hæredibus, cum Cadavera sepeliuntur in Ecclesiis Regularium, quam cum tumulantur in Ecclesiis Sæcularium. 3. Aprilis 1745. p. 452. A.

Dubia, & Resolut. Ministri Gener. circa ex-Vicariorum Provincialium præcedentiam, eorumdem declarationem in Ministros, interpolationem Lecturæ generalis, & Ex-Abbatissarum præcedentiam. 6. Aprilis 1745. p. 330. A.

Decretum S. C. R. manu Sanctissimi exaratum, quo Caussa Beatific. & Canonization. V. Ancillæ Dei Sororis Mariæ a Jesu de Agreda particulari Congregationi a S. S. deputatæ examinanda committitur. 3. Augusti 1745. pag. 341. B.

Decretum supr. & Univ. Inquisitionis, quo Sacerdotes quicumque Sacrificio Missæ abutentes, aut ad turpia in Sacramento Confessionis Pœnitentes sollicitantes, perpetuæ inhabilitati ad idem sacrificium Missæ peragendum subjiciuntur. 5. Augusti 1745. p. 342. A.

Decretum S. C. de Prop. Fide, quo Missionarii Angliæ cujuscumque Instituti subduntur omnimodæ jurisdictioni Vicariorum Apostolicorum. 28. Augusti 1745. p. 343. B.

Sententia Ministri Gener. qua pronunciatur Galliarum Recollectos subjacere immediatæ jurisdictioni Ministri Generalis pro tempore existentis, numquam tamen Commissariorum Generalium Familiæ. 20. Septembris 1745. p. 344. A.

Decretum Ministri Gener. quo Apostolica autoritate specialiter sibi ad id a Pontifice collata, Provinciæ S. Petri de Alcantara, & S. Paschalis Discalceator. in Regno Neapolitano, Familiæ Ultramont. addicuntur. 20. Novembris 1745. p. 345. B.

Decretum S. C. Indulgentiar. quo declaratur Ecclesias parvorum Cœnobiorum, quæ FF. Germano-Belgici vocant *Residentias*, quæque Ordinariorum jurisdictioni subduntur, gaudere omnibus Indulgentiis Ordini concessis. 31. Januarii 1746. p. 358. A.

Decretum Auditoris Sanctissimi, quo de mente S. S. Ecclesia SS. Quadraginta de Urbe recipitur sub speciali ejus, & S. A. protectione, & Dominio, finisque imponitur liti circa ejusdem Ecclesiæ titulum. 3. Februarii 1746. p. 345. A.

Decretum Ministri Gener. quo de mente S. C. præcipitur, ut Religiosi commorantes in Villa de Peñaranda, titulo dirigendi Ter. Ord. omnino redeant ad Claustra, nec in posterum permittantur FF. quacumque de caussa in ædibus Sæcularium commorari. 31. Martii 1746. p. 361. A.

Dubia, & Resolut. S. C. C. in caussa particulari *Larinen.* præsertim super jure PP. Reformator. erigendi Tert. Ord. & super jure FF. Sæcularium ejusdem Tert. Ord. incedendi in publicis Processionibus sub illorum Cruce. 14. Maii 1746. p. 452. A.

Decretum Ministri Gener. quo Provincia Poloniæ Minoris Reformator. dividitur, & nova Custodia Russiæ sub titulo B. M. V. Dolorosæ erigitur. 27. Maii 1746. p. 473. B.

Dubia, & Resolut. S. C. C. quibus Ordinariorum jura asseruntur super approbatione Confessarii Monialium exemptarum, exactione Computorum Monasterii earumdem, & facultate Interessendi electionibus Abbatissarum. 9. Julii 1746. p. 452. B. Cujus caussæ dubiis nonnullis repropositis, & aliis de novo exhibitis, fuerunt sub die 9. Iulii illa confirmata, & hæc decisa in favorem Regularium. p. 453. A.

Decretum S. C. de Prop. Fide, quo omnia Collegia Missionariorum Observantium in Hispaniarum Regnis existentia, iterum ad immediatam Ministri Gener. jurisdictionem rediguntur. 5. Septembris 1746. p. 373. A.

Decretum S. C. Episc. & Regular. in *Asculana Quæstuationis*, inter Discalceatos, & Capuccinos ex una, & Reformatos ex altera parte. 30. Septembris 1746. p. 372. A.

Decretum S. C. Indulgentiarum, quo conceditur Altare privilegiatum perpetuum bis in hebdomada omnibus Ecclesiis Ordinis, sine certo Missarum numero, in Natione Germano Belgica constitutis. 20. Martii 1747. p. 386. A.

Decretum S. C. de Prop. Fide, quo PP. Missionariis, expleto duodecim annorum cursu, conceditur præcedentia supra Jubilatos de non numero. 30. Martij 1747. p. 387. A.

Dubia, & Resolut. S. C. Indulgent. super Altari privilegiato concesso Ecclesiis FF. Nationis Germano-Belgicæ, quibus declaratur illud extendi etiam ad Ecclesias eorum Residentiarum. 7. Maii 1747. p. 386. B.

Rescriptum Sanctissimi, quo Caussam de Missionariorum præcedentia supra Jubilatos Pontifex ad se avocat, & interim superfederi a publicatione Decreti S. C. ea de re editi præcipitur. 30. Maii 1747. p. 387. B.

Dubia, & Resol. in Caussis particularibus *Vxentina celebrationis Missarum*, & *Vxentina Legati*. 23. Januarii 1748. Utraque reproposita die 27. Aprilis 1748. responsum fuit: *In decisis, & amplius*. pag. 453. A. & seq.

Decretum S. C. specialiter a Sanctissimo deputatæ, & coram S. S. habitæ super Caussa *Tirasonen.* Ven. Mariæ de Agreda, ejusque Operibus. 16. Januarii 1748. p. 398. A. & seq.

Dubia, & Resolut. S. C. C. quibus asseruntur jura Episcoporum circa visitationem Clausuræ Monialium exemptarum, approbationem Confessarii earumdem, & revisionem Computorum earum Monasteriorum. 27. Januarii 1748. p. 453. B.

Decretum S. C. Indulgentiar. quo nonnulla solvuntur dubia circa Aggregationes fieri solitas a Patriarchalibus, Basilicis, aliisque Ecclesiis, & Archiconfraternitatibus. 5. Februarii 1748. p. 472. A.

Dub.

INDEX CHRONOLOGICUS

Omnium Epiſtolarum Reverendiſſimorum Patrum Superiorum Generalium, quæ in hoc Volumine continentur.

IN-

INDEX

ALPHABETICUS OMNIUM RERUM, ET VERBORUM, QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

Numerus Romanus notat paginas Catalogorum, qui ſunt in fine operis.

A

B

fuerat Visitator Apostolicus. *Ibi*. Confirmat Decretum S. C. super Visitatore Provinc. Assumptionis Tucumanensis ex eadem eligendo. p. 43. B. Reverendissimo P. de Broste ex Præposito Capituli Fuldensis ad habitum Minoriticum assumpto relaxat tempus sex Mensium Novitiatus. p. 44. B. Alexandri IV. & Clementis IV. Constitutiones confirmans prohibet Regularibus omnibus, ne ad dignitates extra Ordinem promoti secum bona ulla, quæ prius obtinebant, extra Cœnobia asportent. p. 45. A. Statuit quartam funeralem solvendam esse omnino Parochis illorum Defunctorum, qui in Ecclesiis quorumcumque Regularium tumulantur. p. 47. B. Confirmat Gregorii XV. prohibitionem de non admittendo transitu FF. Provinc. S. Joannis Tert. Ord. in Gallia ad Provinciam Parisiensem Observantium. p. 49. B. Præscribit numerum recipiendorum ad Ordinem in Provinciis Observantium Italiæ, & Insularum adjacentium. pag. 50. A. Confirmat Alternativam statutam in Provic. S. Saturnini Sardiniæ. p. 51. A. Confirmat item alternativam in Provinc. Observ. Siciliæ. p. 52. A. Pii V. Constitutionem in favorem Regularium Mendicantium confirmat, aliaque privilegia etiam Ordini concedit. p. 55. B. Tertiariorum privilegia confirmat, eosdemque Ministri Generalis jurisdictioni subjicit. p. 58. B. Altaria privilegiata Ordini concessa confirmat, aliaque de novu sub certis conditionibus elargitur. p. 63. A. Absolvit omnes Ordinis FF. & Sorores a pœnis statutis in Bulla *De Largitione nostrum*. p. 64. A. In Conc. Lateranen. confirmari facit privilegia Regularibus concessa ad Sacros Ordines extra tempora suscipiendos. B. Confirmat Decretum S. C. ab ipso deputatæ in controversia super nonnullis Cœnobiis Provinciæ S. Andreæ in Belgio contra Provinciam Flandriæ. *Ibi*. Revocat memoratum decretum, & Cœnobia antedicta unit Flandriæ Provinciæ, in qua etiam alternativam inter Flandros, & Leodienses constituit. p. 65. B. Confirmat Collegium Missionariorum in Provinc. S. Gabrielis Discalceator. p. 67. A. Sibi, suisque Successoribus reservat jus concedendi Regularibus transitum ad quamcumque aliam Religionem. p. 68. A. Statuit ubique locorum Italiæ Observantes præcedere debere quoscumque Reformatos Ord. Minorum. p. 69. B. Sacra C. C. ex ejus mente concedit Commiss. Fam. Ultramont. ut possit reducere onera Missarum, juxta formam &c. p. 71. A. Confirmat Joanuem de Soto in officio Commissar. Gener. usque ad Capit. gener. *Ibi*. P. Felicem a Roma instituit Procurator. Gener. Reformator. p. 72. A. Laurentium a S. Laurentio inter S. R. E. Cardinales cooptat: ejusdem Pontif. hac de re eruditum proloquium. p. 74. B. Concedit eidem Ordinis administrationem, licet ad Sacr. purpuram promoto. 75. B. Confirmat electionem P. Matthæi a Pareta in Vicar. Gener. Ord. p. 78. B. Declarat eumdem Ministrum Generalem. B. Instituit Josephum Mariam ab Ebora Procur. Gener. Ord. p. 79. A. Amplissima Terræ Sanctæ privilegia confirmat. p. 81. A. Pium *Viæ Crucis* exercitium commendat, eique Indulgentias concessas approbat. p. 83. B. Approbat etiam Decretum S. C. de Collegiis Missionariorum in Provinciis Discalceatorum. p. 85. B. Confirmat Min. Gener. literas, quibus statuitur Alternativa in Provincia Mariana Reformator. Hungariæ. p. 86. B. Confirmat omnia privilegia, & exemptiones a suis Prædecessoribus universo Ordini concessa. p. 87. B. Item nonnullas alias Constitutiones a se datas. p. 90. A. Item omnes gratias per modum communicationis aliis Ordinibus concessas. B. denique omnia Decreta in favorem nostrum a S. R. E. Cardinalibus edita. p. 91. A. Moderatur suam Constitutionem *Universalis Ecclesiæ* pro Provinciis Ultramontanis. p. 93. A. Decretum Min. Gener. super Cantu Gregoriano in Provinciis Tert. Ord. in Gallia confirmat. p. 94. A. Custodiam S. Nicolai in Lotharingia in Provinciam erigit. p. 94. B. Varias Apostolicas, & Ordinis sanctiones confirmat de præcedentia Clericorum supra Laicos. p. 95. B. Concedit Indulgentiam Plenariam perpetuam in festis SS. Jacobi de Marchia, & Francisci Solani. p. 99. A. Confirmat reunionem Conventuum Provinc. Flandriæ contra Provinciam S. Andreæ in Belgio. p. 99. B. Revocat statutum Provinc. Vallis Mazariæ Reformator. quo præcipiebatur, ne pro Missis eleemosynas pecuniarias reciperent. p. 101. A.

Benedictus XIII. decernit FF. Sæcularibus Tert. Ord. competere præcedentiam supra quascumque Confraternitates Laicales in omnibus publicis ecclesiasticis functionibus, sive sub propria Cruce, sive sub illa FF. Minorum incedant. p. 103. A. Controversias de Primatu Ordinis penitus extinguit. B. Tres edidit Constitutiones pro Tertii Ord. erectione, in favorem, nimirum, Observ. Conventual. & Capuccinor. *Ibi*. Confirmat Decretum S. C. quo eximuntur omnia Collegia erecta, & erigenda in Ultram. Famil. pro Missionibus, nonnullis tamen exceptis. p. 105. A. Suorum Prædecessorum sanctiones super Oblatis Tert. Ord. confirmat, ac motas controversias penitus abolet. p. 106. A. Largitur Indulgentiam plenariam perpetuam in Festo BB. MM. Gorcomiensium. p. 108. B. Et Indulgentiam plenariam omnibus Ecclesias Ordinis visitantibus occasione Capit. gener. Mediolanen. p. 108. B. Præcipit, ut serventur Constitutiones Apostolicæ, & Ord. super Reformator. Provinc. Romanæ præcedentia. p. 109. A. Vocalibus Capit. gener. Mediolanen. relaxat vacationis tempus, ut ad alios Ordinis gradus promoveri possint. p. 111. A. Prohibet fundationes novorum Conventuum nostri Ord. in omnibus Hispaniarum Regnis intra quinque, aut quatuor leucas. B. Plurimas concedit Indulgentias Vocalibus Capit. gener. p. 113. B. Josepho Mariæ ab Ebora largitur vocem passivam ad Ministeriatum generalem Ordinis. *Ibi*. Nonnulla examinanda, & decernenda proponi jubet in Comitiis antedictis. p. 114. A. Confirmat Decretum S. C. specialiter a se deputatæ, quo sustinenda non esse pronuncistur duo Brevia a S. S. edita in favorem Provinciæ Flandriæ contra Provinciam S. Andreæ in Belgio. p. 120. A. Concedit Vocalibus Excalceatis Indiarum Capit. gener. Mediolanen. ut fruantur privilegiis, quæ eis competerent, si nonnullæ iis non deessent conditiones. p. 122. A. Approbat moderationem Constitutionis pro expellendis incorrigibilibus. p. 123. B. Concedit FF. Nationis Germano-Belgicæ, ut Mini tro Ord. præsentare possint quatuor pro Commissariatu Generali Nationis, additis nonnullis conditionibus. p. 124. B. Confirmat Decretum Provinc. S. Didaci Discalceatorum super augmento Vocalium in Comitiis ejusdem. p. 130. B. Confirmat duo Decreta Capit. gener. Mediolanen. super præmio conferendo Lectoribus Controversiarum, & Linguæ Arabicæ in Collegio S. Bartholomæi de Ur-

col-

Car-

Da-

D

E

F

tur

G

Ga-

H

I

K

L

M

Prov.

P

ris

Re-

S

T

Tran-

toa,

Z

LAUS DEO.

